PROPERTY OF THE Public Library of the City of Boston

Shelf No. 2186-24 V.2

SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS
BOSTONIA
CONDITA A.D.
1630.
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.

From the Bates Fund.

BIBLIOTHECA ANATOMICA.

QUA

SCRIPTA AD ANATOMEN ET PHYSIOLOGIAM FACIENTIA A RERUM INITIIS RECENSENTUR.

AUCTORE

ALBERTO von HALLER.

DOMINO IN GOUMOENS LE JUX ET FEUDI IN ECLAGNENS

EQUITE STELLÆ POLARIS.

PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS; PRÆSIDE SOCIETATIS OECONOMICÆ BERNENSIS; SODALI ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PARISINÆ; ACADEMIÆ REGIÆ CHIRURGORUM PARIS. ACADEMIÆ IMPER. NAT. CUR. ACAD. IMPER. RUSS. REG. BORUSS. SUEC. BONON. ARCADICÆ; SOCC. REG. BRIT. BATAVICÆ. BOT. FLOR. BAVARICÆ. HELVETICÆ. COLL. MED. EDINBURGENSIUM. IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

TOMUS II.

AB ANNO MDCCI. AD MDCCLXXVI.



TIGURI, apud ORELL, GESSNER, FUESSLI, ET SOCC. 1777.

Bto. Fd.
June 25, 1859
36067

VIRO ILLUSTRI

JOHANNI PRINGLE

EQUITI BARONETTO

ARCHIATRO REGIO

SOCIETATIS SCIETIARUM BRITANNICÆ PRÆSIDI

OB SUMMA SUA

IN ARTEM MEDICAM UNIVERSAM

ET IN AUCTOREM MERITA.

D. D. D.

PRÆFATIO

Si prærogativa aliqua in opere eſt, quod longo tempore maturuit, & per annos reconditum latuit quoad ederetur, tunc quidem hæc bibliothecæ meæ pars reliquas ejus operis partes antecellet. Cum enim anno 1769. & 1770. ſcripta ſit, ſex integris annis potuit manum emendantem experiri. Et quidem experta eſt, multumque ei acceſſit per novos fontes, qui mihi intra hos annos aperti fuerunt.

Non ideo plenum eſt, aut pleno proximum opus. In urbe mediocri, ex ſola bibliotheca privata, non poteſt inmenſa ſcriptorum multitudo coram fuiſſe, non potuit ab uno homine legi. Cum magnæ urbis civibus ipſa opera evolvere detur, mihi ad catalogos fuit recurrendum, quibus paupertas mea ſublevaretur. Verum in iis catalogis nomina ſcriptorum, & anni, ſæpe parum accurate conſignati exſtant. In his catalogis; poteſt, & potiſſimum in Gallia fieri, ut duo ſcriptores ejusdem nominis gentilitii confundantur, neque enim ea gens prænomina præfigere ſolet. In Germania patri ſæpe & filio idem nomen eſt, & difficilis labor eſt vitare, ne J. G. Volcameri patris & filii, ne utriusque Schroekii ſcripta commiſceantur. Demum ex his catalogis nihil præter titulum diſcimus.

Facillimum ergo erit cuicunque paulum his ſtudiis innutrito, huic meo cenſui addere. Et ego addidiſſem, ſi ea ætate auſus fuiſſem editionem operis differre. Addet ergo poſteritas & nomina auctorum, & ſcripta, & editiones, addet excerpta & judicia eorum, quæ mihi legiſſe non datum eſt. Corriget denique vitia, quæ mihi rerum humanarum conditio non permiſit, ut evitarem. Veri tamen ſtudioſum & æquum lectorem, ut ſpero, adgnoſcet, qui magnopere certe ſtuduerit, ut ne quis vel ex colore ſui ſermonis divinaret, qui ſcriptores ſecum lites aluiſſent; facile enim ſenſi, poſteris deberi res depictas, quales ſunt in ſcriptis auctorum, in viſis, in inventis; de æquitate qua fuerint in me, reliquos mortales non curare.

Hoc

Hoc etiam, non quidem graviſſimum, vitium decet adgnoſcere, quod in univerſum ad quemque ſcriptorem omnia opera conjungere & in eadem pagina recenſere mens fuerit, in pluſculis vero minorum libellorum auctoribus, memoria me fefellerit, ut diverſa ejusdem hominis ſcripta diverſis locis disjecta legantur.

Aliud vitium eſt mihi quidem inevitabile. Sunt quædam veri partes, quæ in ultimo, ut videtur, limite phyſiologiæ poſitæ, hactenus eam adtingunt, ut tamen multo propius ad alias artes pertineant: ita quæ ad animam & animæ facultates: ita quæ ad animalium mores partesque externas. Valde vereor, ne male hoc ex dilemmate me expediverim. Cum enim horum librorum etiam minor mihi penus eſſet, quam librorum certius phyſiologicorum, non auſus ſum excludere, quæ opera ejusdem argumenti in catalogis reperirem. Verum cum alias ad artes hæc opera recenſeri ſoleant, ego vero, etiamſi ſeculum impendiſſem, (dimidium quidem impendi), nunquam potuiſſem omnes illos metaphyſicos, omnes ARISTOTELIS, CARTESII, WOLFII commentatores, aut adverſarios, notos mihi reddere. Itaque male metuo, ne mireris, multos libros cur recenſuerim, non vere anatomicos, & cur nimis paucos, cum multos certe omiſerim, qui ad phyſiologiam verius referri poſſent.

Erunt non dubie & aliæ meæ culpæ. Fruere Tu vero, Lector benevole, iis, quæ in citatis ſcriptoribus vera erunt, quæ utilia: quæ ego infirmiora vitioſave admiſcui, ea humanæ conditioni condona.

Bernæ Helv. d. 13. Mart. 1777.

BIBLIOTHECA ANATOMICA.

LIBER VIII.

ANATOME DOCTIOR.

§. DCCLXI. *Ant.* PACCHIONI.

Librum hunc VIII. cum MORGAGNO ordiri volebam, qui certe verus doctæ anatomes auctor eſt, & cum quo ſtudium comparandarum varietatum, ſtudium etiam diligentis lectionis cum multa inciſione cadaverum conjunctæ, fere originem cepit. Cum hoc vero anno 1701. novum librum ordiri typographis neceſſe viſum eſt, ut Tomus I. hujus Bibliothecæ ad nundinas paratus eſſet & abſolutus.

Antonius PACCHIONUS, Profeſſor Romanus. EJ. *Epiſtola ad Lud.* TESTI *de novis circa ſolidorum ac fluidorum vim in viventibus, ad duræ meningis ſtructuram & uſum obſervationibus.* Exſtat in *Galer. di Minerv.* T. IV. p. 7. inque *Act. Erud.* Lipſiæ 1701. Hypotheſin ſuam adumbrat, & duræ meningis in cerebrum preſſionem.

EJ. *De duræ meningis fabrica & uſu* Rom. 1701. 8.* Memorabilis libellus, ob novam paſſim adoptatam ſententiam, cui fuit pro fundamento. Primo eam duram cerebri membranam deſcripſit, & fibras potiſſimum, quas ipſe putabat contractiles eſſe, tum falcis, tum tentorii, & caudicis, ſ. falcis cerebelli, interioris demum cavæ faciei duræ membranæ. Eas nitide iconibus expreſſit, neque remote a vero.

Huic fabricæ ſuperſtruxit hypotheſin, duram matrem alternis vicibus tentoria elevare, ut cerebrum comprimant, & viciſſim caudicem contractum ea tentoria deducere, quo cerebellum urgeant. Experimenta etiam protulit, quibus naturam irritabilem duræ membranæ putabat evinci.

EJUSD. *Diſſ. epiſtolaris ad Lucam* SCHROECKIUM *de glandulis conglobatis duræ meningis humanæ, indeque ortis lymphaticis ad piam matrem perductis* Romæ 1705. 8.*; tum in *Act. Nat. Cur. Dec.* III. *app.* Glandulas conglobatas deſcribit intra ſinum longitudinalem falcis poſitas, & vaſa inde orta lymphatica, quæ ſuperficiem convexam duræ membranæ irrigant.

EJ. *Diſſ. duæ ad* FANTONUM *datæ, illuſtrandis duræ meningis ejusque glandularum ſtructuræ atque uſibus concinnatæ* Rom. 1713. 8. Redeunt cum ſequentibus.

EJUSD. *Diſſertationes phyſico-anatomicæ novis experimentis & lucubrationibus auctæ & illuſtratæ* Rom. 1721. 8.* Opuſculum a priore diverſiſſimum, quod anno 1701. prodierat. Tredecim ſunt Diſſertationes, quarum aliquæ PACCHIONI. Earum in prima ad Bononienſes Academicos data oſtendit, ſuum eſſe ſyſtema, quod profiteatur, non BAGLIVI. Excuſat experimenta RIDLEYI, in quibus irritata dura mater parcum ſenſum demonſtravit. Pro ſuo duræ matris motu. Data eſt 1716.

EJ. EP. *ad* D. FANTONUM *de lympha cerebri* aliqua habet, & conatur cum ſuis FANTONIANA conciliare anno 1719.

III. ad J. B. BIANCHI, perbrevis. IV. eſt ea quam ad L. SCHROECKIUM ſcripſerat.

V. iterum ad FANTONUM, duram membranam muſculum eſſe membranaceum ventribus tribus, tendinibus quatuor præditum. Nervos duræ meningis tuetur. Adhærere eam ad cranium paſſim fatetur, ſed alias liberam eſſe, & locis quam plurimis. Fibrarum ductus. Moveri & motu conſtrictionis & relaxationis, & alterno motu elevationis & depreſſionis; motum tamen levem eſſe cerebri. De lympha cerebri & duræ meningis. Data eſt 1712.

Altera, ſ. VI. Tenues & pallidas fibras tamen vi contractili pollere. Contractilem vim latiſſime patere, etiam in charta pergamena mortua. Pro ſuis glandulis. Anno etiam 1712.

Tertia, ſ. VII. ad FANTONUM motum duræ membranæ perforato cranio non poſſe conſpici. Data eſt anni 1713.

VIII. & IX. ad MERYUM Gallico ſermone data a. 1705. De ſuis glandulis.

Antonii PACCHIONI, *Regienſis, opera, ed.* IV. *novis acceſſionibus auctior* Rom. 1741. 4.* Continet priora, deinde novam falcis duræ membranæ iconem; duo exempla cordis maximi. Vita viri hic reperitur, & in *opuſc. ſcientif. e fiſiolog.* 3.

§. DCCLXII. *Dominicus* GUILIELMINUS,

Bononienſis Profeſſor, inde Patavinus, Jatromathematicus, aliis ad aquilegum diſciplinam pertinentibus operibus inclaruit.

EJUS *de ſanguinis natura & conſtitutione exercitatio phyſico-medica* Venet. 1701. 8.* Motum in ſanguine fermentativum admittit. Vapor ſanguinis. Fibræ

bræ ſanguinis & globuli. Salſæ in ſero particulæ & ſanguinis ſales. Aliqua de reliquis humoribus.

Lettres de M. DESNOUES *& de M.* GUILIELMINI Rome 1706. 8.* Ad hiſtoriam novorum inventorum aliqua noſter habet.

In *operibus omnibus* Genevæ 1719. 4. recuſis *, l. *de ſanguine* repetitur, & additur *Theophili* ALETHINI ep. *qua ex doctrina epiſtolæ de moralibus criticæ regulis oſtenditur, non* MALPIGHIUM, *ſed J. Hieronymum* SBARALEAM *fuiſſe provocantem injurium.* Data eſt anno 1707.

In *Opuſc. Scientif.* T. IV. diſſertationem reperiri lego, in qua omnes in animale motus a ſtimulo derivat. Vitam cum aliis dedit *Angelus* FALCONER Rom. 1770.

Aſcanii Mariæ BAZZICALUVE, Lucenſis, medici in Valle Tari, *novum ſyſtema medico mechanicum & curandorum tumorum methodus* Parmæ 1701. 4.* Materiem inflammationis deducit a globulis ſanguineis in arctioribus conicæ arteriæ finibus ſtipatis, ignemque ſudantibus. Sanguinem in vaſis minimis accelerari docet, ob minora eorum lumina, quam hypotheſin F. HOFMANN ſecutus eſt. Utique in ſanguine fermentationem locum habere. Ut viſcidæ particulæ in arteriolis minimis retineantur.

P. PAXTON *eſſays concerning the body of man* London 1701. 8.* Potiſſimum ad hiſtoriam fluidorum theoreticam.

EJ. *Phyſical directory for the uſe of ſuch as deſign to ſtudy phyſic* ib. 1701. 8.

Petri LINSING *tentamen medicum ſ. inſtitutiones medicæ* Erlangen 1701. 8.*. Nihil proprii. Auctum a *J. Fr.* LÖW rediit Francofurti 1710. 8.

EJ. *Iſagoge phyſiologica* Inſpruck 1709. 4. HEISTER.

J. Wolfgang PREISER *œconomia corporis animalis* Viennæ 1701. vel 1702. 12. utrumque enim annum in catalogis reperio.

Giovanni BORGHESI *lettera ſcritta da* PONDISCHERI Rom 1701. 12. 1705. 12. Dicitur etiam anatomicas aliquas adnotationes continere. Manis anatome.

CHARLETON *Oratio anniverſaria Harvejana* a. 1701. 4. OSB.

Andreæ Lizazari MARTINUS *in tuitione* [ſic lego] J. B. VULPINI cum MUSITANO prodiit 1701. 4.

Etiam in MUSITANI muliebribus de generatione agitur, ejusque partibus, Genev. & Germanice Lipſ. 1732. editis.

J. Andreas STISSER, Profeſſor Helmſtadienſis, in *actis laboratorii Chemici* Helmſtätt 1701. 4. egit de medicamentis per cutem ſuum effectum exercentibus: de clyſteribus per valvulam coli ſibi viam aperientibus: de membranis animalibus perviis: de lanæ floccis, qui in veſicam inflatam penetraverint &c.

§. DCCLXIII. *J. Wilhelm* PAULI,

Profeſſor Lipſienſis. Ej. de experimentis, quibus VIEUSSENIUS vaſa reſorbentia ventriculi demonſtratum ivit. Ea reperit potius poros evincere inorganicos. Siphone etiam Wolfiano aquam per poros membranorum urſit Lipſiæ 1719. 4.*

IDEM *Opuſcula anatomico chirurgica J. v.* HORNE edidit Lipſiæ 1707. 8.* Longam primum addidit præfationem, in qua inventa nuperorum & COWPERI etiam potiſſimum collegit. Deinde ad breviſſimum libellum HORNII bene longas notas adjecit, pariter nupera inventa tradentes. Muſculos habet epiglottidis.

Ej. *de abſtruſiſſima glandularum ſtructura & differentia* ib. 1709. 4. PLATN.

Ej. *Contra* VERCELLONI *ſententiam de glandularum œſophagiarum dorſalium & bronchialium uſu* ib. 1717. 4.*

Ej. *De fibrarum motricium differentiis & uſu* ib. 1717. 4. VAT.

Ej. *Obſervationes anatomicæ* 1721. 4.* In ſelectis meis cum vitioſo titulo recuſæ.

Ej. *Speculationes & obſervationes anatomicæ* ib. 1722. 4. PL. annon idem libellus.

§. DCCLXIV. *Johannes* BESSE,

CHIRACI diſcipulus, quem vidi Reginæ Hiſpaniarum viduæ medicum. EJUS *Recherche analytique de la ſtructure des parties du corps humain, où l'on explique leur reſſort, leur jeu & leur uſage* Toulouze 1701. 8. 2.Vol.* CARTESII placita & mechaniſmum arbitrarium, particularum figuras, acidum & alcali, fermentationes & veſiculas ubique admittit: fetus formationem ex fermentatione mechanice explicat. Intercedunt hinc inde aliqua CHIRACI experimenta. Inciſis nervis cordis motum augeri.

Ediderat jam 1999. Toloſæ l. *des paſſions de l'homme, leur nature, leur cauſe, & leurs effets*, 8.* qui hactenus huc facit ob mechanicam effectuum explicationem, quam hi animi motus in corpus humanum exercent.

EJUSD. *Letre à l'auteur du livre de l'Oeconomie animale & des obſervations ſur les petites veroles*, Paris 1723. 12.* Practica equidem lis cum HELVETIO juniori agitata, cum CL. BESSE curationem variolarum per venæſectionem & emetica ſibi inventam tribueret, quam HELVETIUS propoſuit. Ad phyſiologiam tamen multa faciunt. Spiritum aëris nitroſum ſanguini in pulmone ſe admiſcere, & principium eſſe fermentationis, & fluidæ in ſanguine naturæ: ab eodem ſpiritu ruborem ſanguinis eſſe: eumdem cum ſale urinoſo ſanguinis facere. Ab eadem cauſa motum cordis eſſe. De bilis natura, & generatione, ut ferveat cum ſe ipſa, ut ſpiſſetur. HELVETIUM vaſa minora a BOERHAAVIO habere. Non eſſe vaſa lymphatici generis, quæ in conjunctiva adparent.

Replique aux lettres de Jean Claude Adrien HELVETIUS *au ſujet de la critique ſur l'œconomie animale & des obſervations ſur la petite verole* Amſterdam (potius

(potius Paris) 1726. 12.*. Urget accuſationem plagii & conpilati inventi BOERHAAVIANI.

§. DCCLXV. *Henricus a* DEVENTER.

Medicus, qui Hagæ, etiam Hafniæ, medicinam fecit, & obſtetriciam exercuit, *operationes chirurgicæ novum lumen exhibentes obſtetricantibus* Leid. 1701. 4.* 1725. 4. P. II. Leid. 1724. 4.* potius practici argumenti eſt.

Anatomen partium genitalium & ſecundarum dat, & tubas de utero gravido multo inferiori ſede exeuntes, quod fundus uteri duodecies magis extendatur, quam reliquus uterus. Oſſa pubis rarius diſcedere, ſacrum vero os & coccygem facilius. Oſſa pubis alias tota eſſe oſſea, alias multum habere cartilaginis, & in partu cedere. Periculum partus eſſe fere ab uteri quadruplici obliquitate, quam poſt veteres ornate propoſuit, perque ſua ſigna definivit: tum a parva inter coccygem & os pubis diſtantia. Anglice Lond. 1723. 8. Gallice reddidit *Jacobus Johannes* BRUHIER, & cum ſuis notis edidit Paris 1734. 4.*. Editor paſſim HENRICI conſilia cum Gallorum adminiſtratione comparat, & illa præfert. Hanc editionem Belgice verſam Leidæ 1746. recuſam dederunt.

§. DCCLXVI. *Varii.*

In *Theſauro theologico-philologico* Amſterd. Utrecht 1701. fol. etiam aliqua huc faciunt.

Ita *Caſpar* DORNAU *de cauſis longævitatis Patriarcharum* . . . .

Adami BRENDEL, eruditi viri, Profeſſoris Wittebergenſis, generi viri ILL. *J. Godofredi de* BERGER, diſputationes academicæ pluſculæ ſuperſunt, bonæ notæ.

Diſp. *de hydrope ovarii muliebris* Witteberg. 1701. 4.* huc facit ob fabricam ovarii.

EJ. *Embryonem in ovulo ante conceptionem præexiſtere* ibid. 1703. 4.* Putat ſe vidiſſe ova muliebria, quæ de utero deceſſerint.

EJ. *De arteriolis intra aortam contentis* ib. 1704. 4. HEFT.

EJ. *De nutritione fetus in utero materno* ib. 1704. 4.*

EJ. *Diverſitatem ingeniorum a diverſa cerebri fabrica & liquoris nervei varia indole proficiſci* ib. 1707. 4. HEFT.

EJUSD. *Obſervationum anatomicarum Decades* III. quæ prodierunt ab anno 1706. ad 1718. 4. In tertia vaſa exhalantia cordis deſcripſit.

In Eph. Nat. Cur. Cent. IV. *obſ.* 165. tergemini in diſtinctis amniis, chorio unico.

Obſ. 166. foramen ovale apertum in adulto.

Jacob van der KODDE *de reſpiratione* Leid. 1701. 4.*

J. Conrad REHTMEYER *de ſtrepitu oſſium* Regiomont. 1701. 4.*

David SPLEISS *Oedipus oſteologicus ſ. diſſ. hiſtorico-phyſica de carnibus & oſſibus foſſilibus Canſtadienſibus* Scaphuſ. 1701. 4.

Henricus Matthias PFANNENSCHMID *de dentibus* Utrecht 1701. 4.

J. Jac. STEPHANI *de ſomnambulis* Baſil. 1701. 4.*

Henrich SULZER *de nævis maternis infantium* Baſil. 1701. 4.

Franciſci van HUSEN *de ſpiritibus animalibus* Groning. 1701. 4. HEFT.

J. Caſpar HAFERUNG *de ortu animæ rationalis* Witteb. 1701. 4. HEFT.

J. Chriſt. EINIGK *de crudelitate in bruta animalia* Lipſ. 1701. 4. Si huc facit.

Georg Wilhelm BEYER *de vita* Hall. 1701. 4. B. THOMAS.

J. de LANNOY *de præparatione bilis* Leid. 1701. 4.*

Raimund Joh. FINOT & *Franc.* AIGNAN *Non ergo celerior ſanguinis circuitus, quia celerior pulſus* Pariſ. 1701. 4.

§. DCCLXVII. *Diaria.*

In *Mém. de l'Acad.* 1701. MORIN pro viis brevioribus lotii pugnat, & producit facilem aquæ per membranas ventriculi commeatum.

Ludovicus LEMERY, NICOLAI fil. virum vidit ib. deſtitutum veſicula fellea, hepate maximo.

EJ. *Diſſ. ſur la nouriture des os Paris* Leide 1709. 8.* & Belgice cum DEVENTERII tr. *de oſſium morbis* Leid. 1739. 4.* Germanice Dreſden 1711. 8. Oſſa ſucco proprio ali, quem minimæ arteriolæ in oſſium naturam deponant. Eum ſuccum gelatinoſum multum a medulla differre, quæ ad nutriendum inepta ſit. Per corporis motum medullam diſſipari. Adjectæ ſunt tres epiſtolæ de generatione vermium, quarum prima in Actis Trivultinis 1703. prodierat. Non eſſe ova ſolii, quæ ANDRYUS ita vocavit. Redit ad medullam in ſecunda epiſtola. Cæterum fere practici argumenti eſt. Recuſa eſt, cum ANDRYI *éclairciſſemens* Amſterdam 1705. 8.* & tres viri epiſtolæ in ANDRYUM cum lib. de alimentis Pariſ. 1755. 8.*

EJUSD. *tr. des alimens* Paris 1702. 12. 1705. 12.* Italice Piaz. 1704. 12. huc poſſit referri ob additas analyſes, & elementa ſalina & ſulfurea corporum animalium.

In *hiſt. de l'Acad.* anno 1704. Puella nullis abdominis viſceribus.

In eadem *hiſt.* 1716. diſputat pro clyſteribus nutritiis.

In *hiſt.* 1719. ſalem volatilem, quo animalia abundant, non tritu ſed ſola fermentatione potuiſſe naſci.

In *Mém.* 1724. deſcribit partum, quem putat ex duobus fetubus conponi.

In *Mém.* 1738. duos commentarios dedit pro hypotheſi, quæ partus monſtroſos per accidens natos recipit.

Mém.

Mém. 1739. de foramine ovali, ejusque uſu HARVEJANO, quem demonſtrat ex primigenia cordis fabrica, quod ſanguinem ſuum utique a cava vena habeat, quo tempore pulmo minimus erat.

Mém. 1740. iterum pro ortu monſtrorum ex cauſis accidentalibus.

EJ. & *Car. Geille de* S. LEGER *E. proxima qua corpus alitur materies a rubra ſanguinis parte diverſa* Pariſ. 1741. 4.

EJ. Vita & elogium eſt in *Hiſt. de l'Acad.* 1743.

Franc. Mauritius DUVERNEY, Chirurgus & inciſor, ductus choledochos obſtructos & maximos vidit. Experimenta cum aqua hydropica cepit.

A. 1703. agit de cerebro bovis, undique, ut quidem putat, in lapidem converſo.

EJUS exſtat *myotomologie* Pariſ. & a morte auctoris edita cum titulo *art de diſſequer methodiquement les muſcles* Paris 1749. 12.* Minime malus ſcriptor, brevis & verus. Pluſcula habet propria, ut muſculum inſertum in tendinem orbicularis m. palpebrarum; ſtylogloſſum integre nonnunquam a maxilla ortum, aponeuroſin cubiti internam: pſoæ tendinem vaſa cruralia obvolventem &c. Duos coccygeos habet. Multa ab eo ſumſit GARENGEOTUS, exemplo muſculi vermicularis a proceſſu ſtyliformi in meatum auditorium euntis. In minutiis paſſim aberrat.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 159. *J. Chriſtophorus* GOTTWALD Gedanenſis, de mola egit veſiculari.

M. Nov. IDEM fetum deſcribit corde nudo de pectore pendulo.

Henricus a SANDEN *obſ.* 194. anus non perforatus.

EJUSD. *de Antlia pneumatica* Diſp. Regiomont. 1705. 4.* & de injectione anatomica, quæ fit vi aëris in vacuum ſpatium irruentis.

Andreas MYRRHEN *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 212. Puer abſque uvula natus.

Obſ. 217. Simia menſes paſſa.

J. Henricus HOTTINGER, Tigurinus. Menſes in vetula 84. annorum *obſ.* 226.

Fetus ſexu & pedibus deſtitutus.

J. Melchior VERDRIES, Profeſſor Gieſſenſis, *obſ.* 251. medulla in oſſibus gallinæ lapide facta.

Cent. VI. *obſ.* 14. urachus in fetu humano pervius.

EJ. *De pinguedinis uſibus & nocumentis* Diſp. Gieſſ. 1702. 4.

EJ. *Phyſiologia biblica* Gieſſ. 1711. VATER. Si de noſtra phyſiologia agitur.

EJ. *De actione ventriculi in comminuendis cibis* Gieſſæ 1712. 4. Francofurti 1721. 8.* Veriorem ſententiam tuetur, non propriis experimentis.

EJ. *De æquilibrio mentis & corporis Comm.* Gieſſæ & Francofurti 1712. 4.*

Animæ cum corpore commercium, ejus facultates, adfectus animi, & eorum in corpus humanum influxus.

Ej. *De commercio mentis & corporis* 1714. 4.

In Ejusd. *De phyſica* 1728. 4.* agitur de admirandis generationis.

J. Alphonſus Kohn *Dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 57. Scabiem, & arthritidem medicamentis curavit in vivorum hominum venas injectis.

In *Philoſ. Tranſact.* n. 271. *Richardus* Hale dat deſcriptionem urachi humani ampliſſimi, & allantoideæ membranæ.

In n. 365. icones dat ſyſtematis lymphatici, ductus thoracici, ciſternæ chyli. Deinde glandularum, quas vocat maxillares externas, & ductuum ſublingualium minorum.

John Sommer n. 272. de oſſibus maximis circa Canterbury repertis.

Joh. Lufkin n. 274. pariter de magnis oſſibus, circa Colceſtriam detectis.

Caroli Holt n. 275. de viſceribus abdominis in thoracem conpulſis.

Chriſtophorus Birber de fetu per umbilicum expulſo.

§. DCCLXVIII. *Jacobus* Drake.

N. 281. *Jacobus* Drake, Medicus Jacobita, pauper & infelix (*a*), addictus hypotheſibus, neque inciſor, diaſtolen cordis, quaſi non alia eſſet cauſa relaxationis, preſſioni tribuit atmoſphæræ.

Non quidem ipſe inciſor fuit, multum autem uſus eſt Cowperi amicitia, qui operi, quod continuo dicetur, præcipua ornamenta addidit: Ei titulus eſt *Anthropologia nova, or a new ſyſtem of anatomy deſcribing the animal Oeconomy &c.* London 1707. 8. 2.Vol.* recuſ. 1727. 8. 2.Vol.* cum præfatione *Wilhelmi* Wagstaff, & denuo non tamen auctius 1737. 8. Appendix ſeorſim prodiit Lond. 1725. 8. Haenel. Hypotheſes Jacobi neglexeris, de concoctione ciborum comparata cum lebete Papiniano, de menſibus a bile provenientibus, de aëris ad cor dilatandum poteſtate. Sed opus ipſum pretium habet a tabulis nitide ſculptis, quæ fere omnes ſunt Cowperi. Earum aliæ etiam alibi in Cl. viri operibus reperiuntur, ut tabulæ Ridleyano operi dicatæ, vaſorum pulmonalium ſceleti, muſculorum tabulæ, quæ in poſthumo opere ampliores redeunt. Aliæ emendatius hic recuſæ ſunt, ut arteriæ aortæ tabula, aliæ in ſolo Drakii opere reperiuntur, ut tabulæ narium internarum, earumque pori, viſcerum abdominis icones. Reliquæ numeroſæ tabulæ paſſim conquiſitæ ſunt.

§. DCCLXIX. *Diaria.*

In *Mémoires de l'Academie des Sciences* 1702. quadrigemini recenſentur.

De verme, qui abſque cibo ſeptem menſibus vixerit, & in muſcam ſe evolverit.

Fetus

(a) In carcere periit, cum ſcripſiſſet *Mém for the engliſh church* 1704.

Fetus duo corde communi, per umbilicos connati. Cum fetu perfecto editus alter inmaturus.

In actis Maris Balthici literariis anni 1702. *Chriſtianus Ludovicus* KOTZEBUE deſcribit animal mirificum, bipes, per anum excluſum, idem quod Cl. STANGE pro pullo habuit gallinaceo, in propria Diſp. qua *curioſa pulli gallinacei in femina cacheotica formati hiſtoria traditur* Hall. 1702. 4.* Dixi inter HOFMANNI Diſſertationes.

Hoc anno ceperunt prodire *Mémoires pour l'hiſtoire des ſciences & des beaux arts*, vulgo a loco editionis dictæ *le Journal de Trevoux.* Hoc eodem anno menſe Nov. Dec. D. BENDI egit de corpore per 12. annos incorrupto in cœmeterio reperto, quod reliqua cadavera conſumſerat.

M. Maj. Jun. *Franciſcus* MONGINOT de hæmorrhagia per os nares, oculos, aures.

M. Sept. veſica duplex.

§. DCCLXX. *Richardus* MEAD,

Doctor Patavinus, Archiater Britannicus, doctus vir & gratioſus, ad magnas divitias pervenit, pulcherrimos libros collegit, & ſplendide vixit. Vitam quidem elegantioribus fere ſtudiis & praxi clinicæ impendit: ſcripſit tamen & phyſiologica aliqua, & anatomica.

EJUS *mechanical account of poiſons* London 1702. 8. 1708. 8. 1738. 8. 1746. 8.* 1747. 8.* Latine vertente *Joſua* NELSON Leid. 1737. 8.* 1750. 4. Francofurti 1763. 8.* In editione ultima & pleniſſima hic reperias Anatomen capitis & machinæ venenatæ viperæ, tum vulgaris, tum caudiſonæ, primam a D. ARESKINE communicatam, quæ anatome potiſſimum a Cl. *Franc.* NICHOLLS perfecta eſt. Habet & dentes perforatos foramine ſub apice aperto: glandulam aliam a REDIANA, cum ductu cavo, in vaginam dentium patente, cinctam peculiari muſculo. De venenato etiam ſucco viperæ, & ejus acrimonia.

In altera Diſſ. *de tarantula* habet aliqua ad anatomen dentium araneæ, non perforatorum, & de poro ſub apice aculei ſcorpii, per quem venenum effunditur.

EJ. *de imperio ſolis & lunæ in corpora humana* Londin. 1704. 8. 1738. 8. 1746. 8.* 1748. 8.* 1762. 4. Leid. 1737. 8.* Francof. 1763. 8. Neapol. 1758. 4. In Miſcell. cur. T. II. a DERHAMO Lond. 1733. 8. editis Anglice, & Lond. 1748. 8. MARTIN. Adtractionem lunæ in novilunio & plenilunio putat atmoſphæram elevare, diminuere ejus in corpus humanum preſſionem, hinc ad hæmorrhagias diſponere, vaſa ſanguine replere, menſes etiam ciere.

EJUSD. *Oratio anniverſaria* HARVEJANA *habita* a. 1723. M. Oct. Londin. 1723. 8. Leid. 1725. 8.* Acc. *Diſſ. de nummis quibusdam a Smyrnæis in medicorum honorem percuſſis*: quæ Diſſ. ad Scholæ Eraſiſtrateæ & Herophileæ hiſtoriam pertinet.

Opera omnia ſæpe prodierunt. Vertente G. C. OEDERO Gotting. 1749. 8.* Vertente A. C. LORRY Paris 1751. 8.* tum Neapoli 1752. 4. Paris 1757. 8. 2.Vol. *B. Bern.* Anglice Leid. 1762. 4. 1752. 12. 3.Vol. 12.* Edinburg 1763. 8. 3.Vol.

Vitam dedit Cl. MATY in ſuo Diario 1754. Jul. Aug. Adjecta eſt operum editioni Edinburgicæ. Aliam ſeorſim excuſam dicemus.

§. DCCLXXI. *Johannes* PALFYN,

Chirurgus Gandavenſis, & ipſe paſſim incidebat, & quotannis fere Leidam & Pariſios petebat, ut nova inventa anatomica RAVII & PARISINORUM & ALBINI colligeret: ita factum eſt, ut libros non inutiles ſcripſerit, mihi non ignotus.

EJ. *Waare en zeer naauwkeurige beſchryving der beenderen van's menſchen lichnam* Gendt 1702. 8.* Leid. 1727. 8.* multo amplior editio: Germanice vertente J. C. S. Breslau 1730. 8.* Gallice Paris 1731. 8.* In oſſibus capitis fuſior, non malas aliquot oſſium icones dat, potiſſimum etiam ſphenoidis & narium: diligenter etiam ſcrobes & foramina cranii deſcribit. In prima editione articulationem maxillæ inferioris ad RAVII ſenſum deſcribit, in altera ad ALBINI placita reformat. In reliquis partibus corporis multo brevior eſt minusque plenus.

Gallica editio parum a Belgica differt, iconum numeri mutati ſunt, & ad morbos aliqua adjecta. Eam ipſe ad prelum paraverat. Germanica non recedit a Belgica.

EJ. *Deſcription anatomique des parties de la femme, qui ſervent à la génération, avec un traité des monſtres, & une deſcription anatomique de deux enfans nés dans Gand* Leide 1708. 4.* Plures ſunt libri partes. Prima eſt deſcriptio brevis partium genitalium cum SWAMMERDAMI iconibus; altera LICETUS eſt de monſtris, editionis Belgicæ BLASIANÆ. In tertia parte proprius labor eſt auctoris, fetus per ſua pubis oſſa connati, ano unico: Deinde fetus ano, urethra & vagina deſtituti. Adjecta brevia aliqua de viis ſanguinis fetui propriis. Ea pars ſeorſim prodiit Gent 1703. 8. Leid. HOTTON. tum 1714. 8.* Belgice, cum titulo *Ontleedkundige beſchryving van twee monſters.*

EJ. *Heelkonſtige ontleeding vans menſchen lichnam* Leid. 1718. 8. WACHENDORF. *Anatomie chirurg. du corps humain* Paris 1726. 8. 2.Vol.* Tabulæ ſunt VERHEYENII, cum anatomico & phyſiologico ſermone. Acceſſerunt icones, ductus thoracici Cantiana, & duplicis magni vaſis lymphatici loco ciſternæ ab ALBINO communicata. Intercurrunt paſſim collecta nupera inventa & obſervationes, ut muſculi ſupernumerarii muſculorum rectorum anteriorum & poſteriorum capitis. Alia editio cum titulo prodiit.

Anatomie chirurgicale augmentée dans le premier Volume & refondue dans le ſecond par B. BOUDON Paris 1734. 8. 2.Vol.*. BOUDON emendavit aliqua, librum ipſum vix auxit. Adjecit RUYSCHII *obſſ.* anatomicas & BRISSÆI.

Iterum *Anatomie chirurgicale &c. de M.* PALFYN *refondue & augmentée d'une oſteologie nouvelle par* A. PETIT Paris 1753. 8. 2.Vol.* Maxima pars operis ita mutata eſt, ut melius PETITO fere tribuas. Malles autem omiſſas tabulas VERHEYENII.

Venetiis

Venetiis J. LARBER, Medicus Baſſanenſis, anno 1759. 4. min. 3. Vol.* edidit *Anatomia chirurgica del* J. PALFYN. Ad editionem PETITI hæc facta eſt iterum paſſim ditata experimentis noſtris, morbis raris.

Denique PETITIANAM etiam editionem Germanice vertit *Georgius Leonhard* HUTH, & Noriberg. 1761. 4.* & ſequentibus annis edidit.

Johannes etiam PALFYN *Antonii* MAITREJEAN l. *de morbis oculorum* Belgice convertit, cujus non minima pars anatomici eſt argumenti. Una edidit MAITREJEANII & ANELLI libellos, & epiſtolam WOOLHOUSII.

§. DCCLXXII. *Jacobus* HOVIUS.

Jacobi HOVII Diſſ. *de circulari humorum ocularium motu* Traject. 1702. 4.* & aucta Leid. 1726. 8.* cum *epiſtola apologetica ad* RUYSCHIUM. Liber inelegantet ſcriptus, miras ſubtilitates (*b*) continet, ut quinque diſtinctas chorioideæ tunicæ laminas, vaſa corneæ tunicæ ex lacrumali glandula natæ: ſuſpecta etiam vaſa vitrei corporis & lentis cryſtallinæ. Alia vera habet & bona; arterias longas, ſeri ut vocat fontes, circulum arterioſum uveæ, potius melius quam RUYSCHIUS, circulum venoſum iridis, retia circa nervum opticum: fabricam proceſſuum ciliarium. Bruta utique animalia incidit.

Acriter cum RUYSCHIO de inventorum gloria litigat.

§. DCCLXXIII. *Varii.*

Antonius PARENT in *Mém. de l'Acad.* 1702. agit, de parva muſculi ab hypomochlio diſtantia, de angulo exiguo, ſub quo inſeritur &c.

In *recherches de phyſique & de mathematique*, quarum T. I. Pariſ. 1705. 12. prodiit, agit in T. II. de reductione ſimplicium articulationum animalium ad veras regulas mechanicas, contra BORELLUM.

IDEM in *Mém. de l'Acad.* 1711. de bullis in ſanguine proprio natis hexagonis.

Edmundus DICKINSON in *phyſica vetere & nova* Londin. 1702. 4. Roterdam 1703. 4. agit etiam de animalibus.

Bartholomæi CORTE, Mediolanenſis, *lettera nella quale ſi dinota di qual tempo probabilmente ſinfonde nel feto la anima raggionevola*, 1702. 8. MANGET. Ipſo tempore conceptus id fieri.

In ſcriptoribus Mediolanenſis aliqua habet ad hiſtoriam anatomes.

Trattato dell' anima e del conoſcimento de bruti animali ſecondo i principi del Carteſio. Opus ex Gallice verſum cum CAJETANI LOMBARDI notis Neapoli (Cologne) 1702.

John MOYLE *Seaſurgeon &c.* London 1702. 8.* paſſim aliqua habet ad anatomen, ſed brevia & generalia.

(b) Fraudem eſſe RAHTLAUW *cataracte* p. 12.

J. BRANCACCII J. C. *ars memoriæ vindicata* Panorm. 1702. 12. (GAL. MIN.)

Letre de M. HAUTEFEUILLE *à M.* BOURDELOT *ſur le moyen de perfectionner l'ouie* Paris 1702. 8. De organo auditus aliqua, & de injiciendis in tubam liquoribus.

GARSAULT primum anno 1702. dedit verſionem operis SNAPII. Inde opus auxit dixitque *le nouveau parfait Marechal où la connoiſſance univerſelle du Cheval* Paris 1770. 4. 1755. 4. Germanice Berlin 1770. 8. Anatome ad humanam reficta: hinc omittit nictitantem membranam. Oeſophagus in equo ad quintam vertebram non declinat, neque omentum inteſtina tegit.

§. DCCLXXIV. *Diſputationes.*

Wolfgangi CHRISTIANI (CHRISTEN) poliatri Bernenſis, *Diſſ. de principio vitali ejusque cura in declinante ſenectute* Baſil. 1702. 4. LEUW.

SUNDER *de tranſpiratione inſenſibili humani corporis* Leid. 1702. 4.

Joh. ZOETMANN *de ſpirituum animalium exſiſtentia & operatione* Leid. 1702. 4.*

EJ. *De imaginationis maternæ viribus in fetu* Leid. 1702. 4. HAENEL.

J. SANDBEK *de fluxu menſtruo* Leid. 1702. 4.

Emanuel KOHN *de ileo* Leid. 1702. 4.*

J. Georg. JOCH *de feminis barbatis* Jen. 1702. 4. UFF.

Gabr. DRECHSLER *de ſermone brutorum* (potiſſimorum avium Diſſ.) Germanica 1702. 1706.

J. Georg. STEIGERTHAL *de matheſeos & hiſtoriæ naturalis utilitate in medicina* Helmſtad. 1702. 4.*

EJ. in *Phil. Tranſ.* n. 389. Uvæ figura per deſiderium matris fetui impreſſa, quæ eo tempore turgeſcebat, quo vites florent.

Andr. Jul. BOETTICHER *de reſpiratione fetus in utero* Helmſtad. 1702. 4.*

Matth. THUILLIER & *J. B.* FERMELHUYS *Ergo ſalivalis ſuccus præcipuus chyloſeos inſtrumentum* Paris 1702.

Ludovici APINI *Diſputationes* V. *de principio vitali* Gieſſ. 1702. & ni fallor Altdorf. 1703. 4. Etiam plantis animam donat. Recuſæ ſunt in faſciculo Diſſertationum Academicarum Altdorf. 1718. 8.* Addita eſt Diſſ. *de Aeolo microcoſmo commodante & incommodante*, in qua aërem ſanguine contendit recipi, & Diſſ. de ſyncope, in qua aliqua de motu cordis habet.

EJUS Diſp. *an liceat brutorum corpora mutilare* Altdorf. 1722. 4.

J. G. RESCHHELM *de legitima particularum ſanguinis earumque perturbata mixtione* Leid. 1702. 4.

§. DCCLXXV. *Diaria anno* 1703.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1703. *Antoine* MAITREJEAN fetum agninum deſcribit, omnibus viſceribus deſtitutum, etiam corde & capite.

Ib. 1712. feminam, quæ cum vagina anguſtiſſima concepit.

EJUSD. *Traité des maladies de l'oeil & des remèdes propres pour leur gueriſon* Troyes 1747. 4.* 174 . . 8. Belgice redditum a J. PALFYN. Anatomen oculi tradit, qualis eo tempore innotuerat, tum teleologiam, & aliqua experimenta ad viſionis rationem inveniendam. Lentem cryſtallinam habet pro cataractæ ſede, aliter tamen, quam P. BRISSEAU. Membranam paradoxam deſcribit. In editione Belgica Leyden 1714. 4.* pauca addidit PALFYNUS, quæ habuit a DUVERNEYO.

EJ. *Obſervations ſur la formation du poulet* Paris 1722. 12.* melius eſt opus, quam vulgo creditur. Non ſolum enim propria experimenta continet, in ovis incubatis, & acido liquore aut igne coactis facta, ſed præter ea multa aliter, & melius vidit, quam priores, ut in valvulis vitelli, in primæva continuatione peritonæi pulli cum membrana exteriori vitelli. Albumen videri reſorberi in vaſa intorta, & venire in vaſa flava, hinc in rubra, atque ita albumen in vitellum abire. Contra LEEUWENHOECKIUM multa. Icones ipſe delineavit, non undique artifex.

Mich. Lud. RENEAULME in *Hiſt. de l'Acad.* 1703. de fetubus capitibus in unum confuſis.

IDEM in *Diſcours à l'ouverture de l'Ecole de Chirurgie* a. 1720. Paris 1725. 12.* anatomica aliqua admiſcet, de ſacco herniali, de externa cellulosa tela peritonæum ambeunte, de diverticulo.

In *Mém. de* 1719. de narium reparatione in Calabria ſuſcitata, & de calcaris capi inſitione in cutem capitis.

§. DCCLXXVI. *Joſeph* MORLAND.

In *Philoſ. Tranſ.* n. 283. *Joſeph* MORLAND ingenioſas conjecturas protulit de artificio, quo natura utitur, ut & tenues humores de ſanguine ſeparari poſſint, & craſſi. Nempe tenues fiunt, ſi rami laterales ampliores craſſum humorem auferant, craſſi ſi tenuem. Secretorum hominem diſcrimina unice repetit ab oſtiolorum luminibus.

EJ. *Diſquiſition of the force of the heart, the dimenſions of the coats of the arteries, and the circulation of the blood* London 1713. 8.* Calculos ſuos poſuit ex æſtimatione ponderis, quod dato gradu diſtendit canalem cylindricum vel conicum. Craſſitiem membranarum decreſcere ut radices luminum. Vim cordis non magnam eſſe. De neceſſitate faciendarum auricularum cordis. De perſpiratione; de ſecretione, fere ut in *Phil. Tranſactionibus.*

In iisdem *Phil. Tranſ.* n. 284. ANONYMI epiſtola de animalibus in aqua repertis variis, globoſo, caudato, piſciformi, demum cylindrico, cum oſtio radiato, ſpeciei, ut videtur, polypi.

N. 304. *Guil.* OLIVER relatio de juvene per aliquot menſes & repetito dormiente, neque ullo modo excitabili.

N. 285. IDEM de fetu lapideo Senonenſi Hafniæ viſo.

N. 286. *Caroli* ELLIS teſtimonium de puella ſurda, quam J. AMMANUS loqui docuit. De duobus fetubus connatis, de puero iride lacera, imaginarias literas exprimente.

N. 288. ANONYMI deſcriptio polyporum, & melior quam LEEUWENHOECKII delineatio. Non neglecta mutatio figuræ in longam ex craſſa & brevi. Fetus ex latere prodeuntes.

In *Act. Lit. Maris Balth.* M. Octobri *Matthias Friderich* SCHNEIDER de ſudore cadaveris agit.

M. Dec. *J. Conrad* TIEFFENBACH de ovis, ſi diis placet, a viro poſitis.

§. DCCLXXVII. *Johannes* FREIND,

Medicus eruditus & gratioſus, qui aliquamdiu in exercitu Regio medicinam fecit. EJUS *Emmenologia in qua fluxus menſtrui phænomena, periodi, vitia ad rationes mechanicas exiguntur* Oxon. 1703. 8.* ſæpe recuſa Lond. 1720. 8. NIC. Amſtelod. 1726. 8. PL. Leid. 1750. 8. Pariſ. 1727. 12. Gallice verſa a *de* VAUX Paris 1727. 12. 1730. 12. 1738. 12. Menſium fluxum pethoræ imputat, argumento a poſteriori deducto, cum tot unciis ſanguinis amiſſis in feminis tamen poſt annum revolutum ſufficiens ſanguinis penus ſuperſit. Nimiam facit ſanguinis copiam, qui menſtruatim amittatur, ad 20. uncias. Aortam inferiorem in feminis ampliorem eſſe. Vaſa, quæ cum ſanguinem dimitterent, rumpi putat, ea potius videntur dilatari. Vim ſtimuli negligit. Cum ſanguine humano & variis ſuccis experimenta inſtituit facere, ut ex mutationibus ſanguinis vim cujusque medicamenti definiat, qua ſanguinem ſolvunt coguntve, aut aliter mutant.

EJ. *Oratio anniverſaria* HARVEJANA Londin. 1720. 4.

In *Hiſtoria Medicinæ* ſæpe recuſa, etiam Gallice verſa, aliqua huc pertinent, ut quæ de aneuryſmatibus profert, & de deliquio ab emiſſis aquis hydropicis. Aliqua de incrementis anatomes ſeculi XV. Circuitum ſanguinis veteribus non innotuiſſe. Vaſa lactea in craſſis etiam inteſtinis reperiri, & alia paſſim adnotata.

Opera omnia ſæpe recuſa ſunt Pariſ. 1735. 4.* Leid. 1734. & 1750. 8. 3. Vol.

§. DCCLXXVIII. *Chriſtianus* WOLF,

Philoſophus, florentis ſectæ auctor, qui in univerſas diſciplinas ſeveram methodum, definitiones accuratas, & theoremata theorematibus innixa reduxit. Paſſim phyſiologica, etiam anatomica adtigit. EJUS exſtat Diſp. *de loquela* 1703. 4*

Deinde in phyſicis ſuis libellis multa huc facientia protulit.

Ver-

EJ. *Vernünftige Gedanken von der Würkung der Natur* Halle . . . . 1739. 8.* brevis phyſiologia ad finem reperitur. Aërem in ſanguinem reſorberi vult. Pro vermiculis ſeminalibus.

EJUSD. *Vernünftige Gedanken von den Abſichten der natürlichen Dinge* Halle 1723. 8. 1726. 8. 1737. 8.* pauca quædam continet de animalium induſtria medica: de victu hominis carneo & vegetabili &c. Seminum plantarum cum ovis analogiam, & ovi anatomen habet.

EJ. *Vernünftige Gedanken von dem Gebrauche der Theile in Menſchen, Thieren und Pflanzen* Hall 1725. 8. 1737. 8.* Integra phyſiologia, & utilitas cujusque particulæ humani corporis. Anatome undique collecta, neque ex optimis fontibus, neque propriæ adnotationes librum ornant.

EJ. *Nützliche Verſuche, dadurch zu genauer Kenntniß der Natur der Weg gebahnt wird* Hall 1722. 1738. 8.* Varia huc faciunt, ut microſcopicæ aliquæ ſpeculationes; animalcula minima, circuitus ſanguinis, vermiculi ſeminales, pulmonis in tenuiſſimo aëre (vulgo vacuo) phænomena, tum in fumo carbonum. Iterum ſenſus, & viſionis modus, oculi artificiales, alia. Pulmonum membranam aërem non dimittere.

Porro cum LEIBNIZIANAM de harmonia præſtabilita ſententiam confirmaverit, & illuſtraverit, pertinent ad nos Cl. viri duo de hiſtoria animæ opera, primum *pſychologia rationalis* Hall. (Fr. & Lipſ.) 1744. 4.* in qua fuſiſſime & copioſiſſime animæ natura, ejus agendi modus, perceptio, imaginatio, memoria, judicium, & cum corpore humano vinculum exponuntur.

Eadem etiam tractantur in *Pſychologia empirica* Hall. 1732. 1738. 4.* tum ſomnia, adfectus animi, libertas &c. Gallice excerpta *la Pſychologie où traité de l'ame contenant les connoiſſances que nous en donne l'experience* Amſterd. 1745. 12.

Eodem facit *Gedanken von Gott, der Welt und Seele des Menſchen* Hall 1720. 8. 2. Vol.

In *Elementis matheſeos univerſæ* Tomus III. Hall. 1735. 4.* dioptricen continet, qua viſionis ratio traditur.

Chriſtianus HUGENIUS reliquit *opuſcula poſthuma* Leid. 1703. 4. Amſtelodami 1728. 4.* excuſa, inter quæ eſt dioptrica. In ea copioſiſſime de lentibus vitreis convexis & concavis agit earumque focis, & proprio loco etiam ſua de vermiculis ſeminalibus experimenta enarrat. Oculum & videndi modum, presbyopiam & myopiam breviter exponit.

§. DCCLXXIX. *Varii.*

Joſeph de la CHARRIERE, qui ſe medicum Chirurgum vocat, edidit Pariſ. 1703. 8.* *Anatomie nouvelle de la tête de l'homme*. Ex DUVERNEYO & VIEUSSENIO. Generalia aliqua de fabrica muſculorum & oſſium. De ſaliva. Oſteologia capitis, in qua recenſetur arteriæ meningeæ ramus ophthalmicus. Cerebrum & nervi ex VIEUSSENIO. Senſus, ubi de viſu fuſius agit. Literarum pro-

pronuntiatio. Splenium nonnunquam uno, etiam duobus tendinibus inſeri in ſecundam vertebram.

J. Georgii KULMUS *oneirologia ſ. de ſomniis* Lipſ. 1703. 4.*

Fridrich Gottlieb KETTNER *de mumiis Ægyptianis ſchediaſma* Lipſ. 1703. 8.

Vit Eberh. ROTH *Diſſ. aſtronomico-phyſica de aſtrorum influentia in corpora humana* Ulm 1703. 8.

J. Conrad BARCHHUSEN *acroamata, in quibus complura ad jatrochymiam ſpectantia* Utrecht 1703. 8.*

Huc referas, quæ habet de theoria fermentationis, & ejus in re medica uſu; ſed potiſſimum huc etiam faciunt adjectæ ad calcem analyſes partium corporis animalis, copioſiores quam fere alibi reperias, lactis, bilis &c.

In Diſſertationibus *de medicinæ ortu & progreſſu* Utrecht 1723. 4.* multa huc faciunt, chemici quidem viri, neque inciſoris, ut Diſſ. III. de natura hominis, ſemine genitali, ſede animæ, & ſanitate. Diſſ. IV. de temperamentis & facultatibus, de utrisque opiniones auctorum veterum. Pro natura habet corporis fabricam, a qua motus ejus pendent. Urinam per breviores utique vias ad veſicam venire. Diſſ. IX. de anatome, cum judicio de ſubtilioris anatomes in re medica utilitate. Deinde paſſim, dum opiniones anatomicas & phyſiologicas ſcriptorum recenſet, ſuam adjicit ſententiam.

J. de VAUX *l'art de faire les raports en Chirurgie* Paris 1703. 12.* & a MORANDO auctius recuſ. ibid. 1743. 12.* Germanice Budiſſin 1713. 8. Paſſim pertinet ad anatomen. Notæ virginitatis; inciſiones aliquæ cadaverum &c.

IDEM *Petri* DIONIS *cours d'anatomie* emendatius recudi fecit Paris 1728.

IDEM primam editionem Gallicarum PALFYNIANÆ anatomes curavit.

Et HEISTERI *compendium anatomicum* Gallice convertit Paris 1724. 12.

Et *emmenologiam* FREINDII Paris 1730. 12.

Gerard BLANKEN *catalogus rerum in anatomia publica Leidæ viſendarum* Leid. 1703. 4.*

J. Samuel CARL *lapis lydius ad oſſium foſſilium docimaſiam analytice demonſtrandam* Francofurti 1703. 8. Alcali nempe volatile etiam in foſſilibus oſſibus supereſſe.

EJ. *Ichnographia anatomiæ &c.* Budingen 1722. 8.*

In *Act. Nat. Cur. Vol.* IV. *obſ.* 87. criticam ſanguinis ex apice naſi eructationem deſcribit.

§. DCCLXXX. *Varii.*

Alexandri Chriſt. GAKENHOLZ, Profeſſoris Helmſtadienſis, *de principiis mechanicis phyſiologiæ adplicandis* Helmſtad. 1703. 4. Aliqua de motu muſculorum.

EJ.

Ej. *Progr. ad anat. cadav. viril.* ib. 1703. 4.*

Ej. *De ſanguinis circulatione* 1710. 4.*

Ej. *De motu machinæ humanæ ſ. de hominis vitalitate* Helmſt. 1711. 4. Heft.

Ej. *De viſu per cataractam impedito* 1713. 4.* Contra Pitcarnium etiam proxima objecta animæ repræſentari, confuſe quidem. Quæ repræſentatio ſphæræ ope confuſa facta fuerat, eam adhibito perſpicillo reddidit nitidam.

Abraham Seiler *tota œconomia hominis naſcendi ſub ſchemate quinque caſuum forenſium ventilato* Baſil. 1703. 4. B. Boehmer.

Car. Frid. Luther *de partus humani vitalis naturali & vero termino* Kiel 1703. 4.*

Ej. *de pericardii, pulmonis & partium genitalium anomaliis* Kiel 1704. 4.* De hermaphrodito agit, cui ſexus femininus imperfectior, mammæ fere muliebres, rima ſub pene cum nymphis, glans imperforata, cum veris teſtibus. Erat fetus mas, urethra patente.

Ej. *Prodromus der Apologie wider des* D. *Joh.* Crusii *abgenöthigten Bericht, oder wahrhaftige Anzeige des zwiſchen ihm und* D. Crusen *entſtandenen Streits wegen eines Hermaphroditen.*

Car. Frider. Hochstetter *de ſpina bifida* Altdorf. 1703. 4.* & in noſtris *ſelectis.*

Hugo Arnot *de hominis ex liquidi guttula productione, & ejus toto incarcerationis tempore perfectione* Utrecht 1703. 4.*

Harald Wallerius *de fallaciis viſionis* Upſal. 1703. 4.

Ej. *De ſede mentis humanæ* Upſal. 1712. 8. B. Boehmer.

Torſten Rudeen *de cantu cygni* Abo 1703. 4.

Ej. *De mellificio* ibid. 1704. 4.

Ej. *De ſatyris* ibid. 1705. 4.

Petri Fossii *de formatione fetus humani* Hafn. 1703. 4.

Janus Lucoppidanus *de animalibus, quæ ſponte generantur* ib. 1703. 4.

J. Balthaſar Werner *de ſaporibus & eorum differentiis* Lipſ. 1703. 4. B. Burkh.

Joh. Samuel Tromsdorf *de ſanguine vitæ vehiculo* Erford. 1703. 4.*

Martinus Naboth *de auditu difficili*, Præſ. F. Hofmann Hall. 1703. 4.* Experimenta pro libero a faucibus per aures externas commeatu profert.

Ej. *De organo auditus* Lipſ. 1703 4.*

Ej. *De ſterilitate mulierum* Lipſ. 1707. 4.* 1709. 4. Recepta ovaria ſubruere conatur, & veſiculas unicis uterinæ ſubſtituere. Adlegat ſcirrhoſa ovaria, clauſasque tubas in fecundis feminis.

Caſpar Henrich Vesti *de aëre atmoſpherico ejusque effectu in corpore humano naturali & præternaturali* Erford. 1703. 4.*

Nicolai ANDRY & *Jac. Benigni* WINSLOW *Ergo cordis motus a dura meninge* Pariſ. 1702. 4. Incertum utrius.

Caroli MARTEAU & *Nic. le* TELLIER *Ergo pueri juvenibus majori innati caloris copia pollent* Pariſ. 1703. 4.

Antonii le MOINE & J. HERMENT *Ergo aër internus præcipuum auditus organum* Pariſ. 1703. 4.

Bertini DEUXIVOYE & *S. Fr.* GEOFROI *Ergo recens nato lac recens enixæ matris* Pariſ. 1703. 4.

Jacobi de BOURGES & *Petri* AZEVEDO *Ergo infantum nævi ab imaginatione matrum* Pariſ. 1703. 4.

§. DCCLXXXI. *Antonius Maria* VALSALVA,

Profeſſor Bononienſis, medicus, chirurgus & inciſor, vir indefeſſus & maximorum laborum patiens. Princeps ejus opus eſt *de aure humana* tractatus Bononiæ 1704.* editus, & recuſus cum J. B. MORGAGNI *epiſtolis* Venet. 1740. 4.* recuſus etiam ſolus Ultraject. 1707. 4. 1717. 4.* Genev. 1716. Multa ſubtilius, quam priores perſecutus eſt, ut inciſuras meatus auditorii, minores aliquos auriculæ muſculos, hos novos: tubæ figuram & muſculos, & ea occaſione etiam pharyngis velique palatini numeroſiores multo muſculos, quam quidem ſolebant numerari; tum vaſa aliqua tympani, nervulos minores a duro pare ortos, interque eos occurrentem, quem noſter duræ membranæ tribuit, ILL. MEKELIUS vero oſtendit, cum nervo intercoſtali conjungi: canalium ſemicircularium menſuras, pulpoſamque membranam, quam VALSALVA *Zonas* vocat. De vena occipitali fuſe. Buccinatoris muſculi ortum a pharynge habet.

Poſthuma prodierunt Venet. 1740. 4.* *tres Diſſertationes* VALSALVÆ, annis 1715. 1716. & 1719. prælectæ. In iis anulus a muſculis oculi circa nervum opticum convenientibus factus deſcribitur, quem vocat oculi nervorum moderatorem; fibræ nervi optici in lepore per retinam diſtributæ. Tum ſinus aortæ dicit, & potiſſimum ampliorem ejus arteriæ ſedem, qua ex corde prodiit. Inde de ligamentis coli in vermiculare inteſtinulum inſertis, de nervo acceſſorio aliqua, & de ductu, quem putat ſe vidiſſe, a renibus ſuccenturiatis ad teſtes duentem, aut ad ovaria, quem magni VALSALVA faciebat, & qui mihi videtur minor eſſe arteria ſpermatica, quæ non raro ex capſulari prodit, forte demum mera celluloſa tela. Pro fabrica viſcerum glanduloſa.

Vitam viri ILL. MORGAGNUS adjecit, quæ etiam reperitur in *G. de Lett.* T. XXXV. Vitam ejusdem Cl. viri nuper iterum dedit *Angelus* FABBRONI Rom. 1770. & in *Extr. de Journ.* 1773. De magnis ſinubus aortæ, & de anulo nervi optici moderatore VALSALVIANA inventa indicat MORGAGNUS in *Comm. Bonon.* T. I.

Chirurgica, quæ ANTONIUS reliquit, nondum prodierunt. De ductu illo novo aliqua reperias in *Giorn. de Letter.* 1719. & in *Phil. Tranſ.* n. 385.

§. DCCLXXXII. J. Puget.

J. Puget, Lugdunenſis, aliquoties egit de oculis inſectorum, quos per microſcopium contemplatus eſt. In *Journal des Savans* 1704. n. 5. oſtendit in oculo locuſtæ libellæ & ſcarabæi lucani multas eſſe quaſi lentes vitreas, egregie objecta repræſentantes. Per corneam muſcæ objecta inverſa adparere; earum cornearum tunicarum millenarum agmina in uno eſſe oculo, neque tamen ea inſecta plura objecta videre, cum omnibus his corneis tunicis unicus communis ſit focus. In papilione innumeras lentes vitreas eſſe hexagonas, regulares, nonnullis punctis diſtinctas. De oculis cancri, pulcherrime reticulato opere exſculptis.

Ej. *Obſervations ſur les yeux de divers inſectes & ſur la trompe des papillons* Lyon 1706. 8.* Prior epiſtola eſt, quæ prodiit in *Journal des Savans*. In altera imagines objectorum remotorum in retina inſectorum diſtante depingi docet. De oculis minoribus inſectorum, minus accurate objecta reddentibus. Non poſſe, ut prius vir Cl. putaverat, imagines per tot corneas tunicas receptas in uno puncto uniri. Multitudinem lentium facere, ut inſecta undique circumpoſita objecta percipiant. Aliquot in libellæ oculo membranas diſtinxit. Inſectum unicam imaginem percipere. Ad proboſcidem papilionis. Negat ſuccum aliquem continere, aut ubique clauſam eſſe. Inde correctis prioribus, canalem eſſe bipartitum, & altero tubulo ſuccum ſorbere, altero aliquamdiu conſervare. Nervo undique percurri.

Epiſtolam *de ſerico aranearum* cum Boni opuſculo edidit Pariſ. 1710. 8.*

§. DCCLXXXIII. J. C. Becker. Alii.

J. Conradi Becker, medici Haſſiaci, *de ſubmerſorum morte ſine potu aquæ* Gieſſ. 1704. 8.* & copioſius Jen. 1720. 4.* Animalia ſub aquas merſa, hominesve, nullam in ventriculo nullamque in pulmone aquam habere. Repetitur etiam in Valentini *novellis*.

Subjectæ ſunt in editione 1704. adnotationes rariores, ut renis unici.

Ej. *Pædoctonia inculpata* Gieſſ. 1729. 4.* Atreta ex infelici caſu concepit, ut in ipſo partu vaginam cultro aperire neceſſe fuerit. Oſſa pubis in partu diſcedere per experimentum confirmat. Quæ per anguſtam rimam conceperit.

J. Ruleau in l. *d'une ſection Ceſarienne* Paris 1704. 12.* 1710. 12. habet etiam aliquam uteri anatomen, & ovorum femininum per uterum rejectiones, ſanguinis menſtrui per ventriculum & pulmonem expurgationem; & de generatione fetus aliqua.

Ludovici Winslow *anima locata* Hafn. 1704. 4.* 1708. 8.

Ratiocinii mechanici in medicina abuſus & impotentia Friburg. 1704. 8.* 1719. 8.* Contra optimi Boerhaavii orationem, ejusdem fere tituli, aſperrimum ſcriptum & inutile.

Petri MATTHEI, Conſentini, CORNELII diſcipuli, *animadverſiones phyſico-medicæ in decem dialogos digeſtæ* Neapoli 1704. 4.* Partem phyſiologiæ tradit, viſcera chylopojetica, & hæmatopojetica, & cerebrum. Experimenta in brutis animalibus facta paſſim habet. Ventriculum de corpore exemtum majorem fieri. Peculiares eſſe vias, per quas a ciſterna chyli in veſicam aqua feratur. Opiniones alios omitto repetere.

Thomæ NEVETT, M. D., *the rational Oeconomy of human bodies* London 1704. 12.* Ad ETTMULLERI ſenſum, ſales acidos & alcalinos perpetuam pugnam alere, ita ſanguinis motum inteſtinum ali; ſalivam leniter acidam eſſe.

In *Idonis* WOLF *obſervationibus chirurgico medicis a J. Chriſtiano* WOLF editis Quedlinburg 1704. 4.* aliqua huc faciunt, ut peranguſtus ventriculus, aliqua de arteria axillari: varietates vaſorum, alia.

ROLFE *index omnium humani corporis partium* Londini 1704. 4. OSB.

CLARIGNY *le ſyſteme du cœur* Paris 1704. 12. ASTRUC. recuſ. 1708. 12. ſi huc facit.

§. DCCLXXXIV. *Diſputationes.*

Jacobi GYSI *de temperamentis* Baſil. 1704. 4. B. THOMAS.

Nicol. HARSCHER *de tono ventriculi & inteſtinorum naturali & præternaturali* Baſil. 1704. 4.

Georg ENGELHARDT *de ſucco nervoſo* Altdorf 1704. 4.*

Andreæ RUDIGER *de regreſſu per venas mechanico* Lipſ. 1704. 4.*

EJ. & GORN *de pituita* Lipſ. 1718. 4.* cum experimentis, recuſ. in collectione noſtra.

J. Frid. RAHNAEUS *de gigantibus* Lipſ. 1704. 4.

J. Gottlob DIETERICH *de anima brutorum* Witteberg. 1704. 4.

J. Gottfried GRUHLMAN *de luxationum ſyntheſi in ſpecie tr. anatomico chirurgicus* Hall. 1704. 4.*

J. Franc. BUDÆI Diſſ. *de temperamentis* Hall. 1704. 4. UFF.

Salomon HOTTINGER *de lacte* Tigurin. 1704. 4.

Rudolph EYSSON *de functionibus microcoſmi* Groning. 1704. 4.*

J. Amadei le FORT *theſes de reciproco aëris in pulmone motu* Marpurg. 1704. 4.

Henr. BIERMAN *de hæmate & hæmorrhagia* Leid. 1704. 4.*

Jacob Carl SPENER *de temperamentis hominum* Jen. 1704. 4.*

J. MULENII Progr. funebre in obitum *Georgii* FRANCI.

Stephani Franciſci GEOFROI & *Claudii du* CERF *Ergo hominis primordia vermis* Pariſ. 1704. 4. recuſa cum Materia medica Cl. viri & Pariſ. 1769 4.* Gallice ibid. in ANDRYI lib. de vermibus anno 1741. 8. & Pariſ. 1705. 12. ſeorſim, vertente N. AN-

N. ANDRY. Celebris diſputatio, qua plantarum generatio cum animalium procreatione comparatur, & in ſententiam itur LEEUWENHOECKII. In editione ANDRYANA Cl. GEOFROI ad aliquas objectiones reſpondet.

In *Mém. de l'Academie des Sciences* agit 1705. de urina vaccina.

Ibid. anno 1706. obſervationes dedit anatomicas.

J. HERMENT & J. B. *Procope* COUTEAUX *Non ergo aër per pulmones penetrat* Pariſ. 1704. 4.*

§. DCCLXXXV. *Diaria anni* 1704.

In *In Mém. de l'Acad. des Sciences* 1704 SARAZIN, Medici, qui in Canada vixit, Caſtoris utriusque ſexus in Canada inciſi bona anatome. Inteſtina mollia & ventriculus. Penis in maſculo propria cavea conprehenſus. Sacci quatuor, glandulæ inferiores urethræ adjectæ, glandulæ unguen ſudantes: magnus ſaccus venoſus cordi ſubjectus &c.

ID. *Mém.* 1725. de ratto moſchato, vera caſtoris ſpecie. Anatome ſatis accurata, potiſſimum etiam partium genitalium, & folliculorum odoratorum utriusque ſexus. In mare multa ſingularia ſunt, teſtes ab epididymide remoti, genitalia, ut in venere turgida, ita fere extra eam evaneſcentia; teſtes alterne in lumbis iterumque ad anum deducti. Veſiculæ ſeminales adjectas habent glandulas numeroſas veſiculares, in urethram apertas. Ventriculi interior membrana facile ſecedit.

EJUSDEM in *Mém.* 1727. egit de hyſtrice. Ejus animalis aculei ad cutem adhærent, & ſenſim interiora ſubeunt, & beſtiam occidunt. Veſicula fellis deſtituitur & omento, veſiculas ſeminales habet nodoſas. Aculeos non projicit; hæc de hyſtrice Americana, nam Africana multis modis differt.

In *Mém. de Trevoux* 1728. Aout teſtimonium dicit de cadaveribus incorruptis & flexilibus, Quebeci repertis.

BERGER duæ veſicæ urinariæ adpendices.

In *Actis Lit. Mar. Balth.* 1704. M. April. *Petri* LOFFHAGEN de hermaphroditis, & de CRUSIANO illo androgyno, quem LUTHERUS deſcripſit, unde litis occaſio nata eſt.

M. Oct. ex terrore alter, ut putatur, gemellus in ſceleton converſus.

M. Dec. *Chriſtiani* BURNII maximum gallinæ hepar.

In *Philoſ. Tranſact.* anni 1704. nihil reperio, niſi quod cum ſuis auctoribus alibi fuerit recenſum.

§. DCCLXXXVI. *J. Dominicus* SANTORINUS,

Venetus, illuſtris anatomicus, idemque clinicus, ſubtilius quam pene quisquam ſcalpello uſus, etiam minutiſſimas quasque carnes diſtinxit.

Primum

Primum ejus viri opus prodiit Venetiis 1705. 4. Roterodam. 1719. 8. Venet. 1740. 8. idemque ſæpe cum BAGLIVII operibus recuſum eſt Antwerp. 1715. 4.* & alias. Titulus eſt *de ſtructura & motu fibræ*, *de nutritione animali*, *de hæmorrhoidibus & de catameniis*. In I. & in II. libello fibram omnem habet pro vaſe nerveo minimo, & ejus naturam fere ad BELLINI exemplum contemplatus eſt, ut fabricam ejus elementarem per ratiocinii vim erueret, ex ea naturam contractilem deduceret. Porro de influxu & refluxu nervei humoris: de ſenſibus, de ſtimulo.

In Lib. *de nutritione* nutritionem repetit a ſucco nerveo, in fibrarum intervalla depoſito. Solidas corporis partes mutari confirmat. De oſſium, tendinum, aliarumque corporis partium elementali fabrica. De adipis in ſanguinem reditu. De perſpiratione aliqua. Oſſa ſenſu carere.

In L. III. aliqua de ſanguine, de ſtagnatione, de obſtructione. Fibram nerveam non tenſam eſſe, ſpiritu nerveo turgere.

In L. IV. Liquorem ſeminalem mulierum admittit. A liquidi ſeminalis ſtimulo, & turgentibus vaſis uteri menſes derivat.

EJUSD. *Obſervationes anatomicæ* Venet. 1724. 4.* Leid. 1739. 4. Subtiliſſimus inciſorum in hoc exiguo libro innumera nova inventa propoſuit, in carnium potiſſimum minutiſſimis faſciculis, quos ne nuperrimi quidem & ſolertiſſimi inciſores, in aure, larynge, facie, naſo, partibus ano vicinis adſequi potuerunt. Pauca liceat ex multis Cl. viri inventis, aut accuratius dictis, decerpſiſſe. Utique in corpore reticulari nigrum Aethiopum colorem habitare: ad eum colorem bilem videri aliquid facere. Muſculorum naſi & faciei ſubtilis hiſtoria, & vera. Duo zygomatici muſculi, & tertius ab orbiculari palpebrarum faſciculus. Vomerem accenſet ethmoidi oſſi. Negat ſepti lucidi hiatum. Habet muſculum retractorem epiglottidis, canalem ducentem a glandula thyroidea in glottidem. Pectoris dextram caveam ampliorem eſſe. Sinus uteri in gravida ampli. Naſi muſculi orbicularis, procerus, transverſus, dilatator, muſculus orbiculi, hic perminutus. Labii ſuperioris, labii inferioris muſculi; auriculæ muſculi perſubtiles. De ſinubus cerebri, & emiſſariis, venis nempe ſinus inter & exteriora vaſa capitis commeantibus. Cerebri minutæ ſtriæ medullares: decem nervorum capitis origines minutius. Naſi cartilagines undecim. Oſſa ſinusque narium & ductus inciſori. Papillæ membranæ villoſæ. Larynx cum ſubtiliſſimis muſculis epiglottidis aliisque. Capitula glandularum acytænoidearum pro 6. & 7. cartilagine data. Muſculi pharyngis multo, quam apud VALSALVAM, uberiores; novi muſculi mylopharyngeus, ſtylothyreoideus, alii. Cordis æquales ventriculi, aures inæquales. Menſuræ magnorum vaſorum. Diaphragmatis anatome. Linea alba; glandulæ cyſtidis felleæ. Ani penisque muſculi retractati & quam hactenus copioſiores, eorum aliqui novi & nondum recepti, ut ejaculator, alii. Venæ penis, quarum aliquas ſinus vocat. Ita de mulierum in ano inque pudendis novis etiam muſculis. Corpus in femina gravida luteum: diducta in partu oſſa pubis. Contra veſicularum dignitatem GRAAFIANAM. Exemplum fetus tubarii. Pauca hæc ex plurimis.

EJ.

Ej. *Iſtoria d'un feto eſtratto delle parti derettane* Venet. 1727. 4.* Præter hiſtoriam fetus ex ano educti poſt 23. menſes, cum alter in utero adoleverat, habet etiam bonam deſcriptionem ovi humani decem dierum, corpora lutea ovarium diffringentia, inteſtina connata.

Adverſaria anatomico medica non prodierunt. Vita a filio ſcripta exſtat in Diariis ORTESCHII.

§. DCCLXXXVII. *Horatius de* FLORIANIS.

Verus auctor operis ignotus eſt (c). Titulus eſt *epiſtola qua plusquam 150. errores in libro inſcripto oculorum & mentis vigiliæ oſtenduntur* Rom. 1705. 4.* In præfatione *Lucas* TERRANOVA ſcribit ſe ſurripuiſſe, quæ FLORIANUS ad MALPIGHII cauſam defendendam præparaverat, addit, ſe ſuppleviſſe, quæ HORATIUS, fictitium nomen, prætermiſiſſet. In ipſis FLORIANI epiſtolis acerbus animus SBARAGLIÆ depingitur, cujus vigiliæ hic refutantur, & anatome defenditur. Non poſſe exſpectari, ut ſolus uſus ea ſuppeditet, quæ nos agere oporteat, ut in exemplo, ductum ſalivalem per innumeras fiſtularum adnotationes diſcamus evitare (d). Intercurrunt aliquæ obſervationes de nervis ad linguæ papillas pertinentibus, de fibris cordis non rectis, de oſſea mamma.

Sylveſter Henrich SCHMIDT *Tractat von der wunderbaren Macht der Muſkeln, aus* BORELLI *Werk von Bewegung der Thiere ausgezogen* 1706. fol. THOMAS. Video alium titulum J. A. BORELLI *Philoſophia de motu animalium ex unico principio mechanico ſtatico deducta per S. H.* SCHMIDTIUM Heilbrunn 1705. fol. GRAU. Putes utraque lingua prodiiſſe.

J. HARRIS *lexicon technicum or univerſal dictionary of arts and ſciences* London 1704. fol.* Etiam anatomen continet.

In *hiſt. of Virginia* Lond. 1705. 8. de ſceletis dicitur, ab incolis olim paratis.

§. DCCLXXXVIII. *Varii.*

J. Ludovicus PETIT, celebris Chirurgus Pariſinus. Ejus *l. des maladies des os* ſæpe recuſus Paris 1705. 12. Leid. 1709. 8.* Paris 1723. 12. 2.Vol.* 1736. 12. 2.Vol.* 1756. 8. 2.Vol.* Pars exigua ad anatomen facit, ut in lib. I. de muſculis, ligamentis, oſſibus, articulis, muco articulari aliqua. In T. II. aliqua de oſſium per rachitidem incurvatione, contra GLISSONIUM. Malum eſſe ab oſſibus emollitis & atractione muſculorum.

In T. III. *tr. des maladies chirurgicales* PETITI continetur Diſſ. phyſiologica de lacte in animalium lactentium ventriculo conſtanter coagulato, ut ſenſim coagulum colliqueſcat, & in chylum contabeſcat: grumos tamen non raro indiviſos in inteſtina tranſire.

In *lettres écrites à M. l'Auteur de l'extrait du livre intitulé tr. des maladies* *des*

(c) GIORN. de LETTER. IV. p. 272.
(d) p. 161.

des os Paris 1724. 12.* & in epiſtola 2. de muſculis gaſtrocnemiis agit, quos contractos planiores reddi putat.

In 2. epiſtola aliqua etiam dicit de ligamento terete, quod N. ANDRY aliter deſcripſerat.

In *Mém. de l'Acad. des Scienc.* 1715. de modo quo bibitur, linguæ officio, vacuo ſpatio in pectore parato. Pergit ib. a. 1716. linguæ varia officia, & palati mobilis in deglutitione deſcendentis uſum deſcribere.

Ib. Fetus varie difformis, ſexu neutro, ſolo peritonæo abdomen tegente, arteria umbilicali unica, urina in rectum inteſtinum defluente.

In *Mém.* de 1717. De herniis veſicæ urinariæ.

Mém. de 1718. Nodus in funiculo umbilicali.

Mém. de 1722. De oſſium emollitione.

Hiſt. de 1723. Placenta oſtio interno uteri adnata. Teſtis alter latens. Primus forte noſter monet, teſtes non reperiri in ſcroto infantum, quo ſenſim deſcendant.

Hiſt. de 1725. Omentum non poſſe ad ventriculum calefaciendum factum eſſe: replere potius intervalla inteſtinorum, ne muſculi intercoſtales aliique ea inæquabiliter comprimant.

Mém. de 1731. 1733. & 1735. de grumo ſanguinis, quo clauditur arteria diſſecta. Coagulum ea vulnera claudens fieri parte ſanguinis lymphatica.

In *Mém.* de 1734. de viis lacrumarum & palpebrarum uſu, ad eas per proprium incile ad puncta lacrumalia compellendas. Icon ſacci lacrumalis.

Ibid. de ſugendi actione. Non eſſe neceſſe in ore vacuum ſpatium parare.

In *Mém.* de 1742. de freno linguæ ejusque inciſione.

Ibid. *Hiſtor.* ovum prægnans.

In *Mém. de Chirurg.* T. I. de atretis.

Elogium funebre dedit *Ant.* LOUIS Pariſ. 1750. 4.

§. DCCLXXXIX. *Varii.*

Tomaſo ALGHISI *litotomia overo del cavar la pietra* Fiorenz. 1705. 4. Venet. 1708. 4.* Habet anatomen aliquam viarum urinæ & ſeminis, & icones urethræ ad utrumque ſexum depictæ.

EJ. De mumia ægyptia involuta, perpulchra, exſtat epiſtola ad VALISNERIUM in T. VI. *Giornale de letterati.*

Thomæ GREENHILL, Chirurgi, *νεκροκηδεια or the art of embalming* London 1705. 4.* ſplendidum opus. Balſamo condiendi rationem ægyptiam habet, & mumias, neque præterea fere quidquam habet conſilii.

J. H. (HANDLEY) *a compendium of anatomy* Lond. 1705. 8. cum colloquiis chirurgicis.

Giovanni Franciſco GERARDI *l'anatomico de ſe ſteſſo* Eiſenberg 1705. 12. B. BOEHMER, ſi huc facit. In

In ſplendida *Sibyllæ* MERIAN *Inſectorum Surinamenſium metamorphoſi* Amſtelodami 1705. fol. 1730. fol.* excuſa, huc potiſſimum facit hiſtoria ranæ, quæ in piſcem revertitur.

. . . . . Medecin de Montpelier, *deux parergues anatomiques où diſſertations ſur l'origine & la nouriture du fetus* Montpel. 1705.

EJ. *Diſſ. anat. ſur la generation de l'homme & ſur l'origine & la nouriture du fetus.* In priori editione ova male creari monet, quæ hydatides ſint. In altera cotyledones per proprios ductus, & per funiculum cum vaſis lacteis communicare, ita fetum alere.

BUFFIER S. J. *Pratique de la mémoire artificielle* Paris 1705. 12. 3. Vol. d'ETR. 1735. 12. 4. Vol. 1764. 2. Vol.

Armandi PERPESSAC *Diſſ. medica de hæmorrhoidum utilitate & noxa juxta doctrinam* HIPPOCRATIS Toloſ. 1705. 8. BURKH.

EJ. *Prælectiones medico-anatomicæ de iis, quæ ſpectant ad fetum humanum in utero humano degentem* ib. 1706. 8. BURKH. Placentam cum utero communicare.

Joh. KRUSS *abgenöthigter Bericht wegen eines ſogenannten Hermaphroditen* Schleswig 1705. 4. B. BOEHMER, cujus androgyni hiſtoriam cum C. F. LUTHER communicaverat.

Cum in *prodromo apologiæ* reſpondiſſet LUTHERUS, anonymus (*Chriſt. Gottl.* LOCH V. D. M.) reſpondit in libro *Bedenken von der Ehe eines Zwitters oder ſogenannten Hermaphroditen* Schleswig 1706. 4. MOELLER.

Adami PHERNEC *Diſp. quinque de cerebro, reſpiratione, nonnullis oculorum morbis, curioſis experimentis &c.* Lyon 1705. fol. GAL. MIN. Multa hypotheſis & mechanicæ explicationes rerum, quæ non ſubſunt mechanicæ. Recte tamen vidit, ſubjecto igne plurimum de cerebro oleum ſtillare. Pulmonem aërem adtrahere.

Diſſ. *anatomique ſur la génération de l'homme, où l'on combat le ſyſteme des ovariſtes* Paris 1705. 12. HEISTER.

J. Ch. HEYNE *tentamen chirurgico medicum de præcipuis oſſium morbis* Amſtelod. 1705. 12.* Continet etiam de fabrica oſſium & nutritione cogitata auctoris.

G. Franc. GERARDI *anatomico de ſe ſteſſo* Eiſenberg. 1705. 8.

§. DCCXC. *Diſputationes.*

J. Sigmund HENNINGER, Profeſſ. Argent. Diſſ. *de ſaliva* Argentor. 1705. 4.* & *continuatio* 1707. 4. B. BOECKL.

EJ. *De bile* ibid. 1705. 4.*

EJ. *De freno linguæ* ibid. 1706. 4.*

EJ. *De primo infantis vagitu* ib. 1706. 4. PL.

EJ. *Theſes anatomicæ in Theatro anatomico Argentinenſi obſervatæ* ib. 1707. 4.

EJ. *De callo* ib. 1707. 4.*

EJ. *De dentibus* ib. 1708. 4.*

Ej. *De chylo* Argentorati 1709. 4.*

Ej. *De ſpermate ceti* ib. 1711. 4.

Ej. *De nutritione* ib. 1712. 4. He.

Ej. *De depuratione ſanguinis per inteſtina* ib. 1712. 12. Pl.

Ej. *De lacte* ibid. 1713. 4. Pl.

Ej. *Theſes phyſiologicæ* ib. 1714. 4.

Ej. & Euler *De meſenterio* ib. 1714. 4* cum pulchra icone ductus thoracici & vaſorum lacteorum.

Ej. *De temperamentis* ib. 1718. 4.

In Diſp. præſide Mappo *de cephalagia* defenſa 1691. 4.* de vulnere refert cerebri, in quod ſtylus inmiſſus nullum ſui ſenſum fecerit.

Joh. Boecler *hiſtoria inſtrumentorum deglutitioni præprimis veræ chylificationi inſervientium* Argentorat. 1705. 4. B. Burkh.

Ej. *De poris corporum effluviis & odorum hiſtoria* ibid. 1711. 4. Pl.

J. Sainctlo *de ſero ſanguinis* ib. 1705. 4.*

J. Petri Hollard *de renum ſtructura & uſu* Baſil. 1705. 4.*

J. Conr. Creiling *phænomena laternæ magicæ* Tubingæ 1705. 4. Pl.

J. Jac. Baier, viri docti, & præſidis Acad. Nat. Cur. *de longævitate medicorum* Altdorf 1705. 4. Trew.

Ej. *De freno linguæ* ib. 1706. 4.*

Ej. *De callo oſſium* ib. 1707.

Adagia vix huc referas, ſed Diſp. *de ſalivæ inſpectione* Hall. 1698. 4. præſide Hofmanno defenſam, & diſp. *de capillis* Jen. 1700. præſide R. W. Crause. Tum Diſpp. alieno nomine editas, ut *de oſcitatione & pandiculatione* Altdorf. 1720. Denique *biographiam Profeſſorum medicinæ, qui in Academia Altdorfiana unquam vixerunt* Noriberg. 1728. 4.* quos inter tres ſunt Hofmanni.

In *Eph. Nat. Cur. Cent.* VII. *obſ.* 4. portio maxillæ inferioris a natura reparata.

In *Epiſtolis ad viros eruditos* Francof. & Lipſ. 1760. 4.* excuſis dat conſilia, ut in Muſæis anatomicis animalia poſſint conſervari.

J. Joachim Schoepfer *de pulmone infantis natante vel ſubmergente* (ſic) Roſtoch. 1705. 4.*

Ej. *De gemellis concretis* ibid. 1709. 4. B. Boehm.

Ej. *De partu octimeſtri* Witteberg. 1742. 4.

Jerem. Papken *de effluviis corporum naturalium* Greifsw. 1705. 4. ſi huc facit.

Ej. *De vitio μυωπιας και του πρεσβυτικου παθους* Greifswald. 1709. 4.

Michael Frid. Quade *de viris ſtatura parvis conditione magnis* Greifswalde 1705. 4. De gigantibus & pygmæis.

Car.

Car. Jac. ROESER *de phantaſiæ efficacia in corpus humanum* Regiom. 1705. 4.

Theophili PRAUSER *de induratione corporum, in ſpecie oſſium* Lipſ. 1705. 4.*

Ej. *De lactis natura, uſu & abuſu* Leid. 1705. 4.*

J. Lebrecht GOESCHEN *de vomitu* Leid. 1705. HEFT.

E. ULYSEUS *de fetu in utero materno contento* Leid. 1705. 4.

Joh. CAMPBELL *ſpecimina expoſitionis mechanicæ actionum naturalium in homine* Utrecht 1705. 4.*

Archibald ADAMS *de ſecretionibus* Leid. 1705. 4.

Petri AZEVEDO & *J. Fr.* COUTHIER *Non ergo ad ſenſum & motum neceſſarii ſpiritus animales* Pariſ. 1705. 4.

Ant. PEPIN & *Eb.* ENGUEHARD *E. ſanguis ſeri perfector* Pariſ. 1705. 4.

J. d'Eſpiney PESCHARD & *Salv.* CLUSCART *Non ergo homo a vermibus* Pariſ. 1705. 4.

§. DCCXCI. *Philoſ. Tranſact. & alia Diaria* anni MDCCV.

In *Phil. Tranſact.* n. 297. *Richard* WROE agit de cornutis tuberibus de digitis germinantibus.

N. 302. *Philipp.* SKIPPON de oſſibus fetus ex inguinis ulcero eductis.

N. 303. *Antonii* MESAPORITI relatio de ſanguine per omnes univerſi corporis poros erumpente. Reperitur etiam cum SAPORITI nomine in E. N. C. *Cent.* I. II. *obſ.* 20. & apud VALISNERIUM.

N. 309. *Samuel* BRADY de catulo ore clauſo.

Ex *Philoſ. Tranſactionibus* excerpta ſunt *Miſcellanea curioſa* Londin. 1705. 8. 1706. 8. 1708. 8. edita. Etiam anatomica continent.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1705. Cerebellum & media pars medullæ oblongatæ ſcirrhoſa.

In *Act. Lit. Mar. Balth.* 1705. M. April. *Mich. Fridericus* CHEMNITZ deſcribit porcellum deformem, proboſcide de fronte exeunte.

M. *Jul.* ex muſæo J. ROSENBERG recenſentur multi fetus pedibus abundantes.

§. DCCXCII. *Georgius* CHEYNE,

Medicus Bathonienſis, vir pius, & ſobrius, non quidem inciſor, ad phyſiologiam multa contulit. Ej. *Philoſophical principles of natural religion* London 1705. 8. 1715. 8. FALKES. 1736. 8.* Continet demonſtrationem exiſtentiæ Dei ex ſapientiæ veſtigiis, quæ in creaturis deprehenduntur. Inter ea veſtigia ſunt etiam, quæ repetuntur a fabrica animalium & hominis, qua occaſione integra fere per ſingulas partes phyſiologia repetitur. Recte hic producit contemporaneam creationem variarum partium, quæ a ſe mutuo dependent, ut non

 caſu

caſu aliquo, ſed ad prævifos fines coaptatas fuiſſe adpareat. Voluntarios motus muſculares negat a cauſa mechanica poſſe produci, involuntarios neceſſario antagoniſmo tribuit. Spiritus animales rejicit. Partes ad futuros uſus creatas etiam in teſtimonium producit, ut foramen ovale. Cæterum fere in generalibus verſatur.

EJUSD. *De natura fibræ ejusque laxæ ſ. reſolutæ morbis tractatus* Londini 1725. 8.* Fibram ſolidam ponit, quam ſuccus nerveus extus adfuſus irriget & nutriat. Hujus elaterem & vim contractilem conſiderat, ſpiritus nerveos refutat &c.

EJUSD. *De infirmorum ſanitate tuenda vitaque producenda* cum ej. tract. *de natura fibræ* Londin. 1726. 8.* Pariſ. 1742. 12. 2. Vol. De ſex rebus agit non naturalibus. Humores noſtros alcaleſcere ubique monet, ideo victum vegetabilem requiri, qui neceſſarium acorem huic malo opponat. Sed alibi pro meritis laudabimus. Animam cæterum ad STAHLII fere mentem clavicymbalum pulſare ponit, cujus claviculi nervorum ſint initia, nervi ipſi chordæ.

In *Engliſh malady or treatiſe of nervous diſorders* London 1732. 8.* varia habet phyſiologica, & pro evolutione pugnat. De ſpiritibus nervis varia. Hic exemplum recenſet militis, qui pro arbitrio ſe ita ad quietem componere norat, ut mortui ſimillimus fieret.

EJUSD. *A new theory of acute and ſlow fevers* 3. edit. London 1722. 8.* primam enim edit. ignoro. Corpus humanum conponi ex vaſculis, & potiſſimum glandulis, ſive organis ſecretoriis. BELLINUM inde ſecutus accelerari putat ſanguinis per liberos ramos motum, dum eorum aliqui obſtruuntur. Ex iisdem principiis vim plicarum retardantem admittit, neque bene earum in teſte numerum init. Leges aliquæ ſecretionis. Ventriculum & inteſtina ritu ſolo officio ſuo defungi.

Reliqua viri opera practici fere argumenti ſunt.

§. DCCXCIII. *Diaria Philoſ. Tranſact. &c.* a. 1706.

In n. 307. *Joſephus* CAMELLI numeroſa monſtroſarum fabricarum exempla ex Philippinis Inſulis narrat. Aliqua fabuloſa videntur, alia probabilia. Et vaccas & homines androgynos frequenter putes reperiri, cum propria apud Barbaros nomina iis ſint impoſita. Gigantes, nani, Aethiops albus noctu videns.

Ex codicibus M. S. *Johannis* RAJI recenſetur integra anatome *Antonii* MARCHETTI Patavini. Renem ſiniſtrum altiorem eſſe, & majorem. Lactea vaſa ad uterum in prægnantibus Absque teſtibus animalia generaſſe. Hymenem oſtendit, Urachum cæcum eſſe. Ramum a ductu thoracico in pericardium euntem ſe vidiſſe. Corpuſcula mamillaria cerebri pro fratris invento dat (DOMINICI). Multa paradoxa.

In *Philoſ. Tranſact.* n. 307. negat ciſternam chyli aliquam dari.

EJUSDEM *Antonii* MARCHETTI aliqua reperias in *G. des* NOUES epiſtolis

Romæ

Romæ 1706. 8.* Ductum thoracicum fere ad omnes univerſi corporis partes ramos edere, etiam ad cerebrum & ad medullam ſpinalem, chylo plenos. Ductum etiam proprium ait ducere a ſplene in duodenum.

Robertus TAYLOR duas puellas dixit, medio corporis trunco connatas.

GAUTIER pro chorioidea tunica: viſionis eſſe organum *Mém. de Montpelier* 1706.

§. DCCXCIV. *Jacobus* DOUGLAS,

Vir eruditus & ſolers, diligentiſſimus inciſor, modeſtus idem vir & humaniſſimus, cujus benignum animum juvenis expertus ſenex laudo. Vidi certe numeroſiſſimas ſceletos, multas etiam cum ſuis ligamentis in aqua jacentes, ut articulorum mobilitas ſibi conſtaret: oſſa etiam varie diſſecta, ut interiora paterent. Verum magnum, quod parabat & promiſerat, de oſſibus opus interiit, & pauca ſunt omnino, quæ de maximis ſummi viri laboribus ad poſteros pervenerunt.

In *Philoſ. Tranſact.* n. 308. deſcripſit & depinxit uterum cum vicinis vaſis, vaſisque renalibus, tum arteriæ ſpermaticæ ramum adipoſum renalem, glandulæ renalis ſulcum, venam in eo ſulco latentem; glandulas internas uteri, glandulas labiorum pudendi.

EJUSD. *Myographiæ comparatæ ſpecimen or a comparative deſcription of all the muſcles in a man and in a quadruped* Lond. 1707. 12.* Edinburg 1750. 8. & ab amico noſtro J. F. SCHREIBER latine verſum Leidæ 1738. 8.* Myologiarum hactenus editarum ſuo tempore præſtantiſſima, muſculorum hominis & canis catalogum continet, & optimam potiſſimum inſertionum in oſſa hiſtoriam. Peculiares muſculi aut novi varii, cum ante SANTORINUM ſcripſerit, editasque EUSTACHII tabulas. Huc ergo pertinent m. rhinæus, muſculus inciſuræ meatus auditorii, ſtylohyoideus alter, arytænoideus minor, Mylopharyngæus, Salpingopharyngæus, Syndeſmopharyngæus, Chondropharyngæus, Palatoſtaphylinus, Thyreoſtaphylinus, & muſculus Palatoſalpingæus ornatius dicti. Porro Trachelomaſtoideus, iſte Fallopianus intertransverſales colli & lumborum, Intervertebrales, Coccygæus, duo muſculi vaginæ, ſecundus maſſeter. Buccinatorem cum pterygopharyngæo continuari vidit. Interoſſeos primus vere expoſuit. Tricipitem femoris recte in quatuor adductores diſtinxit. Varietates ubique adnotat. Adjecit etiam brevem *appendicem*, in qua faſciculus ab orbiculari palpebrarum in labium ſuperius deſcendens. Muſculum tubæ novum in duos ſeparavit, reflexum palatinum, & dilatatorem tubæ. Muſculi aliqui rarius conſpicui.

ALBINI obſervationes, & nonnullas adnotationes ad hoc opus addidit SCHREIBERUS, ut coracobrachialem ſecundam.

Apud RUTTYUM DOUGLASSIUS faſciculoſum muſculoſum ab oſſe pubis dicit.

Apud REIMARUM, tendinem absque magno dolore conpunctum recenſet.

EJ.

Ej. *Bibliographiæ anatomicæ ſpecimen ſ. catalogus pene omnium auctorum, qui ab* Hippocrate *ad* Harvejum *rem anatomicam illuſtrarunt* Londin. 1715. 8.* & Leid. 1734 8.* Libros omnibus linguis ſcriptos, qui quidquam continerent argumenti anatomici, recenſuit, cum variis editionibus, & præcipua cujusque viri in anatomen merita addidit. In editione Belgica aliquæ editiones, & libri aliqui a Douglassio omiſſi, acceſſerunt.

Ej. *A Deſcription of the peritonæum and of that part of the membrana cellularis which lies on its outſide, with an account of the true ſituation of all the abdominal viſcera* London 1730. 4.* & vertente *Elia Frid.* Heister Helmſt. 1732. 4.* Subtilis omnino inciſoris ſpecimen, qui peritonæum integrum undique deglubſerit, ejusque adhæſiones ad quæque viſcera, quibus eſt pro velamento, accuratiſſime expoſuerit, potiſſimum etiam ad veſicam urinariam, renes & rectum inteſtinum. Non duplex eſſe peritonæum; & celluloſam eſſe telam, quod habitum eſt pro exteriori lamina, primus oſtendit. Multa etiam bona de tunica celluloſa in univerſum docuit, de arteriarum membrana unica, de viſcerum ſitu & ligamentis. Plicas habet peritonæi, inde in Gallia ornatas, fibrasque longas in pubis os inſertas. Nullam dari arteriarum membranam externam, naturam arteriæ celluloſam eſſe.

El. Frid. Heisterus duplicem laminam peritonæi defendere tentavit. Sed neque vim ſermonis anglici ubique ſenſit.

Recenſuit *Joshua* Nelson Leid. 1737. 8.

In *Philoſ. Tranſact.* n. 350. aliqua ad anatomen Phœnicopteri.

N. 349. Glandulæ lienis humani.

§. DCCXCV. *Andreas Ottomarus* Goelicke,

Profeſſor Francofurtenſis ad Viadrum, acris & bellicoſus Stahlii adſecla, non quidem inciſor, plurima tamen ſcripſit, quæ ad phyſiologiam pertinent.

Diſputationes eo præſide prodierunt. *De temperamentorum natura, characteribus, ac diatheſi morboſa* Hall. 1705. 4.

Partum octimeſtrem vitalem eſſe, ac legitimum ib. 1708. 4.*

Specimen medicinæ legalis de inſpiciendo ventre Francof. ad Viadr. 1720. 4.

Spiritus animalis ex foro medico relegatus ib. 1725. 4.* tres Diſputationes. Nervos pro funiculis habet, qui ad unum finem correpti, contremiſcunt in altero; argumenta Bidloi, Cabrolii & aliorum repetit.

Ej. *De pulmonis infantis in aqua natatu vel ſubſidentia infallibili indicio eum, vel vivum, vel mortuum eſſe natum* ib. 1730. 4. Haenel.

Ej. *Spiritus animalis merens exſul juſtarumque imputationum pleniſſime convictus* ib. 1731. 4.*

Ej. *De tendinis ſtructura & uſu* ib. 1734. 4.*

Ej. *De oſſium ſtructura & uſu* ib. 1735. 4.*

Ej. *De ſingularibus hepatis humani in ſtatu naturali & prænaturali* Francof. ad Viadr. 1736. 4. B. Burckh.

Ej. *De meninge arachnoidea cerebri* ib. 1736. II. 1737. 4. & alia Diſp. 1748. 4.

Ej. *De fibræ textura, uſu & adfectionibus, tam ſecundum, quam præter naturam* ib. 1738. 4.

Ej. *De ingreſſu aëris in ſanguinem ſub reſpiratione, ejusdemque effectibus* 1738. 4.

Ej. *De membranæ textura uſu & affectibus, tam ſecundum, quam præter naturam* 1739. 4.

Ej. *De genuino corporis organici motore* 1740. 4.

Ej. *Utrum homo ſit machina hydraulica pneumatica, necne* 1741. 4.

Ej. *Hiſtoria anatomica novantiqua, ſ. conſpectus ſcriptorum plerorumque, ſi non omnium, qui anatomiam illuſtrarunt* Hall. 1713. 8.* Auctorum inventa vulgo notiora recenſet, editionibus fere omiſſis, magnus veterum contemtor. *Jacobum* Carpum a *Jacobo* Berengario ſeparat. G. Entium ſeculo XVI. accenſet; *Nicolaum* Hobokenum cum *Nic.* Habicot confundit. *Nic.* Severum alium a *Nicol.* Stenonio facit, qui idem eſt. Gallice tamen verſus eſt a D. Eidous.

Idem opus iterato adgreſſus auctius reddidit Francof. 1738. 4.* Non ſatis inciſor; tubam, etiam noſtro ævo, cum aquæductu Fallopii confundit. Confundit Albinum juniorem auctorem Diſſ. *de inteſtinis tenuibus*, cum majori fratre, & majori opera minoris tribuit, atque viciſſim. Cæterum aliquam librorum dat notitiam, ſæpe ex præfationibus.

Ejusd. *Inſtitutiones medicæ ſecundum principia mechanico organica reformatæ* Francof. ad Viadr. 1735. 4.* ex Diſputationibus natum opus, breve & polemicum.

Medicina forenſis Francof. ad Viadr. 1723. 4. & ipſa Diſputationum eſt collectio, cum hiſtoria literaria librorum huc facientium.

Diarium denique ſcribere adgreſſus eſt, cui titulum dedit, *Selecta Francofurtenſia*, & cujus initium fecit anno 1736.

In T. I. n. 5. hæmorrhagiam a funiculo non ligato ortam utique funeſtam fuiſſe.

§. DCCXCVI. *Diaria alia* anni 1706.

In *Hiſt. de l'Acad. Roy. des Scienc.* aliqua de diuturna inedia animalium.

Carre de lentis cryſtallinæ vi, qua literas auget.

De animale amphisbæna: quod ipſum in plures partes diſſectum porro progreditur & ſe movet.

Fetus cui alter imperfectus ad pectus adaptatus.

In *Act. Erud.* Lipſ. 1706. *Nicolaus* Bidloo deſcribit partum bicipitem & bipedem, ejusque anatomen.

In *Galer. di Minerv.* T. V. qui anno 1706. prodiit, *Bernardinus* ZENDRINI egit de ſecretione animali.

Idem contra PARENTUM BORELLUM defendit *Giorn. de Letter. d'Ital.* XVIII. Vol. 4. & *Suppl.* 2. p. 79.

In tr. *de China China* 1715. edito cor fere ſexagecuplas ſuarum virium reſiſtentias ſuperare docet.

In *Mém. de Trevoux*, Juillet D. POUSOL, medicus, ſingularem partum monſtroſum deſcripſit, qui cum legitimo fetu prodiit, puellam nempe difformi capite, absque corde, pulmone, reliquis viſceribus, præter renes, & minima inteſtina, nulla arteria aorta, medulla ſpinali minima, ſic altero pede.

§. DCCXCVII. *J. Baptiſta* MORGAGNI,

Forolivienſis, Valſalvæ diſcipulus, Profeſſor primarius Patavinus, vir & elegantiſſime doctus, & in anatome exercitatiſſimus, admirabili memoria præditus, ut infinita auctorum loca non inſpectis libris citare poſſet, varias adeo & rariſſime conjunctas dotes animi in publica commoda conjunxit, vitæ demum pro ſuis meritis productæ beneficio ſenex perfecit, quæ juvenis præparaverat.

Primum ejus opus, idemque novis inventis pleniſſimum, *Adverſaria* ſunt *Anatomica prima*, quæ Bononiæ 1706. 4.* edidit, ſexaginta ſeptem ante hæc quibus ſcribo tempora annis. In hoc exigui voluminis libro nihil fere reperitur, niſi novum, aut certe ſtudioſius excultum. Glandulæ minores laryngis, ligamenta, ventriculi, & muſculi ſtylopharyngæi in os hyoides productio, colliculi veſicæ & mucoſi ſinus, glandulæ ſebaceæ faciei, nympharum, ani, mammarum, ligamentum penis, corpuſcula calloſa valvularum in magnis arteriis cordis: adnotationes de viis lacrumarum, caruncula, thyreoidea glandula, vera origine muſculi coracohyoidei, hymene, lacunis circa urethræ exitum in feminis, tubarum ſitu, poris uteri menſes fundentibus, foramine cæco linguæ &c.

Recuſa ſunt Leidæ 1714. 8. 1741. 4.

Alius hactenus finis eſt eorum, quæ ſequuntur Adverſariorum. Cum enim MANGETUS in *theatrum* ſuum *anatomicum* BIANCHI nonnulla admiſiſſet, ſatis petulanter in MORGAGNUM ſcripta, noſter & BIANCHI inſultationes repellere conſtituit, & MANGETI nimis numeroſos errores corrigere. *Secunda* ergo *Adverſaria* prodierunt Patav. 1717. 4.* Ubique, dum collectoris vitia emendat, addit de ſuo adnotationes, & plurima rectius conſtituit. Multa de muſculis. Hic primum utiliſſima methodus ſummi viri adparet, qua ſuper omnes priores inciſores ſe extulit, ſolo forte excepto EUSTACHIO. Nempe non ita partes humani corporis deſcribit, tamquam una & conſtans earum forma eſſet: ſed varietates in diverſis cadaveribus adnotatas colligit exque numero conſentientium exemplorum conficit, quæ fabrica pro conſueta haberi poſſet. Splenii muſculi in vertebras colli inſertionem ſæpe vidit: & duos ab occipite levatores ſcapulæ, aut ejus muſculi a proceſſu transverſo primæ vertebræ originem: tres diverſos

diverſos peronæos. Longiſſimum dorſi quater vidit ad occiput adſcendere. Plantarem muſculum aponeuroſin plantæ pedis generare recte negat. Transverſalis pedis varietates vidit. Tricipitem extenſorem cubiti mallet dicere. De pharyngis & palati mollis muſculis aliqua. De glandulis mucilaginoſis, de meniſco in articulo maxillæ inferioris, de tibiæ cartilaginibus ſemilunaribus. Ad nervos aliqua: de ureterum inæquali diametro, chyli ciſterna.

Adverſaria anatomica Tertia, Patav. 1717. 4.* Ad abdomen. De appendicibus coli omentalibus. De ani valvulis & ſinubus; de valvula coli, uti ſe in recente cadavere habet, fuſe & ornate: de ejus valvulæ frenulis, de tribus ligamentis coli: contra BIANCHIANUM anulum. Inde contra primam editionem *hiſtoriæ hepaticæ* BIANCHI, in qua plurima præproper ſcripta corrigit: vaſa hepati-cyſtica rejicit, & potiſſimum etiam muſculos urethræ & ani emendat, quos BIANCHUS novos in MANGETI *theatro* propoſuerat.

Adverſaria anatomica Quarta Patav. 1719. 4.* Hactenus LANCISII amico miniſterio cum BIANCHO in gratiam redierat, ut mitius pergat corrigere, quæ erant nota digna. Ad organa genitalia virilia, ad ſinus mucoſos penis, ad urethræ glandulas in TERRANEUM. Adverſus LITTRII proſtatam. Sulcus medius capitis gallinaginis. De mulierum etiam genitalibus. De glandulis ſebaceis fuſius & ornatius: de luteis corporibus, de veſiculis, quas non habet pro ovis: de ductibus mammæ lactiferis, de foramine ovali. De pilorum ortu ex tela celluloſa.

Adverſaria anatomica Quinta Patav. 1719. 4.* De mammis & papillarum areolis, & ejus glandulis. De corde aliqua, de valvularum, in magnarum arteriarum oſtiis, fibris & corpuſculis; ad pulmonem, laryngem, hujus muciferos poros, de glandulis, ventriculis &c.

Adverſaria anatomica Sexta Patav. 1719. 4.* Ad cerebrum, & caput univerſum. Multa hic iterum nova aut accuratius expoſita; de ſinu occipitali, de tractubus nonnullis medulloſis cerebri: de receptaculis ad latus ſellæ equinæ accurate: de appendice glandulæ pituitariæ, de ſurculo in cranium recurrente nervi duri. De oculo, de viis lacrumarum, ſollicite contra BIANCHUM, de palpebra tertia. De aquula lentis cryſtallinæ. De naribus, earum glandulis, de corniculo ſphenoideo ſupremo. Iterum de lingua, foramine ejus cæco, glandulis, ductibus ſalivalibus.

Hoc eodem anno 1719. *Adverſaria ſex* MORGAGNI Patavii 4.* conjuncta recuſa ſunt, Leidæ iterum impreſſa.

EJUSD. *Nova Inſtitutionum medicarum idea* Patav. 1712. 4.* Leid. 1740. 8. Vix huc facit.

Cum EUSTACHII tabulis a LANCISIO editis prodiit Romæ 1714. fol. & 1728. fol.* epiſtola MORGAGNI, in qua aliqua inventa ſummi viri recenſentur, & loca librorum editorum conferuntur. De muſculis naſi agit.

EJUSD. *Epiſtolæ Anatomicæ novas obſervationes & animadverſiones complectentes* Leid. 1728. 4.* curante BOERHAAVIO. Utraque eſt adverſus J. B. BIANCHI.

CHI. Prima, moderato & amico ſtylo ſcripta, aliqua continet in anatome hepatis corrigenda, ad ejus viſceris ligamenta, figuram, vaſa, ductus bilarios, etiam cyſthepaticos, bilis iter. Deinde ad orationem, qua BIANCHUS hiſtoriam anatomicam adtigerat, juvenili tunc & inemendato ſtudio.

Altera ſucceſſit, cum interim BIANCHUS in altero tomo hiſtoriæ hepaticæ ſe vindicare fuiſſet adniſus; acris iſta, qua vitia ejus libri vivide accuſantur, icones, neque certe niſi merito, carpuntur. Adjecta eſt in J. B. BIANCHI *Joſephi* POZZII accuſatio, qui exemplum ductuum bilariorum mire dilatatorum, & a BIANCHO deſcriptorum, TACONO vindicat, & ductus cyſthepaticos refutat.

IDEM Venet. 1740. 4. 2. Vol.* edidit VALSALVÆ opera, vitamque addidit & Epiſtolas octodecim, quæ cum proxime recenſis numeratæ numerum complent vigenarium. Hæ Epiſtolæ hactenus ad aliquas VALSALVÆ voces reſpiciunt, ut infinita, & plerumque ſubtiliora, anatomica experimenta SUMMI VIRI contineant, tum totam hujusque particulæ hiſtoriam, ut paulatim a variis ſcriptoribus aut perfecta ſit, aut per errores corrupta. Epiſtola III. fere ad glandulas ſebaceas, & ad glandulas in univerſum pertinet, quarum & viſcerum fabricam veſicularem contra RUYSCHIUM ſtudet confirmare, & MALPIGHIUM tueri. Epiſtola IV. ſpectat ad auriculam, & ad auditorium meatum: In toto opere VALSALVÆ merita AMICUS editor vindicat, contra VIEUSSENIUM aliosque. De inciſuris meatus cartilaginei. In Epiſt. V. agit de tympani membrana & cavea: de cuticula aliisque ejus membranæ laminis: de hiatu ejusdem, quem rejicit, de cellulis mammillaris oſſis, de oſſiculis auditus & eorum antiquitatibus, atque muſculis. Epiſtola VII. de utraque feneſtra, tuba, & vaſculis nervisque tympani: de minoribus earum partium foraminibus; tubæ utilitate & muſculis, & tympani chorda. Epiſt. VIII. ad muſculos uvulæ & pharyngis ſpectat, brevis omnino. Epiſt. IX. ad pharyngem in univerſum, ejus glandulas & œſophagum, ad uvulam & palatum molle, ad tonſillas, ad glandulam nonnullorum œſophageam dorſalem, ad glandulam thyreoideam ejusque ſuccum, ad bronchiales gl. Epiſt. X. de muſculis uvulæ & palati mollis, fuſe & accurate & Ep. XI. de muſculis pharyngis: perinde Ep. XII. ubi ſtylopharyngeus alter. In eadem Ep. XII. accuratiſſime quærit de labyrintho, & de minimis etiam ſulcis atque foraminibus, de cochlea, lamina ſpirali, canalibus ſemicircularibus, viis & ramis nervi mollis & duri, de membrana pulpoſa veſtibuli, zonisque. Ep. XIII. ad auris univerſæ phyſiologiam, morborum cerebri veram ſedem. Epiſt. XIV. ad inteſtinum colon, ejus ligamenta, inteſtinum cæcum, ejus appendicem. Ep. XV. ad ſinus magnæ arteriæ VALSALVIANOS, ad valvulas cordis & venarum in univerſum, ad valvulam EUSTACHII & coronariam, ad foramen ovale, venas cordis, venam ſine pari: de inventoribus circuitus ſanguinei, de viis ſanguinis fetui propriis, poris ſepti cordis, motus cordis vicibus LANCISIANIS. Epiſt. XVI. ad nervos a VALSALVA tactos, nervum opticum & oculum, ejusque muſculos. Epiſt. XVII. de oculi partibus interioribus, de fibris & motu iridis, corpore ciliari, humorum cameris, lentis cryſtallinæ fabrica, papilla nervi optici, hujus celluloſa natura, retinæ fibris & vaſculis. Epiſt. XVIII. & XIX. fere phyſiolo-

ſiologicæ ſunt & pathologicæ, ad oculum, & cataractam. Epiſt. XX. de renibus ſuccenturiatis, quorum & cavitatem rejicit in adulto, & VALSALVIANUM ductum. Fetus aliqui monſtroſi. Fetus galea cranii deſtitutus.

Recuſæ ſunt Venetiis 1762. fol.

Octogenarius edidit *de ſedibus & cauſis morborum per anatomen indagatis* L. V. Venet. 1761. fol. 2. Vol.* Pariſ. 1765. fol. 2. Vol. Anglice 1769. 4. 4. Vol. vertente ALEXANDRO, & nuper Germanice. Ad anatomen potiſſimum practicam pertinet, plurima tamen in cadaveribus inciſis habet, quorum ingens aut in phyſiologia aut in anatome uſus ſit.

EJ. *Opuſcula miſcellanea quorum non pauca nunc primum prodierunt* Venet. 1763. fol.* Multa ſunt argumenti anatomici. In P. I. mihi perhumaniter inſcripta Epiſtolam de ordine in anatome ſervato, datam a. 1761. reperias. Proœmia aliqua exercitationum anatomicarum. De glandulis ad MICHELOTTUM a. 1718. de ductibus lacrymalibus ad ANELLUM 1714.

De virginitate judicium.

Num fetus ſeptimeſtris perfectus eſſe poſſit.

Vitæ etiam GUILIELMINI & VALSALVÆ una recuſæ ſunt.

Epiſtolæ in *A. Cornelium* CELSUM & Q. SER. SAMMONICUM Haag. 1724. 4.* Pariſ. 1735. 4. quinque aliis epiſtolis auctæ Patav. 1750. 8.* tum cum ipſo CELSO, & inter *opuſcula* recuſæ, etiam loca anatomica CELSI paſſim emendant & explicant.

In *Commentariorum Bononienſium* T. I. VIR ILL. agit de pharyngis & uvulæ muſculis, quæ epiſtola anno jam 1706. data eſt. Deſcribit muſculum azygon, ſalpingoſtaphylini inſertionem in laryngem: ſtylopharyngæum triplicem.

In eodem tomo dat indicationem inventorum novorum VALSALVÆ, quæ poſtea ipſe edidit.

In *Hiſt. de l'Acad. de Sciences* 1741. varietates narrat in numero vertebrarum, valvularum arteriæ pulmonalis, quas vidit quaternas, in vena iliaca, in renali.

Vitam viri quem demum amiſimus, ILL. deſcripſit *Joſephus* MOSCA Neapoli 1768. 8.* & nuper *Ang.* FABRONIUS.

§. DCCXCVIII. *Dominicus* MISTICHELLI,

Medicus Romanus. EJUS inter epiſtolas *Guilielmi des* NOUES Romæ 1706. 8.* editas primum exſtat bonus libellus de fetu monſtroſo, leonis ſimili, cum totum vitium in celluloſa tela eſſet, aqua plena. Deinde ejusdem de SIMONCELLII Chirurgi Romani invento relatio, qui nervulum a molli de apice cochleæ exire, inque cerebrum demum reverti viderat, aut putaverat ſe vidiſſe, & qui idem videtur ramus eſſe a nervo duro in nervum intercoſtalem euns.

EJUSD. *Trattato dell apopleſſia* Rom. 1709. 4.* In L. I. fibras medullæ oblongatæ, fibras circa ſpinalis medullæ principia utrinque conflexas & concurrentes, nervorum ſpinalium originem depingit, & multum tribuit ejus medullæ meningibus, quarum cum corde antagoniſmum putet eſſe.

EJ. *Aggiunta al trattato dell apopleſſia* Padova 1715. 4.* Contra ſpiritus: meningibus replendis cerebrum unice deſtinatum eſſe. Utitur argumento a fetubus acephalis repetito. Ipſe apoplecticus interiit.

§. DCCXCIX. *Varii.*

Georgii Philipp. NENTER, Gelnhauſani, Profeſſoris Argentoratenſis, de STAHLII ſecta, Diſp. *de generatione viventium univoca atque æquivoca* Argentor. 1706. 4.

EJ. *Theoria hominis ſani, ſ. phyſiologia medica* Argentor. 1714. 8.* Ad præceptoris ſenſum. Refutat fervores SYLVII &c.

Redit ea theoria in *fundamentis medicinæ theoretico-practicæ* ibid. 1718. 4. 2.Vol.* Venet. 1751. fol. 2.Vol. Perbreve phyſiologiæ compendium.

J. Jacobi ZITTMANN, Medici primarii Caſtrenſis Saxonici, *Medicina forenſis, oder neu-eroffnete Pforte zur Medicin und Chirurgie* Frankfurt 1706. 4. 2.Vol.* Hoc opus natum eſt ex cocmtis ſchedis *C. Johannis* LANGE; reſponſa nempe ſunt facultatis Lipſienſis. Multa pertinent ad rem phyſiologicam & anatomicam, ut de legitimi fetus temporibus; de virginitate, cujus certa ſigna negat dari. Num in ſomno virgo poſſit imprægnari. Fetus mortui in utero retenti exemplum. Nævi.

Petri Angeli PAPI, Sabinenſis Medici, *ſacra auctorum recentiorum critica in Philoſophia Chymia & Medicina* Rom. 1706. 8.* Animæ imperium in corpus defendit ex Peripati ſententia. Negat animalia machinas eſſe, quibus anima ſenſitiva ſit. Ovaria humana rejicit, tum evolutionis ſyſtema. Villos aliquos de utero putat decidere, & in corpus fetus figurari.

Contra PASCOLUM porro CARTESIANAS machinas defendentem reſpondit in *difeſa dell' anima ſenſitiva eſiſtente in armenti automatici* Rom. 1706. 8.* PASCOLUM contra propria principia pugnare.

Antonio DOMENICO *del* PINO *penſieri ſopra la generazione dell' uomo* Lucca 1706. 4.*

Compendioſa e moralibus critices regulis monita, ad quorum normam exiguntur tum controverſia inter MALPIGHIUM & SBARAGLIUM, *tum epiſtolæ quædam ab adſeclis ipſius nuper evulgatæ* Colon 1706. 8.* Contra FLORIANUM, MALPIGHIUM & adſeclas acerbe contra SBARALEAM ſcripſiſſe; hunc nihil dixiſſe nimis acre.

Joſephi GRANDI *oratio qua italam anatomen cæteris præſtantiorem eſſe oſtendit* Venet. 1706.

Kurze Verfaſſung der Anatomie, wie ſolche zur Mahlerey und Bildhauerey erfordert wird, aus Licht gegeben von Franciſco TORTEBAT Berlin 1706. fol. TREW.

Chriſt. Henr. KIRCHHEIM *Vademecum Anatomicum* Hamburg 1706. 8.* Lipſ. 1713. 8. Dreſden 1721. 8. 1735. 8.* Langenſalza 1740. 8. 1745. 8. 1746. 8. Elementa mera.

EJ.

Ej. *Facies anatomica corporis humani diſmembrati* Varſav. 1722. 8. B. Boehm.

Rœlof Roukema *naamboek der beroemden genees en heelmeeſters* Amſterdam 1705. 8.* Multum utitur Morerio & Bayleo. Cæterum paſſim intercedunt errores non modici.

Quæ ſcripſit ad lites circa pulmonem natantem & ſubmerſum, malui relinquere conjuncta, ad a. 1739.

Henrici Buysen *van de uytwerpingen des menſcheliken lighams* Amſterdam 1706. 12.*

W. Read *treatiſe of the eyes* London 1706. 8.

Martini Heer, Luſati, *Phyſiologia* Helmontiana, *ſ. tractatus* IX. *de Archæo* Lipſiæ 1706. 4.

In *Commercio literario epiſtolico Jodoci Hermanni* Nunning & *J. Henrici* Cohausen Francof. 1706. 8.* varia dicuntur, ut oſſa foſſilia Elephanti, Rhinocerotis. De capſulis atrabilariis proprium ſcriptum promiſit.

Ej. *De tentaminum phyſico-medicorum decas de vita humana prolonganda &c.* Oſnabrugg. 1714. 4. potius practica.

Ej. *Oſſilegium hiſtorico-phyſicum* ib. 1714. 4.* De oſſibus in urnis ſepulchralibus repertis: de giganteis oſſibus. Pleraque hiſtorica.

Ej. *Lucina* Ruyschiana, *ſ. muſculus uteri orbicularis a* Ruyschio *detectus &c.* Amſterdam 1731. 8.* Muſculoſam fabricam uteri a Muralto, Drelincourtio aliisque dudum dictam eſſe: non ſufficere expellendæ placentæ; neque abſque ſummo periculo a natura auxilium exſpectari.

Ej. Hermippus *redivivus* Francof. 1742. quem Anglice verſum legi Londin. 1749. 8.* edente J. Hillio. Ex Gruteri inſcriptionibus Hermippi hiſtoriolam narrat, qui ad 115. vel 155. annum vixerit, halitu puellarum ſuſtentatus. Ea occaſione agit de longævis, etiam per alchemiam. Multa fabuloſa.

Ej. *Archæus febrium faber & medicus* Amſterdam. 1731. 8.

Diſſertations anatomiques ſur la generation de l'homme & ſur l'origine de la nourriture du fetus par le S. Medecin de Montpelier* Paris 1706. 12. Bur.

Jac. Geoffron (ita) *pulſuum doctrina in quinque libros diviſa* Genev. 1706. 8. Bur.

Philippi Hecquet, hominis pii ſed Zelotæ, magni tritus defenſoris, multa exſtant opuſcula, quæ phyſiologiam tangunt. Ejus eſt *Explication phyſique & mecanique des effets de la ſaignée par raport à la tranſpiration* Paris 1706. 12.

Lego jam a. 1696. dediſſe Diſputationem, *E. functiones non a fermentis* Paris. Sed auctores Diſputationum difficile eſt adgnoſcere.

Ejusd *Traité des diſpenſes du Carême* Paris 1709. 12. & auctius 1710. 12.* Tritum defendit, rejicit fermenta, vegetabilem victum cum hominis natura conſentire docet, neque carnes ad ſuſtentandam vitam requiri.

Ej.

Ej. *Tr. de la digeſtion contre l'article* XIII. *des mémoires de Trevoux* Janvier 1710. Paris 1710. 12. tantum duo folia, quibus ſequentem libellum indicit.

Ej. *Tr. de la digeſtion & des maladies d'eſtomac &c.* Paris 1712. 12. 1730. 12. 2.Vol.* Magna eſt collectio peculiarium libellorum: 1. *Diſcours preliminaire ſur l'etendue de la trituration.* Non digeſtionem ſolam, ſed fere omnes in corpore humano humorum præparationes tritui, & ſolidorum oſcillationi tribuit, & vaſorum vi contractili.

2. *Reponſe à Mr.* SILVA.

3 *Lettres ſur la revulſion, & troiſieme lettre ſur la ſaignée;* alias dicentur: tum *cinquieme lettre ſur les maladies des yeux;* contra PETITUM.

4. In T. II. redit *tr. de la digeſtion ſuivant le ſyſteme de la trituration ſans l'aide de la fermentation.* Hic etiam non digeſtionem ciborum ſolam, ſed ſecretiones, hæmatoſin, omnes demum in corpore humano motus tritui tribuit.

Ad ASTRUCII libellum animadverſiones. Inde contra VIEUSSENIUM fermentorum patronum.

Theſes a. 1712. Paris propoſitæ. *Ergo morbi a ſolidorum tritu.*

Ej. *Novus medicinæ conſpectus* Pariſ. 1722. 12. 2.Vol.* Adeo acriter omnes in animale motus a ſolidis partibus deducit, excluſis fluidis, ut etiam fetum ſolis ſolidis conponi ajat, aut certe fluidis, ſed ad naturam ſolidam inclinatis corpuſculis.

Ej. *La Medecine theologique, où la Medecine Creée* Paris 1733. 12. 2.Vol.* In primi tomi parte II. phyſiologica tradit, multum uſus SANTORINO, & motum partium tonicum pro natura habet. Theſes aliquæ, etiam phyſiologicæ adjectæ.

Ej. *De* RUYSCHIANO *uteri muſculo epiſtola* Pariſ. 1726. 8. Amſt. 1727. 4.*

Porro cum *remarques ſur l'abus des purgatifs* prodierunt Paris 1725. 12. *deux lettres l'une ſur la generation des inſectes l'autre ſur le muſcle uterin decouvert par* RUYSCH. HAENEL.

J. Philipp. BURGGRAV *de morte & ejus præſenſione* Francof. 1706. 8.

Traite de l'eau de milleſleurs (urina vaccina) *remede à la mode* Lyon 1706. 12.

§. DCCC. *Varii. Diſputationes.*

Wilhelm Henrich MULLER (ſive BIDLOO) *de thymo* Leid. 1706. 4.*

Ej. *De ancyloſi* Leid. 1707. 4.*, a nobis recuſ. De glandulis mucilaginoſis aliqua: de perioſteo organi auditus.

Chriſt. BIERWIRTH *de hepatis ſtructura ejusque morbis* Leid. 1706. 4.* Icon partis hepatis ſuilli cocti, & rami venæ portarum.

Petri EVERTSEN *de organo chylificationis* Leid. 1706. 4.* cum iconibus, in noſtris ſelectis recuſ.

Ej.

Ej. *De glandula thyroidea* ib. 1708. 4., & in *noſtris ſelectis*, cum iconibus.

Israel *van de* Velde *de chylificatione* Hardervic. 1706. 4.*

Iſaac Breberenus *van* Dyck *de circulatione ſanguinis* Utrecht 1706. 4.*

Anton. Stochius *de motu fluidorum in animalibus* Leid. 1706. 4.*

J. Chriſtoph. Bauer *de formatione avium ex terra* ad Geneſ. II. 19. Leipz. 1706.

J. Jod. Bek *de conjugalis debiti præſtatione* Noriberg. 1706. 4. B. Boehm. Ad J. C. forte.

Claudii de Cerf & *Franc. Oliv. de* Cuville *E. bilis agendi facultas præcipua ab amaro* Paris 1706. 4.

Petri Mangold Diſſ. *de ſex rebus non naturalibus* Baſil. 1706. 4. Leuw.

J. Upmark *de formicis* Upſal. 1706. 4.

Chriſtian Römer Asgaard *quaternio theſium phyſico-medicarum* Hafniæ 1706. 4. Inter eas eſt de fame quam ſitim ſedat.

Tycho Nic. F. Tychonis F. *de monocerote non monocerote* Hafn. 1706. 4. 1707. 4.

§. DCCCI. *Abrahamus* Vater,

Profeſſor Wittebergenſis, diſcipulus Ruyschii, vir minime vulgaris, etſi pauca ſcripſit.

Ejus diſputatio *de mechaniſmo actionum vitalium* I. *de principio vitali* Witteberg. 1707. 4.

Ej. Diſſ. *de actionibus vitalibus* II. in ſpecie. ibid. 1709. 4.*

Ej. *De ſucci nervei ſecretione mechanica* ib. 1711. 4.

Ej. *Epiſtola ad* Ruyschium XVI. *de viis reconditis pulmonum &c.* data 1708., edita Amſterdam 1714. 4.*

Ej. *Oeconomia ſenſuum ex ſpeciali organorum ſenſoriorum & ſigillatim ex papillarum nervearum textura mechanice demonſtrata* Witteberg. 1717. 4.*

Ej. *De incrementis theoriæ medicæ* ib. 1717.

Ej. *De anatomico acerbius caſtigato* oravit, & addidit *progr. de mechaniſmo quo natura utitur in obturando foramine ovali & ductu arterioſo* ibid. 1719. 4.* cum iconibus, & foramine ovali fibra ligamentoſa diviſo.

Ej. *De novo bilis diverticulo* ib. 1720. 4.* Rete ductus choledochi cum pancreatico coniuncti, in ipſo inteſtino.

Ej. *Hepar in hydrope ſæpius inſons* ib. 1720. 4.*

Ej. *Novus ductus ſalivalis, qui in linguæ ſuperficie ſuperiori & poſteriori circa ejus medium notabili orificio hiat* Witteberg. 1720. 4.*

Ej. *Novus ductus ſalivalis, isque præcipuus, in lingua excretorius glandulæ inſignis ad latera linguæ & ſub eadem ſitæ, itemque ſuper radicem linguæ, epiglottidem,*

dem, circa glottidem, ſuper arytenoideas uſque intra œſophagum expanſæ, nunc demum injectione detectæ Witteberg. 1721. 4.* recuſ. Leid. 1723. 8.

Ej. Diſſ. *de ductu ſalivali in lingua noviter antehac detecto, nunc elucidato, confirmato, noviſque experimentis adſtructo, cum variis obſervatis & experimentis, una ductus excretorius tonſillarum ac glandulæ thyreoideæ* Witteb. 1723. 4.*

Glandulas radicem linguæ circumpoſitas deſcripſit, depinxit, & in foramen cæcum linguæ conſentire putavit. Glandulæ etiam thyreoideæ ductum excretorium ſe autumavit inveniſſe, a qua glandula etiam ad foramen linguæ cæcum ramos putabat produci.

Ej. *Vaſa lactea in cadavere feminæ viſa* Witteberg. 1722. 4.* Vaſa lactea cum chyli ciſterna, die duodecimo, lacte vidit turgere.

Ej. *Graviditas adparens* ib. 1722. 4.*

Ej. *Obſervatio lienis celluloſi* ib. 1723. 4.* Vat.

Ej. *Duo vitia viſus rariſſima, duplicato viſu & dimidiato* ib. 1723. 4.*

Ej. *Ingravidatio diſſimulata* ib. 1724. 4.*

Ejus *uterus gravidus, ejus ſtructura ſinuoſa, & orificiorum menſes & lochia fundentium fabrica* ib. 1725. 4.*, & inter *meas Diſſ. ſelectas*, cum ſinubus uteri, eorumque oſculis.

Ej. *De Hippomane molli, ſpongioſo, intus cavo* 1725. 4.

Ej. *De olei animalis viribus* 1725. 4.

Ej. *De umbilici dignitate* 1725. 4. Vat.

Ej. *De hymene* 1727. 4.*

Ej. *De mentis & corporis commercio* 1727. 4.*

Ej. *De inteſtinorum invaginatione* 1727. 4.* a nobis recuſ.

Ej. ad Ruyschium *epiſtola gratulatoria de muſculo novo uteri* Amſterdam. 1727. 4.*

Ej. *Obſſ. Anatomicæ ex cadavere viri* 1728. 4. Vat.

Ej. *De oſſium in corpore humano generatione imminutione & abſumtione* 1728. 4.

Ej. *De prudente uroſcopiæ adminiſtratione* 1729. 4.*

Ejusd. *Mola prægnans abortus cauſa* 1729. 4.* cum ovorum humanorum iconibus.

Ej. *Progr. ad anatomen cadaveris virilis* 1730. 4.*

Ej. *Præparata in cadavere feminino* 1731. 4.* Vat. & Germanice 1731. 4.

Ej. *De injectionis variorum colorum utilitate ad viſcerum ſtructuram detegendam* Witteberg. 1731.

Ej. *Caput præparatum* 1732. 4. Vat.

Ej. *Oſteogenia naturalis & præternaturalis* 1733. 4.*

Ej. *Theoria mechanica inflammationis ſanguineæ* Witteberg. 1733. 4.*

Ej. *De laboribus ſuis anatomicis* 1733.

Ej. *De cuticula pueri Londinenſis* 1735. 4.*

Ej. *De valore ſignorum infantem recens natum vivum aut mortuum editum arguentium* 1735. 4.*

Ej. *De ſitu naturali & præternaturali inteſtini coli* 1737. 4.

Ej. *De conſenſu partium* 1741. 4.* cum nervorum manus icone, ramisque nerveis in papillas deductis.

Ej. *Lienis prolapſus* 1746. 4.* Sanguinem in liene ſpumantem, & tenuem generari, qui hepati ſuppeditetur.

Ej. *Regii Muſæi Anatomici Auguſt. Catalogus univerſalis* ib. 1736. 4.*, & *Appendix* 1740. 4. Aliquæ partes corporis humani ex Ruyschii theſauris coemtæ, aliqua undique collecta.

Ej. *Muſæum Anatomicum proprium* Helmſtatt. 1750. 4.* cum Heisteri præfatione. Perite corpora humana replebat, laborioſe ſyſtemata nervorum ſiccabat. Foramen cæcum linguæ nunc fatetur ſæpe papilla farciri. Diverticulum bilis ramos eſſe ductus pancreatici.

In *Phil. Tranſ.* n. 366. inteſtinum de abdomine pendulum deſcribit, & in eo glandulas.

In n. 384. viſus partialis.

In n. 417. prolixiſſima plica.

In n. 440. epidermis ſquamoſa.

In *Comm. Litt. Nor.* 1732. L. 8. de ſuis injectionibus anatomicis agit.

In *Miſcell. Berolin.* T. IV. Berolin. 1734. 4.* duas vias peculiares deſcribit præter vulgarem, ex ſacco lacrumali ducentes, hinc in vertice naſi ſub oſſe turbinato medio, inde in Highmori ſinum patentes.

Recuſa etiam ſunt *compendia anatomicarum obſervationum*, quas recenſui cum tabulis.

Ejus vita prodiit Witteberg. 1754. fol.* & in duobus programmatib. ibid. 1751. 4.* latine.

§. DCCCII. *Jeremias* Wainewright.

Ejus *mechanical account of non naturals* primum prodiit London 1707. 8.* Osb. recuſum a. 1718. 8.* 1737. 8.* Latine vertente *Joſ. de* Marco Avignon 1748. 12.* ubi auctor Wainewrigth nusquam nominatur.

Jatromathematicus, in l. *de ſecretione*, quem primo loco ponit, ad Bellini, & *Georgii* Cheyne fere ſenſum docet viſcida eo pelli, qua cæci canales vel longiſſimi & ad latera exeunt; aucta copia ſanguinis augeri ſecretionem partium fluidarum; ſic ab aucta velocitate & a dilatatis oſtiolis ſecretoriis. Viſcida a plicis eſſe.

In ventriculo PITCARNIUM hactenus ſequitur; tritum admittit, & negat quidquam ſpiſſius reſorberi.

Reſpirationem ſanguinem adterere perſuadetur, deque variata aëris preſſione agit, quam decima parte ſui mutari putat. Globulos ſanguineos eſſe bullas aëreas.

Seorſim edidit a. 1722. 8. *Anatomical treatiſe on the liver with the diſeaſes incident to it* ſolo titulo adjecto *by a membre of the college of phyſicians.* Recuſum eſt cum priori opere, Lond. 1737. 8.* Ligamentum ſuſpenſorium in ipſam carnem hepatis produci. Multum capſulæ Gliſſonii tribuit.

§. DCCCIII. *J. Henricus* HEUCHER.

Poſtea de HEUCHER, Archiater Saxonicus, aliquamdiu Profeſſor Wittebergenſis, non quidem inciſor (*e*). EJUS plúſculæ exſtant Diſputationes aut programmata.

Litigia circa inventa anatomica Witteberg. 1707. 4.

De mechanicis non mechanicis hactenus huc referas 1707. 4.

Ars magna anatome 1709. 4.* Fuſa diſputatio. Difficultates anatomes, artificia varia, adminiſtrandi ratio, ſed omnia fere collectitia.

De anatome practica 1710. 4. Uterus feminæ ante 40. dies puerperæ: ovaria plena cicatricibus; inteſtina paſſim perangusta.

Paria analyſeos mathematicæ & anatomicæ fata 1709. 4.

Obſervationes anatomicæ 1709. 4.

De pinguedine 1709. 4.

De organo tactus 1710. 4.

De muliebribus 1710. 4.

De corde 1710. 4.

De ignorantia anatomicorum 1710.

De pulmone 1710. 4.

Selectiora anatomica 1711. 4. Theſes criticæ, paſſim paradoxæ, ad magnam partem anatomes ſpectantes.

Quibus infans differat ab adulto homine 1711. 4.

Etiam diſſ. *de morbis ex nimio Veneris uſu* 1711. 4., huc pertinet.

Chriſtianus Fridericus HAENEL, ejusque minor frater *Chriſtianus Henricus*, hæc opera partim edita, partim non edita, curarunt inprimi Lipſiæ 1745. 4. 2. Vol.*

§. DCCCIV.

(*e*) Vaſa in labyrintho & oſſiculis auditus abſque membrana eſſe p. 536. Tantum eſſe quatuor pulmonis lobos p. 169. Ignorare ſe quid ſit chorda tympani & unde veniat p. 725.

§. DCCCIV. *Michael* ALBERTI,

Profeſſor Hallenſis, de STAHLII ſecta, non quidem inciſor, innumeras tamen diſputationes edidit, quibus phyſiologiam adtigit. Ecce catalogum parum, ut puto, plenum.

De energia naturæ in actibus vitalibus ſine medico ſalutariter exercendis Isleb. 1707. 4. TREW. recuſ. in opuſculis Hall. 1721. 8.*

EJ. *Commercium animæ cum ſanguine* Hall. 1710. 4. Epiſtola gratulatoria. HE.

EJ. *De fatis doctrinæ de temperamentis* Hall. 1712. 4. etiam epiſtola gratulatoria. HE.

EJ. *De admirandis animæ præcipue humanæ effectibus* Hall. 1713. 4. HAENEL. Novem roſtra anatina ex vivis anatibus nata.

EJ. *De menſium anomaliis* 1716. HE.

EJ. *De ſenſu vitali* 1716. HAENEL.

EJ. *De vero ſenſu medico naturæ incorporeæ* HIPPOCRATICO 1717. 4. HAENEL.

EJ. *De falſo ſenſu medico naturæ corporeæ* HIPPOCRATICO ib. 1718. 4. HAEN.

EJ, *De præjudicatis in phyſiologia opinionibus* 1719. 4.

EJ. *De ſudore ſanguineo* 1719.

EJ. *De iræ energia ad morbos producendos* 1720. 4. PL.

EJ. *Phyſices propoſitiones ad cognoſcendum macro & microcoſmum* Hall. 1721. 4. HAENEL.

EJ. *De natura quatenus idolo & aſylo ignorantiæ* Hall. 1723. 4. progr. HE.

EJ. *De termino animationis fetus humani* 1724. diſp. HE.

EJ. *De lochiorum ſtatu legitimo & morboſo* 1724. 4. PL.

EJ. *De reſuſcitatione ſemimortuorum medica* 1725. 4.

EJ. *De hæmorrhagiis mortuorum & jure cruentationis* Hall. 1726. 4. *Bibl.* BOEHM. & in med. leg. T. III.

EJ. *De ſenſuum internorum uſu in œconomia vitali* 1726. 4.*

EJ. *De longævitate ex motu corporis* 1728. 4. HE.

EJ. *De longævitate ex diæta* ib. 1728. 4.

EJ. *De longævitate ex medicina* ib. 1728. 4.

EJ. *De longævitate ex animi moderamine* 1728. 4. VAT.*

EJ. *De longævitate ex aëris temperie* 1728. 4.*

EJ. *De mente ſana in corpore ſano* 1728. 4.

EJ. *De pulmonum ſubſidentium experimenti prudente applicatione* 1728. 4. & in *Juriſpr. med. legali.* T. III.

EJ. *De fetu mortuo* 1729. 4. HAENEL.

Ej. *De canitie præmatura* 1729. 4. B. Burkh.

Ej. *De partu ſerotino* 1729. 4. B. Burckh. & in *med. leg.* T. III.

Ej. *Theoriæ generalis motus partium ſolidarum corporis humani, & remediorum tam excitantium quam ſedantium* 1730. 4. B. Burckh.

Ej. *De funiculi umbilicalis neglecta alligatione in cauſa infanticidii limitanda* Hall. 1730. 4.

Ej. *De natura vitæ & ſanitatis formatrice* 1730. 4. B. Burckh.

Ej. *De principio rationis ſufficientis maximi in anatomia uſus* ibid. 1730. 4. B. Burckh.

Ej. *De ſenſibilitate perſonali* 1730. 4.

Ej. *De funiculi umbilicalis neglecta alligatione in cauſſa infanticidii* Hall. 1731. Lang.

Ej. *De natura generatrice* Hall. 1731. 4.*

Ej. *De natura vitæ & ſanitatis formatrice* 1731. 4. He.

Ej. *De inſenſibilitate perſonali* 1731. 4. He.

Ej. *De longævitate hominis* 1732. 4. Zoch.

Ej. *De hepate uterino* 1735. 4.

Ej. *De mechanica moriendi neceſſitate* 1735. 4.*

Ej. *De vitæ & mortis commercio* 1735. 4.*

Ej. *De oſcitatione* 1736. 4. ib.

Ej. *De differentia ſanguinis arterioſi & venoſi* ib. 1736. 4.

Ej. *Hæmatologia phyſico-medica* 1736. 4.*

Ej. *De lacrymarum noxa & utilitate medica* 1737. *

Ej. *De loquelæ uſu medico* Hall. 1737. 4.

Ej. *De ſingultu præcipue puerperarum* 1738. 4. B. Pl.

Ej. *De ploratu infantum ſanorum ſub partu* 1738. 4. He.

Ej. *De ſudoris ambulatorii ſalubritate & inſalubritate* 1740. 4. He.

Ej. *De inſpectionis corporis forenſis in caſu matrimoniali fallaciis & dubiis* 1740. 4.

Ej. *De lactis ſuſpecta præſentia in innuptis* 1741. 4.*

Ej. *De ſeptenario medico memorabili* 1742. 4.*

Ej. *De nuptiis ſenum ſecundis raro ſecundis* Hall. 1743. 4. Platn.

Ej. *De arteriarum dubia ſyſtole* 1743. 4. Negat eam & omnia cordi adſcribit.

Ej. *Caſus ſingultus chronici 24. annorum* 1743. 4. Pl.

Ej. *De inſomniorum influxu in ſanitatem & morbos* 1744. 4.

Ej. *De anima nec cogitante nec volente corpus ſuum internum movente* 1744. 4.*

Ej.

Ej. *De ſanguine nobili* 1745.

Ej. *De riſus commodo & incommodo in œconomia animali* 1746. 4. He.

Ej. *De hepate præcipuo ſanguificationis organo* 1752. 4. He.

Ej. *De graviditate prolongata* 1755. 4. He.

Ej. *Nova paradoxa*, *d. i. Verhandlung von der Seele des Menſchen, der Thiere und der Pflanzen* 1707. 8. B. Thomas. Pars altera 1720. 8.* Animas brutorum animalium facit immateriales, immortales, aptas peccare. Per ſternutationem & internum quemdam ſenſum ſæpe ſe de hoſpitibus & literis adventantibus monitum fuiſſe, quæ præſagia ſint veſtigia antiqui animæ ante lapſum ſplendoris: hæc & alia pro ſenſu animæ interno profert. Pro ejus animæ in corpus imperio, & differentia inter rationem; cujus ideæ ab anima explicari nequeant & ratiocinium. De monſtris plantarum, animalium æmulis &c.

Ej. *Introductio in univerſam medicinam tam theoreticam quam practicam* Hall. 1718. 4.* Stahlii placita breviter proponit.

Ej. *Mediciniſche und philoſophiſche Schriften* Hall. 1721. 8.* Hic continetur *Abhandlung von der Seele der Menſchen*, *der Thiere und der Pflanzen.* Ipſis plantis ob vegetationis bonum ordinem & fabricam *recte organiſatam* animam tribuit.

In l. *de pedantiſmo medico* 1708. edit. etiam anatomen ad id vitium refert.

De uſu & abuſu mechaniſmi in corporibus animalibus.

De vana & imperita ſtudii mechanici adplicatione ad medicinam. Hoc acerbum ſcriptum.

Vindiciæ Stahlianæ invaſionibus Heisteri oppoſitæ: adverſus Heisteri de maſticatione diſp. acerba & inutilis in feliciorem æmulum cavillatio. Ecce exemplum; Heisterus cibos in minutiſſimas particulas reſolvi ſcripſerat: reſpondet noſter, eas particulas non eſſe minutiſſimas.

Ej. De occultis naturæ humanæ effectibus. Credit virgulam divinatoriam. Patrem maceſcere, dum puer in matris utero octavo menſe incrementa majora capit.

Adnotationes aliquæ. Menſes per ſudorem ſanguineum pedum: menſes in vidua 58. annorum &c.

Mallent certe, qui virum amant, hujus collectionis omnino perpetuam ſuppreſſionem. Multo melius meritus eſt *ſyſtemate* ſuo *jurisprudentiæ medicæ*, cujus quatuor primum tomi prodierunt.

In T. I. Hall. 1725. 4. auctius recuſo 1736. 4.* ſyſtema, quod titulus indicat, præmittit, deinde ſequuntur caſus, ut vocant, ex Hallenſium medicorum actis ſumti, in quibus certe ſincerum, & ab adulatione nimis recepta remotum animum viri magni facio. Cæterum ad vulnera, infanticidia, impotentiam, ſterilitatem, tempora partus facit. Nævos ex terrore credulus recipit. De hymene in utrumque ſenſum.

In

In *ſecundo* volumine, Schneeberg 1736. 4.* in præfatione inquirit, ut recte inſtituantur experimenta cum pulmonibus; ut judicandum de funiculi deligatione, quam non vult negligi. Inciſiones aliquæ cadaverum hic reperiuntur.

In *tertio*, Schneeberg 1733. 4.* præfationem malles omiſſam. Recuſæ ſunt diſputationes de experimenti pulmonum prudente adplicatione; fetu mortuo, partu ſerotino.

Judicia hic & alibi potius nimis mitia.

In T. IV. Görliz 1737. aliqua ex Halenſibus ſchedulis hebdomadariis.

T. V. Görliz 1740. reperias eximii laboris inciſionem a CASSEBOHMIO inſtitutam.

T. VI. Hall. 1747. 4.* præter ea, quæ ad jurisprudentiam medico legalem faciunt, obſervationes etiam practicas continet. In præfatione monetur medicus, ne experimentum pulmonis natantis & ſubſidentis negligenter inſtituatur, tum ne nimis tribuatur SCHULZII de funiculi umbilicalis innoxia reſectione opinioni.

In *Commentariis in conſtitutionem criminalem Carolinam* Hall. 1739. 4.* varia ad phyſiologiam faciunt, etiam ſanguinis nuper effuſi a vetuſto diſcrimen.

EJ. *Tentamen lexici realis obſſ. medicarum cum augmento* M. S. *J. Chriſtoph.* BAUMLIN Hall. 1727. 1730. 4. 2. Vol.

Poſſis etiam l. *de hæmorrhoidibus* Hall. 1722. 4. ex diſputationibus collectum huc referre.

De natura humana, qua indicatur & rationibus & ſuffragiis theologicis &c. animam rationalem proprium ſuum domicilium generare, conſervare ac ſanare Hall. 1732.

EJ. *De longævitate hominis regulis potiſſimum diæteticis accommodata* Hall. 1732.

Philoſophiſche Gedanken von dem Unterſcheide der Kräfte der Seele nach dem Unterſcheid der Menſchen Hall. 1740.

EJ. *Mediciniſche Betrachtung von den Kräften der Seele nach dem Unterſcheid des Leibes und deſſen natürlicher Geſundheit oder Krankheit, als eine Fortſetzung der philoſophiſchen Gedanken von dieſer Unterſuchung* Hall. 1740. LANG.

In *E. N. C. Cent.* IV. *obſ.* 101. menſes per pedum ſanguineum ſudantes.

Cent. X. *obſ.* 35. femina 58. annorum menſes patiens.

§. DCCCV. *Varii.*

Chriſtiani STROEM *nova theoria motuum reciprocorum machinæ animalis* Amſterdam 1707. 8.* Cor eſſe unicam cauſam motus. Ejus alternas vices contractionis & relaxationis eſſe ab alterna libertate & occluſione oſtiorum arteriarum coronariarum, quibus a ſanguine de corde exeunte valvulæ aorticæ obducantur;

cantur; cerebrum ſubtracto ſanguinis arterioſi penu cor relaxantur. Spiritus a cerebro ſubmitti deſinant, quod a corde ſanguinem nullum accipiat. Alternas vices inſpirationis & exſpirationis eſſe ab alterna inter reſpirandum compreſſione venæ ſine pari, hinc ſiſti ſanguinem in arteriis intercoſtalibus &c.

EJUSD. *Ratiociniorum mechanicorum in medicina uſus vindicatus* Leid. 1707. 8.* Contra nuperum BOERHAAVII adverſarium, & pro PITCARNIO. Recuſus eſt libellus Venet. 1733. 4. cum PITCARNIO.

Benjamin Benedicti PETERMANN *obſervationum medicarum Dec.* I. Lipſiæ 1707. 8.* Continet inciſiones cadaverum, fabricas monſtrificas, arteriam umbilicalem alteram duplicem, urachum apertum, calculos in glandula pineali.

In *Dec.* II. pariter Lipſ. 1707. 4.* rectum inteſtinum clauſum, & in vaginam patens. Ova Nabothi.

In *Decade* III. etiam anno 1707. 8.* excuſa, fere pathologica continentur.

RICHTER *de coccinella* Lipſiæ 1707. 8.* Eſſe chryſalidem.

In THORMODI TORFÆI *Grönlandia antiqua* Hafn. 1707. 8. monſtra aliqua dicuntur.

Bartholomæi GRÆCI *Hippocratico Galenico neotericum animæ ſyſtema de cruoris anatome & febribus, in quo oſtenditur, circulationem ſanguinis antiquis æque ac recentioribus notam exſtitiſſe &c.* Mediolan. 1707. 8.

In H. SLOANE Diario itineris Jamaicani Lond. 1701. fol.* paſſim aliqua ſunt anatomica.

Petri FRESART *Emmenologia, ſ. de fluxu muliebri menſtruo* Leodii 1707. 8. BUR. Lego etiam annum 1712. Eſſe a fermentatione.

J. Henrici DOEBEL *collegium mnemonicum, oder neu-eröffnete Gedächtniß-kunſt* Hamburg 1707. 4.

J. Jacob SCHMIDT *compendium hermetico medicum, oder kurzer Begriff der Arzneylehre: Anatomiſche Beſchreibung des menſchlichen Leibes &c.* Baſel 1707. 8. LEEUW.

M. P. G. C. (*Marci Petri* TITLER) *Beſchreibung des Menſchen in fünf Tabellen* Hamburg 1707. fol.

J. J. K. *ganz neuer und accurater chiromantiſcher Wegweiſer* Frankfurt und Leipzig 1707. 8.

Franciſcus GIGOT *de la* PEYRONIE in conſeſſu Societatis Regiæ Monſpelienſis deſcripſit duos muſculos, qui caput antrorſum flectunt.

In libello a. 1708. in ea ſocietate prælecto, ſedem animæ ponit in calloſo corpore.

In iisdem commentariis prælegit de ovo galli, & de tendine abſque ullo ſymptomate de pollice evulſo.

EJ. *Epiſtola ad* L. F. MANNE, in qua ſuam de animæ ſede hypotheſin aperit.

Eamdem ſententiam gratioſus iſte chirurgus proponit in *Mém. de l'Acad.*

des Sciences 1741. Fuſius contendit, corpus calloſum veram eſſe animæ ſedem, quod eo læſo animæ functiones debilitentur.

In *Mém. de l'Acad. des Scienc.* 1731. agit de animale moſchifero, non vero, ſed de civettæ genere, cui ſacci odoriferi, folliculi odoramentum ſecernentes, muſculus vaginam circumeuns &c.

In *Mém. de l'Acad. de Chir.* T. I. 1743. de impedimentis, quæ ſubnata in urethra frenula effluxui ſeminis opponunt. Iconem addit diſſecti cum veſica penis.

Vita viri exſtat in *aſſembl. de Montpel.* 1749. in *Comm. Acad. chirurgicæ*, in *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1749.

§. DCCCVI. *Diſputationes.*

J. Frid. LAVE *de ruminatione animalium biſulcorum* Witteberg. 1707. 4.*

J. Caſp. WESTPHAL *de prodigiis ſanguinis falſo hactenus proclamatis* Lipſ. 1707. 4.

Sigmund Aug. PFEIFFER *de phantaſiæ imperio in ſenſus.* Præſide BARNSTORF Greifswald. 1707. 4.

EJ. *Embryologia*, *ſ. doctrina fetus in utero demonſtrata* Sedin. 1709. 8. BUR.

Brandan Henrich GEBHARD *de tribus partibus hominis eſſentialibus* Greifswald. 1707. 4.*

J. BORELLUS *de ſingultu* Marburg. 1707. 4.*

J. Theodor. FUNK, *homo naturalis* Erfurt. 1707. 4.*

Benjamin DAPPLES *γαλακτολογιας tentamen* Baſil. 1707. 4.*

J. Emanuel GRUBER *de depoſitione cataractæ* Baſil. 1707. 4.

Nic. EGLINGER *de ſpiritibus animalibus* Baſil. 1707. 4.*

J. Georg. Nicolai DIETERICHS *de erroribus in vero termino partus*, *ejusdemque cauſſis commiſſis* Gieſſ. 1707. 4. HE.

J. Juſtus LOSIUS. EJ. eſt *faſciculus conſiderationum nonnullarum* I. *de oſſiculo Luz Hebræorum* Gieſſ. 1707. 4.

N. WICKHAM *de chylificatione & aliis eodem ſpectantibus* Leid. 1707. 4.

J. Fr. PANCRAS *de caloris ſalubris & ægri natura & medicamine* Leid. 1707. 4.*

G. Alb. STOLZ *de ſingultu* Regiomont. 1707. 4.*

J. T. GARTZWEILER *de fluxu menſium periodico* Leid. 1707. 4.*

J. Rud. LAVATER *de atretis nec non hypoſpadiæis* Utrecht 1707. 4.* Ani atretæ exempla, & fæcum per veſicam & per ulcus prodeuntium. Cæcus penis in adulto ſanatus.

Paul FRIKKE *Medicus obſtetrix* Utrecht. 1707. 4. Aliqua de partu.

Salvatoris CLUSCARD & *J. Cl. Adr.* HELVETII (auctoris œconomiæ animalis) *E. naturalis partus cauſa*, *menſtrua per geſtationem ſuppreſſa* Pariſ. 1707.

Phil.

Phil. FONTAINE & *Alex. le* FRANÇOIS *E. obliqui oculorum muſculi retinam a cryſtallino dimovent* Pariſ. 1707.

Antoine PEPIN & *Michel* PROCOPE COUTEAUX *Non ergo ſecretio fermentorum & mutua glandularum & liquorum configurationis opus* Pariſ. 1707.

Alex. LITTRE & *Alex. le* FRANÇOIS *Non ergo eſt aliquid lunæ in corpus imperium* Pariſ. 1707.

HARRIS *oratio anniverſaria* HARVEIANA Lond. 1707.

§. DCCCVII. *Diaria.*

In *Philoſ. Tranſ.* n. 309. *Jacobus* YONGE egit de capillis & pilis, ex ovariis & utero feminarum eductis.

In n. 323. de faſciculo pilorum a femina per urinam excretorum, quos, cum pro lana a LEEUWENHOECKIO haberentur, defendit pilos eſſe, & alia exempla addit peregrinorum corporum, quæ per lotium ſunt edita.

IDEM de ovillo fetu in omento reperto, deque lepuſculis in ventre leporis.

IDEM n. 335. de femina 70. annorum menſes patiente.

N. 311. *Archibald* ADAMS; De vitulo, qui pro abortu habebatur, ſed erant celluloſæ telæ productæ propagines.

N. 312. *Johannis* FAWLÉR de callo, qui amiſſi oſſis humani locum tenuit.

MARTIN MARTIN ſurditas & mutitas a febre ſublata.

In *Journ. des Sav.* 1707. M. April. *Theod. Nicolai* PAKKER diuturnus ſomnus.

In *Diarii Trivultini* a. 1707. M. Jun. Cornu ex femina ſupra aures natum.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1707. anonymus putat, decoctionem aquæ generationem inſectorum impediviſſe.

In *Act. Litt. Mar. Balth.* 1707. M. April. *Thomas* BRODER BIRCHEROD de quatuor coſtis bubulis, quarum caro in verum os converſa eſt.

Nuper monitum eſt; eſſe thoracem teſtudinis. Scorſim prodiit *hiſtoria quatuor coſtarum bubularum &c.* Hafniæ 1723. 4.

§. DCCCVIII. *Diaria* anno 1708.

In *Phil. Tranſ.* n. 317. *Claudius* AMYAND, Chirurgus inde Regius, de homine omnivoro, ut tamen ſanguinem a devoratis ferramentis vomeret.

Mém. de l'Acad. 1708. Puella nuper nata menſes patiens, & vetula iisdem obnoxia.

Huc referas *Nic.* LEMERYI de cera experimenta.

In *Diario Trivultino* 1708. D. BESONS agit de rejuvenaſcentibus, & femina inprimis, cui centum annis natæ menſes redierunt.

In *Gaier. di Minerva* T. VI. anonymi, per VALISNERIUM ſuppeditatus libellus, negat acorem fermenti ventriculi.

Hector della VALLE pro aëre in bile latente.

Epiſtolæ aliquæ anonymi contra SBARALEÆ vigilias.

De Gigantum oſſibus aliqua.

In *Extr. de l'Aſſemblée de Montpelier* 1708. 4. Cl. RIVIERE de analyſi dentium foſſilium. Supereſt aliquid animalis naturæ.

§. DCCCIX. *Laurentius* HEISTER,

Francofurtenſis, RUYSCHII diſcipulus, Profeſſor Altdorfienſis & Helmſtadienſis, chirurgiæ & anatomes peritus, diligens & induſtrius, delineator etiam & ſcalptor, labore ſuo ad magnam famam pervenit. Multa ſcripſit, quæ in ſcholas recepta fuerunt.

EJ. *De tunica chorioidea* Harderwic. 1708. 4.* Leid. 1745. 8.*, & multo auctius Helmſtätt 1746. 4.* Pro fibris uveæ anularibus. Ligamentum ciliare muſculoſum eſſe. De arteria ophthalmica fuſius. Contra MARIOTTI theoriam. De piſcium oculis aliqua.

EJ. *Oratio de hypotheſium medicarum fallacia & pernicie* Altdorf. 1710. 4.*

EJ. *de maſticatione diſp* 1711. 4.* cum experimentis pro definiendis viribus muſculorum temporalium & maſſeterum.

EJ. *De cataracta in lente cryſtallina* Altdorf. 1711. 4.*

Et *de cataracta diſſ. altera* 1712. 4.*

Et *tertia* 1713. 4.* hactenus huc pertinent, ob viſionis, de quo agunt, modo.

EJUSD. *Compendii anatomici ſpecimina* IV, Altdorf. 1715. 1716. 1717. 4.*

EJ. *Progr. ad indicendos doctores* 1713. fol. 1716. fol.

EJ. *De nova methodo curandi fiſtulam lacrumalem* Altdorf. 1716. 4.* Habet figuras viarum lacrumalium.

EJ. *De lingua ſana & ægra* Altdorf. 1716. 4.*

EJ. *De utilitate anatomes in theologia generatim* 1717. 4. *ex ventriculi fabrica* 1719. 4.*, *ex fabrica inteſtinorum tenuium* 1720. 4., & *ex inteſtinorum craſſorum fabrica* 1720. 4.* *ex muſculis & mirabili corporis motu* Helmſt. 1721. 4.*; *ex nervis* ibid. 1721. 4.; *ex partibus generationis* 1723. 4.; *ex oſſibus & eorum nexibus* 1727. 4.; *ex mammis* 1730. 4.

EJ. *De valvula coli* Altdorf. 1718. 4.* & in mea collectione. Ad valvulæ potiſſimum ſiccæ fabricam. Valvulam contra BIANCHUM defendit.

EJ. & MAUCHART (auctoris) *de vera glandulæ adpellatione* 1718. 4.*

EJ. *De glandulis, quæ præter neceſſitatem in corpore humano ſtatuuntur* 1719. 4.*

EJ. *De inventis anatomicis hujus ſeculi* Helmſtatt. 1720. 4. Wolffenbuttel. 1720. 8.* Per itinera ſua nova inventa paſſim collegerat. Ligamenta lateralia penis nova deſcribit.

EJ.

EJ. *An ſanguinis circulus veteribus fuerit cognitus* Helmſt. 1721. 4.* Adfirmat.

EJ. *Ex pulmonis in fetu innatatione & ſubmerſione nullum certum infanticidii ſignum deſumi poſſe* Helmſtätt 1722. 4.* Putridum pulmonem utique natare.

EJ. *Progr. ad anatomen feminæ gravidæ* 1723. 4.

EJ. *Progr. ad anatomen puerperæ.* Pro ſanguinis matrem inter & fetum commercio.

EJ. *Partus tredecimeſtris pro legitimo habitus* 1727. 4.* Nempe ipſe ejusmodi partum defendit.

EJ. *De anatomes ſubtilioris utilitate* 1730. 4.* Fuſa defenſio contra chemicos & STAHLII ſectam. Errores funeſti ex anatomes ignoratione nati.

EJ. & MOEBII *obſervationes miſcellaneæ* 1730. 4.* a nobis recuſæ in *ſelectis.* Varia anatomica, inter quæ muſculorum interoſſeorum in manu & pede tabula & anatome, quos in pede octo numerat. Porro valvulæ in vena ſpermatica; duæ & diſtinctæ arteriæ brachiales. Muſculorum varietates. Catellæ partui proximæ anatome. Fetus abſque galea cranii, aut cerebro; tumores piloſi pone aures. Ad muſculos pedis & manus aliqua.

EJ. *De fallaci pulmonis infantilis experimento* 1730. 4.

EJ. *Ratio paralyſeos anatomica* 1735. 4.*

EJ. *De anatomes majori in chirurgia, quam in medicina neceſſitate* 1737. 8.*

EJ. *De perturbatione animæ & corporis* 1738. 4.

EJ. *De medicinæ mechanicæ præſtantia* 1738. 4.*: contra STAHLIANOS.

EJ. *De arteriæ cruralis vulnere curato* 1741. 4.* De arteria brachiali duplici; de arteria profunda femoris, quam habet pro re non perpetua.

EJ. *De mutationibus corporis humani ab ortu ad obitum* Helmſtatt. 1744. *

EJ. *De genuum ſtructura & morbis* ib. 1744. * Ligamenta, muſculi, tendines hujus articuli.

EJ. *De oſſibus, pilis & dentibus in ovario repertis epiſtola* 1746. 4.* Ventriculum inter & hepar veſica plena aqua, oſſibus, dentibus, pilisque, tum alia fere ſimilis hiſtoria.

EJ. *De partu mirabili fetus vivi in ſomno matris profundo* 1751. 4.*

EJ. *De ſumme neceſſaria inſpectione cordis vaſorumque majorum ſub legali infantum ſectione* Helmſtatt. 1752. 4.

EJ. *Compendium anatomicum* Ed. prima Altd. 1717. 4. altera Norib. 1719. 8.*, & porro 1727. 8.* 1732. 8. 1741. 8.* 1761. 8. Amſt. 1723. 8. Venet. 1730. 8. 1770. 4. Tum Anglice London 1721. 8. 1752. 8. Germanice vertente M. LENTNER Nürnberg 1721. 4. 1722. 8. TR. 1730. 8. 1736. 8. vertente *Gabr. Frid.* GLAUBER 1749. 8. porro Breslau 1721. 1733. 8. HEIST. Gallice verſa a D. *de* VAUX 1723. 12. 1738. 8. 1739. 12.* edita etiam cum ampliſſimis auctariis *Petri* SENACI, ut ſuo loco dicetur.

tur. Hoc opus primum natum eſt ex Diſputationibus quas dixi. In præfatione VERHEYENII compendium, hactenus claſſicum, oſtendit eſſe imperfectiſſimum. Ordo tabularis. Subjectæ ad finem adnotationes, in quibus propria ab auctore reperta exponuntur, icones etiam adduntur. In hac editione os ſeſamoideum in condylo femoris utroque ex TREWIO, bona icon mallei cum proceſſu longiſſimo, vaſa lactea humana, tuba humana cum vaſculis, valvula ductus cyſtici ad ſpiræ ſimilitudinem; camera oculi poſterior perexigua: cerebellum & proxima cerebri ſedes, oſſiculum ſeſamoides ad dentem ſecundæ vertebræ adjectum delineantur. Muſculorum varietates. Glandulæ veſicularum ſeminalium.

In edit. 4ta 1732. 8.* multa noviter acceſſerunt; penis vaſa repleta; ductus aliqui glandularum molarium; ovum humanum grande; bona icon coli & cæci infantilis. Duo ductus tendentes in foramen cæcum linguæ. Monita ad GARENGEOTI ſplanchnologiam.

Editio 5ta Noriberg. 1741. 8.* varia iterum habet addita. Nupera multa inventa novum aliud & plenius compendium anatomicum poſcunt.

EJ. *Compendium inſtitutionum, ſ. fundamentorum medicinæ* Helmſtätt. 1736. 1745. 4.* Leid. 1749. 8. Brevis phyſiologia cum compendio hiſtoriæ anatomicæ.

Apologia & verior illuſtratio ſyſtematis ſui de cataracta, glaucomate & amauroſi Altdorf. 1717. 8.* Princeps finis viro eſt oſtendere, cataractæ ſedem eſſe omnino in lente cryſtallina, ſed paſſim hic & in libellis, quos nunc cito, varia ad oculi fabricam & cameras humoris aquei ſpectantia occurrunt.

Et *vindiciæ de cataracta, glaucomate & amauroſi* Altdorf. 1719. 8.* In iſtis contra HOVIUM ſcripſit.

In *Chirurgicis inſtitutionibus* Amſterdam 1739. 4. 1750. 4. Neap. 1759. 4.* & alias editis, paſſim partium anatome accedit, ut in oculo, viis lacrumalibus, alibi.

Poſthumum opus viri ſunt *mediciniſche, chirurgiſche, anatomiſche Wahrnehmungen* Roſtock 1753. 4.* Anglice 1755. 4.* vertente SHAWIO. Adnotationes eventuum memoria dignorum ad annum uſque 1721. productæ, paucis exceptis eædem, quæ reperiuntur in Diariis, inque compendio anatomico, iisdem etiam iconibus iteratis. Aliqua tamen, quæ ad morborum hiſtoriam proprie pertinent, hactenus etiam huc faciunt; lethargus cum oblivione *obſ.* 11.; capillorum delapſus *obſ.* 81.; motus ſuperſtes in brachio deleto ſenſu *obſ.* 119.; anus imperforatus *obſ.* 198.; uterus ad dextra reflexus *obſ.* 373.; ſedigitus *obſ.* 398.; analyſis chemica cerebri & natus inde pyrophorus *obſ.* 601.; In *obſ.* 599. ait; ſe emendaſſe LEALIS de unico ductu veſicularum ſeminalium errorem, & *obſ.* 382. novas icones dat, ad conjunctionem venæ portarum cum umbiculi & ductu venoſo pertinentes.

EJ. T. II. Roſtockii 1770. 4.* ex poſthumis Cl. viri ſelectis editus a *Wilhelmo Friderico* CAPPEL, Profeſſore Helmſtadienſi. Plurimæ cadaverum inciſiones morboſorum, aut vulneratorum; aliqua tamen peculiariter magis anatomici

mici argumenti. In gravida inciſa putat ſe vidiſſe fibras in ligamento terete muſculoſas. Uterus vere muſculoſus. Pericardium cordi connatum. In puero 42. menſium foramen ovale & canalis venoſus apertus. In alio ſinus MORGAGNIANUS tamen ductuum ſpermaticorum commune oſtium fuit. Pluſcula in ſua muſculorum manus & pedis hiſtoria corrigit. In catella gravida, bona cum pulmone catellorum Cæſareorum experimenta fecit. Fetus cerebro deſtitutus. Alter teſtium extra ſcrotum in peculiari ſacculo. Oſſium vitioſa fragilitas. Caruncularum urethræ verarum aliquot exempla. Arteria radialis ex trunco arteriæ nata, continuo ubi brachium adtigit. Interoſſei pedis duo alii, minimi digiti abductor a calce & a quinto oſſe metatarſi natus, in planitiem exteriorem primi oſſiculi digiti minimi inſertus: tum flexor proprius a capitulo poſteriori oſſis metatarſi quinti & a calce profectus, in partem inferiorem phalangis primæ minimi digiti inmiſſus. Duo extenſores pollicis manus integre diſtincti.

In variis Diariis aliqua huc pertinentia habet.

In *Exerc. Francofurt.* T. I. ovum in muliebri ovario maturum.

In *Act. Nat. Cur. Cent.* II. *obſ.* 198. arteriæ umbilicales animalis, (cur non & hominis) ex aorta. Aorta quam per abdomen tangeres. Quatuor aortæ rami. Nulla tunica allantoidea.

Cent. IV. *obſ.* 190. Tonſillarum hiſtoria & icon.

Obſ. 192. vitulus monſtroſus, biceps unicorporeus, cum duabus medullis oblongatis in unam ſpinalem coaleſcentibus.

Obſ. 193. deficiens inteſtinum rectum.

Obſ. 194. urachus infantis ad umbilicum apertus.

Obſ. 197. lien cani feliciter exciſus.

Obſ. 198. vaſa lactea humana.

Cent. V. *obſ.* 82. cerebelli fabrica cum icone arbuſculæ vitæ. Hæc obſervatio, & quæ ſequuntur, redeunt in *compendio*, & in poſthumis.

Obſ. 83. Pylori valvula ſicca.

Cent. VI. *obſ.* 24. Allantoidea membrana vaccæ inflata.

Obſ. 25. Lien cani iterum feliciter exciſus.

Obſ. 26. Vaſa lactea craſſi inteſtini, & fibræ circulares ductus thoracici in equo.

Obſ. 27. Icon ſinus venæ portarum, inſertæ in eum venæ umbilicalis, & ductus venoſi.

Obſ. 28. Rugæ valvuloſæ ductus cyſtici.

Obſ. 29. Os ſeſamoideum condyli externi femoris & digiti minimi, ex TREWIO.

Cent. VII. *obſ.* 23. Eadem oſſicula ſeſamoidea, quæ apud TREWIUM.

Cent.

Cent. VIII. *obſ.* 63. Glandulæ thyroideæ icon & deſcriptio.

Obſ. 64. Vena ſine pari duas edens venas umbilicales ſuperiores.

Obſ. 69. Hymenis exemplum & icon. Redit in *Bresl. Samml.* II.

Obſ. 70. Multo plus eſſe humoris aquei ante uveam, quam pone.

Vol. I. *obſ.* 178. Linguæ humanæ bona icon cum glandulis ſimplicibus.

Obſ. 179. Ventriculorum laryngis icon.

Obſ. 184. Uterum feminæ gravidæ non tenuari.

Obſ. 185. Utique ſanguinem fetus cum materno exhauriri.

Obſ. 186. Glandulæ in coccothrauſtæ ingluvie.

Obſ. 187. Scholiaſtæ EURIPIDIS circulum ſanguinis notum fuiſſe (nempe commeatum ſanguinis inter arterias & venas).

Obſ. 188. Pulmones fetus, qui nunquam vixit, tamen natare, quando nunc putridus eſt.

Vol. VII *obſ.* 34. Arteria radialis in humero nata.

Vol. X. *obſ.* 1. Hepatis ſitus mutatus.

Geſticulator herniam paſſus, pollice toto a vulgari anulo remotam. Spatium inane habebat, in quod inteſtina compelleret. In veſica appendices.

N. 2. Appendices & cellulæ veſicæ.

N. 3. Hymen prævalidus menſes retinens.

N. 16. Ventriculus medio quaſi freto diviſus.

Vitam Cl. viri *Chriſtianus Polycarpus* LEPORINUS deſcripſit Quedlimburg. 1725. 4.* & inventa recenſuit. Vitam a morte viri auctam etiam edidit Cl. *Aſcanius Chriſtoph.* MELBAUM in *noviſſimis* Helmſtatt. 1758. fol.*

Deſignatio ſcriptorum, quæ vir ILL. *ad annum uſque* 1750. *edidit*, prodiit Helmſtad. 1750. 4.*

§. DCCCX. *Varii.*

Adam Chriſtian THEBESIUS *de circulo ſanguinis in corde* Leid. 1708. 4.* 1716. 8.* Lipſ. 1739. 4.* Inter primos vaſcula dixit & deſcripſit, per quæ ſanguis venoſus in cordis ſinus & ventriculos effunditur.

Antonius FIZES, Profeſſor & Clinicus Monſpelienſis, acidi & alcali patronus.

EJ. & *Franciſci* CHICOINEAU exſtat diſputatio; *explicare generationem hominis* 1708. 12.* Miaſmata ſeminis maſculi feminæ ſanguinem & lympham inficere. Collectitia.

EJ. *De hominis liene ſano Diſp.* 1716. Mathematica aliqua ad BELLINI ſaporem; phænomena ſanguinis in vas conicum illapſi, ſanguinis retardatio plicarum effectus. Lienem ſervire ſanguinis adtenuationi. Cellulas fieri ruptis vaſis. Fibras pertinere ad capſulam lienis, neque glandulas in eo viſcere dari.

EJ.

Ej. *De naturali ſecretione bilis in jecore* 1719. A figura & magnitudine pororum in hepate fieri bilis ſecretionem, eamque ex ſanguine venæ portarum parari.

Ej. *Partium corporis humani conſpectus anatomico mechanicus* 1729.

Ej. *Duodecim quæſtiones* Monſpelii 1731. 4.

Opera medica conjuncta prodierunt Monſpelii 1742. 4.* Ea continent, quæ dixi.

Alius etiam *de generatione* libellus in hac collectione reperitur, quem ex priori diſcimus, a *Nicolao* FIZES, patre auctoris, in meliorem formam eſſe redactum. Perinde collectanea, in ſententiam eorum, qui ova habent pro muliebri ſemine.

Libellum legi de ductibus, quorum folliculus in vinculum cum gingivis abeat.

In tractatu *de tumoribus* theoria continetur.

Ej. *De ſecretione fluidi nervorum, ipſius indole, motu & uſibus* Montpel. 1739. 4.

J. Gabrielis RUDOLPHI *progymnaſma de iis, quæ ſunt obſervanda in mulieribus largiter menſtruatis* Leid. 1708. 8.* Potius practici eſt argumenti.

Johannis D'ARTIGUELONGUE *apographe rerum phyſiologico-medicarum* Amſterdam 1708. 8.* Aetheri ſanguinis fermentationem tribuit, & quæ non alia. Fetum fieri ſemine maſculo ab acidis ſpiculis feminini ſeminis confoſſo, ut exeat materia ſubtilis, & ovum cogat deſcendere; ſanguinem incitatum a ſubtili materia, menſtruorum nomine promanare; ab eadem materie cordis pulſum fieri.

ETIENNE SIMON *de* GAMACHES *ſyſtéme du cœur* Paris 1708. 12. De animæ adfectibus.

William CROSSE *treatiſe of the eyes* Lond. 1708. 12. HEISTER. Pauci video fieri.

Philippi BALESTRINI *notomia moderna dell' oſſa, delle cartilagini, de' ligamenti, con curioſe oſſerv. del* KERKRINGIO *ſullo ſcheletro del feto . . . ſtoria notomica del parto* Genova 1708.

Anatomophili tabulæ anatomico-anthropologicæ, Beſchreibung der Theile des menſchlichen Leibes in ſechs Tabellen Dreſden 1708. fol.* Inanis parvi libelli in maxima forma editio.

Julii Bartholomæi BERINGER *idea inſtitutionum medicinæ rationalis* Würzburg 1708. 8. Breve compendium.

In *Bernardini* RAMAZZINI *orationibus jatrici argumenti* editis 1708. 8.* ſecularis oratio eſt, in qua inventa anatomica ſeculi XVII. continentur.

In l. *de morbis artificum* agit *de virulentia menſium:* nunquam chirurgos carpto linteo uti, quod mulier carpſerit.

De BILLY *nouveau traité de la mémoire* Paris 1708. 12. Cum mechaniſmo memoriæ.

ISRAELIS CONRADI *cognitio ſui ipſius problematico phyſico-medica* Gedani 1708. 8.

J. Antonii TERENZONI *exercitationes phyſico-medicæ* Lucc. 1708. 4. de alimentis, de nutritione &c.

EJ. *De morbis uteri opus* Luccæ 1715. 4.* de anatome etiam uteri aliqua habet, cujus glandulas admittit, & aliquas inciſiones cadaverum morboſorum adfert.

Dedit etiam *exercitationes circa ſex res non naturales.*

§. DCCCXI. *J. Daniel* GOHL.

J. Daniel GOHL, Phyſicus Freyenwaldenſis, acris STAHLIANI Syſtematis defenſor. EJUS eſt *de motus tonici demonſtratione per revulſionem & derivationem veterum* Hall. 1708. 4.

EJUSD. cum titulo *Urſini* WAHRMUND'S *Verſuch patriotiſcher Gedanken über den von Vorurtheilen kranken Verſtand* Berlin 1727. 8.*

& J. D. GOHLS *aufrichtige Gedanken über den von Vorurtheilen kranken Verſtand, inſonderheit in der Materie von den ſpiritibus animalibus* Hall. 1733. 8.* Edidit J. JUNCKER poſthumum opuſculum.

Priori libello in univerſum per morborum hiſtorias & curationes ſententiam STAHLIANAM contra mechanicos tuetur. Poſterior magis phyſiologici eſt argumenti, quo pro influxu phyſico, & contra ſpiritus animalis pugnetur. Non poſſe abſque animæ gubernio functiones vitales peragi. Fetum ab anima ſtrui. Morbos feliciter proceſſuros, niſi ſe ratio inmiſceret. Dari ideas innatas, cum nuper nata animalia variis functionibus rite defungantur. Senſum vitalem animæ eſſe, corpus quod ipſa ſtruxerit ſibi repræſentantis, per ſimplicem contactum nervorum in univerſum corpus diſtributorum. Mechanicos cogi ad Deum confugere, ut cauſam aliquam motui inveniant. Contra harmoniam præſtabilitam fuſe. Cerebrum non eſſe viſcus magni momenti, cujus inſigni jacturæ ſupervivatur. Nervos ex meningibus naſci, non ex cerebro, neque tubulos eſſe, neque habere vaſcula. Eos nervos ab anima tendi, ab eorum tenſione motum tonicum eſſe. Phantaſiam & memoriam in vacuo cerebri ſpatio habitare. Menſium fluxum voluntati ſubeſſe. Duram cerebri membranam ſuperne liberam eſſe. Errores animæ. In homine apoplectico ſenſuum non compote per internum ſenſum vomitum cieri. De ſapientia animæ ex caſu parturientis conſtare, cum una & partus dolores ingruerent, & febrilis paroxyſmus; utrumque enim conamen una conquieviſſe.

EJ. *Inſufficientia cerebri ad ſenſum & motum animalis expenditur, meningumque ad illos indiſpenſabilior uſus adſertus; adverſus vagas intentationes Johannis Philippi* BURGGRAV *ulterius ſtabilitur* Colberg. 1732. 4.*

IDEM edidit ab a. 1713. ad 1731. *Acta Medicorum Berolinenſium.* Eorum magna pars ſpectat ad anatomen corporum morboſorum, non minima etiam ad inciſiones, quas vocant legales. Ad rem noſtram referas morbum LICHTSCHEIDIANUM,

DIANUM, qui putatur eſſe ulcus ductus thoracici; ad puerum ſine cerebro natum, qua occaſione diſſertationem addit de meningibus alterno motu agitatis, & de cerebro mero humoris fonte. Porro neſcio quis male deſcriptus androgynus; tum ſpina bifida, pueri bicipites unicorporei, tumores cutanei occipitales, pili in ovario viſi, fetus inciſio; faſti natales & emortuales, &c.

§. DCCCXII. *Diſputationes.*

F. P. GOMARUS *de natura humana* Leid. 1708. 4.

J. HOLLIER *de vita minima* Leid. 1708. 4.

C. W. WELBITS *de hæmorrhoidibus* ib. 1708. 4.

Roberti HAY *de cauſis & effectibus aucti motus in arteriis* Utrecht 1708. 4.*

J. ARND *de loquela animantium brutorum* Upſal. 1708. 8.

Jac. MULLER *de cornutis & hermaphroditis eorumque jure* Berolin. 1708. 4. niſi joculare eſt opus

Gottfried Polycarp MULLER *de temperamentorum propenſionumque humanarum connexione* Lipſ. 1708. 4.

EJ. *Meditationes in theoriam ſenſuum generalem* a N. HARTSOEKER *traditam* Lipſiæ 1722. 4.*

EJ. Cl. *œconomia generationis animalium* a *Nicolao* HARTSOEKER *propoſita* ib. 1715. 4. BUTTN.

EJ. *De vita in univerſum* Zittau 1734. 4.

Guilielmi BAIER & *S. Jacobi* AURACHER *de memoria* Altdorf 1708. 4. B. Tig.

EJ. *De adtentione* 1709. 4.

J. Cl. Adrianus HELVETIUS & *Aegidii* ADAM, *E. quilibet humor ope ſui congeneris ſucci ſecernitur* Pariſ. 1708.

Michael PROCOPE & *Thom. Bern.* BERTRAND *E. bilis præparatio fit in liene* Pariſ. 1708.

Alexandre le FRANÇOIS & *Nic. de la* HIRE *E. poteſt ſtare viſio abſque cryſtallino.*

Chriſtian Friderich BÖTTGER, *fetum non ante conceptionem in ovulo præexiſtere, ſed poſt eamdem formari* Lipſiæ 1708. 4.*

§. DCCCXIII. *Diaria* 1709.

In *Phil. Tranſact.* n. 323. B. S. HERMAN de ſceleto fetus in utero vaccæ viſo, & de callo magnam partem replente femoris amiſſi.

N. 324. *Guilielmus* DERHAM, pius Theologus, phyſices ſtudioſus, de vagitu uterino frequenter repetito, deque modo ut ejusmodi vox mediis in aquis poſſit produci. Pullum etiam in ovo pipine.

EJ. *Phyſico theology or a demonſtration of the being and attributes of God from the works of creation* London 1713. 8. 1716. 8.* Gallice Roterdam 1726. 8.* Leid. 1769. 8. Strasburg 1769. 8. Italice Firenz. 1719. Germanice Hamburg 1736. 8. 1741. 8. ed. VII. cum præf. J. A. FABRICII, & 1764. 8. Belgice Leid. 1725. 4. GRON. vertente *Abrah. von* LOON. Suecice Stokholm 1760. 8.

Sedecim erant homiliæ. Magna pars pertinet ad fabricam animalem, ejusque prævifos fines, & aptitudinem, per ſingulas corporis animalis partes. Multa Cl. viro propria, ex inſectis aliisque animalibus ſumta; alia collecta, ſapienter fere omnia, & ut veri amantem lectorem convincant. In talpa perfectum vidit oculum, cum tribus humoribus. Muſculus chorioideæ tunicæ piſcium. Flabellum ſ. plumula avium, quam muſculoſam facit. Oſſicula tria auditus talpæ. Contra foramen membranæ tympani. A motu ejus membranæ oſſicula omnia contremiſcere. Olfactorios nervos cani ſagaci, quam ulli alteri animali, eſſe copioſiores. Teſtimonium pro veritate reſuſcitationis in EL. GREEN. Longævorum exempla. De dentibus, aculeis, pilis, armis animalium. Rajæ inteſtinum cochleatum, ova, generatio, partus. Contra generationem æquivocam. De veſica natatoria piſcium fuſe. Communia cujusque claſſis animalium, & organa eorum vitæ generi adaptata. Oculi avium ad remota objecta parati, oculi piſcium ad proxima. De partibus temporariis animalium in lacertis, culice &c. Saccus oleoſus, quo aves plumas obungunt. Plumarum fabrica & alia plurima.

In *Philoſ. Tranſ.* n. 337. Femina variolis laborans parit puerum pariter eo morbo defunctum.

N. 382. De organis genitalibus veſparum & earum coitu.

§. DCCCXIV. *Alia Diaria.*

In *Mém. de Trevoux* 1709. M. Maji Diſſ. reperitur de unionibus; ova eſſe ſui animalis.

Claud. Joſeph. GEOFFROI in *Mém. de l'Acad. des Scienc.* de cancrorum oculis & mutatione thoracis. Totum ventriculum & inteſtinum decedere, ut extimæ membranæ novum ventriculum, novumque inteſtinum reſtituant. Oculos cancrorum incipere formari, quando vetuſtior ventriculus evaneſcit, deinde in novum ventriculum includi; tunc ſenſim mole minui, conſumtos ad novum thoracem ſuppeditandum facere.

Anno 1719. de viviparis.

A. 1730. 1732. de carnium analyſi.

A. 1738. hiſt. de humero, ut creditur, elephantis.

A. 1741. infantis incrementum rapidum: laminæ dentium.

A. 1746. de STANISLAI nano.

Eodem

Eodem anno 1709. *in hiſtoria*, pene incredibilis hiſtoria narratur novem fetuum præter molam uno puerperio editorum.

D. Gandolphe proprios eſſe echino marino pedes.

§. DCCCXV. *Renatus Antonius* Ferchaud *de* Reaumur.

Olim amicus noſter, princeps inſectorum hiſtoricus, vir bonus, & publice utilis. In *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1709. egit de teſtis conchyliorum, quas ex humore viſcido de animali exſudante naſci putat.

Examen de la ſoie des Araignes etiam ſeorſim Paris 1710. 4. Bur.

Ib. 1710. de motu progreſſivo animalium teſtaceorum.

A. 1711. & 1712. de modo, quo varia animalia teſtacea ſe ad corpora firma rupesque adfigunt. Id glutinis ope fieri.

Idem 1711. de buccino purpuram fundente.

A. 1712. de reproductione crurum aſtaci, quando in 3. & 4. articulatione franguntur, non alias viſa.

A. 1714. de torpedine ejusque vi ſtuporifera, quam muſculis rapide contractis, & ſuccuſſioni inde natæ tribuit. Anatomen etiam dat hujus animalis.

Ib. de verme aquatico, qui media parte ſui corporis progreditur, & dorſo incumbit.

Mém. de 1715. Turcoidem gemmam oſſa eſſe demonſtrat, viridi vapore imprægnata.

Leporis marini duplex ſexus, & veri nominis concubitus.

Mém. de 1716. de ſquamis & materia argentea nonnullorum piſcium.

Contra Meryum ſuam de teſtarum formatione ſententiam tuetur: & teſtas mutari poſſe oſtendit, etſi animal ad teſtam religatur.

Mém. de 1717. Unionem fieri a ſucco teſtæ formandæ deſtinato effuſo & coacto.

Mém. de 1718. de mutatione thoracis aſtacorum laborioſa. Eo tempore calculos in ventriculo maximos eſſe, quod mutationem proxime præcedit: nullos eſſe ubi animal ea defunctum eſt. Videri ergo calculos materiam novi thoracis ſuppeditare.

Mém. de 1719. hiſtoria naturalis veſparum. Unica omnium mater, a priori autumno gravida, ſola ſtruit cellulas pro plebe ſexu deſtituta, deinde ab ea plebe adjuta etiam pro maſculis & feminis, quæ quam inter apes ſunt numeroſiores. Enormis fecunditas eſt, cum una mater decies mille veſpas pariat.

Mém. de 1723. de luce dactylorum.

Hiſt. de 1741. Aphides virgines generare, ex Bonneti experimentis.

Ib. de polypi diſſecti reſtitutione ex A. Trembley adnotatione. Nomen animali Reaumurius impoſuit.

 Huc

Huc referas commentarium anni 1746. in quo de artificiis agit, quibus exhalatio ſpiritus impeditur, in quo partes animalium præparatæ ſuſpenduntur.

Hiſt. de 1747. de Cyprino roſtro acuto, qualem fere Cl. HAMBERGERUS deſcripſit.

IDEM de pſittaco Florentino, qui ad minimum 120. annos vixit, (& non dudum vitalis ſuperfuit).

In *Philoſ. Tranſ.* n. 487. de modis, quibus aves conſervantur, ſiccatione, etiam in furno, ſpiritu vini, balſamo.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1752. eximia & maximi in phyſiologicis uſus experimenta dedit, capta in animalibus, aliis carnivoris, granivoris aliis, & per quæ conſtitit, neutram claſſem alterius alimenta coquere poſſe. Ventriculi avium granivorarum incredibili vi tubulos, nuces, vitra frangunt, & vim exſerunt, parem 535. libris. Contra aves rapaces non digerere grana; carnes vero ab omni preſſione tutas ſolvere & coquere. Succum ventriculi acrem eſſe, aut amarum, qui ſolus & extra ventriculum nihil in cibos poſſit. In ventriculo avis vim terentem cum vi ſolvente conjungi.

Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire des inſectes Tom. I. Pariſ. 1734. 4.* Plurimum multorum annorum in hoc opus laborem poſuit, & innumera inſecta in horto aluit, ut eorum vitæ genus ſpecularetur, ova, generationem, metamorphoſesque. Ea omnia eleganter deſcripſit, ut cum voluptate diſcas. Anatomen paſſim adtigit, etſi alibi SWAMMERDAMII iconibus uſus eſt. T. I. eſt de erucis & papilionibus. Hic multa ſunt ad nos facientia; partes erucarum, tum papilionum, utrorumque adeo anatome. Erucarum maxillæ, dentes, muſculi, inteſtina, vaſa ſericifera & alia, aſperæ arteriæ, ſtigmata, reſpiratio, cor. Deinde papilionum plumulæ, antennæ, oculi, proboſcides, hæ perpulchre. Chryſalides, latens intra eas animal, ejus evolutio, mira mutatio, potiſſimum in ventriculo & inteſtinis; ſericum & vaſa ſericifera.

T. II. iterum de erucis, papilionibus & hoſtibus erucarum Pariſ. 1736. 4.* Hic de vita chryſalidum, quam noſter pro arbitrio producere didicit; ſolo frigore inducto. Porro generatio papilionum, organa eo ſpectantia, & ova. De erucis, quæ intra arbores aut fructus vivunt. Gallinarum ova vernice obducta non putreſcere, neque incubata prodire.

T. III. 1737. 4.* Hic aphidum hiſtoria reperitur. Viviparas eſſe. De gallis inde natis; de ſucco aphidum melleo; de alis in eodem animale abſentibus aut præſentibus. Sexus diverſi nullum veſtigium. Inde memorabilis hiſtoria inſectorum in gallis habitantium, quæ fere ſunt veſparum ichneumonum partus.

T. IV. 1738. 4.* Etiam magis memorabilis natura gallinſectorum, quæ ipſa in gallæ ſpeciem marceſcunt, quo kermes pertinet, & eorum, quæ ſunt de adfinitate, quo coccinella refertur. Culicis venenum & modus quo vulnerat, & muſcarum nonnullarum generatio.

T. V.

T. V. 1739. 4.* Cicadarum hiſtoria, & accurata anatome organi earum muſici. Deinde apes: hic plurima noſter perfecit. Tres ſexus confirmavit; coitum vidit; cauſam amoris apum in ſpe futuræ prolis invenit; plurima teſtimonia præviſorum ab his inſectis finium adtulit, ipſas apes aqua in ſtuporem conjectas in numerato habuit; artificia œconomica addidit. Ex ſaccharo paratum mel. Non ſugere proboſcide. De propolide, cera, granulato melle. Cervos etiam in calida regione cornua dejicere.

T. VI. 1742. 4.* In præfatione plurima de polypis, novo eo tempore invento, de pari in urticis ſtellisque marinis pertinacia vitæ. Ephemerorum vitam non pro nomine brevem eſſe: eorum evolutio, aſperæ arteriæ. Per MAZZOLINI experimenta diſſecta animalia vivere. De aphidibus iterum aliqua; fecunditas in virginibus ejus generis confirmata, & fecundationis effectus per aliquot generationes durabilis. Mira fabrica branchiarum ephemeri. Finis eſt in muſca equaria, quæ nunquam vermis fuit.

Multa vir Ill. ad reliquas animalium claſſes præparaverat, quæ in BUFFONII manus pervenerunt, non perinde inſectorum fautoris.

EJ. *Art de faire eclorre & d'elever en toute ſaiſon des oiſeaux domeſtiques de toute eſpece, ſoit par la chaleur du fumier, ſoit par celle du feu ordinaire* Paris 1749. 12. 2.Vol.* 1752. 12. 2.Vol.* Primum methodus Ægyptiaca ex SICARDO aliisque. Inde de uſu furnorum vulgarium ad eumdem finem, cum omnibus artificiis & cautelis. Inde de fimi ad excludendos pullos uſu, quod artificium jam Geoponici habent, tamen difficile. De labore quo pulli teſtam ſuam rumpunt. De alia excluſione, quæ parvi furnuli ope fit. Fecundatio galli per menſem valida ſupereſt. Varietates gallinarum & adulteria. Exhalantis de ovo materiei pondus (ovum ad 184. gr. redit ex 1174.)

Primæ editionis compendium fecit *Abrahamus* TREMBLEY, quod Anglice prodiit London 1750. 8. *the art of hatching and bringing up domeſtik fowls by means of artificial heat*, idem forte, quod *pratique de l'art de faire eclorre &c.* Paris 1751. 12.*

In altera editione de excluſione ope lampadis aliqua; & de calore fæcum uvarum: artificia varia calores temperandi. De venere (improbabili) cuniculi cum gallina: de varietatibus, etiam in homine perſiſtentibus. De ſaginatione avium per lolium.

Germanice *Anweiſung, wie man zu jeder Jahrszeit allerley Geflügel ausbrüten ſolle* Augsburg 1767. 1768. 8. Belgice *de konſt om taame vogelen in alle jaartyden uit te broejen* Haag 1751. 12. 2.Vol.

§. DCCCXVI. G. BERKLEY. L. TERRANEUS.

G. BERKLEY, Epiſcopi in Cloyne, viri naturæ ſtudioſi & gnari, *Eſſay towards a new theory of viſion* Dublin 1709. 8.* in tit. nov. ed. (alii 1708. 8.) Lond. 1732. 8.* Non videre nos ea quæ tetigimus, & ex arbitrio divino connecti

necti objecta viſus cum objectis tactus. Diſtantiam nos per experientiam ſolam adgnoſcere, neque adgniturum eas diſtantias hominem, cui cæco nato cataracta depoſitâ, viſusque ſubito redditus fuiſſet. Sed etiam magnitudinem non eſſe de objectis viſus, & nuper nato homini nullum de ea judicium eſſe. Ita neque tangibilem figuram cum viſibili connecti. Viſionem eſſe ſermonem DEI nobiſcum colloquentis, mediaque ad evitanda mala nos docentis. Inverſa non videri, quia oculus noſter terram videt ſuperiori quidem loco, verum per experientiam edoctus reliqua objecta ſuperiori perinde loco mentis judicio collocat, pro erecto vero habet, quod a terra recedit.

Italice verſa eſt Venet. 1732. 8.

Ej. *Principles of human knowledge* Dublin 1709. 8. Folk.

Ejusd. *Siris a chain of philoſophical reflexions and inquiries &c.* Dublin . . . . London 1744. 8.* Gallice *recherches ſur les vertus de l'eau de goudron* Amſterd. 1745. 12. Acidum univerſale, ſpiritum mundi & animalem ſpiritum conſtituere &c.

§. DCCCXVII. *Varii.*

Laurentius Terraneus, Turinenſis. Ej. *de glandulis in univerſum & in ſpecie de novis ad urethram virilem* Turin. 1709. 8.* Leid. 1721. 8.* Opus jam a. 1701, ut videtur ſcriptum, hominis non indocti. Et conglomeratas glandulas Cowperi & Meryi deſcribit, & ſimplices, quas, ni fallor, primus vidit, & quarum bonam dat iconem, veros nempe oblongos tubulos, quos per varia animalium genera proſequitur. Tres glandularum claſſes facit, conglomeratas, diſgregatas (nempe ſimplices) & lymphaticas. Cowperianas a Terraneo a. 1698. & 1699. demonſtratas eſſe Bianchus teſtis eſt, *Mém. de Valentuomini* III. p. 124.

J. Daniel Longolius, acris Stahlianæ hypotheſeos defenſor, *de organica intellectus humani ratione* Hall. 1709. 4.

Ej. *Wahrhaftiger Temperamentiſt, oder Kunſt der Menſchen Gemüther nach ihren natürlichen und moraliſchen Eigenſchaften zu erkennen* Budiſſin 1716. 8. B. Thomas.

Ej. *Syſtema* Stahlianum *de vita & morte corporis humani vindicatum, occaſione examinis* P. C. Burgmanni Budiſſin 1732. 8.*

Ej. *Mantiſſa ad vindicias ſyſtematis* Stahliani, *Stahliomaniam* Stenzelii *examinans* 1735. 8.

Thomæ Campailla *l'Adamo overo il mondo creato Poema* Catanea 1709. 8. & *diſcurſo in cui ſi riſponde alle oppoſizioni fattegli dal S. Dottore* Giuseppe Moncada Panormi 1709. 8.

Ejusd. *Del moto degli animali diſcurſo* P. I. *de movimenti interni* Panorm. 1710. 12. Manget.

In *Thomæ* Robinson *natural hiſtory of Weſtmoreland, Cumberland* London

1709.

1709. 8.* agitur de naturis plaſticis, quas defendit. Aequivocam generationem tuetur, ut terra abſque ſeminibus omnia producat cum naturæ plaſticæ ope. In fodinis ſubterraneis ramos, quibus fulciuntur, figuram ſuam cum ſuis foliis & lineamentis in lapidem imprimere &c. Adjecta eſt *vindication of the philoſ. and theol. expoſition of the moſaic ſyſtem.* Teleologiæ DERHAMIANÆ. Omnia pro homine facta, metalla aliis animalibus inutilia &c.

Le proprès de la Médecine Paris 1709. 12. ASTRUC.

Henrich NICHOLSON *ars anatomica or the anatomy of humane bodies demonſtrating the circulation of the blood and all muſcular action from the preſſure of the atmoſphere* Lond. 1709. 8.* Breviſſimum compendium.

Stephani DANIELLI, in Arch. Bonon. Profeſſoris, *animadverſio hodierni ſtatus medicinæ practicæ, quæ hactenus incerta argumentis empiricorum & rationalium iſtorum invita minerva demonſtr. &c.* Venet. 1709. 8.* Non equidem proxime ad anatomen facit, cum tamen omnino ad litem SBARALEÆ cum MALPIGHIO pertineat, & DANIELLIO ſcopus ſit, MALPIGHII labores elevare, paucis hic indicare viſum eſt. Empiricam medicinam contra dogmaticos defendit. Magnum fragmentum ex SBARALEÆ oculorum & mentis vigiliis. Amicos MALPIGHII FLORIANUM & L. TERRANOVAM non eſſe Bononienſes, & pſeudonymos. Maligne dicit, MALPIGHIUM in opere poſthumo priorem SBARALEAM laceſſiviſſe, qui adeo multis ante mortem MALPIGHII annis contra ejus inventa anatomica ſcripſerit.

In *epiſtola* ad *J. Dominicum* GOTTI Bonon. 1710. 4.* vita eſt *J. Hieronymi* SBARAGLI, apologia adverſus FLORIANUM, & teſtimonia faventium SBARALEÆ.

EJ. *Additioni animadverſioni &c.* Laudat *Franciſci Simonis* pro SBARALEA apologiam. Inſerit programma ſuum anni 1702. quo medicina empirica laudatur, & ſtatus controverſiæ inter SBARALEAM & MALPIGHIUM paucis verbis exponitur. Bononiæ prodiit 1719. 8.*

EJ. *Avertimenti par chi voleſſe renderſi ben informato della cauſa trattata da* FR. SIMONI, *e* PIETRO EGIDIO OLANDI *nella riſpoſta da eſſi data ad* ORAZIO FLORIANI Bologn. 1722. 8.

EJ. *Accennamenti da unirſi a quei degli autori del G. d' Italia* T. XXXI. Bologna 1722. 8.* Ad relationem de lite MALPIGHIUM inter & SBARALEAM, quæ eſt in tomo XXXI. Diarii *Giornale de' letterati.* Plurimæ ſunt epiſtolæ variorum ſcriptorum, omnes fere inanes, etiam J. DOMINICI GOTTI Bonon. 1710. poſt SBARALEÆ mortem data, cum reſponſione DANIELLII, eodem anno Bononiæ excuſa. In epiſtola tamen DANIELLII ad J. PEREGRINUM de DUNDIS aliqua ſunt ad anatomen pathologicam ſpectantia.

EJ. *Racolta di quiſtioni intorno a coſe di botanica, anatomia, filoſofia e medicina agitate tra* M. MALPIGHIO *e* G. GIROLAMO SBARAGLI Bologna 1723. 8.* Multa MALPIGHIANA, quæ noſter monet & ab aliis, potiſſimum etiam a SWAMMERDAMIO reprehendi. Iterum pro Empirica medicina adverſus rationalem. Denique

que poſitiones excerpit 266. quas adfirmat MALPIGHIUS, SBARALEA negat: Anatomici ſunt argumenti, phyſiologici, botanici, pathologici & practici.

Chriſtiani Henrici ERNDL *iter Anglicanum & Batavum* Amſterdam 1709. 8. 1711. 8.* RUYSCHII & RAVII diſſectiones vidit. Urachum non eſſe cavum RUYSCHIUS oſtendit (inflata veſica urachus plerumque aëre non repletur, ſed tamen poteſt repleri). Uterus puerperæ craſſus, membrana placentæ ſinuoſa, ſinus mucoſi; ad exitum vaginæ hernia veſicæ. A RAVIO audivit de articulationis maxillæ inferioris nova ratione; de articulatione inter primum & ſecundum ordinem oſſiculorum carpi; dentium ſeminia eſſe 52. De muſculo clitoridis. Puerperium prægreſſum ex vulvæ ad anum dilatatione adgnoſci. Ductum ſalivalem communem eſſe maxillari glandulæ & ſublinguali. Valvulas eſſe in venis nonnullis ad portas pertinentibus. Duo eſſe ductuum ſeminalium oſcula, non unicum. Vaſa deferentia & veſiculam ſeminalem recte cum vaſorum bilariorum conjunctione comparat.

Eph. Nat. Cur. Vol. II. *obſ.* 113. Dens ex medio palato.

MAUBEC *Principes phyſiques de la raiſon & des paſſions des hommes* Paris 1709. 12. CARTESIANUS.

VIEUSSENIUS, RAIMUNDI fil., in *hiſt. de l'Acad.* 1709. Sedem animæ ponit in centro ovali.

Caroli Nicolai LANGII, Medici Lucernenſis, librum *de origine lapidum figuratorum* Lucern 1709. 4.* huc revoces. Non a diluvio eſſe, ſed eſſe ex ſeminali principio, quod in ipſis lapidibus operoſum figuras exſculpat.

M. V. *de ſororibus gemellis ab oſſe ſacro monſtroſe ſibi cohærentibus* Kiel 1709. 4.

Henr. Lud. MUTH *Structur des menſchlichen Auges nach Kunſt verfertigt* Frankf. 1709. 8. HEIST. & cum alio titulo *Zergliederung des menſchlichen Auges* Caſſel 1730. 12. TR.

In NATALIS CHOMEL *Dictionnaire œconomique* Paris 1709. fol. Amſterdam 1732. fol.* & alias excuſo, varia ad animalia ſpectantia, & viſcera animalium, aliaque huc facientia reperiuntur. Opus collectitium.

In HERVIEUX *tr. des ſerins de Canarie* Paris 1709. 12. 1713. 12. Germanice Frankfurt 1758. 8. multa ſingularia ad cibum, educationem, mores, cantumque pertinentia reperiuntur.

§. DCCCXVIII. *Diſputationes.*

J. Hermanni FURSTENAU, Profeſſoris Rintelienſis, *deſiderata anatomico-phyſiologica* Hall. 1709. 4.

EJ. *De vita longa* Rinteln 1721. 4.*

In *nov. Act. Nat. Cur. Vol.* I. *obſ.* 31. Sapor in ore ſalſus.

EJ. *De odoribus* ib. 1732. 4.*

EJ. *De initiis typographiæ phyſiologicis* ib. 1740. 4. BOEHM.

EJ. *De reſpiratione ſana & morboſa* ib. 1741. 4.

E. Nash *de vita animali* Leid. 1709. 4.

Jacobi Irvine *de pulmonibus* Utrecht 1709. 4.*

J. Johnstoun *de nutrimento, incremento & decremento animalium* Utrecht 1709. 4.*

Thomæ Jacobæi *de diſtinguendis cadaveribus per crania* Hafn. 1709. 4.* De ſuturis ſponte diſcedentibus, & alia propria.

J. Frid. Roelling *de obligatione matrum proprio lacte alendi liberos* Lipſiæ 1709. 4. B. Burkh.

Chriſtian Sigismund Wolf *de moralitate anatomes circa animalia viva occupatæ* Lipſ. 1709. 4.*

J. Chriſtoph. Merklin *de ſecretionum anomaliis ſalutaribus* Altdorf. 1709. 4.

Georg. Frid. Kuttenberg *de pneumatoſi* Lipſ. 1709. 4.*

Jacobi Finkenau *de memoria* Regiomont. 1709. 4.*

Ej. *De pulſu* 1716. 4.*

Ej. *De temperamentis* 1717. 4.*

Joh. Glosemeyer & Sendel *de ſapore* Gedan. 1709. 4.

J. Gerard Winter *de chylo & ſanguine* Rinteln 1709. 4.*

Nic. Bruno Winslow *de quæſtione an medicus debeat eſſe anatomico chymicus.* Præſide G. F. Franco de Fr. Hafn. 1709.

Jacob Fourneau & *Camill.* Falconet, *Non ergo totum generationis negotium ſolis mechanices legibus abſolvitur* Pariſ. 1709. 4.

Lud. Frid. Dutal & *Hyac. Theod.* Baron, *Non ergo a ſyſtematum varietate medicina præſtantior* Pariſ. 1709. 4.*

Mich. Lud. Reneaulme & *Ant.* Geoferoi, *Ergo epidermidis inſtar inteſtinorum mucus* Pariſ. 1709. 4.

§. DCCCXIX. *Patricius* Blair.

In *Philoſ. Tranſ.* 1710. n. 326. 327. dedit elephantinam oſteographiam, quæ etiam ſeorſim recuſa eſt, London 1718. 4.* Ad ſceleton elephanti Dundeæ mortui, cum brevi reliqui corporis anatome, & menſuris additis. Habet cellulosam cranii fabricam, & oſſicula auditus, & eo ab organo canales ſemicirculares removet, ſibi non viſos. Proboſcidem accuratius deſcribit, & ejus muſculos. Veſiculam felleam confirmat nullam eſſe.

In n. 358. addit icones & deſcriptiones organi auditus, quod ſatis accedit ad bubulum.

In n. 364. Inediam pene triennalem in puero deſcribit.

Ej. *Miſcellaneous obſervations in the practice of phyſik, anatomy, and ſurgery* London

London 1718. 8.* Anatome eſt fere cadaverum morboſorum. De nutritione oſſium, callo, & magna parte femoris amiſſi reparata.

§. DCCCXX. *Johannes* ARBUTHNOT.

POPII amicus, vir eruditus & ingenii elegantis, in *Phil. Tranſ.* n. 328. calculis poſitis oſtendit, non aliquo caſu, ſed ad prævifos, fines partuum maſculorum & femininorum in genere humano proportionem perpetuam eſſe.

EJ. *An eſſay on the effects of air on human bodies* London 1733. 8.* 1751. 8. 1756. 8. BOERHAAVII ad modum preſſionem aëris in corpus humanum & ejus effectus æſtimat. De reſpirationis utilitate. De introïtu in ſpatium inanitum. Gallice vertit Cl. BOYER de PEBRANDIE Paris 1742. 12. PL. Recudit latine FORTUNATUS de FELICE Neapolitanus, qui Ebrodunum ſe recepit, auctor *Encyclopædiæ novæ*, Neapoli 1754. 4.* Specimen eſt effectuum aëris, quos in humano corpore exercet. Multa auctaria editor adjecit, phyſica & anatomica, aërem etiam thoracicum, aëremque in ſanguine elaſticum refutat. SANCTORIUM perſpirationem nimiam facere, & qualis in Anglia ſolos per æſtivos labores locum habet.

EJUS *oratio aniverſaria* HARVEJANA anni 1727. recuſa in *operibus miſc.* 1751. 8.

Hactenus etiam huc referas EJ. *eſſay concerning the nature of aliments* Lond. 1731. 8.* Germanice Hamburg 1744. 4.*

§. DCCCXXI. *Diaria* 1710.

In *Phil. Tranſ.* n. 325. DE BON utilitatem telæ aranearum extollit, ut pro ſerico poſſit ſervire. Gallice prodiit libellus, *Diſſ. ſur l'utilité de la ſoie des araignées, avec l'analyſe chymique de la ſoie &c.* Montpelier 1710. 8. & Avignon 1748. 8.* Germanice Lipſ. 1711. 8. Italice Firenz. 1710. 12. Plus dare ſalis alcalini ob victum animalem, & bonas ex iis aranearum telis guttas anglicas parari.

In *Act. Erud. Lipſienſibus* a. 1710. M. *Mart.* L. A. de HUYSSEN gemellorum alterum monſtroſum deſcribit, bipedem, ſuperne duplicem, corde unico, aſperis arteriis duabus.

Hoc anno FRIDERICUS I. Rex Boruſſiæ, LEIBNIZII ſuaſu, Academiam ſcientiarum Berolini condidit, cujus commentarii *Miſcellaneorum Berolinenſium* titulo ſeptem voluminibus prodierunt.

In T. I. deſcribitur artificium, quo DAGLIUS cadavera condit: ſpiritu nempe valde penetrabili ea obungit & macerat, ut penitus indureſcant, putredinis porro ignara.

Hoc ipſo anno etiam Venetiis cepit prodire *Giornale de' letterati d' Italia*, cujus ad 43. tomos excuſi ſunt. Paſſim ſcripta aliqua peculiaria noſtri argumenti continet, ut hoc ipſo anno duas BELLINI epiſtolas, & vitam SBARAGLI, cum hiſtoria litis inter eum & MALPIGHIUM agitatæ, & præcipuis momentis

M.S.

M.S. epiſtola ad ALAMANNUM & LAURENTI *circa libellum de moralibus critices regulis*, in qua SBARALEA acriter impugnatur: ZERILLI etiam argumenta contra aëris in ſanguinem ingreſſu.

§. DCCCXXII. *Franciſcus* PETIT,

Medicus caſtrenſis, inde Academiæ ſcientiarum ſodalis, & celebris medicus ocularius, egregius præterea inciſor. Abſque nomine auctoris prodierunt *Lettres d'un Medecin des hôpitaux du Roi à un autre Medecin de ſes amis* Namur 1710. 4.* Earum I. eſt de cerebro. Effectus vulnerum cerebri decuſſatos, & paralyſes lateris alterni, interpretatur per decuſſatas, ut putat, fibras medullares medullæ ſpinalis: Eam ſymptomatum decuſſationem vulneribus de induſtria inflictis vidit ſuperveniſſe. Internum corticem & diviſionem ejusdem ſpinalis medullæ vidit. Sinum dixit ophthalmicum; fornicis crura in corpora mammillaria perſecutus eſt: ventriculum ſepti lucidi deſcripſit, & in facie inferiori calloſi corporis foramina.

In Ep. II. per vulnera demonſtrat, ſenſum non eſſe a cerebello; in convulſionum cauſam ſedemque per experimenta inquiſivit. Motus varios ab irritatione nervorum productos recenſuit. Neque cor pati ab irritato nervo intercoſtali & vago Experimenta infuſoria varia fecit. Bilis, ſanguinis, lactis, ſeri ſanguinis, humoris aquoſi & vitrei, cum variis liquoribus chemicis phænomena expoſuit.

EJUSD. *Lettre dans laquelle il demontre que le cryſtallin eſt fort près de l'uvée &c.* Paris 1729. 4. recuſa in V. Tomo *mearum diſputationum chirurgicarum.* Menſuras partium oculi dat, exquiſita cura factas.

EJ. *Reflexions ſur ce que Mr.* HECQUET *a fait imprimer ſur les maladies des yeux* Paris 1732. 4.* Argumenti potius chirurgici.

EJ. *Reflexions ſur les decouvertes faites ſur les yeux* Paris 1732. 4.* Contra WINSLOWUM & FERRENIUM ſua de origine nervi intercoſtalis ex medulla ſpinali, & ex inferioribus corporis partibus, & de canale lentem cryſtallinam ambeunte invento ſibi vindicat. Utraque in *ſelectis chirurgicis* recuſa.

In *hiſt. de l'Acad.* 1710. perfectum androgynum deſcribit, vagina, tubis (in epididymides inſertis) & organis maſculis præditum.

In *Mém. de* 1723. agit de ſpatio poſteriori oculi pone iridem perparvo, & exigua in eo humoris aquei copia. Hæc in oculo gelu conſtricto vidit.

In *Mém. de* 1725. dat aliqua de cataractarum antiquitatibus; tum ſectiones aliquas oculi iconibus expreſſas; menſuras oculi ejusque partium, & cameræ poſterioris anguſtiam.

In *Mém. de* 1726. de vaſculis pellucidis corneæ tunicæ, de diverſitate oculorum in variis animalium claſſibus. Chorioideam tunicam per ætatem expalleſcere, lentem cryſtallinam flaveſcere, eamdem poſterius magis pellucidam eſſe.

Idem de diſtantia a cornea tunica, ad quam optime acus in ſcleroticam infigatur, ad deprimendam cataractam. De nervis ciliaribus. Intercoſtalem nervum in ſextum inſeri. De periculo lædendi nervi ciliaris, ſi ad majorem a corneæ margine diſtantiam acum infixeris.

Mém. de 1727. Nervum intercoſtalem non a ſexto naſci, ſed in eum terminari, & oculum adeo adire: nam ſextum poſt acceptum intercoſtalem verſus oculum grandeſcere: reſecto iſto nervo reliqua ſymptomata incerta eſſe, nunquam vero oculum non debileſcere & obſcurari.

Idem corneam tunicam infantum craſſiorem eſſe, humorem aqueum parcum, hinc obſcure videre. Non tamen cæcos eſſe, nam a luce nimis fulgida eorum oculos contrahi. Lentem cryſtallinam vivi animalis pellucere, mortui opacam eſſe.

Mém. de 1728. Iridem convexam eſſe fuſe contendit. De modo capiendæ camerarum oculi menſuræ. Oculum vivo homini tenſum eſſe, flacceſcere vero exhalante humore aqueo.

In *Mém. de* 1730. Fuſe & accurate de lente cryſtallina, quam per varia animalium genera perſecutus eſt. Senſim ea induratur & flaveſcit. Capſulam lentis cryſt. non putat opacam reddi, quod non eſt firmum. Lentem cryſtallinam laminis utique componi. In ejus capſula vaſa. Accipit aliqua a ciliaribus proceſſibus. Ejus aquula, qua nutriatur.

In *Mém. de* 1733. Fetus brachiis monſtroſus & pectore. Pectus valde breve. Pulmo poſt paucas reſpirationes natavit, neque compreſſus deſiit natare, utique vero fundum petiit, cum aër antliæ ope eductus fuiſſet. Pulmo fetus, qui non reſpiraverat, merſus eſt. Brachii recurvi accurata anatome.

Idem de medicamentis ſanguinem cogentibus, & de vi grumi ſanguinei ad hæmorrhagiam compeſcendam.

Ej. Pulmonis membranam aërem non admittere.

Ej. Anatome Cyprini: inteſtina facit ſex; ſexum utrumque deſcripſit, & ova ſupra 300000, lactes, veſiculas ſeminales, ductum deferentem.

In *Mém. de* 1735. de oculi galli Indici anatome bene; flabellum vitrei humoris rectius quam ab aliis dictum muſculi oculi.

Mém. de 1736. Oculus ululæ. Recte convexiſſimam & pene cylindricam corneam tunicam exprimit, iterumque flabellum.

Mém. de 1737. Oculi ranæ & teſtudinis. In iſta duæ glandulæ anguli interni oculi.

Vita & elogium viri in *Comm. Academiæ* a. 1741. exſtat.

§. DCCCXXIII. *Johannes* Astruc,

Profeſſor Toloſanus, inde Pariſinus, aliquamdiu Augusti II. Archiater, vir eruditus, qui ad ſummum ſenium pervenit, clinicus equidem, neque inciſor, varia ſcripſit, quæ ad phyſiologiam pertinent, aliqua ad anatomen.

Ejusd.

Ejusd. *De motu muſculari* Pariſ. 1710. 12. Non vidi. In Mangeti *theatro* redit, mutata tamen. Muſculum ex veſiculis componi, quas irruens ſpiritus elevet.

Ej. *De la digeſtion des alimens, pour demontrer qu'elle ſe fait par le moyen du levain* Montpelier 1710. 4. Prælegerat coram Societate Regia Monſpelienſi, in cujus *memoires* hæc Diſſ. repetitur. Contra Hecquetum, viresque nimias, contra quas demonſtrare conatus eſt, fibram circularem non poſſe contractione ſua ad centrum accedere; & ſi contraheretur, non ita arctum fieri ventriculum, ut ſe cibo adaptet. Diſſolvi cibum, non comminui; ſalivam eo facere & alios humores.

Ej. *Memoire ſur la digeſtion des alimens* Paris 1711. 8; recuſum cum Hecqueti opere Paris 1730. 12.* in T. ſecundo. Contra tritum Pitcarnianum, & nimias vires ventriculo adſcriptas. Hic illa demonſtratio adparet Pitcarnio obpoſita.

Ej. *Tr. de la digeſtion, pour refuter le nouveau ſiſteme de la trituration* Toulouſe 1714. 8.* Iterum contra Hecquetum & Pitcarnium, & ut in priori libello, contractionem ventriculi infinite parvam, preſſionem vero ſepti tranſverſi, & muſculorum abdominis lateralem eſſe docet, hinc debilem. Deinde pro fermentatione. Tritum non mutare naturam cibi. Antiquiſſimum eſſe ſyſtema: ſales in ſaliva eſſe, inque bile, & obpoſitos eos ſales fervere. Paſſim etiam Vieussenium refutat, & ipſum tritus adverſarium. Carnem magis efficaciter nutrire.

Ejusd. *Epiſtolæ quibus reſpondetur epiſtolicæ diſſertationi* Thomæ Boerii & Gregorii *de cauſis concoctionis ciborum* Toulouſe 1715. 12.* Repetit ſuam demonſtrationem de fibra circulari, quæ ſit polygonum infinitorum laterum, in cujus ſingula chorda vires diſtrahentes deſtruunt vires incurvantes ventriculi: Pitcarnianas vires enormiter minuit, & tres uncias ſolas admittit.

Ejusd. *An judicii exercitium ſ. rectum, ſ. depravatum, a cerebri mechaniſmo & depravatione dependeat* Monſp. 1718. 12. Mechanice reflexionem interpretatur.

Ej. & *Antonii* Malivergne *du* Mandoumier *de ſenſatione* Monſp. 1720. 8.* Mathematica facies, ſed veræ tamen hypotheſes. Cerebri medullam (quam partem vocat calloſam), eſſe celluloſam. Sic nervos. Nervus ut conpreſſus, ut elongatus, arctetur, ut utrovis modo ſpiritus ad cerebrum repercutiantur; ſenſatio demum ex hac repercuſſione in cerebro fiat. Spirituum refluxum fieri per alternos ſubſultus, & a vibratoria ſuccuſſione, eoque vehementiores eſſe, quo fortior fuit ſuccuſſio. Diſſimiles ſenſationes eſſe, vel a diverſo ſuccuſſionis robore, vel a diverſis fibris, quæ ſuccuſſæ fuerunt. Senſationis omnem diverſitatem eſſe ultimo a vehementia ſuccuſſionis. Fibram cerebri unicam non ſufficere ad diverſas ſenſationes. Deinde valde gratuito ſibi ſumit, ſpiritus ad cerebrum non refluere, ſed primo in ſubſtantiam ſolidam cerebri, uti nulla fiat ſenſatio, tum demum per reflexionem in fibram cerebri ſentientem ſimiles motiones extremis nervis impreſſas ad easdem fibras pertingere, diverſas ad diverſas.

Ej. *De phantaſia ſ. imaginatione* Monſpel. 1723. 8.* In quaque fibra ſola ſuam ideam ſimplicem generari. Mechanicus modus, ut ideæ compoſitæ naſcantur. Recudi feci in *Select.* T. IV.

Ej. *E. ſympathia partium a certa nervorum poſitura in ſenſorio interno* Pariſ. 1736. 4. & in *Select. meis* T. IV. Sympathiam fieri impreſſione per nervum ad cerebrum delata; hic in columellam aliquam ſenſorii incurrente, aqua ejus reflexu in aliam partem, ad angulum reflexionis æqualem angulo incidentiæ.

In *letre cinq. ſur l'extrait qui a été fait de la quatriente* Paris 1738. 4. defendit J. BERENGARIUM medicum fuiſſe, non chirurgum.

In L. IX. *de morbis venereis* Pariſ. 1740. 4.* & ſæpiſſime alias excuſis, aliqua huc faciunt, de ſede gonorrhœæ.

Ej. *Ergo ex anatomia ſubtiliori res medica certior* Paris 1743. 4.*

Ej. *Mémoire pour ſervir à l'hiſtoire naturelle du Languedoc* Paris 1737. 4.* In hac phyſici & literarii argumenti collectione operum Cl. auctoris reperias de piſcibus foſſilibus, & de animalibus aliqua, quæ mediis in ſaxis vel arboribus vixerunt.

In opere *des maladies des femmes*, cujus quatuor tomi Paris 1761. 12.* prodierunt, duo ultimi a. 1765.* Germanice recuſo 1770. 8.* multa huc faciunt, anatome primum uteri in Tomo I. & IV. Peculiaria vaſa recenſet, venas quidem rubras ex rete arterioſo collectas: tum appendices cæcas venarum; demum ſacculos aliquos cæcos radiis cinctos, quos ASTRUCIUS vaſa lactea vermicularia vocat. Huic fabricæ theoriam menſium ſuperſtruit. In VI. l. adgnoſcas, vidiſſe Cl. virum venas feminarum prægnantium dilatatas, & arterias vermiculares uteri. In l. IV. pugnat pro fetubus tubariis. In l. V. generatio exponitur cum malis fetuum iconibus. Neque bene villoſum placentæ involucrum rejicitur, quæ non recte dicitur meris cellulis conponi. Vermiculum cæterum admittit, qui in ovulo niduletur. Pro inverſione fetus, pro nutritione ejus per os. L. VI. mammarum non bona fabrica.

In Ej. *l'art d'accoucher* Paris 1766. 12.* aliqua huc faciunt, de pelvis fabrica & anguſtis faucibus, *de ſitu uteri obliquo &c.*

In *Mémoire pour ſervir à l'hiſtoire de la faculté de Medecine de Montpellier*, quem *Anna Carolus* LORRY edidit, aliqua huc faciunt, ut de origine & progreſſu anatomes Monſpeliacæ, quæ nunquam floruit, & eſt in chirurgorum manibus (*f*).

In *hiſt. de la Soc. de Montpellier;* Ligatis arteriis renalibus nullam in veſica canis urinam repertam eſſe, cum abunde bibiſſet.

De motu muſculari.

Acorem ſanguinis VIEUSSENIANUM refutavit, quem additæ bolo tribuit.

§. DCCCXXIV.

(f) LORRY ibid.

§. DCCCXXIV. *Varii.*

Franciſci Balthaſar von LINDERN *Unterricht von allen Gebeinen des menſchlichen Körpers, und von der Art zu balſamiren, und ohne Drähte ein Sceleton zu præpariren* Argentor. 1710. 12. Augſpurg 1735. 12.

M. O. *Proceſſus anatomicus, wie ein Medicus und Chirurgus die Section erlernen kan* Leipzig 1710. 8. TR.

Franc. HENRIQUEZ *de* FONSECA, *Medicina Luſitanica, ſocorro delphico a os clamores da natura humana para total profligaçaon de ſus malos* Amſterdam 1710. fol. SEGUIER. Vita hominis ante partum, conceptio, formatio fetus & incrementum.

J. Franc. VICARII *baſis univerſæ medicinæ* Argentor. 1710. 8.

Cornelii TRIOEN Diſſ. *de partu naturali & methodo extrahendi fetum mortuum* Leid. 1710. 4.

EJ. *Obſervationum medico chirurgicarum faſciculus* Leid. 1743. 4.* & eodem anno Belgice 4. WACHENDORF. Pleraque equidem chirurgica & pathologica, molæ, atreti, ova humana cum villis & fetu informi, etiam nullo. Oſſicula pyramidalia anteriora in hydrocephalo. Icones nitidiſſimæ.

§. DCCCXXV. *Diſputationes.*

Martini Gotthilf LOESCHER *de novo ſucci nervei motu tentamen* Witteberg. 1710. 4.*

EJ. *Obſervationes de homine ſelectæ* ib. 1722. 4.* Vaſa lymphatica in homine. Ciſternam chyli rejicit.

EJ. *De ſenſationibus brutorum imperfectis* 1726. 4.*

EJ. *De natura ſenſuum externorum hominis in genere* ib. 1726. 4.*

EJ. *De dentibus ſapientiæ, eorundemque morbis* 1728. 4.*

EJ. *De mechaniſmo venæ azygæ pleuritidis cauſa* 1724. 4. HE. Sedem eſſe pleuritidis.

EJ. *Academiſche Arbeit in phyſiſchen, chymiſchen und anatomiſchen Wiſſenſchaften, ein Verzeichniß ſeiner Inſtrumenten und Praparatis Anatomicis, mit Anmerkungen* Witteberg 1723. 4.

Paulus GAUDENTIUS *de fibra debili & laxa* Leid. 1710. 4.

D. WHYTE *de bile* Leid. 1710. 4.

P. MARTIN *de aëris pulmones intrantis effectu* Leid. 1710. 4.

Cornelius NIEUWAART *de ſanguine* Leid. 1710. 4.*

Georg Ludw. TEISSIER *de ſubſtantia corticoſa ac medulloſa cerebri* Leid. 1710. 4.*

Jacob LUNDIE *de arteriis & venis* Utrecht 1710. 4.*

Chriſtophorus HARDER *de vita fœtus humani in utero* Utrecht 1710. 4.* Uterum non continuo ad priorem parvitatem redire.

P. DEMEHERENC *de la* CONSEILLERE, *de auditu* Utrecht 1710. 4.*

David PENNINCK *de ſanguine* Harderwic. 1710. 4. B. BOEHM.

Albert. Henric. GRAETZ *de ſtructura & uſu lienis* Regiomont. 1710. 4.*

J. Rudolph. ZWINGER, olim Præceptoris noſtri, qui & ipſe ſupervivit, beatus ſenex, *de uſu & functionibus cerebri humani* Baſil. 1710. 4.*

Pauli Henrici VOGEL *de ſanguificatione in homine* Erford. 1710. 4. VATER.

Chriſtian WILDVOGEL *de partu legitimo* Jen. 1710. 4. HEBENSTR.

G. Alb. ANTHING *de fabuloſa Pygmæorum gente* Witteb. 1710 4. B. BURCKH.

Joh. GOLL *de tuſſi* Argentor. 1710. 4. HE.

Frid. GENZKEN *de natura & proprietatibus animi humani* Kiel 1710. 4.

J. Franc. COUTHIER & *Henrici* IMBERT *Ergo omnium univerſi corporis partium nutrimentum idem* Pariſ. 1710.

Petri RIDEUX & *Joh.* DIEGO *Diſſ. phyſico anatomica de motu muſculorum* Monſpel. 1710. 12.* Non leve opus an non ASTRUCII? Anatome muſculi. Fibras transverſas diſtractas dolere, ita caveri, ne muſculus nimis diſtrahatur. Ligatis nervis muſculi motum ſupprimi, eſſe adeo ab animalibus ſpiritubus. Aorta ligata artus inferiores reſolutos eſſe ſenſumque amiſiſſe: ea vero ſymptomata non accidere, ſi aorta arteria inferiori loco ligata fuerit, qua finditur, neque cruri ſupervenire, cujus arteriam ligaveris: cauſam ergo paralyſeos eſſe in ſanguine a medulla ſpinali averſo. Calculi decrementorum vis in muſculos impenſæ: duplicationem omittit, quam BORELLUS a firmatione clavi deducebat. Veſiculis quamque fibram fieri concatenatis. Momentum ſpirituum animalium ad reſiſtentiam eſſe, ut rhombi (veſiculæ) latitudo ad dimidiam altitudinem. Glutæi muſculi fibras eſſe 778. 752, in quaque adeo fibra exiguum motum exerceri. Tabula BERNOULLIANA dilatationum rhomborum & momentorum inde natorum. Parvitatem rhomborum facere, ne nimia copia ſpirituum requiratur. GLISSONII experimentum de muſculi agentis detumeſcentia refutatur.

§. DCCCXXVI. *Diaria.* WINSLOW.

Hiſt. & Mém. de l'Academie des Sciences 1711.

FAUVEL de fetu cerebro, cerebello & medulla ſpinali deſtituto.

Exemplum juvenis, cui febris acuta memoriam delevit.

Hoc anno primos ſuos commentarios Academiæ ſuppeditavit *Jacobus* WINSLOW, qui mutata religione a BOSSUETO nomen BENIGNI adoptavit, vir ſimplex (*) & ſuperſtitioſus, qui tamen pertinacia ſui laboris in magnum denique inciſorem evaſit. Duo præcipua ejus ſunt merita. Cum priores anatomici plerumque

(*) HOLBERG in vita ſua p. 79. 80. Add. la METTRIE *tabl. de la Medec.* p. 196.

rumque partes corporis humani incidendas de cadavere eximerent, peribat ſitus, peribat nexus cum partibus vicinis, & ipſa ſæpe figura remota celluloſa tela tota mutabatur. Primus WINSLOWUS omnes corporis humani partes in ſuo ſitu deſcripſit, inque ſuo cum aliis nexu. Deinde partes molles plerasque in aqua limpida contemplatus eſt, in qua ſibi permiſſi flocculi libere fluctuant, & minuta quæque elegantiſſime conſpiciuntur.

In *Mém. de l'Acad.* 1711. hypotheſin propoſuit, per quam ſecretiones in corpore humano explicarentur. Vaſa mera admiſit, & in vaſis ſecretoriis villum, quem putavit ſe vidiſſe: eum villum non alium liquorem transmittere præter eum, quo a principio eſſet imbutus. Pergit in hypotheſi a. 1712. de glandulis ſimplicibus, pariter intus villo efflorescentibus, glandulis renalibus, aliis.

Eodem a. 1711. cordis in univerſum anatomen molitus eſt. Duos diſtinctos ejus eſſe ventriculos docuit, ut ipſum ſeptum cordis in duo ſepta ſecedat, quorum quodque ad ſuum ventriculum pertineat. Commune tamen planum fibrarum utrumque ventriculum obvolvere, & per apicem ſiniſtri ventriculi ſubire, ejusque carnis efficere papillas. Muſculoſa etiam ſtrata cordis deſcripſit, & anulum valvuloſum oſtii venoſi, cum tendinibus in eum ſe inmittentibus.

In *Mém. de l'Acad.* 1715. oſtendit, mediaſtinum non deſcendere a medio ſterno. Cordis verus ſitus & figura: pulmonis ſiniſtri inciſura cordi coaptata: aſperæ arteriæ ſitus ante œſophagum, bronchus dexter major: porta omenti.

In *Mém. de l'ann.* 1717. ſententiam MERYANAM cum ea conciliare ſtudet, quæ vulgo recepta eſt: auriculam nempe in fetu unicam eſſe docet, duasve amplo communicantes hiatu. Deinde de EUSTACHII valvula lunata, in parte poſteriori reticulata, in adulto homine, ut putat, evaneſcente.

In *Mém. de* 1719. aliqua de muſculis ſcapulæ, & potiſſimum tripartito ſerrato ſuperiori. Deinde de cartilaginibus ſemilunaribus genu, & rotatione femoris flexi, quæ ſuper eos fit.

In *Mém. de* 1720. primum egit de muſculorum effectu. Eum non ab uno muſculo ſolo æſtimari debere, ſed ab omnibus, qui eamdem articulationem regunt, & qui non ſolos per flexores, ſed per laxationem voluntariam extenſorum artum flectant. De interoſſeorum vera natura.

Aliqua de oſſibus. Ut ſuturæ cranii arcte uniantur, per oblique ſibi impoſitos dentes alternos. Ut in ſutura ſquamoſa temporum alterne oſſa ſuperiora ſuſtineant inferiora. De proceſſu naſali & orbitario oſſis palati. De diverſis modis, quibus coſtæ elevatæ pectoris capacitatem ampliant. Hic, ex non ſatis claris nonnullis vocibus, nata eſt HAMBERGERI opinio, coſtas in inſpirando a ſe invicem recedere.

Ej. hiſtoria fetus abſque oculis nati a. 1721.

EODEM anno de oculo Diff. De orbita, de iride naſo, quam externo angulo, propiori, ſed externa ſede latiori. Muſculum abductorem oculi rectorum longiſſimum eſſe. De muſculo proprio trochleæ, & alio novo, quem non deſcribit.

Iridem inpoſitam lenti cryſtallinæ convexam eſſe, ideo contractam poſſe eam lentem retrorſum pellere. De exhalante de cornea tunica humore.

Ej. in *Mém.* 1722. variæ adnotationes. Sulcos ſcapulæ non eſſe a coſtis. De cranio hominis barbari, cui varia peculiaria, & dentes inciſivi lati, molariumque ſimiliores fuerint. De radii manusque ſitu & de menſura duorum pedum.

Mém. 1723. de homine ſcapulas adducente, abducente, & aliter articulationibus his inſolito more utente.

Ej. Aliqua apologia pro ſua de exiguitate cameræ poſterioris ſententia. *Journal des Savans* 1724. Jun.

In *Mém. de l'Acad.* 1725. fuſe contra S. P. Rouhault. Cor omnino ſua in ſyſtole longius fieri. Meryum in errorem incidiſſe, quod inflatis & ſiccis cordibus uteretur, unde valvulæ foraminis ovalis magnitudini decedat.

Ej. De variis ſcapulæ motibus. Trapezium muſculum utique, ſed poſt ſerratum magnum, ſcapulam levare. Levatorem potius angulum ſcapulæ humeralem deprimere. Qui muſculi eam ſcapulam deprimant. Maſtoideos muſculos in ſupino homine caput erigere, hinc rectos abdominis operari, ut maſtoideis punctum firmum præſtent.

Id. in *Mém.* 1729. habet de ſupinatione & pronatione aliqua, in quo motu & cubitum una paulum rotari docet, & ipſum demum os humeri.

Mém. de 1730. De motu vertebrarum colli, non ginglymode; de ejus columnæ ligamentis intervertebralibus, ſuper quæ centrum motus eſt.

Mém. de 1733. De monſtris: fetu, de quo ſolum abdomen & pedes ſupererant, adnato fetui perfectiori, & ejus anatome. Hinnulus capite ſemiduplici. Monſtrorum duæ claſſes, quarum prima primigenia monſtra continet.

Mém. de 1734. Pergit in monſtrorum hiſtoria. Hinnuli bicipitis accurata anatome; tum vituli ſemibicipitis, puelli quadrupedis, fetus Duverneyi. De aliis partubus monſtroſis. Pro ſuo ſyſtemate monſtrorum primigeniorum.

Mém. de 1735. De actione ſternomaſtoidei muſculi, qua caput ad alterum latus convertit.

Mém. de 1738. De reſpiratione abſque motu coſtarum; de muſculis ad eam actionem conſentientibus, de diaphragmate, quæ tota oportet legere.

Mém. de 1739. De motubus analogis utriusque manus, qui vix poſſunt diverſo modo peragi. Hæc deducit a communicationibus dextri cerebri cum ſiniſtro.

Mém. de 1740. Cur difficile ſit ſimul utraque manu duos ſemicirculos parallelos deſcribere, facile obverſos.

De cauſis morborum in adſtrictis veſtibus poſitis.

In *Mém. de* 1741. De morbis a thoracibus arctis naſcentibus, potiſſimum etiam ſcapula dextra altiori.

Mém.

Mém. de 1742. De monſtris iterum, potiſſimum etiam GOIFFONIANO meoque, pro fabrica monſtrorum primigenia.

Ej. De uſu muſculi biventris contra MONROUM. Utique maxillam inferiorem detrahere, etiam in quadrupedibus & avibus.

In *Mém. de* 1743. Iterum de monſtrorum nonnullorum origine primigenia.

Ej. Magnum opus anatomicum prodiit Pariſ. 1732. 4. & 12. 4. Vol.* ſæpiſſime recuſum etiam Pariſ. 1767. 8. 5. Vol.* quæ editio nonnihil aucta eſt, vita etiam viri adjecta & indices, tum Amſterd. 1742. 8. 1752. 8. Baſil. 1754. 8. Latine verſum Strasburg. 1753. 8.* Venet. 1758. 4. & 8. Anglice vertente *Georgio* DOUGLAS Lond. 1733. 4. Germanice Berlin 1733. 8. Baſil. 1754. 8. 5. Vol. Belgice Roterdam 1735. 8. 1754. 8. Italice Neapoli 1764. 4. 6. Vol.

Titulus eſt *Expoſition anatomique de la ſtructure du corps humain.* Omnia priora compendia in plerisque anatomes partibus per hoc inſigne opus ſuperata fuerunt, etſi non diſſimulo, multa, quibus ornatur, me in poſthumis DU VERNEYI reperire. Breviſſimum cæterum eſt, & ſimplex eorum deſcriptio, quæ ipſe vidit.

Oſteologia, quæ primum tomum efficit, hic in duas partes diviſa eſt, omnibus priorum laboribus multo perfectior. Minutiſſima plurima auctor adnotavit, ſcrobes, tubercula, ſulcos, canales, inſertiones muſculorum. Quæ propria habet utique non licet enumerare. Confer tamen os ethmoides, os palatinum cum duobus ſuis proceſſibus adſcendentibus, os unguis, tympanum, promontorium.

Pars altera oſſa recentia continet, cartilagines, glandulas, ligamenta, capſulas, quæ quidem oſſium conſideratio apud nuperos pene tota deſiderabatur.

In T. II. muſculi diligenter quidem deſcripti, a poſteriori tamen ALBINI labore ſuperantur, etiam potiſſimum in manu: id præterea incommodum habent, quod A. nulla ſynonyma adjecerit. Duplicem noſter dicit coccygeum. In utilitatibus muſculorum receſſit ab aliis, nomina capitis & caudæ rejecit, recte admiſit ad definiendam cujusque muſculi actionem, & utriusque finis mobilitatem, & determinantem conſenſum aliorum muſculorum.

In T. III. arteriæ venæ & nervi traduntur, arteriæ quidem multo rectius, quam apud priores & verius, ut tamen hinc inde errores arguas, exemplo arteriæ ophthalmicæ, & arteriarum pelvis. Princeps tamen & hic auctor eſt, In venis pene ſolus legi poteſt, etſi hæc hiſtoria valde adhuc imperfecta eſt. Venam branchialem ſiniſtram habet. Nervi etiam cum nonnullis vitiis, tamen quam apud ipſum VIEUSSENIUM melius traduntur, nec aliud compendium prætuleris, etſi peculiares aliqui nervi plenius deſcripti habentur.

Quarto tomo continetur ſplanchnologia, cum minoribus muſculis ani, faciei, pharyngis, uvulæ (non optime iſti), &c. Ipſa ſplanchnologia multum ſuperat ea, quæ ante WINSLOWUM prodierunt. Parvum pancreas diſtinxit, omentum gaſtro hepaticum, portam omenti, ligamenta ſemilunaria recti inteſtini. Lienem transverſum fecit. Fetum totum omiſit.

Majus opus deſtinaverat, cujus hoc pene compendium eſt, ſed id nun-

 quam

quam prodiit. Hic cæterum fere communis fons eſt, ex quo nuperiores, & Galli potiſſimum, ſuam anatomen repetierunt.

Cum Salvatoris Morand *traité de la taille au haut appareil* prodierunt Paris 1728. 12.* aliqua de partibus corporis, quæ in hac ſectione inciduntur. Peritonæi laminam internam meram eſſe telam celluloſam, neque adeo veſicam urinariam in duplicatura, quam vocant, peritonæi contineri. Plica ſemilunaris peritonæi, celluloſa tela veſicæ circumfuſa.

Ej. Diſp. *Ergo ex anatome ſubtiliori ars medica certior* Pariſ. 1717. 4.*

Ej. Diſp. *Non ergo in cognoſcendis morbis errores funeſtos evitare poteſt anatomes parum gnarus* Pariſ. 1732. 4.* quam recuſam dedi. Deſcribit, ut alteri maſtoideo, a quo morbus non erat natus, medela ſit adhibita. Supinum hominem non poſſe caput adtollere, niſi laborantibus muſculis maſtoideis. Morbi a nimia collaris adſtrictione nati.

Ej. Diſp. in hunc ſenſum *E. mortis incertæ ſigna minus ex chirurgicis, quam ab aliis experimentis* Pariſ. 1740. Recuſa eſt cum Bruhier Diſſ. *ſur l'incertitude des ſignes de la mort.*

Ej. Diſp. *Non ergo ad ſervandam præ fetu matrem obſtetricum hamatile minus anceps & æque inſons, ac ad ſervandum cum matre fetum ſectio Cæſarea* Pariſ. 1744. 4.* Omnino oſſa pubis nonnunquam diſcedere & os ſacrum.

Seorſim prodierunt, *Remarques ſur le memoire de M.* Ferrein *touchant le mouvemens de la mâchoire inferieure* Paris 1755. 8.* Plures ſunt libri particulæ. Ferrenius nova ſe docere, receptos refutare errores gloriabatur. Noſter negat ſe erraſſe. Maxillam utique antrorſum poſſe duci & retrorſum, difficilius tamen retrorſum. Motum lateralem, quem Ferrenius refutat, & cui circularem ſubſtituit, eo ſenſu a ſe eſſe intellectum: & jam a. 1697. a Rauio eamdem ſententiam eſſe propoſitam. Ferrenium ſua in ſceleto vidiſſe, quæ in cadavere inſpici debeant, in eo condylos ſub eminentias transverſas duci poſſe, id ſibi ante quinquaginta annos non fuiſſe ignoratum. Se de motu etiam cartilaginis interarticularis in condylorum depreſſione dixiſſe.

In Renealmi libello de ſuſceptione ilei in colon, ut ſibi viſa agit.

§. DCCCXXVII. *J. Baptiſta* Bianchi,

Quem oportet a *Johanne Simone* Bianchi diſtinguere, qui aliud ſibi nomen fecit Jani Planci. Iſte, de quo nunc quidem agimus, Profeſſor fuit Turinenſis & nuper obiit.

Edidit, valde adhuc juvenis, libellum, cui titulum fecit *hiſtoria hepatica* Turin. 1711. 4., tum 1716. 4.* quam editionem ex adprobatione putes nihil eſſe mutatam. Plenior alia editio prodiit Genevæ 1725. 4 2. Vol.*, quæ dicitur tertia, & cujus augmenta fere ſunt in additis opuſculis & tabulis. Ipſam hiſtoriam ſuo tempore æqua lance expendit Morgagnus. Bilem ſanguine craſſiorem eſſe Bianchus docet, Glissonii capſulam vi valere contractili; ductus adeſſe hepaticyſticos,

ſticos, bilis parciſſimam eſſe copiam, hæc aliaque merito carpas; icones etiam paſſim accuſes, interque eas potiſſimum venas hepatis, nervosque. Hæc tamen omnia in hac editione contra MORGAGNUM conatur tueri.

Adjecta eſt in hac ipſa editione epiſtola *de impedimentis circulationis*, & alia de *febris natura & effectibus*. Conſideratio globulorum in conico inque cylindrico canale motorum, incurſus in latera, alia. Rejicit derivationem.

Subjectæ ſunt orationes aliquæ, inter eas *Bononiæ* dicta *in laudem* ejus Academiæ Genev. 1723. 4.*, non ſine mirificis erroribus (*g*): alia Taurini 1720. dicta, edita 1721. 4.*: tertia *Prælectio anatomica* anni 1720, pariter 1721. 4.* excuſa: iterum oratio anatomica dicta a. 1722: quinta, proluſio ad oſſium hiſtoriam 1722: ſexta iterum a. 1723, omnes rhetoricæ potius, quam anatomicæ.

EJ. *Ductus lacrymales novi eorumque anatome, uſus, morbi & curationes* Aug. Taurin. 1715. 4.* Leid 1723. 8.* Nihil novi hic reperias, ſed obſcuras & barbaræ dictionis deſcriptiones, icones malas, ductum communem enormiter amplum, ſaccum lacrymalem nimis exiguum, ductum naſalem nimis dilatatum, valvulam fictitiam.

In *Theatro* MANGETI veſicæ & vicinarum partium novas utique ſuasque dedit icones; ſed malas & manifeſto mancas, muſculosque novos deſcripſit, quæ omnia a J. B. MORGAGNO luce critica illuſtrata fuerunt. Dedit etiam *de valvula coli* diſſertationem, quam reſecta celluloſa tela, carneisque fibris deletis in anulum ad exemplum *Petri* PAUW mutavit.

Receptaculorum etiam ad latus ſellæ equinæ & ſinuum nonnullorum duræ membranæ, etiam transverſorum RIVINI, tabulam dedit, ne ipſam quidem probabilem.

EJUS *fabricæ humanæ generalis proſpectus expoſitus ad univerſam corporis humani anatomen in theatro novo anatomico Taurinenſi* Turin 1716. fol. MAZZUCH.

Ad practicam anatomen proluſio Genuæ 1736. 4.*

EJ. *De lacteorum vaſorum poſitionibus & fabrica* 1743. 4.*

EJ. *De novis in genitalibus partibus* in *Mém. di Valentuom.* T. III Luccæ 1747. 8.* SANTORINUM in proſtatico muſculo carpit, muſculoſum planum dicit, veſiculis ſeminalibus inſtratum. Sinus urethræ jam a. 1698. a TERRANEO oſtenſos, valvulam eſſe in urethræ oſculo, & utero ſuum muſculum. VALSALVÆ ductus eſſe arteriolas. Glandulas feminarum inter anum & urethram ponit.

EJ. *De naturali in corpore humano vitioſa & morboſa generatione* Turin 1741. 8.* Prima in parte libri embryones fetusque per ſuos dies menſesque ad mediam uſque graviditatem deſcribit, & depingit, aliquos manifeſto fictitios, ut longum illum gracilemque. T. II. Tubarios & ventrales fetus dicit, quorum & ipſe vidit aliquos, tum falſa germina molasque, a fetu vitiato, mutato, deſtructo natas, malis cum monſtrorum figuris. Reliqua ad vermes pertinent.

EJ.

(g) Vena chili temporibus barbaris dicebatur pro cava κοίλη. Eam noſter pro ductu thoracico habet, MUNDINO non ignorato.

Ej. *Storia del moſtro di due corpi che nacque ſul Paveſe in Gennaro* 1748. Turin 1749. 8.* ut videtur. Monſtra facit morboſa & connata alia, quæ non potuerint caſu aliquo ex nativa fabrica produci. Altera claſſis caſu aliquo deformatur. Fetus ipſe biceps, diſtincta utriusque vita & voluntate: pedes duo cum imperfecto tertio, genitalibus vitioſe factis, veſicula fellis nulla, duabus venis cavis & aortis, quarum altera pulmonalem edebat; cor alterum imperfectum. Hæc omnia ſatis copioſe deſcripta. Ex terrore monſtri viſi vicinam ſimile monſtrum peperiſſe. De foramine ovali contra MERYUM. In teſtudine ſanguinem a ſiniſtris ad dextra tranſire. Inter ſcripta viri hoc mihi videtur optimum.

Lettera ſulla ſenſibilita ed irritabilita delle parti nelli uomini e nelli bruti Turin 1755. 8.* Totum corpus humanum nervis conſtare & ſentire perſuadetur, & irritabile eſſe. Experimenta, per quæ aliquas partes corporis animalis ſenſu carere conſtitit, in brutis animalibus facta eſſe. Sed ea ipſa, quæ auctor fieri curavit, pericula, tendines & perioſteum duramque meningem plerumque ſenſu carere confirmant. Recuſa eſt in collectione Fabbriana, Bonon. 1757. 4.*

Epiſtola II. contra HALLERUM data. Irritabilitatem non novam eſſe, neque inſenſilem quarumdam partium naturam, quæ GALENO non fuerit ignota. Et tamen criminatur, hanc ſententiam omnem receptam medicinam evertere.

Epiſtola III. Mira convitia hominis, ſuæ iræ obſequentis.

§. DCCCXXVIII. *Ferd. Al.* MARSIGLI.

Ferdinandus Aloyſius MARSIGLI in bello infelix, cæterum magnus naturæ amator, & fundator novæ Academiæ in urbe patria, edidit *Brieve riſtretto del ſaggio fiſico intorno alla ſtoria del mare* Venez. 1711. 4. maj.* De ovis piſcium, vitello & albumine præditis in Raja, cui verus ſit ſexus. Alia ova, quæ extra corpus maternum demum fecundantur. Renaſci cancrorum defracta crura. Piſces ad 50. ſub aqua orgyas bene audire, & accurate videre.

Ej. *Annotazioni intorno alla grana de Kermes.* Gallas erumpere de ramis ilicis veræ, plenas ovis. Phænomena aliqua cum reagentibus, & igne ſubdito: dare ſalem volatilem. Ex ovis prodire ſuo tempore muſcas, quæ videantur in corticem ilicis ſua ova ponere. In coccinella nullam fabricam animalem ſe vidiſſe.

Quæ ad cocci hiſtoriam pertinent, ea in E. N. C. *Vol.* III. appendice repetuntur.

Ej. *Hiſtoria maris* multis poſt prodromum annis edita eſt Amſtel. 1725. fol.* In ea ad animalia ſpectat potiſſimum Coralliorum deſcriptio, in quibus erumpentes ſubinde flores vidit, qui poſt ejus tempora compenti ſunt polypi eſſe. Huc etiam aliqua de animalibus intra mare viventibus, & de inſectis piſcium: de lacte & quæ de ovis piſcium & horum in nova animalia maturatione, poſtquam a ſemine maſculo fecundata fuerunt. In hiſtoria inſecta non reperiuntur, ſed zoophyta, ſpongiæ, & alia adfinia.

In *Giorn. de Letter. d'Italia* T. XXIX. de anguillarum ovario. Male negat eum piſcem, niſi in aqua ſalſa fecundari, quæ in Helvetia anguillarum ferace nulla ſit. Non eſſe viviparas, neque anguillas eſſe, quæ pro earum pullis ſint habitæ. Epiſtola eſt a. 1717. ad VALISNERIUM data.

Ejusd. *Danubius Pannonico-Myſicus* Haag & Amſterdam 1726. fol. max.* In T. VI. pertinent huc variarum avium piſciumque nonnullorum diſſectiones, denique etiam quadrupedum. Huc onocrotalus, lutra, huſo &c.

§. DCCCXXIX. *Varii.*

J. Conr. Dippel, celebris chemici & heterodoxi hominis, *Vitæ animalis morbus & medicina ſuæ vindicata origini* Leid. 1711. 8. Wachend. Hamburg. & Lubec 1730. 8. Germanice *Krankheit und Arzney des thieriſchen ſinnlichen Lebens* Frankf. Leipz. 1713. 4. tum 1728. 8. & 1736. 8.* vertente P. C. & in *ſämmtlichen Schriften* Berleburg 1747. 4. ſemper cum titulo fictitio *Chriſtiani* Democriti. Anatomes ignarus, plenus hypotheſibus, flammam in ſanguine inque ventriculo culinarem ſtatuit; pugilatum ſucci pancreatici cum bile reſuſcitat, generationem æquivocam tuetur, hominisque & animalium archæum, audax adfirmare, quæ nemo demonſtraverit. In poſteriori editione cordatus editor multa recte monuit, analyſin bilis Dippelianam, acorem ſalivæ refutavit, acidasque glandulas.

J. Adami Morasch, Profeſſoris Ingolſtadienſis, *nucleus phyſiologicus ſ. Inſtitutionum* L. I. *juxta neotericorum mentem expoſitus*, *Chymice & Mechanice deciſus* 1711. 8.* Galeni ſententiam exponit, nuperorum argumenta in contrarium profert, denique ipſe definit.

Ej. *Blepharopathiam* neſcio an huc revoces 1725. 4.

Chriſtoph. von Helwig, qui Tenſtadii in Thuringia vixit, *Lexicon medico-chirurgicum* Lipſiæ 1711. 8.

Ej. *Neu-entdeckte Heimlichkeiten des Frauenzimmers* Arnſtadt 1746. 8.

Ej. *Beſtürmte aber entſetzte Reſidenz der Vernunft*, *oder von Gedächtniſſe, wie daſſelbe bis ins hohe Alter zu erhalten* Arnſtadt 1745. 8. cum nomine *Valentin* Kræutermann.

Ej. *Kurz-gefaßtes anatomiſches Werk, oder noſce te ipſum anatomicum.* Primam & ſecundam editionem ignoro. Tertiam edidit filius auctoris J. Gottlieb Francof. & Lipſ. fol.* fere anno 1744. aut 1745. Remmelinus eſt, aliquot auctior nuperorum figuris.

De urina pulſu & venæ ſectione ſcripſit Lipſiæ 1723. 4. quem libellum non vidi.

Frid. Seldenii *Cenſur der unreifen Diſp.* Heisteri *de maſticatione* Landek 1711. 4. Tr.

Theodori Feltmann *tr. poſthumus de ſomno* Brem. 1711. 8. Bur. Juris Conſulti.

Michael Angelo Molinetto *lettera toccante il punto del vas breve che ſi ſcarichi dello ſtomaco nella milza* Padova 1711. 4.* Unicum folium.

Nicolo Cressenzo *tr. phyſico medicus, in quo potiſſimum febrium nova exponitur ratio* Neapol. 1711. 4. Primus liber ad phyſiologiam pertinet.

In Ej. *raggionamento intorno alla nuova medicina dell' acqua* Neap. 1727. 4.* in raggionamento III. phyſiologiæ traditur compendium.

Gregorii MALISARDI (anonymi) *riſpoſta a Teofilo Aletino dall autore del libro de moralib. crit. regul.* Bologn. 1711.

Jacobi VERCELLONI, Pedemontani, *de glandulis œſophagi conglomeratis, humore vero digeſtivo & vermibus* Diſſ. *anatomico-medica* I. Aſtæ 1711. 4.* Auctor heteroclitus, dictio contortuplicata. Oeſophagum deſcribit, celluloſam telam ſecundam tendinoſæ nomine deſignat. Varias glandulas dicit, quæ ſuccum ſuum in œſophagum depluant, nemini viſas, quas carneas vocat, & quarum ductus excretorios inquit in ramos findi. Conglobatas etiam glandulas varias recenſet. Deinde oſtendere conatur, has glandulas verum fermentum cibos diſſolvens ſuppeditare. Pelles in canis ventriculo intus ſolvi, non extus. Glandulam thyreoideam vermium eſſe nidum, quorum ova chylo admiſta characterem ei vitalem imprimant. Vermes cum animalibus connaſci.

In *Pudendagra* Aſtæ 1716. 4. edita aliqua de ſede gonorrhœæ, de lymphaticis vaſis inguinalibus venenum venereum vehentibus, de ductu a glandula inguinali in penem eunte, qui præputium & penem obliniat. Sedes gonorrhœæ virorum ei eſt in proſtata, & veſiculis ſeminalibus.

EJ. *De bile aucta & imminuta ad* BIANCHUM in hiſtoria hepatica.

Bibliotheca anatomica medico-chirurgica Londin. 1711. 4. 3.Vol. Collecta fragmenta ſcriptorum potiſſimum Anglicorum; inter eos etiam anatomicorum.

Gottfr. SELIGMANN, ſi recte lego, *de hominibus dubiis in quibus humana forma cum brutina mixta eſt exerc. hiſt. phil. theologica* Dreſd. 1711. 4. De viribus imaginationis etiam agit.

BANIER in *explication hiſtorique des fables* Paris 1711. 12. 2.Vol. agit de ſanguinis transfuſione, & eo refert ſenis AESONIS curationem a Medea ſuſceptam.

§. DCCCXXX. *Diſputationes.*

Sam. DURY *de motu vitali* Leid. 1711. 4. Pene tota phyſiologia BOERHAAVIANA.

Georgii REMUS *de functione pulmonis* Leid. 1711. 4.

J. Chriſtian KELLER *de vaſorum elaſticitate* Leid. 1711. 4.*

A. HELVETIUS *de ſtructura hepatis* Leid. 1711. 4.

J. Frid. HELVETIUS *de chyloſi* Leid. 1711. 4.*

Georg. CHESELDEN *de calculis renum* Utrecht 1711. 4.* Habet a GUILIELMO, cognato ſuo, exemplum trium ureterum in veſicam ſe immittentium.

Vincentius DOMPSELAAR *de chylificatione* Utrecht 1711. 4.*

Richardi BOSTOCK *de ſanguinis natura & circulatione* Utrecht 1711. 4.*

Petrus SAVOIS *de generatione hominis ex ovo* Franeker. 1711. 4.

J. Georg VETTE *de catamenîis* Hardervic. 1711. 4. BOEHMER.

Pauli DONS & *Chriſtian* FRAUEN *de reſpiratione animalium* Hafn. 1711.

J. Rod. MIEG, olim Profeſſoris Baſileenſis, *œconomiæ corporis humani brevis deſcriptio* Baſil. 1711. 4.* Aliæ

Aliæ theſes 1721. 4.* Glandulæ novæ, ut putat, genales; maſſa carnea linguæ VERHEYENII. Nullas eſſe fibras circulares iridis, vaſa ſuccoſa chyloſa. Scalenos muſculos reſpirationi ſervire. Agmen glandularum circa ductum Stenonianum.

EJ. *Theſes anatomicæ* 1726. 4.* Naſi glandulæ ſebaceæ, vermiculi, muſculi, ſinus pituitarii, vaſa, nervi: ex propriis laboribus.

J. Philippi METZ *hiſtoria diabetis rara* Baſil. 1711. 4.* Bona Diſp.

Nicolai RITS *theſes medicæ miſcellaneæ* Baſil. 1711. 4.*

Jacob BATTIER *œconomiæ corporis humani brevis deſcriptio* Baſil. 1711. 4. & 1721. 4.

J. J. HAUSER *theſes anatomico botanicæ* Baſil. 1711. 4.* Spicam zeæ habet, in qua avenæ granum.

Lucæ WOLLEB *corollaria quædam anatomica* prodierunt cum Diſſ. *de methodo herbaria* Baſil. 1711. 4.

Chriſtophori EGLINGER *theſes anatomicæ & botanicæ* Baſil. 1711. 4.

EJ. *Theſes medicæ* 1721. 4.*

Chriſtian WEISBACH *de intentione & inventione naturæ in adminiſtratione œconomiæ vitalis* Baſil. 1711. 4. STAHLII adſecla.

Ludovici Friderici JACOBI *de ſecretione animali* Erfurt. 1711. 4. PL.

Hieron. GIESMAN *de recto oculorum in corpore humano uſu* Lipſ. 1711. 4. VAT.

Chriſt. ALTMAN *de ſenio eruditorum* Lipſiæ 1711. 4.

EJ. *De illis, qui vitæ terminum a* MOSE *ſtatutum per ſex annos ſupergreſſi ſunt* Lipſiæ 1711. 4.

Gottfried Wilhelm MULLER *de ſitu obliquo uteri in gravidis* Argentorati 1711. 4.*. Num fuerit IDEM alibi dictus.

Hyacinthi Theodori BARON & *J. B. Thomas* MARTINENQ *Eſtne humor acidus* χυλωσεως *opifex* Pariſ. 1711. 4.

Camilli FALCONET *Non ergo fetui ſanguis maternus alimento* Pariſ. 1711. Contra MERYUM, qui in *Problematibus* reſpondit. Fetum negat amittere ſuum ſanguinem, dum ſuum mater amittit.

EJ. Theſes *E. educendo calculo cæteris anteferendus apparatus lateralis* Pariſ. 1730. 4. 1744. 4.* Veſicam ſiniſtrorſum declinare.

Antonii GEOFFROI & *Henrici* BESNIER *Ergo motus cordis ab aëre* Pariſ. 1711. 4.

J. Nicolaus de la HIRE & *Elias* COL *de* VILLARS *E. homo animalium robuſtiſſimum* Pariſ. 1711.

J. Bapt. D'OYE & *Henrici* BESNIER *E. a cibo non tuta cogitatio* Pariſ. 1711.

Urbani LEAULTE' & *J. B. Thomæ* MARTINENQ *E. ad nutritionem ægrotantium alia præter os via* Pariſ. 1711.

Mich. PICHONAT & *Ant. de* JUSSIEU *E. valetudo ad ſlateram æſtimanda* Pariſ. 1711.

Aegidii ADAM & J. BESSE *Ergo motus corporis humani ab aëre & ſanguine* Pariſ. 1711.

Thom. Bernh. BERTRAND & *Ant. de* LALEU *E. catamenia a plethora* Pariſ. 1711.

§. DCCCXXXI. *Guilielmus* CHESELDEN,

Chirurgus Londinenſis, mihi probe notus, & potiſſimum ob lithotomiam celebris, deſcripſit in *Phil. Tranſ.* n. 333. oſſa humana giganteæ magnitudinis, ut capiti 26. pollicum ambitus eſſet, femori 24. pollicum longitudo.

N. 402. Celebrem habet hiſtoriam pueri, qui cæcus natus, anno ætatis decimo quarto viſum recuperaverat. De diſtantia non potuiſſe judicare, neque de figura, de magnitudine. Redit in anatome.

EJUS eſt *index partium corporis humani anatomicus* Londin. 1711.

IDEM edidit *the anatomy of human body* London 1713. 8.* 1722. 8. 1726. 8.* 1732. 8.* 1741. 8.* Hæ editiones pene omnes diverſæ ſunt. In prima reperitur icon valvulæ EUSTACHII, quæ in reliquis deſideratur. In altera præter oſteologica aliqua, potiſſimum maxilla inferior maſculo ſtilo delineatur, ſpecimen magni operis. Tabulæ aliquæ viſcerum abdominis ſuo in ſitu relictorum. Sinus cerebri, etiam circularis, occipitales, duo petroſi, minime male expreſſi. Vaſa meſenterica & magnus meſentericæ arteriæ arcus: vaſa hepatis bilaria, & pancreatica, circulatio ſanguinis, vermiculi ſpermatici: vena umbilicalis; denum varii caſus chirurgici. Nervi & vaſa lactea ex MONROO. Ipſe de motu cordis, ejus cauſis & robore.

In editione 1732. 8.* eadem, chirurgicis iconibus aucta.

Editio 1741. 8.* tota diverſa eſt. Oſſium pulchras habet icones, ex magno opere ſumtas; muſculos pictorie quidem potius expreſſos, vaſa brachii, ductum thoracicum, vaſa bilaria, hic melius, tum penem & veſiculas ſpermaticas. De muſculorum utilitate varia peculiaria. Superiorem partem muſculi rhomboidei ad cervicem pertinere, & diſtinctum eſſe muſculum. Pſoas parvus oſſi pubis ſæpe inſeritur. Deltoides fibris ſuis extremis non poteſt brachium elevare, niſi quando a reliquo muſculo ſatis elevatum eſt: ſupinator longus verus eſt flexor, & minus ſupinat, quam extenſores pollicis, carpi, digitorum. Biceps ſupinat & elevat cubitum. Triceps femoris hoc os poteſt etiam extendere. Interoſſei ſimul ſunt extenſores. Muſculos penniformes amittere de robore, augeri vero celeritatem. Negat deſtructis oſſiculis auditum perire. Non poſſe digitos abduci, quin una extendantur, cum interoſſei veri ſint extenſores. Fibras muſculares venis reddit, glandulis conglobatis aufert. Aliqua omiſſa, quæ malles conſervata, ut ſinus cerebri.

In EJ. *treatiſe of the high operation for the ſtone* London 1723. 8.* Bonas icones habet ad veſicam pertinentes, ut plena ſuper os pubis adſurgat, vacua in

in pelvim ſubſideat, a peritonæo ſuperne tegatur, anterius nuda ſit, demum ab uracho ſuſpendatur. Fibras etiam carneas veſicæ ſatis bene exprimit.

Ejusd. *Oſteography* London 1733. fol. max.*. Icones ſplendidæ, in quibus neque pictori ars defuit neque ſculptori: majora potiſſimum oſſa maſcule & fortiter expreſſa. Non perinde minuta oſſa capitis. Ligamenta etiam aliqua delineata, & caſus morboſi; præfixæ & ſubjectæ animalium pulchræ ſceleti. Sermo vix ullus, niſi qui in minori compendio.

§. DCCCXXXII. *Diaria* anno 1712.

In *Phil. Tranſ.* n. 335. memorabilis diſſertatio *Guilielmi* Courten, qua experimenta ejus, annis 1678. & 1679. Monſpelii facta, continentur, in vivis capta animalibus. Venena varia canibus propinata, inter ea vegetabilia fere innoxia; viperæ morſus: venena in venas vivi animalis injecta. Porro vinculum variis nervis injectum, & arteriæ aortæ, cum eventibus.

In *Eph. Nat. Cur. Cent.* I. II. quæ a. 1712. prodierunt, *J. David* Mauchart agit *obſ.* 12. de inflatione tunicæ celluloſæ boum, ad augendum adipem facta, & de eodem artificio *Cent.* IV. *obſ.* 184.

A. 1712. *obſ.* 15. De appetitu aucto & ſomno inquieto ex uſu opii.

Obſ. 121. Fetus vitalis pulmones poſt 18. horas in aquis merſi.

Cent. IX. *obſ.* 38. Spina bifida.

J. Frid. Blau *obſ.* 166. Penis in cachectico miræ molis.

In *obſ.* 99. *Cent.* II. Puer urethra fiſſa.

Guil. Kerger epiſtola a. 1704. *de mutis & ſurdis ad modum* Ammanni *loqui doctis.*

In *Mém. & hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1712. Maraldi de apum ſexu, generatione ex regina matre & patre fuco, cellulis & ædificandi modo, etiam anatomica aliqua.

Fetus monſtroſus corde nudo extra pectus pendente.

In *Giorn. de Letterati* anni 1712. exſtat epiſtola Abbatis *Antonii de* Conti bene longa, adverſus F. M. Nigrisolium. Ova defendit, refutat Nigrisolii lucem ſeminalem ideatam. Malpighium contra Sbaraglium tuetur.

Edidit Idem *Riſpoſta alla difeſa del libro delle conſiderazioni intorno alla generazione de' viventi* Venez. 1716. 8.

In *Journal de Trevoux* Avril D. Bertrand docet, contractionem eſſe naturalem muſculi actionem; relaxationem ſtatum violentum, in quo ſpiritus & ſanguis muſculum ſubeant.

Idem in M. Febr. ejuſdem Diarii 1714. mediam inter tritum & fermentationem ſententiam proponit. Non verum acidi & alcali fervorem, ſed motum tamen inteſtinum ſanguinis admittit, a quo calor ſit, &c.

Thomas STEUBNER, Colonienſis, *quod nullum animal niſi ex ovo generetur, exiſtatque jam in ipſis ovis differentia maris & feminæ.* In *Clef du Cabinet des Princes* 1712. Febr. HARZHEIM.

§. DCCCXXXIII. P. H. BIUMI. *Alii.*

Paulus Hieronymus BIUMI, Comes, eques, medicus & lector anatomes Mediolanenſis, edidit 1712. 8.* *Scrutinio d' anatomia e di chirurgia.* Anatomen dat & phyſiologiam: fermentationi favet, cæterum vix aliqua habet propria. Ideam plaſticam admittit.

EJUSD. *Eſamine d' alcuni canaletti chiliferi chi del fondo del ventriculo per le tonache dell' omento ſembrano penetrar nel fegato* Milano 1728. 8. Ante 20. annos BIMIUS, deinde BROGGIUS & BELLUS, viderant vaſa alba in animalibus de tota ventriculi longitudine orta, conjuncta in truncum valvuloſum, tendentem ad hepar, per id viſcus diſtributum, a lymphaticis vaſis diverſum, ſolum vehentem chylum. Experimenta nimis pauca, ſectiones aliquæ corporum morboſorum. Plurimum theoriæ fermentatoriæ. Animam brutorum corporis formatricem habet.

Lego apud B. CORTE, edidiſſe jam a. 1701. *Encomiaſticon lucis, ſ. lucis encomia in phyſiologicis medicinæ novæ fundamentis a veterum tenebris erutis, atque cultro anatomico autopſiaque caractere confirmatis.*

IDEM & *Ignatius* CARCANO dederunt Milano 1717. 4. *rifleſſioni ſopra la naturalezza del lucimento veduto in un pezzo de carne leſſata.*

Cum nova editione *armamentarii* J. SCULTETI, quæ Lugduni 1712. 4.* prodiit, una edidit D. GOIFFON, Medicus Lugdunenſis, deſcriptionem fetus bicipitis unicorporei, ſatis accurate diſſecti: cum explicatione mechanica modi, quo ejusmodi fetus oriri poſſunt. Adjectum eſt præter monſtrum Würtenbergicum, aliud Lugduni anno 1671. oſtenſum, difformi & maximo capite.

Ludovici BELLEFONTAINE *Medecine dogmatique mecanique expliquée par les principes de phyſique*, Amſterdam 1712. 8. 2. Vol.

IVO GAUKES *de medicina ad certitudinem mathematicam evehenda* Amſterd. 1712. 8.* CARTESIANUS, qui ſanguinis fermentationem admittit, & glandulæ pinealis dignitatem. Aliqua ad mechaniſmum muſculorum, ad ſecretiones, ad univerſam medicinam.

Chriſtiani Friderici RICHTER *höchſt-nöthige Erkenntniß des Menſchen, ſonderlich nach dem Leibe und natürlichen Leben* Leipzig 1712. 8.* STAHLIANUS, magnus arcanorum laudator.

J. DEIGENDESCH (carnificis) *Schauſaal der Arzneykunſt, in welchem gezeigt wird, wie die ſogenannte Natur menſchlichen Leibes beſchaffen* Tubingen 1712. 8.

Petri Adolphi BOYZEN *hiſtoria Michaëlis* SERVETI Wittemberg. 1712.

Eſſay,

Eſſay on poſſibility and probability of a child being born alive in the fifth month London 1712. 8.

In MORTONI *Natural hiſtory of Northamptonshire* London 1712. fol. paſſim aliqua rariora recenſentur, etiam cadavera incorrupta, monſtrifica aliqua &c.

§. DCCCXXXIV. *Auguſtinus Fridericus* WALTHER.

Profeſſor Lipſienſis, plurimas diſputationes anatomici argumenti edidit, dictione obſcuriori, iconibus ſæpe minus nitidis, diligens cæterum inciſor.

De lente cryſtallina Lipſ. 1712. 4.* Nimiam facit lentis cryſtallinæ refractionem.

De ſecretione animali ib. 1712. 4.*

De ſanguine in ſuo per vaſa progreſſu retardato & accelerato (anno non addito). STAHLIANUM parenchyma arteriis & venis interpoſitum, motuque pollens tonico, facile refutat. Sanguinem ex corde per arterias in latius omnino vas didi: pulſum a ramorum reſiſtentia oriri.

EJ. *De fibra motrice & influente nerveo liquido* Lipſ. 1723. 4.* Succum nerveum agilitatem partibus tribuere majorem.

De lingua humana libellus ib. 1724. 4.* in Belgio recuſus Haarlem 1745. 8. cum anonymi objectionibus, & WALTHERI additamentis. Libellus occaſione COSCHWIZIANI ductus ſcriptus eſt, quem noſter refutat. Ductus minores ſublingualis glandulæ RIVINIANOS confirmat, ſeorſim apertos, & alios majores, ſimiliores BARTHOLINIANORUM, tum glandulas poſtremi dorſi linguæ, foramen cæcum, imi laryngis poros aliquos. Sublingualem glandulam cum maxillari continuari recte monet.

In *Act. Erudit.* 1727. ductus ſuos defendit & confirmat.

De membrana tympani 1725. 4.* a nobis recuſa in *ſelectis*. Foramina VALSALVIANA arteriolas transmittere. De imaginario foramine membranæ tympani.

EJ. progr. *de cerebro nervis & gangliis* 1727. 4.*

EJ. *De organis generationis vitiatis*, *& de tumore vaginæ uteri* 1724. 4.

EJ. *De articulis ligamentis & muſculis in inceſſu ſtatuque dirigendis* 1728. 4.* Fuſa diſſertatio, qua muſculos & ligamenta pedis deſcribit, etiam depingit, occaſione gangrænæ, quam AUGUSTUS rex in pede ſenſerat. Icones non pulchræ, cæterum diligens anatome in partibus, eo tempore parum notis.

Ad eum librum *ſupplementum* 1731. 4.* Iterum ligamenta aliqua & muſculis potiſſimum interoſſei. Utrumque libellum recuſum in *ſelectis* dedi. Recuduntur etiam in *Henrici* WINKLER *Anleitung zu allen chirurgiſchen Wiſſenſchaften* Berlin 1735. 8. 1738. 8.*

Arteriæ cœliacæ tabula 1729. 4.* Hæc præter modum obiter facta.

Hiſtoria ſuffocationis 1729. 4.* De vena ſubclavia, valvula EUSTACHII, ciſterna chyli &c. Alterum patientiæ muſculum vidit. Recuſam dedi.

De

De vaſis vertebralibus 1730. 4.* de arteriis in arteriæ vertebralis vicinia ex arteria ſubclavia natis, colli præcipue minus notis vaſis. Vena mater bronchialium ſiniſtrarum: vena vertebralis externa.

De ductu thoracico bipartito, vena bronchiali ſiniſtra & inferiore, arteria hepatica ſuperioris meſentericæ ſobole 1731. 4.* Recuſam dedi.

Anatome muſculorum teneriorum humani corporis repetita 1731. 4.* cum tabula muſculorum SANTORINIANA, aliquantum mutata. Faciei, pharyngis, etiam uvulæ, atque partium genitalium muſculos tenuiores deſcripſit. Recuſam dedi. De cervicali deſcendente, muſculo peculiari atlantis, aliis varietatibus.

Hiſtoria partus monſtroſi 1732. 4.* Caput enorme, labium leporinum.

Paris intercoſtalis & vagi humani corporis nervorum & ab utroque ejus latere obviorum anatome P. I. 1733. 4.* & ſecunda 1735. 4.*, utraque recuſa inter *meas ſelectas*.

Obſervationes de muſculis 1733. 4.* Muſculus ſplenii acceſſorius. Aliqua de muſculis in pelvi poſitis, deque laryngis, pharyngis & faciei muſculis, de transverſi urethræ nova parte, circumflexi palati ad pharyngem faſciculo, & lumbricalium varietatibus, de muſculo peculiari atlantis. Recuſum dedi.

De pulſu ſanguinis in ſinu duræ meningis 1734. 4.* Eum pulſum admittit. Recuſam dedi.

De obeſis & voracibus 1734. 4.* De ſitu cordis accurate.

De enteroſarcocele Lipſ. 1737. 4.* Continet hiatus inguinalis deſcriptionem.

De inteſtinorum anguſtia 1737. 4.* Hic celluloſa tunica tertia dicitur.

De deglutitione naturali & præpoſtera 1737. 4.* Muſculi eo pertinentes deſcribuntur. Recudi feci.

De vomitu 1738. 4.* in *ſelectis* meis.

De oſcitatione 1738. 4.*

De ſtructura cordis auricularum 1738. 4.*

De vena portarum I. 1739. 4.* II. 1740. 4.* Contra capſulæ GLISSONII fibras muſculoſas. Venarum varietates.

De erubeſcentibus & ſubitaneo venarum capitis tumore 1739. 4.* Recudi feci in *ſelectis meis*. Auriculæ cordis deſcriptio, cujus ſpaſmis hæc phænomena tribuit.

De larynge & voce 1740. 4.* Glottidem & minores laryngis carnes deſcribit.

De atra bile 1740. 4.* 1745. 4.*

De temperamentis & deliriis 1741. 4.* progr.

De collo veſicæ virilis, cathetere & unguentis illi inferendis 1745. 4.* Urethræ flexiones. Muſculi, & peritonæi ad veſicam habitus. Non ſufficere ad urinam continendam ſphincterem veſicæ, ſitum ipſum & vicinos muſculos multum conferre, levatores alioſque.

In.

In *Act. Erud. Lipſ.* 1727. ad objectiones aliquas reſpondet anonymi, qui eadem a WALTHERO repeti ſcripſerat, quæ MORGAGNUS dixiſſet: aliqua etiam addit.

EJUS *memoria* celebrata eſt Lipſ. 1747. 4.* & a *J. Ern.* KAPPIO 1746. fol.

§. DCCCXXXV. *Diſputationes.*

Georgii CROKAT *de æquilibrio animali* Harderwic. 1712. 4. HAENEL.

L. H. RUNGE *de differentibus actionibus, quæ exercentur in corpore humano ab alimentis medicamentis & venenis* Hardervici 1712. 4.

Auguſt Ludwig MITHOB *ἀνθρωπογένεια* Groning. 1712. 4.*

Guilielmi DOUGLAS *animalium hydraulſis* Utrecht 1712. 4.*

Urbani SOHAN *de cerebro* Utrecht 1712. 4.*

Jojachim CORVINUS *de menſtruo univerſali microcoſmico* Utrecht 1712. 4.*

Samuel STEK, civis & amici mei, *de vaſorum minimorum natura & efficacia* Leid. 1712. 4.*

Guilielmi DERRIX *cauſa mutationis, quæ ingeſtis accidit in ventriculo* Leid. 1712. 4. anno non expreſſo.

J. Hieron. ALBRECHT *de natura humana* Leid. 1712. 4.

Herman v. BLOEMESTEIN *de genuina adminiſtratione anatomica* Leid. 1712. 4.* Fuſe de variis artificiis anatomicis.

J. Lud. BOSE *de mente humana ejusque origine* Jen. 1712. 4.*

Henrici HENRICI *de veſiculis ſeminalibus mulierum* Hall. 1712. 4.* De Nabothianis veſiculis.

EJ. *Hepar ex tumulo ad officium ſanguificationis revocatum* Hall. 1713. 4. PL.

Jacobi GELLENTIN *de excerniculis capitis* Hall. 1712. 4.* præſide STAHLIO. Anatomici argumenti. Glandulæ ſalivales, pituitariæ, ſuturarum varietates.

Friderici MENZ *de temperamentis* Lipſ. 1712. 4.

EJ. & *Caſparis* BOSII *generatio παράδοξος in ranis conſpicua* Lipſ. 1724. 4.* cum anatome partium genitalium. Maris vis premens neceſſaria. Tumorem in pollice ornat, & ſuſpicatur pro pene eſſe, atque ad eum forte obſcurum aliquem ductum a genitalibus organis abire.

J. Andr. PLANCK *nova de animæ humanæ propagatione ſententia* Witteberg. 1712. 4. B. BURCKH. 1720. 4.

J. Frid. HERTLING *de ventre illiusque jure, vulgo vom Hänſgen im Keller* Heidelberg 1712. 4. Tubing. 1718. 4. HE.

C. MUSTINGER *de articulis* Argentor. 1712. 4.* Bona Diſp. ad ligamenta & articulationes.

Chriſtophor. HELWIG & N. SCHULZ *de ſanguine* Greifsw. 1712. 4. HEFT.

J. Wilhelm WIEDMAN *de tonſillis* Altdorf. 1712. 4.*, cum anatome earum glandularum.

In *Cent.* IV. *Eph. Nat. Cur. obſ.* 90. Pulmonis fetus in utero materno exſtincti partim natantis & partim ſubſidentis exemplum.

Obſ. 91. Foramen ovale in juvene apertum.

EJ. M.S. poſthuma anatome publica ſuperſunt.

Car. BOMPART & *J. le* BERTHON *Ergo juvat perſpirationem optima medendi ratio* Pariſ. 1712.

J. Henr. IMBERT, & *Petr. Ant.* LEPY, *Ergo in juvene convenientibus organis inſtructo nunquam deſperanda venus* Pariſ. 1712.

§. DCCCXXXVI. *Diaria* a. 1713.

In *Phil. Tranſ.* n. 337. *Samuel* BOWDITCH de femina agit, quæ per ſex dies nive tecta abſque alimento vixit.

Henricus HAGUENOT negat motum inteſtinum antiperiſtalticum, paucis nimis experimentis factis, in quibus nullum deprehenderat. Regreſſum fæcum muſculis abdominis tribuit & diaphragmati.

Eadem experimenta repetiit in Diſp., cui titulum fecit, *an ileus a motu antiperiſtaltico* Monſpel. 1715. 8.*, quam recudi feci in *meis ſelectis.* In *Commentariis Monſpelienſibus* motum periſtalticum negat, a ſe rejectum fuiſſe.

EJ. Diſſ. *de nutritione* Monſpel. 1727. 8.* Totus BOERHAAVIANUS.

EJ. *De ſenſationibus externis & earum differentiis* 1728. 8.*

EJ. *De febribus in genere* 1729. 8.*, ubi agit de motu cordis.

EJ. *De tranſpiratione inſenſibili* 1733. 8.*

EJ. *Catameniorum mechaniſmus atque cauſæ* 1743. fol.

§. DCCCXXXVII.

Petrus Simon ROUHAULT, & *Dominicus* ANEL,

Prior ille Gallus, Chirurgus Regis Sardiniæ & inciſor.

In *hiſt. de l'Acad.* 1713. fetus, ut putat, ex nævo deſtitutus cerebro & cerebello.

In *hiſt. & mém.* de 1714. agit de placentæ fabrica. Fetum docet cum matre communicare poſſe, nullo enim involucro faciem placentæ utero obverſam obſtrui, quod videatur adeſſe, id reticuli modum innumeris poris perforari. Corpus ſpongioſum funiculi flatu detexit. Venam umbilicalem arteriarum duplam eſſe recte vidit: tum membranam fetus mediam.

EJ. *Diſcours ſur les changemens differens, qui arrivent à la circulation du ſang*

ſang dans le fetus Turin abſque anno, forte 1723. 8.*, & in *Memor. di Valentuemini* T. I. Hypotheſin ſuam primum hic proponit, quam continuo dicemus.

Ej. *Oſſervazioni anatomico fiſiche* Torino 1724. 4.* Omnino ſex diſſertationes minime contemnendæ, 1. de placenta, cujus involucrum extimum reticulare deſcribit, & membranam fetum continentem mediam (*h*). 2. Ad funiculum umbilicalem, ejus corpus ſpongioſum, arteriarum nodos & diametrum. 3. Fetum per ſolum umbilicum ali. 4. Humores fetus a ſolo corde ſuo proprio in circulum moveri, neque quidquam conferre cor matris. 5. De circuitu ſanguinis per cor fetus: MERYANAM ſententiam tuetur. Recte adnotat, cordum ſe contrahit, & valvulas venoſas expandit, partem aliquam ſanguinis in auriculas rejicere. 6. De cauſa partus: uterum vellicari a fortiori tractione vaſorum placentæ.

Ej. *Reponſe à la critique de Mr.* WINSLOW Turin 1728. 4.* Gallice & Italice. Male & hic & prius ſinus cordis ab auribus ita diſtinguit, ut aliis temporibus repleantur & evacuentur. Portionem illam ſanguinis valvulas inter venoſas & cordis oſtia interceptam magnam eſſe. Fuſius & verboſius.

In *Mém. de l'Acad.* 1715. de placenta, ejus involucro reticulato, & chorio.

In *Mém. de* 1716. Chorion denſius factum in placentam abire.

De eadem membrana reticulari; de chorii lamina ſuper placentam producta.

Mém. 1718. Utique fetum ſanguinem ſuum vi propria movere, non a matre accepta. Septimam tantum partem placentæ cum utero communicare.

IDEM ad replenda vaſa minora laudat ichthyocollam, & ſua præparata RUYSCHIANIS æquiparat.

Hiſt. de l'Acad. 1719. Ungues monſtroſi.

Dominicus ANEL, Chirurgus, & ipſe aliquamdiu Turini vixit. Ej. *nouvelle methode de guerir les fiſtules lacrimales* Turin 1713. 4.* Multa ſunt opuſcula, pleraque potius chirurgici argumenti, & ad noviter inventos ſtilos & ſiphones auctoris pertinent: huc tamen facit deſcriptio punctorum, ductuum, ſacci, & canalis naſalis, lacrumis recipiendis & vehendis deſtinatorum. Anulum habet cartilagineum; Redit apud PALFYNUM p. 13.

Porro huc facit inter *les critiques de la critique de* F. SIGNOROTTI epiſtola ad J. FANTONUM.

In *hiſt. de l'Ac. des Scienc.* 1714. deſcribit placentam magnam cum fetu minimo.

In *Journal de Trevoux* 1716. deſcribit tergeminos pro re valde rara, & de iis inquirit.

§. DCCCXXXVIII. *Varii.*

Peter KENNEDY *ophthalmographia, or a treatiſe of the eye* London 1713. 8.* Parte I. continetur deſcriptio oculi exigui momenti, ex ANTONIO, cum malis iconibus ex BIDLOO ſumtis. Circulus uveæ ex RAVIO.

(h) Lego multa habere ex HOBOKENIO.

EJ. *Supplement to* KENNEDY'S *ophthalmographia* London 1739. 8.* Adverſus J. J. BRACKEN, quem plagii poſtulat, tum in CHESELDENIUM, PORTERFILD, SHAWIUM, SHARPIUM, ipſum denique JURINUM. Fuſæ controverſiæ, quas nullum inventum excuſat.

EJ. *Eſſay on external remedies* Lond. 1715. 8. Purgantia medicamenta effectum ſuum edere poſſe per cutem, & minus quam in ventriculo mutari.

Matthæi GEORGI, Albingaunenſis, *ſumma ſupremæ partis Philoſophiæ bipartita, ſ. de homine L. II.* Genuæ 1713. 4.* Liber alter eſt de anima, peripateticus, quem non legi: alter de corpore. Aliqua habet de mathematico ordine & BELLINI methodo, cum deſcriptione anatomica ſingulari. Generationem fieri unione partium inſito adpetitu ſe adtrahentium. Fetum mechanice formari, quod ſpiritus in eo motu pergant, quem per vaſa corporis circumeundo didicerunt. Alimentum moveri per triangularia interſtitia minimorum vaſorum cylindricorum, quibus nervorum & membranarum ſubſtantia conſtat.

Dominici SANGENITO *dialogi de fabrica & motu cordis*, qui hoc anno ſub prelum dati fuerant (*i*), nunquam videnter prodiiſſe.

Neque *Camilli* BRUNORI *de homine* italico ſermone ſcriptum (*k*).

Theatro aſtrologico e fiſionomico perpetuo Venez. 1713. 8.

J. Baptiſtæ GASTALDI, diſcipuli CHIRACI, fermenta amantis, *inſtitutiones medicinæ* Avenione 1713. 12. ASTRUC. Nihil paſſum eſſe animal, reſectis ſupra cor nervis intercoſtalibus & vagis.

EJ. *An alimentorum coctio, ſ. digeſtio a fermentatione vel tritu fiat* Avenione 1713. 12. Contra tritum.

EJ. *De ſomnambulis* Avignon 1713. 12.

Philippus della TORRE, contra vermes hereditarios ſcripſit, in *lettera intorno alla generazione dei vermi* Padova 1713. 4 cum *nuove oſſervazioni* A. VALISNERI.

Entretiens de deux Meſſieurs ſur les queſtions à la mode; la theſe de M. de CRESSE, *An virginitatis & virilitatis certa indicia* Pariſ. 1713. 8., quam theſin continuo dicemus.

T. S. J. F. *Curioſitates philoſophicæ, ſ. de principiis rerum naturalium Diſſ. ſelecta de generatione hominum, animalium, arborum, plantarum* Lond. 1713. 4.

Barthold WICHER ſi recte lego, *von den liſtigen Ränken der Urinbeſeher* Schifbek 1713. 8. Semejotici potius argumenti.

Mich. Procope COUTEAUX *Analyſe du ſyſteme de la trituration* Paris 1713. 12.* 1727. 12.* titulo tantum mutato. Contra HECQUETUM. Ironia potius & ſatyra in ampullata verba HECQUETI. Vaſa omnino negat contrahi.

Philippe

(i) *Giorn. de Letter. d'Ital.* XIII.
(k) ib. XIV.

Philippe BERNARD *de* BORDEGARAYE *reponſe à Michel Procope* COUTEAUX *ſur ſa pretendue analyſe du ſyſteme de la trituration* Paris 1713. 12. BUR. Acer defenſor HECQUETI.

Reſpondet PROCOPIUS in libello *Extrait des beautés & des verités contenues dans la reponſe de Philippe* BERNARD *de* BORDEGARAYE *à Michel* PROCOPE Londres 1713. 12. BUR.

J. Bapt. VERNA, Medici Turinenſis, *Pleuritis morborum acutorum princeps* Turin. 1713. 4.* Aliqua de vena ſine pari, de pleura.

Joh. SIMBENI *exercitatio medico philoſophica, in qua diſſeritur de morbis epidemicis, & de ſanguine extra corpus* Arimini 1713. 4. cum ſanguinis aliqua analyſi, *Giorn. de Letter.*

§. DCCCXXXIX. *Diſputationes.*

J. Adolphus WEDEL, *Georgii W.* fil., Profeſſor & ipſe Jenenſis, libros quidem nullos, ſed pluſculas Diſputationes ſcripſit, neque mathematum ignarus, neque mechanices & chemiæ.

De ſanguine menſtruo Jen. 1713. 4.*

De viſione, quæ oculo fit gemino 1714. 4.*

De ſenſu brutorum Jen. 1714. 4.*

De valvula venæ ſubclaviæ ductui thoracico impoſita 1714. 4.* a me in *ſelectis* recuſa. Negat facere ad eum ductum.

De œconomia animali 1714. 4.*

De circulatione ſanguinis 1714. 4.*

De motus corporis natura, uſu & abuſu 1715. 4.*

De nutritione 1716. 4. HE.

De reſolutione ciborum in ventriculo 1719. 4.* Contra enormes illos calculos PITCARNII.

De temperamento viventis 1720. 4.*

De principio vitali 1721. 4.*

De vi naturæ humanæ medica 1725. B. BURCKH.

De valvulis vaſorum animalium ſemilunaribus 1727. 4. progr. HE.

De tranſpiratione inſenſibili & ſudore 1728. 4.* 1739. 4.*

De velocitate ſanguinis a ſtatu diverſo vaſorum dependente 1734. 4.*

De valvulis hydraulicis valvulas animalium imitantibus 1739. 4.

J. Jac. FICK *de ſaccharo lactis* Jen. 1713. 4.* Ejus ſacchari præparationem deſcribit uſusque medicos.

EJ. *De iræ efficacia & remediis* ib. 1718. 4.*

EJUSD. *De clyſteribus nutritiis* 1718. 4.

Helwich Wilhelm STAUDACHER *de umbilico* Altdorf. 1713. 4.*

Rudolf HUBER *de glandulis* Baſil. 1713. 4.*

J. Samuel de BERGER, viri ILL. *de tranſitu ſanguinis per vaſa minima* Witteberg. 1713 4.* Continuitatem arteriarum cum venis defendit, & in pulmone experimento confirmavit.

J. Georg HERING *de animæ & corporis vinculo* Witteberg. 1713. 4.

Georg Henrich GOETZ *de gemellis* Lubec. 1713. 4. HE.

Laurentii ZELLWEGER, optimi viri, in patria ſua aliquando primo magiſtratu defuncti, *de nutritione animali* Leid. 1713. 4.*

Laurentii BLUMENTROST *de ſecretione animali* 1713. 4.*

Pauli DONS *de tranſpiratione animalium* Hafn. 1713. 4. R.

Car. Franc. VOLKERSHOVEN *de juncturis oſſium* Leid. 1713. 4.* Habet articulationem maxillæ inferioris ad ſenſum RAVII.

Andr. CRESSE & *Franc. Ant. le* DRAN, *Ergo virginitatis ſic virilitatis recta indicia* Pariſ. 1713. 4.

J. Bapt. Thom. MARTINENQ & *Ant. le* MOINE *Non ergo ingenii diverſitas a ſexu* Pariſ. 1713. 4.

J. Bapt. SILVA, cujus opus de venæ ſectione dicemus, & *Petri* AFFORTI, *E. ſeminis virilis aura cum ſanguine muliebri permiſcetur in conceptu* Pariſ. 1713. 4.

Joh. le BRETHON & *J. Fr.* GIOT, *E. vita magnetiſmus* Pariſ. 1713. 4.

Antonii de JUSSIEU, celebris botanici, & *Claudii Adriani* RENARD *Non ergo corporis functiones abſque fermentatione* Pariſ. 1713. 4.

J. BESSE & *Franc.* BAILLY *E. partus a fluxu menſtruo* Pariſ. 1713.

Henrici BESNIER & *Emanuel Maurice* DU VERNEY *Ergo a ſalibus digeſtio* Pariſ. 1713.

§. DCCCXL.

Thomas WOOLHOUSE. *G. Wilh.* MUYS.

Prior ille Jacobita, Anglus, ocularius medicus, non ineruditus, ſed aſper, & micrologus, magnus cataractæ membranaceæ defenſor, edidit *obſervations critiques ſur un l. intitulé ophthalmographia*, in *Journal des Savans* 1714. n. 22. Nomina vitiata KENNEDYI carpit.

IDEM cum HEISTERO magnas lites aluit. Eo pertinent *Diſſ. ophthalmicæ de cataracta & glaucomate contra ſyſtema* HEISTERI editæ a *Chriſtophoro le* CERF Francof. 1719. 8.* Paſſim etiam anatome hic tangitur, non tamen ut multa inde diſcas. Gallice prodierunt *Diſſ. critiques tirées des M. S. de l'auteur*, & *reponſe à l'apologie* d'HEISTER Uffenbach. 1717. 8.

Diſqui-

Diſquiſitions phyſiques & anatomiques ſur l'experience de M. HEISTER &c. 1725. 4. Contra experimenta HEISTERI, qui humorem aqueum congelatum parce in camera poſteriori repererat.

Cum PALFYNI l. de morbis oculorum exſtat WOOLHOUSII epiſtola de cataracta.

In *Mem. de Trevoux* 1728. *Caroli de S.* YVES l. de morbis oculorum carpit. Duos eſſe muſculi trochlearis tendines. RUYSCHIANAM tunicam ſeparari poſſe.

EJ. *On the cataract and glaucoma* Lond. 1745. 8. Ita lego.

In *Journal litteraire* Haag 1714. 12. & in *Philoſ. Tranſ.* n. 339. primæ reperiuntur *Wieri Guilielmi* MUYS, Profeſſoris Franekerani, de fabrica muſculorum adnotationes. Minutiſſimas eo tempore fibrillas microſcopio viderat: per arterias ſe putaverat eas repleviſſe, cavas eſſe adeo, & liquore aliquo repleri.

In eo labore vir Cl. perſtitit, & magnum opus molitus eſt, cujus prima pars prodiit Leid. 1741. (potius 1738.) 4.*; titulo præfixo, *inveſtigatio fabricæ, quæ in partibus muſculos componentibus exſtat*, Diſſ. I. *carnis muſculoſæ fibrarumque carnearum ſtructura.* Fuſiſſime in fibra carnea exponenda verſatus eſt, cum vaſa, nervos, tendines, celluloſam telam hic omiſerit, & ad aliud volumen reſervaverit. Fibram minutiſſime & valde artificioſe diviſit, ut quæque majuſcula fibra conſtaret ex tribus ordinibus fibrillarum; fibrilla ultima ex duobus filorum ordinibus, quorum ultimum putavit eſſe veſicularum ſeriem. Deinde in corde fibras reticulatas eſſe, unde fiat, ut diſtentæ proprio ex elatere reſiliant & arctentur. Fibras etiam cordis, ventriculi, veſicæ & linguæ latiores & laminarum ſimiliores reperit. Globularum ſanguinis conſtantiam eſſe per omnia animalia magnitudinem. Icones bonas dedit, & compendium eorum, quæ priores ſcriptores, & potiſſimum LEEUWENHOECKIUS vidiſſent.

Præfatio ſeorſim Gallice prodiit.

EJ. *Opuſcula poſthuma, ſ. ſermones academici de ſelectis materiis, & Diſſ. de diſtinctione animæ & corporis cum Hermanni* VENEMA *oratione funebri* Leeuward. 1749. 4.

§. DCCCXLI. *Diaria.*

In *hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1714. *Paulus Bernardus* CALVO fetum tubarium deſcribit.

Franciſc. NISSOLE animalculum kermes deſcribit, gallamque & muſcam, cui cum kermeſino animalculo nil commune eſt.

Nonne IDEM cujus M.S. *nouvelle methode de bien diſſequer* inter meos eſt codices.

In *Diar. Triv.* 1714. Jul. D. BRUN fuſe deſcribit fetum capite difformi, medullæ ſpinalis parte amiſſa, ejus canali gulæ vices replente.

§. DCCCXLII.

§. DCCCXLII. L. Feuilleé. Alii.

Ludovicus Feuilleé, Monachus, aliquoties juſſu Regis Galliæ Americam adiit, adnotationes ſuas deſcripſit in *Journal des obſervations phyſiques, mathematiques & botaniques &c.* T. I. Paris 1714. 4.* & altero tomo eodem titulo ſ. *Suite du Journal* 1725. 4.* Pluſcula animalia rariora diſſecuit, & teſtudinis anatomen, oculos, & auditus organum, & crocodili anatomen dedit, tum ſatis fuſam capitis avis indicæ diſſectionem; ovis huanaco quatuor ventriculos, viſcera teſtudinis, mutationem colorum chamæleontis deſcripſit. Habet etiam monſtra aliqua animalium & hominum.

Anatome corporis humani ex Gallico verſa, ab *Auguſtino* Saraceno aucta Patavii 1714. 4. prodiit alii annum faciunt 1715.

Jacobus Peregrinus Nuvoletti, Chirurgus Fanenſis, edidit 1714. 4.* *Lettera ſopra d'un parto moſtroſo nato nel contado di Fano.* Syſtema, quod vocant ovariorum, refutat.

Hiacynthi Gimma, Canonici, *Diſſertationum Academicarum* T. I. *de hominibus fabuloſis, de fabuloſis animalibus, ubi de generatione viventium* Napoli 1713. 4. *Giorn. de Letter.*

Clifton Wintringham patris, *tr. de podagra, in quo de ultimis vaſis & liquidis & ſucco nutritio tractatur* Eboraci 1714. 8.* Boerhaaviana vaſorum minimorum theoria: ſolidas partes meris nervis fieri. Theoria nutritionis &c.

J. Henrici Prætorii *breviarium phyſiognomicum, wie man aus dem Angeſichte, Geberden und Geſtalt, gute und böſe Zuneigungen erkennen, und ſich im Umgange und Handel darinn erſehen kann* Hamburg 1714. 8.

J. Jac. Grambs *de nutritione & augmento fetus in utero theſes anat.* Gieſſ. 1714. 4.*

Ej. *Anweiſung zur Oſteologie* Frankfurt 1740. 8.*

Zur Myologie ib. 1741. 8.*

Zur Angiologie 1741. 8.*

Zur Nevrologie 1741. 8.*

Zur Splanchnologie 1741. 8.* Ordo tabularis: proprii nihil.

Sub Heistero defendit Diſſ. *de glandulis, quæ præter neceſſitatem in corpore humano ſtatuuntur* Altdorf. 1719. 4.*

P. v. Claret (ſi recte legi) *encomium bovis* Haarlem 1714. ſi huc facit.

J. G. Montag *Beſchreibung einer Wundergeburt* Leipz. 1714. 4. Huth.

§. DCCCXLIII. *Diſputationes.*

Joh. Burgower *de æqualitate morborum internorum & externorum* Utrecht 1714. 4.* Valde queritur de J. Rau, qui magna pecunia accepta diſcipulos ad colle-

collegium publicum & privatum remiſerit. Apud AMMANNUM vidit, ligata vaſa lymphatica tumeſcere. Magna pars phyſiologiæ percurritur.

Caſpar SCHALCH *de cauſa proxima mortis animalis* Utrecht 1714. 4.*

Anton. Gabriel MEDER *de partium reſpirationi dicatarum ſtructura* Leid. 1714. 4.*

J. Georg. NOTTER *de depuratione ſanguinis per venas* Argentorat. 1714. 4.*

Henrich Chriſtian KRUGER *de uſu reſpirationis in arte medica* Hall. 1714. 4.

Godefr. Ludov. BARUTH *de calore ſanguinis antidiluviano* Altd. 1714. 4. HE. ſi huc facit.

Chriſtianus FOSSIUS *de oſſibus* Hafn. 1714. 4.*

J. Phil. ELVERT *de ſecretionibus & excretionibus* Argentor. 1714. HE.

Meinhard Car. EULER *de meſenterio* Argentor. 1714. 4.* & inter *noſtras ſelectas*. Præſes HENNINGER. Meſenterii & ejus vaſorum, tum ductus thoracici per vaſa lactea ſecundi generis a *Daniele* KIESLING repletorum, icon. Ea icon redit in *E. N. C. Cent.* IV. *app.*

J. Ludwig BOIE *de homine* 1714. 4. HE.

Petri Antonii LEPY & *Matth. le* BERTH *Ergo pulmo præcipuus ſanguinis opifex* Pariſ. 1714.

Franciſci Antonii le DRAN & *Mich.* PEAGET *Ergo ventriculi motus ad elaborationem chyli confert* Pariſ. 1714.

J. Fr. GIOT & *Franc.* HALLUYN *E. ſecretionum omnium materies lympha* Pariſ. 1714.

Paul. Gottfried SIEVERT *de morbis a motu humorum circulatorio aucto oriundis* Baſil. 1714. 4.* Jatromathematicus, minutiem arteriolæ ultimæ conatur exprimere numeris, & multo minutiora vaſcula perſpirantia.

J. Antonii CASSINIS *de* BUGELLA & *Franciſci Ignatii* HOSSAUER *de obeſitate, ſ. de ſaginoſa corporum craſſitie* Prag. 1714. 12.*

§. DCCCXLIV. *Diaria* anni 1715.

In *Phil. Tranſ.* n. 346. *Franciſci* NEUFVILLE & *Thomæ* MOLYNEUX icones & deſcriptio *dentium elephantinorum in Hibernia repertorum.*

In *Diario Trivultino* 1715. M. Aprili, anonymus evolutionem conatur refutare, ob parvitatem neceſſariam involutorum germinum.

In *Act. Nat. Cur. Cent.* III. & IV., quæ a. 1715. prodierunt, *Maximilianus* PREUSS, Medicus Vratislavienſis, in *obſ.* 11. deſcripſit lienem infantis permagnum, & *obſ.* 12. quaſi abruptum.

J. Adam GENSEL *obſ.* 49. imprægnationem per ſomnum, paſſim alias dictam.

Cent. VI. *obſ.* 85. In ventriculo ſubmerſi aqua reperta, non ita in pulmone.

J. Sigismund. SCHMIEDER *obſ.* 79. pro ſeminis in ſanginem regreſſu. Redit in *Supplem. Act. Erud. Lipſ.* T. V.

J. SERMES celebris lithotomus ſed infelix *obſ.* 95. de dentium primordiis, folliculo, excuſſione a dentibus ſecundis.

David Chriſtian WALTHER *obſ.* 135. de androgyno, ut putabatur, viro, aperta urethra.

Viti de BLISCHER, Auſtriaci Medici, deſcriptio ſatis accurata gemellorum per pectora connatorum.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sc.* 1715. Canis ille loquax etiam LEIBNIZIO dictus repetitur.

MARANGONI, Medici Mantuani, hiſtoria vomitus urinæ diuturni.

DUPUY agnus ore clauſo, cum tamen materies albumini ovi ſimilis in ventriculo, & meconium in inteſtinis eſſet.

EJ. medicus oppidi Rochefort, de muſculis pectorali inſedentibus, qui videatur eſſe iidem, ex quibus veterum opinio nata eſt, rectum abdominis ad claviculas uſque, ſummumve thoracem produci.

In *Memoires de Montpelier* a. 1715. quærit Cl. . . . SENEZ de vi ventriculi muſculoſa: eamque facit trigeſies debiliorem, quam fecerat PITCARNIUS.

§. DCCCXLV. *Chriſtophorus Jacob.* TREW.

Lauffæ in ditione Noribergenſi natus, vir induſtrius & in perpoliendis ſuis operibus diligens, niſi quod multa amplexus, incepta non perfecit omnia, plurimum in anatome humana laboravit, & bonarum artium in ſplendida fortuna fautor, per ſua merita ad magnam famam pervenit.

EJUS primum opuſculum fuit *de chyloſi fetus in utero* Altdorf. 1715. 4.* Annis novemdecim non major jam proprias ſuas adnotationes adtulit, in venæ umbilicalis cum vena portarum nexu; ſeſamoideo poplitis oſſiculo, & minimi digiti: rugis & cellulis ductus cyſtici.

EJ. *Vertheidigung der Anatomie* Nürnberg 1729. 4.* Sermo dictus, cum corpus muſculum incideret, qui ob hiſtoriam anatomicam legi meretur.

EJ. *De differentiis quibusdam inter hominem natum & naſcendum intercedentibus* Norimberg. 1736. 4.* Multo ſtudio natum opuſculum, numeroſiſſimis iconibus varia fetui peculiaria exprimit: foraminis ovalis varias facies, & ejus veſtigium in adulto homine ſuperſtes; ductum arterioſum, venoſum, eorum valvulas, valvulam EUSTACHII, arterias umbilicales veſicæ urinariæ nexas, earumque vaginas; inteſtinum cæcum cum adpendicula.

EJ. ad ALB. HALLERUM *epiſtola de vaſis linguæ ſalivalibus atque ſanguiferis* Noriberg. 1734. 4.* Contra COSCHWIZII novum ductum. Venæ linguæ deſcriptæ, quas vir Cl. pro ſalivalibus ductibus habuerat. Glandulæ ſalivales & earum

earum ductus. Rete venoſum dorſale linguæ; glandulæ mucoſæ linguæ poſtremæ, tonſillæ, ductus ad latera linguæ minores.

Porro anno 1733. fol. programma edidit quo novam oſſium corporis humani hiſtoriam propoſuit, cum tabulis ad naturam factis. Eæ tabulæ poſt multos annos denique Noribergæ 1767. fol. max. * prodierunt, ſermonem addente anonymo Germanicum & Latinum, cum titulo *Tabulæ oſteologicæ corporis humani*. Tabulæ maximæ formæ, pleraque ad nativam magnitudinem, & vivis coloribus pictæ, & adumbratæ, oſſa compacta & diſſoluta, maſcula & robuſta manu ſculpta.

In *Actis Academiæ Naturæ Curioſorum*, cujus fuit Director, multa dedit ſolertiæ ſuæ ſpecimina: multa etiam in *Commercio Literario Norico*, cujus & ipſe princeps fuit ſodalis.

In E. N. C. *Vol.* II. *obſ.* 55. etiam in ileo inteſtino valvulæ.

Obſ. 56. velamentum peculiare membranæ tympani, fetui proprium.

Vol. X. cum anevryſmatis hiſtoria icones dedit & deſcriptionem arteriarum brachialium, potiſſimum ad anaſtomoſes per ramos collaterales, quæ faciunt, ut truncum brachialem ligare liceat. Collateralis ſuperior ipſi eſt. quæ dorſalis humeri, inferior anaſtomotica brachialium; Seorſim recuſa eſt diſſertatio Noribergæ 1769. 4.*

Ib. De pilis leporinis colorem mutantibus. Ad radicem fuſcos eſſe, apicem albeſcere.

Nov. Act. Nat. Cur. Vol. I. *obſ.* 103. Palati deficientes exempla aliqua.

Nov. Act. Vol. II. *obſ.* 100. ſpina bifida funeſta.

Obſ. 101. fetus tertii menſis, ſexto per abortum editus.

In altero Diario, cujus noſter magnam partem ſcripſit, *Commercio* nempe *Litterario Norico*, agit a. 1731. *ſpec.* 2. de tegumento proprio membranæ tympani in fetu.

Spec. 7. de ovulis & valvulis atque ſinubus cervicis uteri,

Et de iisdem *Spec.* 13.

Spec. 9. de partibus corporis, arte anatomica præparatis, in liquore idoneo conſervandis.

Spec. 18. de ſede nigredinis, in reti MALPIGHIANO toti cuti ſubſtrato.

Spec. 30. multa ad nervorum viſceralium hiſtoriam.

Ann. 1732. *hebd.* 36. de ovis Nabothianis porro, & de fabrica cervicis uteri.

Anno 1733. *hebd.* 49. & 50. de vaſis umbilicalibus cum icone in libello repetita.

Anno 1734. *hebd.* 38. ad urſi anatomen aliqua.

Et *hebd.* 28. & 29. ad deſcriptionem vaſorum umbilicalium cum iconibus.

Anno 1735. *hebd.* 2. de fetu, qui ex hæmorrhagia periiſſe dicebatur.

Hebd. 7. de puella nuper nata ſanguinem per uterum amittente.

Hebd. 39. alia icon cervicis uteri.

Hebd. 57. ſententiam SCHULZII limitat.

Anno 1731. *hebd.* 14. de agnello monſtroſo, capitis fabrica tota confuſa.

Hebd. 29. de pede vitulino multifido.

Hebd. 30. de artificioſa vaſorum repletione.

Anno 1737. *hebd.* 13. de vaſis umbilicalibus.

H. 24. varietates venarum, ut venæ renalis cum iliaca ſui lateris conjunctio.

Hebd. 37. de modo ſuſpendendarum in ſpirituoſo liquore partium corporis animalis præparatarum.

Anno 1738. *hebd.* 9. alia icon vaſorum umbilicalium cum veſica & recto inteſtino.

Graviditatis ſigna minus certa, & menſes in femina imprægnata fluentes.

Hebd. 13. animadverſiones in Cl. BRUNS de articulatione coſtarum cum ſterno hypotheſin.

De gemellis inæqualibus.

Hebd. 47. veſicula fellis bifurcata, & alia ſepto fere diviſa.

In eodem anno. Ova humana, & inter ea ova prægnantia depicta dat.

Anno 1739. *hebd.* 36. Argentum vivum ex vena in arteriam redire.

Anno 1740. *hebd.* 51. adcurata anatome vituli bicollis.

Anno 1741. *hebd.* 20. & 21. de ſpina bifida agit.

Anno 1743. *hebd.* 31. in mamma cingaræ, in ſpiritu frumenti ſuſpenſa, vidit per epidermidem adipem ſudare, & in villos quosdam coire.

Hebd. 51. anatomen & ſceleton depingit vituli bicipitis & bicollis.

Anno 1744. *hebd.* 33. ovum humanum, in quo perparvus & immaturus fetus, cujus ſolæ ovuli tunicæ incrementa ceperant.

Vita Cl. viri reperitur in appendice T. IV. *nov. Act. Nat. Cur.*

§. DCCCXLVI. *Petrus v.* MUSCHENBROECK,

Phyſices experimentalis Profeſſor Leidenſis, in experimentis faciendis ſolers & curioſus, non quidem inciſor, multis tamen modis phyſiologiam adjuvit & anatomen.

Ipſa ejus diſputatio inauguralis *de aëris præſentia in humoribus corporis humani* Leid. 1715. 4.* a nobis in *ſelect.* T. IV. recuſa, multo labore nata eſt. Oſtendit vir ILL., aërem quidem ex omnibus humoribus humanis in aërem valde

valde adtenuatum erumpere, quem vulgo vacuum BOYLEANUM vocant. Minime tamen ab eo aëre elaterem exerceri, dum in noſtris humoribus latet, cautus monet. Vaſa aërea ovi habet. In vivo animali pulmonem pleuram contingere: membranam pulmonis aërem non dimittere.

Deinde *Inſtitutiones phyſices* variis temporibus edidit, ut tamen princeps editio ſit *Introductio ad philoſophiam naturalem* Leidæ 1762. 4. 2.Vol.* In hoc, omnium compendiorum phyſices præſtantiſſimo, viſionis & auditus hiſtoria ad nos pertinet. Illam ex optimis fontibus dat, cum menſuris oculi ejusque partium accurate ſumtis. Lentis cryſtallinæ convexitatem ad objectorum diverſam diſtantiam mutari putat. De vero in tenebris viſu dubitat. Pondera humorum & partium ſolidarum. In introd. adnotat, nihil in phialis recte clauſis vitale naſci.

EJUSD. *De mente humana ſe ipſam ignorante* Leid. 1740. 4.*

§. DCCCXLVII. *J. Zacharias* PLATNER,

Profeſſor Lipſienſis, qui peculiarem curam in Chirurgia exercenda impendit. Ejus multæ ſunt diſputationes, aut programmata, argumenti anatomici.

Prima ejus diſputatio præſide *Polycarpo Gottlieb* MULLER prodiit Lipſiæ 1715. 4. *meditationes in œconomiam generationis animalium ab* HARTSOEKERO *expoſitam.*

Alia eſt *de medico directore motuum vitalium* Hall. 1716. 4.

Inde *de fiſtula lachrymali* Diſp. Lipſ. 1724. 4.* cum partium lacrumalium deſcriptione.

De damno ex neglecta anatome in medicinam redundante Lipſ. 1734. 4. progr.* Spina bifida.

De MAGNO HUND *progr.* ib. 1734. 4.* Rari libri deſcriptio.

EJUSD. *de thoracibus* ib. 1735. 4.* cum anatome.

EJUS *de oſſium epiphyſibus* ib. 1736. 4.*

Obſervationes aliquæ anatomicæ 1736. 4.* Extus oſſa dureſcunt, intus celluloſa manent.

EJ. *De muſculo digaſtrico maxillæ inferioris progr.* ib. 1737. 4.* cum ejus muſculi varietatibus.

EJ. *De oſſium conformatione & colore* 1738. 4.* a nobis recuſa.

EJ. *De riſu a ſplene* 1738. 4.*

EJ. *De motu ligamenti ciliaris in oculo* 1738. 4.*

EJ. *De ſomno infantum ex agitatione cunarum* 1740. 4. progr.

EJ. *De hydrocele* 1745. 4.* cum ſcroti deſcriptione.

EJ. *Inſtitutiones Chirurgiæ rationalis* 1745. 8.* Utique etiam partium dat hiſtoriam. Germanice 1748. 2.Vol.* &c.

Ej. *Opuſcula* Lipſ. 1749. 4.* conjunctim edita, priora omnia continent, programmata nempe & diſputationes. Recuſa ſunt Venet. 1749. 4. 2. Vol.

Vita viri a J. A. ERNESTI ſcripta exſtat Lipſiæ 1747. fol.

§. DCCCXLVIII. *Varii.*

Thomas SCHWENKE, Medicus Haagienſis, gratioſus clinicus. Ej. *Diſp. de ſaliva* Leid. 1715. 4.*

Ej. *Hæmatologia ſ. ſanguinis hiſtoria. Accedit obſervatio anatomica de acetabuli ligamento externo, caput femoris firmante* Haag. 1743. 8.* Etſi liber lectu neque gratus eſt, neque boni ordinis, habet tamen utilitatem a numeroſis experimentis factis ad pulſuum numerum, calorem naturalem thermometri, calorem qui ſanguinem reſolvit, eventus ab admiſtis variis liquoribus ſub ortis, grumum ſanguineum & ſeroſum, pondus ſanguinis, cruoris, ſerique. Sanguinem arterioſum fluidiorem facit.

Ligamentum teres femoris extra capſulam ſupra tuber iſchii oriri, parva parte ex ſolita ſede capſulæ articulationis. Belgice prodiit Haag. 1748. 8.

Ej. *Inſtitutiones medicæ in uſum annuæ exercitationis domeſticæ* Leid. 1724. 8.

Ej. De callo oſſium in *verhandelingen der holl. maatſchappy* T. I. In fracto in vivo animale oſſe ſanguis adparet, deinde celluloſa tela, denique perioſteum, quo fractura conferruminatur.

In P. GARIDEL *hiſt. des plantes autour d'Aix* 1715. fol. continetur NISSOLII hiſtoria animalculi Kermes, recuſa in E. N. C. *Vol.* III. *app.* Inſignum & cupidum fuiſſe inciſorem lego in *Rech. de liter. & d'hiſt.* 1731. Juin.

Pierre AMAND *nouvelles obſervations ſur la pratique des accouchemens* Paris 1713. ut videtur, 8. 1715. 8.* Inter obſervationes pluſculæ atretæ, quæ conceperunt, etiam pepererunt.

Conrad Ludwig WALTHER, Chirurgi Hallenſis, *mediciniſch- chirurgiſcher Schatz ſonderbarer Anmerkungen* Leipzig 1715. 8.* Chirurgici potiſſimum argumenti. Habet tamen rariora & monſtroſa aliqua, ut puerum ex epigaſtrio fratris natum, & imperfectum. Puerum cum tumore ex fronte eminente; menſes nono anno erumpentes, & in gravida nana: hominem artubus a partu truncatis: puellas Ungaricas connatas.

Valentin TRICHTER *anatomia & medicina equorum nova* T. I. Francof. & Lipſ. 1715. 8. T. II. 1716. 8. recuſ. 1755. 8. Ej. *Pferdbuch* Nürnberg 1715. 1717. 8. An idem I.

Frid. Wilhelm PAGENSTECHER *de barba l. ſingularis* Lemgov. 1715. 8.

Wilhelmi NEUHAUS Th. D. Profeſſ. Hammonienſis, *de homine liber, in quo mentis & corporis adtributa aliaque curioſa diſtincte traduntur* Suſati 1715. 8.* Fuſe primum agit de animæ natura, functionibus, & cum corpore fœdere. Inde aliqua phyſiologica, ad CARTESII ſaporem. Contra gigantes, pygmæos, alios homines fabuloſos. De androgynis. Non dari homines in vulnera-

nerabiles. De hominum in beſtias transformationibus. De ſede animæ, de qua quidem quæſtione ampliat.

Ralph THORESBY *topography of Leeds* Lond. 1715. fol. Habet monſtrificos partus, & alia rariora.

Ferd. Carl WEINHART *nucleus univerſæ medicinæ* Patavii 1715. 8. 1728. 8. Pars prima eſt phyſiologica.

§. DCCCXLIX. *Diſputationes.*

Adam Friderich KREMER *de nervis* Vienn. 1715. 4. B. BURKH.

EJ. *De ſanguine ejusque tinctura, circulatione & mira venarum arteriarumque ramificatione* ib. 1715. 4.

EJ. *De facultatibus animæ* 1715. 4. B. BURCKH.

EJ. *De propria facultatis animalis quiete ſ. ſomno* 1715. 4. B. BURKH.

EJ. *De animæ facultate & bina operatione vitali & in ſpecie de pulſibus* 1715. 4. B. BURKH.

EJ. *De ſtructura ſ. officio glandularum* 1716. 4. B. BURKH.

EJ. *In oſteologiam* 1720. 4. B. BURKH.

EJ. *De tactu* 1722. 4. ib. B. BURKH.

J. Stephan ZANUTI *de calore innato & humido radicali* ib. 1715. 4. B. BURKH.

EJ. *De motu locali atque progreſſivo* 1717. 4.*

EJ. *De muſculi & fibræ operatione læſa* ib. 1718. 4. B. BURKH.

EJ. *De circulatione ſanguinis* 1720. 4.*

Chriſtoph. FRAWN *de vena portæ* Leid. 1715. 4.* Glandulas duodeni deſcribit.

Guil. MARTYN *de fluxu menſtruali & morbis virginum* Leid. 1715. 4. PL.

Aegidius GLAGAU *de ſenectute ipſa morbo* Leid. 1715. 4.*

D. W. ANDREÆ *de proceſſibus mamillaribus* Leid. 1715. 4.*

Guilielmi Auguſti la ROSE, Archiatri Hannoverani, *de chyli præparatione* Lond. 1715. 4.*

Georgii Michaelis WEPFER *de vitiis tympani* Utrecht 1715. 4.*

J. KUPFERSCHMIDT, Helveti, *de machina humana ejusque conſervatione* Baſil. 1715. 4. HAENEL.

Frid. Chriſt. HELWIG *theoria vitæ & mortis* Argentorati 1715. 4.*

Paul. Frid. OPITIUS *de gigantibus* Kiel. 1715. 4. B. BURCKH.

J. Wilhelmi BUSSII *adſtatæ viriles* Erford. 1715. 4.*

Marianus BROKÆUS *de mente brutorum* Erfurt. 1715. 4.*

Ananiæ WEBER *veſtigia ſapientiæ divinæ in oculi fabrica conſpicua* Arnſtatt. 1715. 4. MURR.

Benedicti

Benedicti STÆHELIN *de ſolidorum nutritione & diſſipatione* Baſil. 1715. 4.* Fuit in hoc olim amico noſtro felix ad inveniendum induſtria, quam neſcio quæ connata viro facilitas vetuit, ut quidem merebatur, in publicam famam maturari. Magno artificio vidi ova ſucco colorato replentem: liquorem eumdem per minima foramina narium in cranium adigentem. Reliquit icones ad hiſtoriam conceptionis & formationis pulli pertinentes, quæ ad ILL. TREWIUM a morte viri tranſierunt.

EJUSD. *Theſes phyſico anatomico botanicæ* Baſil. 1721. 4.* Adipem circa chorioideam oculi vitulini tunicam reperit. Exomphalos congenitus. Hydatides per urinam. Os WORMIANUM.

EJ. *Tentamen medicum* Baſil. 1724. 4.* Pleraque viſcera abdominis per vulnus diaphragmatis in pectus compulſa. Lochia per tubam FALLOPIANAM effuſa. Vaſa lymphatica uteri humani.

Aliud *ſpecimen* Baſil. 1731. 4.* Experimentum producit, quo oſtendit utique liquorem Amnii deglutiri.

El. HOPPE *de palpebris* Baſil. 1715. 4.

Antonii le MOINE & *J. Phil.* DAVIER *de* BREVILLE *Ergo ſtatim a menſtruorum effluvio concepti firmioris valetudinis* Pariſ. 1715.

And. de LALEU & *J. B. Fauſt.* ALLIOT *de* MUSSAY *Non ergo ab aëre diverſi ſpiritus* Pariſ. 1715.

Franciſci BAILLY & *J. Damian* CHEVALIER *E. ſuccus nutritius a ſanguine diverſus* Paris 1715.

Cl. Ant. RENARD & *Jac. Ant.* MILLET *E. mores parentum traducuntur in ſobolem* Pariſ. 1715.

J. ROBERT & *Franc.* HARLAYS *Ergo optima alimenta, quæ perſpirationi aptiſſima* Pariſ. 1715.

§. DCCCL. *D. Wilh.* TRILLER.

Daniel Wilhelm TRILLER, vir eruditiſſimus, Græcarumque & latinarum literarum peritiſſimus, clinicus præterea, etiam etiam nunc Wittebergæ ſuperſtes.

EJUS *de pinguedine, ſ. ſucco nutritio ſuperfluo* Hall. 1715. 4.

EJ. *De nova* HIPPOCRATIS *editione adornanda commentarius: ſpeciminis loco librum de anatome recenſuit, emendavit, commentario perpetuo illuſtravit* Leidæ 1728. 4.* Minime timidus criticus. Venam cartilagineam ad hepar pro vena cava habet. Pulmonem faviformem legit, textu recte emendato: renes etiam cum ovibus potius quam cum pomis comparat. Redit in *opuſculorum* ILL. VIRI Tomo II.

EJUS *De* HIPPOCRATIS *ſtudio anatomico ſingulari* Witteberg. 1754. 4.* Valde erudite colligit, quæcunque HIPPOCRATEM oſtendunt anatomica coluiſſe.

De

De clyſterum nutrientium antiquitate & uſu Witteberg. 1750. 4.

De menſibus per nares LEONIDÆ *filiæ erumpentibus.*

De mira naturæ ſolertia in reparandis damnis corpori animato illatis. Portionem tibiæ carioſæ quatuor uncias longam exemtam, & a natura reparatam fuiſſe. Frontis os ampliter amiſſum & reparatum.

Opuſcula medica ac medico phyſiologica ab auctore recognita, aucta & emendata Vol. I. Francof. & Lipſ. 1766. 4.* Vol. II. 1766. 4.* Vol. III. 1772. 4.* Priora continet. In *præfatione* in irritabilitatem invehitur, ejusmodi experimentis minime innutritus.

EJ. *De morbis pubertate ſolutis* Witteb. 1770. 4.* Locum HIPP. *de ſeptimeſtri fetu* interpretatur & emendat.

§. DCCCLI. *Louis* LEGER *de* GOUCY. *J. G. de* HAHN.

Chirurgus Rothomagenſis. EJUS *veritable chirurgie etablie ſur l'experience a la raiſon, avec de nouvelles decouvertes ſur l'oſteologie & la myologie, & un nouveau ſyſteme de la generation du fetus* Rouen 1716. 8.* Pro novis dat nova nomina articulationum: motum capitis inclinatorium ad latus, obliqui muſculi minoris opus; poſt quem motum caput a vi maſtoidei alterius lateris docet reſtitui. Gibbum naſci a nimia muſculorum abdominis tenſione. Unicum eſſe muſculum interoſſeum. Nullum eſſe muſculum capitis anticum minorem: ſæpe ſe vidiſſe cor abſque pericardio.

Verum princeps opus eſt de generatione. Semen maſculum per poros oris uteri tranſpirare, & impregnare ova actu venereo in uterum deducta. Ova ſe vidiſſe abſque coitu per voluptatis vim educta, (de placenta veſiculari, ut videtur, locutus). Hiſtoria fetus inguinalis. Sæpe ſe os uteri in gravidis mulieribus clauſum vidiſſe.

J. God. de HAHN, vir ILL. & eruditus. EJUS fuit Diſp. præſide SCHACHERO propoſita, *de partibus corporis humani externis* Lipſ. 1715. 4.

EJ. *De manu hominem a brutis diſtinguente* ib. 1716. 4.

EJ. *De aeris inſpirati in pulmones effectu* Lipſ. 1731. 4.* Hunc aërem diaſtolen cordis facere, & particulis ſanguinis admiſtum, motum ciere inteſtinum.

EJ. *Variolarum ratio expoſita* Breslau 1751. 4.* Variolas eſſe evolutionem plurimorum per cutem vaſculorum, tunc demum erumpentium, & aliquam dentitionis ſimilitudinem habere.

EJ. *Morbilli variolarum vindices* Vratislav. 1753. 4.* Uti variolæ ſint vaſa ſanguinea evoluta, ita morbillos vaſa lymphatica.

§. DCCCLII. *Diaria anni* 1716.

N 349. *Edmundus* HALLEY, celebris mathematicus, campanam urinatoriam deſcripſit, & retulit, quæ ipſe ſub ea campana expertus ſit. De iisdem n. 368.

Hiſt. de l'Acad. des Sciences 1716. *Andreas Franciſcus* DESLANDES de fetu cujus ſceletos tota concreverat.

ID. *Hiſt.* de 1720. aliqua de vermibus ligna erodentibus navium.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1722. de cancelli cum ovis ſolearum neceſſario nexu. Ea ova hoc cancello egere, ut ad eum firmentur.

In *recueil de différens traités de phyſique* Paris 1748. 12.* & in *Mém. di fiſic.* II ex nervis harmonice tenſis ſympathias hominum, & ex contrariis cauſis antipathias explicat.

In *Mém. de Trevoux* 1731. Mars; de avibus marinis, avibus ſcoticis, minime ex putreſcente ligno naſcentibus. De oſtreo.

MORIN de fetu monſtroſo bicipite, bicorporeo, abſque veſica.

MARTIN, Chirurgi, partus ventralis, cum uterus integer eſſet, & placenta ad vertebras lumbares adnata.

In *Mémoires* ejus anni 1716.* D. MARCOT egit de fetu monſtroſo, cui cerebrum deerat & cerebellum. De formatione monſtrorum ex duobus ovis confuſis. Contra vim monſtrificam maternæ imaginationis, & MALEBRANCHII fetum, cui ea cauſa crura fregiſſe dicebatur.

§. DCCCLIII. *Carolus* RICHA,

Medicus Turinenſis. EJUS *aſſerta phyſico anatomica* prodierunt Turin 1716. 4.

Proluſio anatomica altera ib. 1717. 4. CINELLI.

Morborum vulgarium hiſtoria, ſ. conſtitutio epidemica Taurinenſis anni 1720. Turin. 1721. 4.* In hoc tomo vix aliquid eſt anatomici argumenti.

Sed cum *morborum vulgarium anno* 1721, *ſ. conſtitutione epidemica altera* Turin. 1722. 4.* monſtri bicipitis unicorporei hiſtoria, & de monſtris in univerſum theoria continetur, tum *Hieronymi Joh.* PESTALOSSII de monſtris tractatus & methodica diſtributio.

EJ. *Morborum vulgarium anni* 1722. *hiſtoria, ſ. conſtitutio epidemica tertia* Turin. 1723. 4.* Hic talpæ diſſectio & muris montani.

In *opuſc. ſcientif. & philologicis*, eorumque tomo XXII. agit de microcoſmi cum macrocoſmo analogia.

§. DCCCLIV. *Bernardus* NIEUWENTYDT,

Medicus & Conſul. EJUS *regte gebruyk der waereld beſchouwing* prodiit Amſterd. 1716. 4 1720. 4. 1725. 4. 1754. 4. quæ VI. eſt editio. Gallice *Exiſtence de Dieu demontrée par la ſtructure du corps humain les elémens & les aſtres* Paris 1725. 4. vertente P. NOGUEZ, Amſterdam . . . . . & 1760. 4. Germanice *Erkenntniß des göttlichen Weſens aus dem rechten Gebrauche der natürlichen Dinge*, vertente W. C. BAUMAN Frankf. 1722. 4. cum præfatione C. WOL-

C. WOLFII. Ad imitationem *Guilielmi* DERHAM fabricam corporis animalis contemplatus, VIR ILL. eam deſcriptam dedit, inque ea ſapientia divinæ veſtigia detexit. Quare compendium hic anatomicum reperias, ad ſaporem *Philippi* VERHEYEN, & cum ejus viri figuris vitiisque. Diſplicet potiſſimum ſuccus nerveus gelatinoſus, ex MALPIGHIO repetitus. Multa cum HIOBI libro & Hebraicis paginis comparatio.

Novam verſionem curavit vir ILL. adfinis noſter *J. Andr.* SEGNER, cum tit. *rechter Gebrauch der Welt-Betrachtung* Jen. 1747. 4.* Multa inutilia amputavit, malas icones melioribus ſupplevit, calculos virium muſcularium ex imo ſubvertit, & dedit emendatiores: theoriam addidit triplicium valvularum coli, quæ perinde, ut oſtiorum arterioſorum valvulæ, terno ordine inteſtinum ſuum claudunt. Subinde etiam lectorem monuit, quoties auctor longius a natura receſſerat.

§. DCCCLV. *J. Theod.* ELLER,

J. Theodorus ELLER, Archiater Brandenburgicus, celebris clinicus & chemicus, non adeo inciſor, paſſim tamen ad phyſiologiam aliqua contulit. EJUS Diſſ. *de liene* Leid. 1716. 4.* a nobis in *ſelectis* recuſa eſt. Etiam in vitulo non alias eſſe cellulas, niſi a collapſis vaſis: glandulas, quæ putabantur eſſe retractas fibras. Alias a MALPIGHIANIS in liene glandulas eſſe.

EJUSD. *Phyſiologia & pathologia medica, oder gründliche Unterſuchung aller Bewegungen &c. a J. Chriſtiano* ZIMMERMANN edita Schneeberg 1748. 8.* Altenburg 1768. 8. 1770. 8. Ex prælectionibus Cl. viri manu diſcipuli exceptis, & BOERHAAVII aliisque operibus, potiſſimum etiam WINSLOWO, ab editore collectum opus, ab ELLERO repudiatum eſt. Dictio negligentior & exoticis vocabulis gravis, ſententiæ fere ad ſaporem BOERHAAVII, anatome ſatis fuſa.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences de Berlin* 1746. de vagina tendinea, ſede ganglii.

In *Mém de l'Acad. de Berlin* 1751. ad ſanguinis naturam experimenta admiſtis variis ſalibus. Globulorum menſura ut diameter ſit $= \frac{1}{1960}$ pollicis. Figuram globulorum a ſalibus non mutari.

Anno 1754. anatome cyclopis a noſtro ROLOFFIO adminiſtrata. Naſus penis ſimilior, cerebrum abſque ſinubus vulgaribus, cum ſinu circumeunte magnum foramen occipitis.

In *Mém. de l'Acad. de Berlin* T. XII. anni 1756. egit de vi imaginationis feminarum gravidarum. Pro ea vi. Arctata arteria, aut vena, magnitudinem partis alicujus mutari. Placentam tamen utero non vere cohærere. Sceletos catellæ roſtratæ, ex matris, ut putat, terrore. Poſſe ejusmodi phænomena exponi per miſtionem partium organicarum. D. devorato ſemine galli Indici.

Mém. de 1757. T. XIII. In ſpatio ab aëre inanito per quindecim annos ſanguinem, lac, vinum, alia incorrupta ſervavit.

Ut ſanguis in vacuo abſque putredine adſervetur *œcon. und phyſ. Abh.* XV.

Ej. *Phyſicaliſch- chymiſch- mediciniſche Abhandlungen* Berlin 1764. 8. 2. Vol. ex ſunt diſſertationes, quas nunc dixi.

§. DCCCLVI. *Varii.*

Manuel de PORRAS, Protomedici Noſocom. Madritenſium, *Anatomia Galenico-moderna* Madrit 1716. 4. BERG. 1733. 4. CAP. de VIL. cum figuris fere ex *Petro* DIONIS ſumtis. Compendium eſt ad modum VERHEYENII, quem paſſim ſequitur, cæterum non malum, ut tamen vix quidquam proprii habeat.

Jaques Philibert MOREL *diſcours anatomiques* Chalons 1716. 12. RAST.

CASSONE *Anatomie & Chirurgie* Paris 1716. 8.

De LONGUEVILLE HARCOURT *hiſtoire des perſonnes, qui ont vécu pluſieurs ſiecles, & qui ont rajeuni* Paris 1716. 12. (potius Bruxelles) *. Non bonus liber, plenus fabellis. Utaris Gallorum longævorum nuperis exemplis, quos inter multi ſunt monachi CARTUSIANI.

J. Caſpar REISS *anatomiſche und chirurgiſche Anmerkungen, nach den principiis des acidi, alcali &c.* Augſpurg 1716. 8.*

Ej. *Compendium Anatomicum, oder gründliche Anleitung zur Wundarzney* Augſpurg 1739. 8. TREW.

Ej. *Gründliche Unterſuchung des Aderlaſſens und Schrepfens* ibid. 1744. 8. De origine etiam & generatione ſanguinis, & humorum ex eo ſecretorum.

J. Simonis BAUERMULLER, quem STAHLIUS inter primarios ſuos diſcipulos numeravit, *ſpecimen theoriæ medicæ* prodiit Würzburg. 1716. 8.* quo phyſiologia STAHLIANA continetur.

Ej. *Diſſ. de natura ſana in corpore ſano* Herbipol. 1722. 8. GOETZ.

Ej. *De uſu partium* ib. 1726. 4.*

Ej. *Phyſica* HIPPOCRATICA ib. 1729. 4.* & ipſa compendium eſt phyſiologiæ STAHLIANÆ.

Ej. *Progr. ad anatomen cadaveris feminini* ib. folio anno non addito.

J. Chriſtian KUNDMANN, Medici Vratislavienſis, *kurze Abhandlung vom Zuſtande des Menſchen vor und nach dem Falle* Budiſſin 1716. 8. 1720. 8.* Pius homo, acer STAHLII adſecla. Ab anima corporis eſſe fabricam, excretiones, hæmorrhagias. Sapientiam ejus animæ in morbis laudat auctor, cum ad acrium in ſanguine molecularum præſentiam, cutis poros dilatet, quo eæ particulæ difflari poſſint: una pulſum intendit, appetitum minuit. Aliqua ſunt, quæ indulgentia lectoris egent, ut quæ de pallore profert. Denique de temperamentis.

EJUSD. *Seltenheiten der Natur und Kunſt* Breslau 1737. fol.* Inter partes hujus libri eſt, quam vocat *obſervationes in re medica ſingulares.* Hic ſectiones cadaverum violenta morte peremtorum hominum. Deinde embryones aliqui, fere ſingulorum menſium, quorum primus faba non major; eos auctor colle-

collegit, ſed præter tenerrimos non deſcribit. De graviditatis ſignis. De nævis fraudulentis. De fetu acephalo, etiam pectore & brachiis deſtituto. Fetus oppoſitis pelvibus connati; etiam monſtroſi partus. De figuris anatomicis ccreis a *P. la* COUREGE fabricatis, deque ſuis propriis ligneis figuris. De aſita per 10. & alia per tres annos cibo abſtinente. Magna pars oſſis humeri reparata. Multa ad faſtos emortuales & natalitios.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VII. *obſ.* 124. homo ex aqua poſt quindecim minuta retractus & ſuſcitatus.

EJ. *Anmerkungen über die Heuſchreken in Schleſien* Breslau 1748. 4. Diu vixerunt, etiam evulſis inteſtinis & ventriculis. De fabrica aliqua.

§. DCCCLVII. *Diſputationes.*

Auguſtin GRISCHOW *polychreſta ophthalmographiæ methodice & ſynoptice conſignata* Jen. 1716. 4.

Chriſt. Lud. WUCHERER *de corpulentia nimia* Jen. 1716. 4.*

EJ. *De amore inſano* ib. 1717. 4.*

Damian Hartard DUNWALD *admiranda ſalivæ humanæ in ſanitatis conſervatione & morborum curatione* Erford. 1716. 4.*

Ludov. Chriſt. CRELLIUS *de imaginationis in mentem corpusque imperio* Lipſ. 1716. 4. HE.

Frid. KUNTH *de viſus præſtantia præ ſenſibus reliquis* Lipſ 1717. 4.

J. SCHATZEN *tr. curioſus de iride, lacrumis, labris & linguis* Norib. 1716. 4. Potius lib.

J. Reinh. KUSTNER *de lingua ſana & ægra* Altdorf. 1716. 4.*

Auguſt. Carol. Georg. CUMME *dentium hiſtoria* Helmſtatt. 1716. 4.*

B. a SCHELLEBECK *de aëris in pulmones recepti uſu & effectu in ſanguinem* Leid. 1716. 4.

Guil. LANDREBEN *de nutritione* Leid. 1716. 4. HAENEL.

Isbrand Gysbert ARLEBOUT *de ſanguine menſtruo & ejus ſuppreſſione* Leid. 1716. 4.

IDEM indicem in opera RUYSCHII edidit.

C. E. MULLER *de ſtatu ventriculi integro & læſo* Leid. 1716. 4.

Petrus RABUS *de dentibus* Leid. 1716. 4.* habet adnotata RAVII.

Daniel SLEUM *de lacte* Leid. 1716. 4.

Philipp. BOON *phyſiologia & pathologia reſpirationis* Leid. 1716. 4.* Aliqua experimenta habet.

Chriſtian REINERS *de ortu, natura & morbis ſolidorum* Utrecht 1716. 4.*

Henricus SEUTER *de cruore errante* Utrecht 1716.

Philipp. DOUTE' & *Mich. Lud.* VERNAGE *Ergo fluentium in corpore magna potentia* Pariſ. 1716.

Amand DOUTE' & *Lud. de* SANTEUII *Non ergo mutuum tritus & fermentationis commercium* Pariſ. 1716.

Franc. GOUEL & *Joſ. de la* GRIVE *E. quæ ſtatim a menſtrua purgatione concipiunt citius pariunt* Pariſ. 1716.

J. Bapt. DOYE & *Gabr. Ant.* JAQUES *Ergo præcellentia medicorum ab idioſyncroſiarum accurata notitia* Pariſ. 1716.

§. DCCCLVIII. *Diaria anni* 1717.

In *Galer. di Minerv.* T. VII. *Franciſcus* VERATTI improbabilia varia narrat, muſcas in cimices mutatas, animal generis hybridis ex cane & fele natum, ovum a capone poſitum.

Diſcorſi familiari &c. ad A. VALISNERIUM. Tertius ſermo agit de animalibus in genere.

Hiſtoria puellæ, quæ ultra ſextum menſem abſque cibo & potu vixit.

In *Phil. Tranſ.* n. 351. S. ANDRE' Chirurgus probe mihi notus, egit de colica. Motum antiperiſtalticum refutavit, & quæ ab eo exſpectantur, tribuit contractioni muſculorum abdominalium.

Ille IDEM putavit, ſe in epidermide vaſcula argento vivo repleviſſe: ea & ego anno 1727. vidi, procul dubio epidermidi adglutinata, quæ putabat ad abſciſſam cum cute epidermidis taleolam pertinere.

Denique ridendum ſe dedit, cum *Mariæ* TOFTS fidem adhiberet, & cuniculorum partum pro vero admitteret.

De ejus artificioſa injectione *Breſl. Samml. Verſuch.* I.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1717. amicus olim noſter vir ILL. DORTOUS de MAIRAN hiſtoriæ naturali & mathematibus addictus, agit de cornu bubulo, quod radices egiſſe videbatur.

IDEM 1724. de aculeis, quibus limaces in venere ſe compungunt.

In *Centuria* V. & VI. *Actorum Acad. Naturæ Curioſorum*, quæ prodierunt anno 1717. *obſ.* 1. PETRI eſt WOHLFARTI, qui hepar veſicula fellea deſtitutum vidit.

EJUS *de leone* Diſp. Caſſel 171 . 4.* anatomen non habet.

Chriſtian Gottlieb REUSNER in *E. N. C. Cent.* V. *obſ.* 11. Embryo poſt ſex menſes, quibus mortuus in utero manſit, feliciter partu editus.

David Laurentius EBERSBACH *obſ.* 20. improbabilem habet hiſtoriam fetus in veſica urinaria reperti.

Samuel GRASS *filius*, *obſ.* 24. in ſolo utero menſium fontes reperit, cum interior vagina pura eſſet.

Hermanni

Hermanni Werner Engelbert *de* Westhoven *obſ.* 28, improbabilis iterum hiſtoria feminæ 75. annorum, quæ pepererit, & partu bicipitem & tripartitum fetum ediderit.

Cent. VIII. *obſ.* 8. Cor gallinæ duplex.

Vol. II. *obſ.* 91. avis tripes.

Obſ. 34. vitulus enormis, a nativitate cæcus, & ano imperforato.

Ej. *Diſp. de angina ex obſtructis glandularum thyreoidearum lymphaticis vaſis deducta* Lemgow. 1718. 8.*

J. Matthias Muller *E. N. C. Cent.* V. *obſ.* 52. duo lienes.

Idem *obſ.* 54. menſes in puella ſeptenni.

Obſ. 55. mola veſicularis.

Ejusd. eſt *caſus medico-chirurgicus de fractura cranii cum notis de capite & ejus affectibus.* Habet etiam anatomen. Vide B. Chirurgicam.

Cent. X. *obſ.* 68. Sanguis ex puella nata quatuor dies nata.

J. Adam Limprecht *Cent. obſ.* 98. Ciconiæ anatome & potiſſimum quidem ventriculi.

& *Obſ.* 99. fulicæ anatome, & critica aliqua, ut de aliorum erroribus moneat.

Vol. I. *obſ.* 73. manus per ſeculum incorrupta.

Vol. II. *obſ*, 83. fricando ſopiti aſtaci.

Vol. III. *obſ.* 8. mola, ut vocat, dentibus & pilis prædita, per umbilicum excluſa.

Gottfried David Mayer *Cent.* VI. *obſ.* 67. ſanguis ex oculis naribus & ore per violentiam tuſſis expreſſus.

Cent. VIII. *obſ.* 81. ſanguis ex poris cutis a nixu ſudans.

Novum hoc anno Diarium Medicum Vratislaviæ a *Johanne* Kanold ceptum eſt edi, cum titulo *Sammlungen von Natur- und Medicin-, wie auch hierzu gehörigen Kunſt- und Litteratur-Geſchichten*, cujus trimeſtribus intervallis volumen prodiit cum titulo *Verſuch.* In eo Diario paſſim adnotationes ſingularium eventuum reperias, monſtra, longævos homines, & robore pollentes.

In 1. *Verſuch* viri exemplum recenſetur, qui incude pectori impoſita ictus mallei excipiebat.

Ib. monſtrum difforme obſcure deſcriptum.

Verſuch II. inciſio canis in ſpecu lacus Agnani enecti, ſatis obiter inſtituta.

Tres pulli in abdomine gallinæ reperti.

Pulli equini, urethra fiſſa, ut pro androgynis habiti ſint. Ova caudata.

Procerorum numeroſorum exempla, etiam 7. pedum unc. 3.

Varii mortuorum & natorum catalogi. Viennæ inter 5205. mortes, ſeculares & longæviores ſex.

§. DCCCLIX.

§. DCCCLIX. *Varii.*

F. Bellinger tr. *de fetu nutrito, or a diſcourſe concerning the nutrition of the fetus in the womb by ways hitherto unknown* London 1717. 8.* Fetum non ali liquore amnii, qui acris ſit & urinoſus, ſed per umbilicalia vaſa. Deinde ſuccum lacteum cotyledonum venire ad thymum, & per proprium excretorium ductum ejus glandulæ, communicantem cum maxillari ductu, in os effundi & deglutiri. Anſam huic opinioni dediſſe videtur, thymi in fetu vitulino magnitudo, ut maxillarem glandulam adtingat.

Sebaſtianus Melli, Chirurgus Venetus edidit *il Chirurgo ſvegliato* Venez. 1717. 4.* quo etiam anatome continetur.

Ej. *Arte medica eſaminata da ſuoi principii* Venez. 1721. 8. 2.Vol.* Prima pars laudes fere medicinæ & potiſſimum chirurgiæ continet, cum nonnullis chirurgicis obſervationibus.

Ej. *Delle fiſtole lacrimali il pro e contra* Venez. 1740. 8.* Anatomen etiam dat, & figuram Bianchianæ ſimilem, cum valvula & infundibulo ductus naſalis. Puncta lacrumalia aliquando nulla fuiſſe.

Una excuſa eſt *Franciſci* Signorotti contra Anellium accuſatio, in qua multa anatomica non vera de receptaculo neſcio quo lacrumarum intra glandulam, & lacrumarum per puncta exitu. Titulus eſt, *informazione ad uno dell' anatomici di Parigi contro Monſu* Anel. Exſtat cum hujus viri collectione Turin. 1713. 4.*

Ejusd. *La commare levatrice iſtrutta nello ſuo offizio* Venez. 1750. 4.*, quæ editio tertia eſt. Prima anno 1721, ſecunda Patavii anno 1737. prodiit. Pars I. anatomicam & phyſiologicam hiſtoriam partium genitalium continet, multis cum verſiculis, & piis partim, partim etiam laſcivis quaſi floſculis. Hymenem negat ex naturæ voluntate reperiri. Uterum gravidum linteo non eſſe craſſiorem. Verum dari ſemen femininum, diverſum a muco circa exitum urethræ nato; ſemen maſculum acidum eſſe, femininum alcalinum; ex fervore horum ſalium motum & incrementum fieri. Icones collectæ & malæ. L. IV. de monſtris agit & falſis germinibus. Negat partus tubarios.

Giuſeppe Maria Vidussi *motivi di dubitare intorno la generatione de viventi ſenſitivi ſecondo la commune opinione de' moderni* Venez. 1717. 12.* Theologus Aristoteli addictus, defendit generationem ex putri materia, in quam fermentatio introducta ſit per heterogeneas in aere obvolitantes particulas, materiam diſponentes ad recipiendam formam ſubſtantialem inſecti. Argumento utitur a pediculis, a vermibus natis in pyxide, in qua panis benedictus conſervetur, a vermibus eruciformibus natis a muſca roſiſeca, a vermibus morboſis animalium, qui utique non poſſint ex parentibus nati eſſe. Ovum humanum negat unquam certo viſum eſſe.. Defendit ſemen femininum & miſcelam ſeminum. Adverſus Nigrisolium & Valisnerium pugnat.

Ludwig CRON *der im Aderlaſſen und Zahnausziehen qualificirte Barbiergeſelle* Leipzig 1717. 8.* Dens alieno loco in palato natus. Dens per alveolum cum radice exeuns, & in genam innatus. Dens evulſus & repoſitus comprehendit. Selectus venarum, quæ ſecari ſolent.

Georg. Theod. BARTHOLD, Prof. Gieſſenſis, *opera medica tripartita.* P. I. theoretico anatomico phyſiologicam corporis humani deſcriptionem exhibet, Francof. 1717. 4.

Chriſtiani HERZOG *Pharmacopolæ, Mumiographia medica,* Germanice Gotha 1717. 8.* etſi lego alibi 1716. Non aſphalto ſolo, ſed gummi etiam acaciæ & aromatibus uſos eſſe Aegyptios.

Gallice etiam prodiit *Eſſay de Mumiographie, où deſcription d'une momie qu'on trouve chez C.* HERZOG Gotha 1718. 8.

David HERMANN *tabulæ oſteologicæ* Budiſſin 1717. 4.* recuſæ cum titulo *Chriſtiani* HERMANN *ſuccincta anatome corporis humani* Freyberg. 1726. 4.*, ſolorum tamen oſſium eſt. Auctor dicit ſe Lipſiæ medicinæ ſtuduiſſe, præceptore NABOTHO. Verum opus eſt mere elementare.

Chriſt. REINSCHMIDT *Vorſtellung der Temperamenten* Cöhten 1717. 4.*

WAGRET in *Obſervations de Medecine & de Chirurgie* Paris 1717. 8.* longiſſimam dedit de oſſibus digreſſionem.

Annæ MAZZOLINI, laude peritiæ anatomicæ florentis feminæ, hic meminimus, quod PETRI I. admirationem meruiſſe dicatur (*l*).

David SPLEISS *Oedipus lithologicus S. L. II. phyſica de cornubus & oſſibus* Schafh. 1717. 4. potius phyſici eſt argumenti.

§. DCCCLX. *J. Frid. de* PRE',

Profeſſoris Erfordienſis, *de noxio nutricum miniſterio* Erford. 1717. 4.

De perpetuo mobili maris rubri microcoſmici ib. 1718. 4.*

De machina microcoſmica per motum animata 1719. 4.*

De hæmorrhoidibus naturalibus 1725. 4.

De lactis progenie, quales ſunt caſeus atque butyrum 1725. 4.

De officio lactantium 1723. 4.

Chriſt. Fried. LENZ *de vinculo animam & corpus conjungente* Lipſ. 1717. 4.*

David BAZIN *de lingua & ejus vitiis morboſis* Baſil. 1717. 4.

J. Frid. SCHNEIDER *an lacrymæ ſint ſignum triſtitiæ* Regiomont. 1717. 4.*

Henric. STOKAR *de omento* Leid. 1717. 4. HE.

Chriſtian Gottlieb NEUMAN *de excluſione ovulorum in ſalacibus abſque ullo prægreſſo coitu* Leid. 1717. 4.

(l) AZZOGUIDI *fabr. uter.* p. 56.

van der HULST *de circulatione ſanguinis in fetu* Leid. 1717. 4.

Jacob de VISVLIET *de ſomno* Leid. 1717. 4.*

J. Henric. MUNNIK *diverſæ poſitiones medicæ* Utrecht 1717. 4.* Habet etiam phyſiologica.

Eduard Petri WIUM *de via alimentorum & chyli*, præſide G. F. FRANK Hafniæ 1717. 4.* & in *meis ſelectis*. T. I. Icon ductus thoracici bifurcati, & in utramque venam ſubclaviam deſuper vergentis.

Fr. Ant. RELING *de ganglio* Altdorf. 1717. 4.*

Urban LIEUTAUD & *Cl. de la* VIGNE *Ergo qui fermentationis, ille & hominis naturam neſcit* Pariſ. 1717.

Franc. PICOTE' *de* BELESTTE & *Lud. Claud.* BOURDELIN *Ergo amor ingenium mutat* Pariſ, 1718.

§. DCCCLXI. *Phil. Tranſ.* annis 1718.

Jacob JURIN, vir nobilis & honoratus, Præſes aliquamdiu Collegii Regii Londinenſis, jatromathematicus ex ſapientioribus, dedit in *Phil. Tranſ.* n. 355. & 358. de viribus cordis diſſertationes, in quibus vim cordis æſtimat ex ſumma virium contractilium cujusque ſectionis, unde emergit vis ventriculi ſiniſtri librarum 9. unc. 1., dextri librarum 6. unc. 3.

Non probes, quod momentum ſanguinis majus faciat, ut arteria a corde remotior eſt, & etiam majus in vena.

Impetum reſpirationis melius definivit, quem æſtimat ad ſeſquidrachmam, quæ in minuto ſecundo digitum percurrat.

IDEM & has Diſſertationes & alias collectas dedit cum titulo *Diſſertationum phyſico-mathematicarum* Londini 1732. 8.* Accedit priori, ſumta ex *Tranſact. Philoſ.* n. 362. reſponſio ad *Jacobi* KEIL objectiones.

Et ex n. 361. alia Diſſ. *de gravitate ſanguinis humani ſpecifica.* Sanguinem ad aquam ſe habere poſuit ut 1054 ad 1000, ſerum ut 1030, coagulum ut 1084, globulos ſolos ut 1126, ſerum ergo utique globulis levius eſt. Addit chemicam analyſin factam a J. BROWN.

Inde cum *Roberti* SMITH *complete ſyſtem of optiks* Cambridge 1738. 4.* edidit tractatum *eſſay upon diſtinct and indiſtinct viſion.* In eo ſubtiliter poſitis calculis oſtendit neceſſe videri, oculum pro diverſa objectorum diſtantia mutari. Uveæ fibras circulares tamquam veras & receptas admittit: muſculum alium circularem in ea membrana uvea ſupponit, qui contractus augeat corneæ membranæ convexitatem, & ad breviorem objecti diſtantiam oculum accomodet. Ad majores diſtantias oculum aptum reddi, dum proceſſus ciliares lentis cryſtallinæ ambitum ad latera deducunt, inque ea quaſi foveam faciunt. Quæ quidem omnia cum oculi anatome conciliari nequeunt.

Notas etiam ad SMITHII optica adjecit: diſtantiam æſtimari a ſola inverſa ratione magnitudinum &c. EJ.

Ej. *A reply to* Robins *remarks upon diſtinct and indiſtinct viſion* London 1739. 8.* Non huc facit, ſed ad alternos paroxyſmos admiſſionis & reflexionis radiorum ſpectat.

Denique cum P. Senac menſuram virium cordis Jurinianam refutaſſet, noſter paulo ante mortem reſpondit in *lettre à Mr.* de Buffon *en reponſe a quelques cenſures contenues dans le traité du cœur de Mr.* Senac Lond. 1749. 8.* Fatetur eſſe, in ſuis de viribus cordis calculis, erroris aliquid: Senacum vero in longe graviores errores incidiſſe, ſolida poſuiſſe quatuor dimenſionum: ſua Jurini verba non recte excerpſiſſe.

§. DCCCLXII. Helvetius.

J. Claudius Adrianus Helvetius, *Adriani* fil. Reginæ medicus, celebris clinicus. In anatomicis videtur (ex ventriculi hiſtoria) multum uſus eſſe Winslowo.

In *Mém. de l'Acad.* 1718. dedit pulmonum deſcriptionem, & de utilitate reſpirationis hypotheſin. Pulmonem non fieri veſiculis, quæ extremis ramis bronchiorum adpendantur; ſed veſiculari textu, in quem bronchia ſuum aërem effundant. Hunc lobulorum celluloſum textum non communicare cum lobulorum intervallis, in quibus aër aliquandiu moram agat, dum aër textus celluloſi in ſingula exſpiratione expellitur. Arterias pulmonis venis eſſe ampliores; ſanguinem adeo ab aëre in pulmone compingi, ejusque nimiam dilatationem reſpirando præcaveri, quam theoriam Hambergerus repetiit.

Cum in hanc hypotheſin nonnulla monuiſſet P. A. Michelottus, reſpondit noſter in *Eclairciſſemens concernant la maniere dont l'air agit ſur le ſang dans les poumons* Paris 1728. 4.* Bono ordine & liquide ſcripſit, & ſententiam ſuam contra Michelottum defendit.

Adjecta eſt *de ſtructura glandularum ad* Winslowum *epiſtola*. Ejus viri theoriam ſecretionis repetit, cujus diverſitatem ab adtractione ad ſuccos homogeneos interpretatur.

In *Mém. de* 1719. deſcribit ventriculum humanum & animalis ruminantis, fibras œſophagum amplexas, fibras orbiculatas ſacci cæci. Negat magnam in tritu vim eſſe. In primo boum ventriculo fœnum humidum, in reticulo idem humidius & magis diſſolutum, in tertio ventriculo jam ſucci viridis nonnihil, in quarto liquorem vireſcentem, craſſum reperiri.

In *Mém. de* 1721. agit de inteſtinorum fabrica, tela celluloſa, etiam tertia, de anulis muſculoſis obliquis, villis ſpongioſis ramoſis & papillatis, per propria foramina chylum ſugentibus.

Ejusd. *Idée generale de l'œconomie animale* Paris 1722. 8.* Lyon 1727. 8. In ſanguine fermentationem admittit, vaſorum lymphaticorum, ſ. tenuiorum & ſecretoriorum, hypotheſin Boerhaavianam proponit: aliqua de ſanguine & lympha habet. Denique poſt practicam partem redit ad glandulas, eamdem, quam dixi hypotheſin repetit, & in hepate veſiculas admittit.

Ejusd. *Lettres à M. au ſujet de la lettre critique de M.* Besse *contre l'idée generale de l'œconomie animale* Paris 1725. 12.* Decem ſunt epiſtolæ, ſatis acres. Theoriam inflammationis ſe a Boerhaavio non habere, qui de ea re breviſſime egerit, errorem tamen loci ab eo viro dictum eſſe. Vaſa lymphatica arterioſa ſibi vindicat, non bene. Ut una arteria aorta ſit divergens, in ratione ad omnes ſuos ramos, & convergens in ratione ad unicum. Uterum habere vaſa exhalantia, quæ ſanguinem transmittant. Pleraque practici argumenti.

Ej. *Principia phyſico-medica* Pariſ. 1752. 8. 2. Vol. vix huc faciunt.

§. DCCCLXIII. *Diaria anni* 1718.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1718. *M. de* Malezieux agit de animalculo minimo 27. millionibus vicium acaro minore, in quo tamen motus contrarios ſanguinis & ejus circuitum viderit.

J. Marchant de lacerta cauda duplici. Non bene ſucceſſiſſe experimentum, cum caudam reſecuiſſet, quo nova repararetur.

Salvator Franciſcus Morand, celebris Chirurgus, de ovo prægrandi in abdomine gallinæ reperto.

Idem in *Mém. de l'Acad.* 1722. de cataracta, & ea occaſione de membrana propria cryſtallinæ lentis, & de tunica uvea, quæ ejus lentis nidum veſtit. Capſulam lenti per oram cohærere.

Idem de hydatidibus in appendice veſicæ urinariæ viſis. De iisdem 1723. Ex lymphaticis vaſis hydatides fieri, inter duo paria valvularum intumeſcentibus.

In *Mém. de* 1724. de oſſibus ſpongioſis narium in quadrupedibus.

Mém. de 1728. de ſaccis odoriferis civettæ, deque glandulis compoſitis, in quibus unguentum fragrans generatur.

Mém. de 1730. oſſeus ſcyphus in oculo, loco vitrei humoris.

Mém. de 1732. de venarum pulſatione.

Mém. de 1733. ovis monſtroſa ſepes, cum accurata ſatis anatome ventris & pelvis.

Mém. de 1735. de modo, quo inteſtina diſſecta conſerveant.

Mém. de 1736. de contractione arteriæ, qua ſuum vulnus claudat.

Hiſt. de 1737. Cyprinus vere androgynus.

Mém. de 1739. Ex ſuis & D. Allov adnotationibus de anatomia hirudinis, tribus ſeriebus aculeorum, quibus trifidum vulnus infligit, papilla, qua ſugit, cellulis genuinis inteſtini, ani defectu.

Mém. de 1742. Os parietale craſſiſſimum ſolidumque.

Mém. de 1744. Occaſione inventorum Auberti de ventriculis anterioribus cerebri agit, eorum proceſſu ancyroide, pede hippocampi, & tunica ex corpore calloſo natis.

Idem

Idem & Cl. *de la* Sone 1745. de vitulo quaſi ex integro vitulo compoſito, & ex altero dimidiato, inteſtinis coaleſcentibus, corde unico.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1746. de puero, cui adnatum os humeri alterius fetus.

In *Mém. de* 1747. de hinnulis pectore connatis, corde unico, ſterno communi.

In *Mém. de* 1748. de fetu 31. annis in utero materno retento.

In *Mém. de* 1750. de Drouarto, quem hominem recte habet pro viro cum urethra aperta, cujus canalis ultra productus videtur, ut in hædo vidi ſe habere.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1758. de liene ſemioſſeo.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1759. de anatome factitia virginis Biheron, quam prolixe laudat.

Idem catalogum dedit in *catalogue des pieces d'Anatomie, inſtrumens, machines, qui compoſent l'Arſenal de Chirurgie formé par la Chancellerie de Medecine de Petersbourg* Paris 1759. 8.* Paulo fuſius de ea cerea anatome.

Mém. de 1770. A ſtlopo ſublatam partem oſſi os ſubactum reſtituit.

In l. *de la taille du haut apareil* 1728. 12.* agit de earum partium anatome, quæ ad calvulum eximendum inciduntur, & de celluloſa tela peritonæo circumjecta.

Antonius de Jussieu, celebris botanicus, in *Mém. de* 1718. de puella, quæ lingua tota amiſſa loquebatur & deglutiebat.

In *Mém. de* 1721. Maxilla piſcis quaſi pavimento ſtrata.

In *Mém. de* 1724. dentes & cranium hippopotami.

In *Journal de Trevoux* 1718. M. April. *Mathurinus de* Lignac occaſione erucarum vomitu redditarum quærit de modo, quo inſecta in corpore humano generentur. Ova putat deglutiri.

In *Sammlungen von Natur- und Medicin- Geſchichten Johannis* Kanold anno 1718. *M. Febr.* ed. datur anatomici Gedanenſis, quem ſuſpicor eſſe *J. Adam* Kulmus, deſcriptio varicoſæ & mire dilatatæ venæ ſine pari in cane.

Ib. anonymus aliquot atretarum hiſtorias narrat.

Huc referas *M. Martio* dictam ſceleton crocodili lapidi impreſſam, & a *J. Henrico* Link in epiſtola ad J. Woodward deſcriptam.

Iterum refertur *M. Aug.* de robuſto viro; quæ exempla non adeo ad peculiare alicujus hominis robur pertinent, quam ad vires muſculorum humanorum æſtimandas, quibus pollent rite exercitæ.

Fetus difformes hexadactyli.

M. Aprili etiamque *M. Majo* D. Chiliani Wiſmarienſis exempla narrat Chirurgiæ infuſoriæ, in homine ulcere venereo exeſo, inque cephalæa adhibitæ: infeliciter in iſta, cum poſt 20. diem æger interierit.

Ib. cor adipe tectum.

Et canis loquens, idem ut puto, cum LEIBNIZIANO.

Pygmæus pede non altior.

Anas tripes.

M. Junio partus a morte matris editus.

M. Octobr. experimentis evictum eſt, vermes equidem, non autem bombyces, ex putreſcente carne naſci.

Infans ſerpentis figura in collo notatus.

M. Novembri vagitus uterini exemplum.

Fetus difformis & *M. Decembri* fetus bicorporeus capite unico.

Tabulæ emortuales variæ, quæ ad finem ſinguli anni repetuntur, quare eas porro non recenſuero.

In Boruſſicis ditionibus intra quatuor annos inter natos 306006. centenariis majores 32.

§. DCCCLXIV.

Guilielmus MAUQUEST *de la* MOTHE,

Chirurgus, qui fere in oppido Valogne Normandiæ vixit, non quidem inciſor, ſed in praxi chirurgica & obſtetricia exercitatus, vir boni ingenii & judicii, verique amans.

Primum edidit *diſſertation ſur la generation & ſur la ſuperfetation & reponſe au l'indecence aux hommes d'accoucher des femmes* Paris 1718. 8.* Contra ova humana ſcribit pro ſeminum miſcela, quæ ſpiſſata ad uteri cavitatem figurentur. Utitur tubarum anguſtia, numero, unde gemelli deberent eſſe perpetui, remoto ab ovariis ſitu, aliisque argumentis. Fetus non æque maturos admittit, ſuperfetationem minime. Cum M. PUZOS quæreret, per quas adeo vias ſemen muliebre advehatur, canales ait nondum eſſe notos. DIONISIUM potiſſimum refutat, inde HECQUETUM.

In Epiſtola ad D. PUZOS partum ventralem deſcribit, utero integro.

EJUSD. *Traité complet d'accouchemens naturels, non naturels & contre nature* Paris 1721. 4.* Leid. 1729. 4.* Germanice prodiit Srasburg 1732. 4. Nullam quidem partium genitalium anatomen hic ſperes, neque ordinem ullum. Sed plurima utilia ex numeroſorum partuum laborioſorum ſerie repetas, multos fetus variæ ætatis immaturos, ova humana, monſtra, fetus encephalo deſtitutos. Capita etiam aliqua integra huc pertinent, ut de ſterilitate fecunditate, conceptu, ubi denuo contra ova ſcribit. Porro de graviditate, partu & ſitu fetus, inverſione, membranis, aquis, lacte. Cur nunquam vidit hymenem?

Novam editionem Pariſ. 1765. 8. 2. Vol * eo minus oportet præterire, quod a prioribus plurimum differat. Totum opus novum in ordinem redactum eſt ſecundum ſua capita, plurima addita ex recentioribus obſtetriciæ artis auctoribus,

bus, anatomica etiam potiſſimum, & icones partium genitalium, equidem antiquæ. Partus cauſa naturalis indicatur, a robore majori fundi, debiliori reſiſtentia fibrarum orificii, ut iſtas ſuperari neceſſe ſit.

In *traité complet de Chirurgie*, qui l. primum a. 1719. prodiit, tunc Pariſiis 1732. 4. 4.Vol.* in libro primo reperitur compendium anatomicum. Deinde paſſim adtentus lector in curationibus quidem chirurgicis multa reperiet utilia, quæ quidem non licet enumerare.

§. DCCCLXV. *J. H.* VOGLI. *G. E.* BERNER *&c.*

J. Hyacinthus VOGLI, Bononienſis, *de anthropogenia Diſſ. anatomico-phyſica, in qua de viviparorum geneſi* P. I. *quæ refellit ova vivipara* Bonon. 1718. 4.* *Pars altera propugnat novum ſpecimen per ſubſtantiæ uterinæ elongationem atque ordinatam texturam ex ſeminibus plaſmantibus* Bonon. ut prior.* Scholaſticus auctor refutat optimos naturæ contemplatores, ut ſuam hypotheſin ſtabiliat, non dari in feminis viviparis ova, & ſemen potius ex teſtibus advenire in uterum, ibi cum maſculo ſemine miſceri, ita fermentatione quadam nata, fetum de iis fibris & vaſis uteri germinantibus propagari, juxta ſeminum virtutem plaſticam complicatis & contextis.

EJ. *Fluidi nervei hiſtoria* Bononiæ 1720. 4.* Spiritus aëreos ſed ſubtiliores eſſe, eos ex pia matre, non ex cortice cerebri ſecerni. Glandulas cerebri rejicit. Monſtrum acephalon deſcribit.

Gottlieb Ephraim BERNER, Profeſſor Duisburgenſis. EJUS *oratio de fallacia ſenſuum & uſu rationis in rebus phyſicis & medicis, habita a.* 1718, *cum profeſſionem medicinæ ordinariam auſpicaretur* Duisburg 1718. fol. BOEHMER.

EJ. *Exercitatio phyſico-medica de applicatione mechaniſmi ad medicinam* Amſterdam 1720. 8.* Fuſus auctor & vagus.

EJ. *De efficacia & uſu aëris mechanico in corpore humano* Amſterd. 1738. 8.*, quæ altera eſt editio. Neque anatomen propriam habet, neque experimenta.

In *Vol.* III. *Act. Nat. Cur. obſ.* 27. Cingaræ mulieris anatome; tubæ cæcæ, ovarium NABOTHI.

Ibid. *obſ.* 30. pulſus quartus quisque intermittens.

Charles MALOUIN *traité des corps ſolides & fluides, où examen du mouvement du ſang, de celui du cœur, des arteres & des autres vaiſſeaux du corps humain* Paris 1718. 12.* & novo cum titulo 1758. 12.* Poſthumum opus frater *Jacobus Laurentius* MALOUIN edidit. Pro trituratione contra fermentationem. Omnes fibras corporis humani pollere elatere & vi contractili, & oſcillare; eam vim ab aëre habere, qui in fibris habitet. Et venis ſuam eſſe contractilem vim, neque eam ſufficere, quæ in corde eſt inve arteriis. Vim cordis non adeo magnam eſſe, neque omnes reſiſtentias ſuperare, quæ a vi arteriarum contractili adjuvetur. Vaſa minima oſcillare. Spiritus animales ignotos eſſe & ſuperfluos, iis ſuccum nervoſum cum iisdem fere qualitatibus noſter ſubſtituit. Ut fiat nutritio &

& incrementum: pro ea functione proprios in animale poros eſſe. De irritatione ſ. oſcillatione aucta, quo maſticationem cadaverum refert: de ejus oſcillationis cauſis.

§. DCCCLXVI. J. E. WREDEN. *Alii.*

J. Erneſti WREDEN *Vademecum anatomicum* Hannover. 1718. 8. 1722. 8. breviſſimum compendium.

EJ. *Arteriologiſche Tabellen* Hanover. 1721. fol.* Chirurgi Hanoverani minime malum opuſculum, in quo multa videas emendata ante WINSLOWUM (niſi ab eo ipſo noſter ea habuit, qui Pariſios adierit), ut arcum magnum inteſtinalem, arteriam noſtram colicam anteriorem, recurrentem cubiti, cœliacam totam, aliasque arterias. Non meruit adeo latere.

Cum theatrum anatomicum aperuiſſet, programma edidit, & myologiæ utilitatem prædicavit Hanover 1721. 8.*

In *collectaneis medico chirurgicis* anni 1721. & 1722. Hanov. 1722. & 1723. 8., quarum pars magna eſt WREDII, paſſim inter chirurgica inciſiones etiam cadaverum occurrunt, & monſtra etiam aliqua, & exomphalus congenitus.

Ad anatomen etiam *programmate* invitavit Hanover. 1733. 4. * & denuo 1734. 4.*

Joh. Chriſtoph. SPROEGEL *der ganze menſchliche Körper nach ſeinen Theilen* Hamburg 1718. 8.* Nova varia collegit, ex COLLINO etiam magis. Non accuratus valvulam WINSLOWII tribuit venæ ſpermaticæ, & per eam lites MERYI & HARVEJI & HARVEJI ait componi.

J. Georg RAPHEL, V. D. M. *Kunſt taube Reden zu lehren* Lüneb. 1718. 4.* AMMANNUM fere ſequitur, ipſe tamen artem in propriis filiabus expertus, eas loqui docuit.

M. Matth. BRUNNER *Erörterung des Urſprungs aller Bewegung in dem Leibe der Thiere und Menſchen* 1718. 8.

J. S. D. *relatio curioſa vom Urin* Gotha 1718. 8.*

Samuel FÖRBIGER *der vernünftige Medicus in der Phyſiologie, Pathologie und Praxi* Leipzig 1718. 8. TR. 1726. 8. TR. 1735. 8.* Omnes in corpore humano motus eſſe animæ opus.

Joſ. WARDER'S *Monarchie der Bienen* Hanover 1718. 8.* BOECL. Editionem anglicam ignoro.

§. DCCCLXVII. *Johannes* WOODWARD.

Ex linteorum mercatore hiſtoriæ naturalis cultor, deinde medicus, etiam clinicus evaſit. EJUS *ſtate of phyſik and of diſeaſes* London 1718. 8. & latine Tiguri 1720. 8.* adjecta eſt idea machinæ humanæ. In ea legas bilem ejusque ſales in ſanguinem reſorbtos veram cauſam eſſe animalis motus & vitæ: deinde morborum, quoties bilis corrupta ſit. *A ſup-*

A ſupplement and continuation of the eſſay toward a natural hiſtory of the earth, written originally in latin, translated by Benjamin HOLLOWAY London 1726. 8.* Ex magno opere WOODWARDIANO decerpſit editor aliqua, ex quibus oſtenderet, DEI perpetuum concurſum ad res ſublunares requiri. De formatione pulli aliqua, & contra LEEUWENHOECKIUM. Deinde cum oſtendere vellet, animam in ſanguine reſidere, inque ſingulis partibus corporis animalis, non in nervis, multa & memorabilia experimenta fecit, ex quibus conſtet de motu muſculis inſito, & motibus inde pendentibus. Accurate oſtendit, in variis animalibus emortuis carnes palpitare & irritatas convelli, cor evulſum felis, viperæ, cyprini, columbæ, pergere in alternis motus vicibus, & contrahi atque laxari. Ejusmodi etiam experimenta in rana fecit, inque ſerpente, aliisque animalibus. Cerebro evulſo ſupereſſe ſenſum, etiam animi adfectus, & ſanguinis motum in partibus de toto corpore animali ſeparatis. Hæc omnino merebantur legi.

Aliqua etiam habet de communi fabrica oſſium & teſtarum, tum corporum vegetabilium: ut oſtendat, quare ejusmodi corpora in diluvio non fuerint deſtructa.

Scripſerat majus opus *de fabrica & uſu partium in animale.* De origine etiam hominis ſcripſerat, ut oſtenderet, communem Aethiopum cum aliis gentibus originem eſſe.

In ejus *caſes and obſervations* Lond. 1757. 8.* contendit omnia in corpore humano mala, etiam animi adfectus, ex ventriculo oriri.

In *Phil. Tranſ.* n. 38. de cæruleo Pruſſico ex ſanguine parato.

§. DCCCLXVIII. L. JOBLOT. *Alii.*

Laurent. JOBLOT *obſervations d'hiſtoire naturelle faites avec le microſcope* Paris 1718. 4. 1754. 4.* In P. II. prioris editionis potiſſimum icones animalculorum erant, quæ in aqua reperiuntur, cui fœnum variæque herbæ infuſæ fuiſſent. Eæ adnotationes nunc auctæ redeunt, partemque faciunt priorem. In animalculis, quæ dixi, præcipuus ſuo tempore auctor fuit. Vidit etiam polypos ex corpore ſuo ramoſos, aliosque aliis cum nominibus dictos. Anguillas aceti habet. Animalcula minora multis iconibus repetit, cum tamen ipſe moneat, iis commune eſſe figuram mutare. Contra originem animalium ex putredine: ipſe panſpermiam defendit. De oculis compoſitis culicis. Animal etiam rotiferum dixit. Dubitari poteſt, num cor & venerem ejusmodi animalium vere viderit, & aliquæ icones manifeſto artificio pictoris adjutæ ſunt. Parvi faciebat hominem UFFENBACHIUS (*m*), & Hagæ vitris poliendis ſe ſuſtentaſſe ſcribit a. 1710. (*n*).

Henricus RUYSCH, aliquamdiu patris ſui adjutor, ſed ante mortem faſtidio anatomes abreptus, edidit Amſterdam 1718. fol. Theatrum univerſale animalium JOHNSTONI & auxit.

(m) Reiſen III. p. 490. &c. (n) Ib.

Franceſco SCUFONIO *oſſervazioni intorno alle cavallette* Rom. 1718. 4. Generationem horum inſectorum deſcribit, & a putredine negat provenire.

In *Cent.* X. *Eph. Nat. Cur.* de locuſtis agit & earum generatione.

Fr. SIMONI, VULPARII diſcipuli, & *Petri Aegidii* OLANDI anonymi, amici SIMONIS, *reſponſio ad epiſtolam* HORATII *de* FLORIANIS, *adverſus* SBARALEAM Bonon. 1718. 4. HEISTER.

Franciſci SCHUYL, cuſtodis theatri anatomici & miniſtri, *catalogus antiquarum & novarum rerum in anatomia publica* (ſpectandarum) Leid. 1718. 4.*

§. DCCCLXIX. BURCHARD DAVID MAUCHART.

J. ZELLERI gener, Profeſſor Tubingenſis, ocularii potiſſimum morbis curandis ſe dedit neque libros quidem, ſed diſputationes anatomici argumenti ſcripſit. Primum reſpondit ſub L. HEISTERO *de vera glandulæ appellatione* Altdorf. 1718. 4.* Glandulæ definitionem ab habitu ſumendum.

Deinde de *hernia incarcerata* memorabilem diſputationem ſcripſit Tubing. 1722. 4.* quam recudi fecimus. Anatomen ſcroti partiumque ad herniam ſpectantium dedit.

De injectionibus anatomicis ib. 1726. 4.* Commendat ichthyocollam.

Inſpectio medico legalis 1737. 4.*

EJ. *Caput obſtipum* ib. 1737. 4.* Anatomen etiam habet partium adfectarum.

De cornea oculi tunica 1743. 4.*, quam recuſam dedimus. Accurata anatome; laminæ, pori, vaſcula, menſuræ, ſitus nexus.

De hydrophthalmia ib. 1744.* Anatomen addidit: uveam tunicam negant convexam eſſe: figuram cryſtallinæ lentis a ligamentis ciliaribus negat mutari.

Mydriaſis pupillæ ib. 1745. 4.* De pupilla, iride, illius dilatatione & conſtrictione. Fibras circulares uveæ tunicæ deſcribit.

In Diſſ. de ectropio, inflationem globuli oculi & ſiccationem commendat pro ſumendis menſuris.

De oleo animali ib. 1745. 4.* Artem præparandi habet & uſus practicos.

De articulatione capitis cum prima vertebra 1747. 4.* a nobis recuſa. Dentem primæ vertebræ, nonnunquam etiam in adulto homine, a reliquo oſſe diſtinctum eſſe.

De luxatione nuchæ 1747. 4.*: a nobis in *ſelectis* recuſa. Ligamenta capitis deſcribit: id difficillime luxari oſtendit.

Oculus artificialis ecblepharos & hypoblepharos Tubing. 1749. 4.*

§. DCCCLXX. *Diſputationes.*

Lud. Henric. RUNGE *reſpirationis negotium mechanice adumbratum* Bremæ 1718. 4. B. BOEHM.

J. Carol.

J. Carol. SPIES *de œconomiæ animalis cognitione ad medicam praxin judicioſe inſtituendam maxime utili* Helmſtatt. 1718. B. BURCKH.

EJ. *Veritatum medico-practicarum decas* ib. 1722. 4. Aliquæ ſunt phyſiologicæ. Prima, qualis chylus talis ſanguis.

Emanuel KOENIG, amici noſtri & Prof. Baſileenſis, *de ſtimulis villorum corporis humani* Baſil. 1718. 4.*

EJ. *Poſitiones botanico anatomicæ* Baſil. 1721. 4.*

EJ. *Adverſaria anatomica & botanica* Baſil. 1724. 4.*

EJ. *De deglutitione* Diſp. 1727. 4.

EJ. *Theſes anatomica botanica* 1731. 4.* In Diſp. *de taenia*, cujus reſpondens eſt D. ERNST, deſcribit os animalis & proboſcidem, vidit celeriter moveri. Proboſcidem de tubulo mammillæ ſimile prodiiſſe, ut lac captaret. Vermes cucurbituros in unicum animal convaleſcere.

J. Georg BECK *de viro ex polypo cordis & aſthmate violento mortuo* Baſil. 1718. 4.*

J. Benj. KONHARD *de eo in quo bruto animalia hominibus antecellunt* Lipſiæ 1718. 4. RIV.

Georg Andreas ORLOV *de motu ſanguinis in arteriis & venis* Regiomontani 1718. 4.* geometrica diſſertatio.

J. Daniel REISSEISEN *de articulationibus analogis* Argentor. 1718. 4.*

Jacob LUFNEU *de naturali & præternaturali ſanguinis calore* Leid. 1718. 4.*

J. BERKHOUT *de cauſis contenta in ventriculo mutantibus* Leid. 1718. 4. B. PL.

J. SLUIK *de vomitu* Leid. 1718. 4. B. PL.

Leon. SCHMIDT *de vita & generatione hominis* Leid. 1718. 4.*

J. OLDFIELD *de cauſis motum ſanguinis circularem per vaſa corporis promoventibus ac obſtantibus* Leid. 1718. 4.*

J. Daniel de SUPERVILLE *de ſanguine & ſanguificatione* Traject. 1718. 4.*

IDEM in *Phil. Tranſ.* n. 456. de generatione & de monſtris. Pro LEEUWENHOECKII ſyſtemate. A vermiculis coaleſcentibus monſtra. Fetus corde deſtituti & cerebro. Pro ovariis. Motum vermiculorum paulatim minui, mori denique & immotos eſſe in gonorrhœa.

J. Georg SIMONIS *de impotentia conjugali* Jenæ 1718. 4. Omne genus ſpurcæ veneris recenſet, credulus conpilator.

Franciſci AFFORTY & *Cl. de la* VIGNE *Ergo in homine amarum, ſalſum, acidum, dulce, quibus valet & ægrotat* Pariſ. 1718.

J. Matth. le BERT & *Petri* MALOET, *Ergo functionum integritas a ſpiritibus* Pariſ. 1718.

Jac. Ant. MILLET & *Guil. de* MAGNY *E.* χυλώσις *tritus ſimul & fermentationis opus* Pariſ. 1718.

§. DCCCLXXI. *Georgius Gottlob* RICHTER,

Profeſſor Göttingenſis, noſter olim collega, vir eruditus, poëta & litterator. EJUS prima exſtat diſputatio, *qua ſomnium arcadis de amico cauponis megarici ſcelere interfecto* Kiel. 1718. 4.* præſide *J. Lud.* HANEMAN. Phyſice hoc ſomnium interpretari ſuſcipit.

EJ. *Mors ſine morbo* Götting. 1736. 4.*

EJ. *De voce κοιλιας diſquiſitio* ib. 1741. 4.*

EJ. *Vindiciæ H.* BOERHAAVII *adverſus Anglum* ib. 1744. 4.*

EJ. *De balneo animali* ib. 1748. 4.*

EJ. *Senſus interni variæ indigentiæ corporis adſtricti* ib. 1751. 4.*

EJ. *De nimiis perſpirationis laudibus* ib. 1753. 4.

EJ. *De ſtatu mixto ſomni & vigiliæ* ib. 1756. 4.*

EJ. *Victus animalis antiquitas & ſalubritas* ib. 1761. 4.* Pro ejus victus innocentia & utilitate.

§. DCCCLXXII. *Guilielmus* STUKELEY,

Medicus & antiquitatum cultor, vir pius non ſatis cautus, in *Phil. Tranſ.* n 360. egit de magno animale marino in medio duro lapide detecto.

EJ. *The ſpleen, its deſcription, uſes and diſeaſes, and ſome anatomical obſervations made in the diſſection of an elephant* London 1723. fol.* Tabulæ aliquæ, quas ad partes corporis ab amico ſuo SYMMONDO cera repletas factas eſſe ait; ſed eas omnino reperio eſſe ex VESALIO furtim imitatas. Arterias lienis docet in venas ſubire, earumque totam longitudinem concentricas replere. Lienem ventriculo, reni, utero ſanguinem mittere. Icon venarum ad VESALIUM ficta, ut ex arteria coli ſiniſtra adparet. Icon nervorum perinde ficta. Arteriæ a meſenterica & cœliaca ſatis bonæ. Sed arteria umbilicalis male hepaticæ inſerta.

Elephantem apud HANS SLOANE virum ILL. inciderant; aliæ adnotationes ad Elephantis ex India diſſecti anatomen factæ, miſſæ ſunt a D. SUPPLY; diſſectio genitalium partium a DOUGLASSIO provenit, eademque melior eſt: reliqua viſcera, proboſcis & cerebrum hactenus expreſſa. In proboſcide valvulæ, Glandulæ palati.

§. DCCCLXXIII. *Diaria anno* 1719.

In *Cent.* VII. & VIII. *Eph. Nat. Cur. Cent.* VII. *obſ.* 59. *J. Andreæ* USENBENZ fetus monſtroſus cerebro deſtitutus, & galea cranii.

Samuel STEURLIN *obſ.* 18. fetus putridus de umbilico extractus.

EJ. eſt de urinæ pondere adnotatio *Eph. Nat. Cur. Cent.* I. *obſ.* 33.

Cent. IX. *obſ.* 30. fetus octimeſtris vivus & frigidus.

EJ. Libellus cum titulo S. S. *vom verachteten Signo des Urins.*

Cent.

Cent. VIII. *obſ.* 57. *Jacobi* DILLENII, magni herbariæ doctrinæ promotoris, olim amici mei, anatome hirudinis, cum inteſtino, corpuſculis glanduloſis.

In *appendice* ejus voluminis *Godofredi Benjamin* PREUSS, Vratislavienſis, anatome fetus, cui abdomen apertum, viſcera pendula. lien in ventriculum illapſus.

Chriſtophori Bernhardi VALENTINI anatome lari cinerei majoris, *Cent.* VIII. *obſ.* 52: & pici nigri, *obſ.* 53.

Vol. I. *obſ.* 154. veſicula fellis maxima.

E. N. C. Vol. II. *obſ.* 124. poſt puerum perfectum, nono die fetus digitalis.

Obſ. 125. fetus biceps, bipes cum anatome.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1719. bufonis vivi media in ulmo reperti exemplum.

In *Breslauer Sammlungen Verſuch* VII., varia monſtra; inter ea biceps unicorporeum quadrupes.

Pueri difformi manu & pede.

Quinque fetus uno partu editi.

De odore moſchato pilorum uri.

Fetus menſe vigeſimo editus.

Pueri pene difformi, diviſo alter, alter glande cæca.

Verſuch VIII. Hirundinum glomer ſub aquis merſus. Ovum bicaudatum.

Baccæ uvæ ſupra ſexageſimum diem in ventriculo retentæ.

Puella per ſeptem annos aſita in noſodochio Florentino.

De ſignis vitæ aut necis in fetu.

Verſuch IX. de pluvia ſanguinea ſucci rubri papilionum.

Partum octimeſtrem ad abortus pertinere.

Verſuch X. aliqua de erucarum generatione.

Hominis melancholici exemplum, qui poſt jejunium quadraginta dierum periit.

Homo artificioſe utens manu deformi, pedibus mancus.

Mulier bis mortua.

Hic & alibi de cane loquente.

J. Godofred. BUCHNER in *nov. lit.* Lipſiæ 1719. agit de cancrorum luna creſcente augmento imaginario.

LIBER

LIBER IX.

ANATOMES PERFECTIO.

§. DCCCLXXIV. *Bernard Siegfried* ALBINUS.

BERNHARDI fil. Francofurtanus ad Viadrum, ſummus anatomicus. In RAVII locum ex gnari judicis *Hermanni* BOERHAAVE commendatione vix viginti tunc annos natus ſuffectus eſt, raraque uſus eſt felicitate, ut quinquaginta integros annos in ſolis laboribus anatomicis, a nullo alio officio avocatus, ei vivere licuerit.

Hanc opportunitatem ſolertia ſecandi, artificioſa vaſorum repletione, adſiduitate laboris, pictorum etiam optimorum facultate ita adjuvit, ut in oſſium muſculorumque hiſtoria omnes priores inciſores ſuperaverit: in viſcerum etiam fabrica multa accuratius viderit, immenſis denique operibus rem anatomicam ditaverit.

EJUS *Oratio inauguralis de anatome comparata* Leid. 1719. 4.* Animalium ex ovo generatio, & cum plantarum generatione comparatio.

EJUSD. *Oratio, qua ad veram viam, quæ ad fabricæ corporis humani cognitionem ducit* Leid. 1721. 4.* Brevis anatomes hiſtoria. Cujusque partis ad vicinas partes ſitum & nexum jubet contemplari. De minuta muſculorum fabrica, & diviſione in minima. De arte injiciendi in vaſa liquoris colorati, quam Belgis dicit propriam: de vaſculis per id artificium quaſi de Ade emergentibus. De vaſis alienis, quæ membranæ non ſuæ ſæpe tribuuntur. De inflationis artificio. De anatome comparata: de abrogando auctoritatis præjudicio: de anatome artificiali, & pictura, & dubia utriusque fide.

EJUSD. *Index ſuppellectilis* RAVIANÆ, *quam Academiæ (Leidenſi) legavit J. J.* RAU Leid. 1725. 4.* Pulchros theſauros gnarus deſcribit, memorabilia adnotat. Caput enormis magnitudinis, quod pro giganteo habitum eſt, ſed morboſum eſſe videtur, cum nulla conſtans oſſium ſit proportio. Vitam etiam auctoris præmiſit.

EJ. *De oſſibus corporis humani ad auditores ſuos* Leid. 1726. 8.* Vindobon. 1756. 8.* recuſus; brevis liber meis temporibus editus, quando BOERHAAVIUM audiebam & ALBINUM. Brevem quaſi picturam oſſium adulti hominis proponit, cum tabularum VESALII & EUSTACHII perpetuis citationibus. Contra aliorum anatomicorum morem minus capitis deſcriptioni indulſit, in trunco corporis & artubus fuſior. Aſperitates & ſcrobiculos, qui aut muſculorum cauſa facti

facti ſunt, aut plerumque ab ipſis muſculis naſcuntur ſollicite expreſſit. Oſſibus carpi nova nomina impoſuit. Articulationem maxillæ inferioris definivit, quæ utique magis eſt ad tuberculum, ad ſubjectam foveam minus.

Hiſtoria muſculorum hominis Leid. 1734. 4.* Solebat horis, quas ſibi a ſtudioſorum juvenum inſtitutione ſervabat liberas, magna cum cura muſculorum potiſſimum in oſſa inſitiones metiri, deſcribere, etiam in ipſa oſſa ſtygio aliquo liquore inurere. Hos muſculos a peritiſſimo artifice curabat delineari: comparabat VESALII, EUSTACHII & fere priorum ſcriptorum icones & hiſtorias. Pleniorem ergo longe quam priores omnes, & quam ipſe nuper WINSLOWUS, muſculorum hiſtoriam dedit, ut quisque muſculus abunde deſcriptus, ludentis naturæ varietates adnotatæ, muſculi minus perpetui ſollicite adnotati, burſæ adipoſæ muſculis aut tendinibus ſubjectæ, & aponevroſes ſuis locis recenſæ, nominum apud varios auctores pinax additus ſit. Minimas aliquas carnes SANTORINI, potiſſimum in facie & larynge omiſit; pharyngis muſculos in pauciores contraxit: muſculos per regiones & ſtrata diſpoſuit, effectus cujusque ſeorſim docuit; interſpinales in tota ſerie vertebrarum continuavit, ſic intertransverſarios, in collo etiam duplices: ſcalenos quinque diſtinxit; nomina paſſim reformavit. Chondrogloſſum, & clidomaſtoideum diſtinxit, & transverſum urethræ alterum. Deglutitionem accuratius expoſuit. & deſcenſum ſuperiorum partium faucium cum conſtrictione inferiorum. Icones grandes & perpulchras muſculorum manus dedit, cujus muſculos melius, quam WINSLOWUS & diſtinxit & nominavit. De muſculo etiam in genere egit.

EJ. *De arteriis & venis inteſtinorum hominis* Leid. 1737. 4.* cum iconibus a J. L'ADMIRALIO vivis coloribus pictis. Inteſtinorum membranas noviter deſcribit; vaſa, quæ RUYSCHIUS confuſe delineaverat, ad ſuas tunicas reducit.

EJ. *Diſſertatio ſecunda de ſede & cauſa coloris Aethiopum & cæterorum hominum* Leid. 1737. 4.* Deſcribit reticulum nigrum, etiam ſub ungue nigricans: oſtendit pulpoſam eſſe membranam, neque reticulatam; de cauſa ejus nigredinis inquirit. De papillis & tactus organo.

EJ. *Icones oſſium fetus humani: accedit oſteogeniæ brevis hiſtoria* Leid. 1737. 4.* Figuræ inimitabilis elegantiæ, oſſium ſingulorum, etiam compoſitorum, non vero ſceletorum. Varietates paſſim numeroſiſſimæ collectæ, ut in ſterno. De modo, quo oſſis natura extenditur & cartilaginem conſumit, de nucleo oſſeo, vaſis perioſtei &c.

EJUSD. *Explicatio anatomica tabularum anatomicarum* B EUSTACHII Leid. 1743. fol.* 1761. fol.*: quæ editio auctior eſt & emendatior. Solebat ALBINUS in has tabulas publice prælegere: hic interpretationem integram tradit. Ad eam uſus eſt tum libris EUSTACHII ipſius, & aliorum ejus ævi inciſorum, ex quibus ſcopus magni viri innoteſceret: tum præcipue inciſis humanis cadaveribus, ad EUSTACHII icones collatis.

Tabulas ergo Romanas hinc non mutatas recudi fecit, inde ſolas circumſcriptiones ſcalpi curavit, quas literulis declaravit. In muſculis oſſibus & viſceribus

ceribus fuſius verſatus eſt; nervi & aliqua vaſa forte vix admittebant plenam interpretationem. In SENACUM, BERTINUM, MORGAGNUM, WINSLOWUM paſſim perhumaniter animadvertit. Nupera editio 18. paginis aucta eſt, & interpretatio t. 42. & 27. fuſior. Adnotationes, quæ erant ad calcem operis, nunc, & commode, in ipſum ſermonem libri diſtributæ ſunt.

Tabulæ ſceleti & muſculorum corporis humani Leid. 1747. fol. max.* Sceleton paravit nativis ligamentis cohærentem, ſculptamque dedit. In eam muſculos ex aliis cadaveribus diſpoſuit, ut quisque ſuam veram ad oſſa poſitionem ſervaret. Tres ergo ſceleti, muſculorum viginti & quinque tabulas hic dedit, quarum novem integras: aliquæ ſyſtemata aliqua peculiaria, ut pharyngis, partiumque genitalium, reliquæ ſolitarios muſculos exprimunt. Nihil poteſt accuratius & plenius cogitari, neque licet per ſingula ire.

*Tabulæ ſeptem uteri gravidi** eodem fere tempore prodierunt: uterus primum cum cernuo fetu, & in partum nitente. In utero & magna oſtia venarum ſanguinearum tumidarum exprimit, & eminentes in uterum ſerpentinas arterias. Chorii nomine mediam membranam fetus intelligit, aliamque villoſam mollemque, & eam, & una placentam obducentem exprimit, quæ ovum cum utero conjungit. Sanguinem ex arteriolis ſerpentinis uteri in placentam urſit.

Tabulæ oſſium humanorum Leid. 1753. fol. max.*. Tabulæ ſunt 39, aliæ umbris perfectæ, aliæ literulis inſignitæ. Sceletos omiſſa eſt, quæ in priori opere reperiatur; oſſa ſingula repetita, delineata, & peculiariter capita oſſium & articuli. In capite aliquot narium ſectiones & ſinus pituitarii.

Tabula vaſis chyliferi cum vena azygo, arteriis intercoſtalibus aliisque vicinis partibus Leid. 1757. fol.* Varietates aliquæ ejus ductus, & ciſternæ chyli, ægre a ductu diverſæ; inſula nulla, inſertio duplici ramo deſuper facta.

De ſceleto humano Leid. 1762. 4.* Prius de oſſibus corporis humani opus hic plurimum auctum redit; citatæ hic ipſius ſummi viri tabulæ. Monet figuras ſuas omnes habere ſuas circino ſumtas menſuras Iterum non poſſumus nos in ſingula dimittere, quæ bona habet. Sinus ethmoideos utrinque quinos numerat, præter minores alios. Pelvim femininam a virili inſigniter differre. Utique in reſpirando inferiores coſtas ad ſuperiores accedere.

Conjunctas recenſemus *annotationes anatomicas*, quarum octo volumina prodierunt. Primum a. 1754. 4.*, quod in titulo continet *anatomica, phyſiologica, zoographica.* Urachum in juvene apertum vidit. Fuſius hic de celebri illo filo in propriam terminato veſiculam, quod in funiculo umbilicali vidit. Arteria centralis lentis cryſtallinæ. Membrana pupillaris, ea ipſa, ob quam tantas iras ſum paſſus. Vaſcula in medullam cerebri deſcendentia repleta. Involucrum mucoſum, neque reticulatum, linguæ: fila papillarum. Vaſcula, quæ in placentam convaleſcunt, involucrum, quod eam ipſam obducit. De funiculo, ejus infundibulo & herniis.

L. II. Leid. 1755. 4.* Multa de dentibus, eorumque rudimentis. Epididymidis icon, & teſtis vaſa rubra. Celluloſam inteſtinorum telam ſecundam, & nerveam ſeparat. Anus artificialis, de quo fuſe agit. Ut poſſit arteria repleri, quæ nihil a ſuo trunco recipit. Nullum eſſe involucrum nervoſum penis Ruyschianum. Ignotam eſſe erectionis cauſam. Fila cutanea ungui ſubjecta, quæ unguis lineis & ſulcis reſpondent. Ad cordis alternum motum, non a nervis oriri. Arteriam pulmonalem in magnam arteriam inmitti, quæ dicatur ductus arterioſus.

L. III. 1756. 4.* Corpus humanum non totum vaſis fieri. Videri nova vaſa ex noſtris vaſis germinare. De valvula coli & ejus deletione, dum nexus inteſtinorum tenuis & craſſi ſolvitur. Foramina oſſium Haversiana vaſis repleri. Valvulas inteſtinorum fieri a nervea tunica producta & a villoſa. De nonnullis ſulcis & mucoſis ſinubus palati. De ciliis multiplicis ordinis. De Malpighiano rete penis, cum pulcherrima icone. De nutritione contra Boerhaavium. Iterum de venis inteſtinorum, quas ne ſuus quidem pictor recte expreſſerit. De papillis cutaneis. De retina ex medulloſa & ex vaſculoſa membrana facta. De Cantii iconibus, quæ factæ ſint ad Albini inciſiones.

Hic primum erupit vehemens ira, qua vir ſummus me ſui & antea, & poſtquam ſingulis in libris me ſtuduit opprimere, ſui amantiſſimum perſecutus eſt. Mallem non inaudirent de ea lite poſteri. Permiſeram Wachendorfio, mihi ſola ex fama noto, aliquas de ſilentio querelas, quo Albinus præterierat membranam pupillarem a Wachendorfio prius inventam, quam eam Albinus deſcripſiſſet. Nunquam, ut vitæ Albini auctori viſum eſt, de ullo invento cum Albino contendi: id maluiſſem, cum ſua proponeret, ut voluiſſet pro ſua humanitate diſcipulorum meminiſſe, qui eadem priores tractaſſent.

Non exigua pars libri IV. a. 1758. excuſi 4.* huic ipſi iræ dicata eſt. Agitur de celluloſa fabrica plerarumque partium corporis humani. De valvula coli, ubi recte Albinus monet, carneas fibras eſſe, quibus eminens inteſtini tenuis plica debeatur. Porro de epididymide & vaſis efferentibus teſtis. Sed revocamus nos ab ingrato labore. In eodem libro IV. agit Albinus de lege, qua ſe calvaria ad partes contentas accomodat. Perpulchræ icones organi auditus. Duos eſſe ductus excretorios veſicularum ſeminalium. De muſculi ſtylopharyngei vicino muſculo; de ſubcrurali & de extenſore digitorum brevi. Tunicæ arteriæ, de quibus celluloſam interiorem rejecit. Iconem ductus thoracici Cantianam ſibi vindicat. Hymenis vera icon.

Liber V. 1761. 4.* pene totus ad eamdem, quam dixi, litem pertinet; quam gloriæ ſummi viri ſtudioſus cupio oblivione merſam. Habet etiam iconem uteri puerperæ, & oſtiorum venarum ejus receptaculi. Nova articulatio poſt luxationem femoris nata.

Lib. VI. 1764. 4.* Contra Du Hamelium, & pro ſucco nutritio oſſium. Perioſteum non pervenire ad ſubnaſcentis oſſis nucleum. Icones auriculæ, ductus mucoſi inteſtinorum. Papillæ alibi filorum ſimiles, alibi ſubrotundæ;

earum vaſculum. Contra CAMPERUM, pro ſuis iconibus. In meæ *phyſiologiæ* Tomum IV.

Lib. VII. 1766. 4.* Utique muſculum biventrem os aperire, & tamen una os hyoides adſcendere: ore clauſo, caput ab eo muſculo retrorſum agi. Ut vaſcula fingi poſſint, quæ videantur in epidermide eſſe. Vulva virginis. Contra oſſium figurationem a tendinibus, a preſſione. De vaſis nervi optici & ejus poris. De medulloſa & vaſculoſa retinæ lamina. Vena cava cæca. Lienis varietates, & duo lienes. Papillas inteſtinorum RUYSCHIANAS eſſe materiem de venis ſudantem. Vaſa vitrei corporis in balæna. Animadverſiones in vitam viri, quam J. BRUCKERUS edidit.

L. VIII. 1768. 4.* cum titulo *de tabulis ſcriptisque ſuis opportunitate epiſtolæ nuperæ Petri* CAMPERI viri Cl. Lis eſt de tabulis majoribus ALBINI, & quæritur, num eæ ſint ad optices leges ex uno puncto delineatæ, ut remotiora decurtentur. Ita factum eſſe dat ALBINUS, ſed ad diſtantiam quadraginta pedum oculum poſitum eſſe. Aliquas etiam ſuas & EUSTACHII icones defendit.

Ad VESALII *opera*, ut puto, præfatus eſt Leidæ 1725. fol.*, & vitam viri deſcripſit.

Edidit etiam cum præfatione *Guilielmi* HARVEJI *opera*, & H. F. ab AQUAPENDENTE; hæc Leidæ 1737. fol. De valvulis venarum in præfatione agit, easque HIERONYMO vindicat.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* X. deſcripſit inteſtinum per vulnus ilium elapſum, in quo licuit tempus definire, quo quisque cibus coqueretur. Panis & parca caro intra nonam horam decedebat, pinguedo poſt biduum.

Sex tabulas ALBINI male diminutas, & hiſtoriam operis dedit D. BRISBANE London 1769. fol.*

In *epiſtolis* ad me nuper editis T. I. n. 4. docet cor in agendo brevius fieri, ſanguinem valvulas extendere.

Vita viri reperitur in *Extr. de journaux* 1772. Avril & in *B. des beaux arts.*

Dictata phyſiologica paſſim, & inter labores nuper venales reperias.

§. DCCCLXXV. *J. Th.* DESAGULIERS.

J. Theophili DESAGULIERS *ſyſtem of experimental philoſophy* Lond. 1719. 4.

Ej. *Courſe of experimental philoſophy* London 1734. 1745. 2.Vol. 4.* Gallice, vertente P. PEZENAS Paris 1752. 4. Belgice 1751. 4. Ab aliis ejusdem fere ſcopi ſcriptoribus diſtinguitur Cl. THEOPHILUS claritate ſermonis, & perpetua experimentalis philoſophiæ ad uſus vitæ humanæ adplicatione, ut omnino cum voluptate legam.

De motu muſculari egit, plerisque theorematibus ex BORELLO ſumtis. Deinde vires muſculorum humanorum calculis poſitis expendit; *Philippi de la* HIRE æſtimationem nimis parvam eſſe oſtendit, & certis cum ſubſidiis dorſi muſcu-

muſculos vim ter mille libris æqualem exſerere reperit. Artificia oſtendit, quibus obtinetur, ut integræ vires hominis ſuum effectum ſortiantur. De reſpiratione, ubi mireris Cl. virum aërem thoracicum defendere. Optica.

Liceat adnotaſſe, Cl. SAVERIEN (*o*) victoriam noſtri celebrare, quam de BOERHAAVIO reportaverit, oſtenſo, in vena jugulari utrinque ligata, aëre. Sed ejusmodi aërem BOERHAAVIUS nunquam negaverat.

§. DCCCLXXVI. *Varii.*

Hermann Friederich TEICHMEYER, ill. ſocer olim noſter, Profeſſor Jenenſis, chemiam quidem potiſſimum coluit, anatomen tamen paſſim adtigit. Ej. *Elementa anthropologiæ, ſeu theoriæ corporis humani* Jen. 1718. 4.* & auctius 1739. 4.* De ductus cyſtici variabili magnitudine, de poris veſicæ urinariæ, de hiatu in membrana tympani. Sinus transverſi occipitis.

Vindiciæ quorumdam inventorum anatomicorum in dubium revocatorum Jen. 1727. 4.* De oſſiculis auditus minoribus, omnino quatuor, quorum duo a Cl. viro ſubinde viſa ſunt, alterum in muſculo ſtapedis, alterum in tympani articulo, tum aliud ſub incudis breviori crure. Pro hiatu membranæ tympani.

In *Medicina forenſi* Jen. 1723. 4.* 1740. 4.*, aliqua etiam huc ſpectant, ut fere ſolent, de virginitate; pulmonis experimento. Fetus inteſtinis nudis.

Diſputationes etiam paſſim huc faciunt; *De elatere ſanguinis* ib. 1724. 4.*

De ſepto pellucido programmata ib. 1725. 4. 1729. 4.

De magna cerebri valvula progr. duo ib. 1728. 4.

De lympha cerebri progr. tria ib. 1728. 4.

De cerebro cogitationum inſtrumento ib. 1729. 4.*

De muſculoſa duræ matris ſubſtantia ib. 1729. 4.

De phoſphoris ib. 1732. 4. quinque progr.

De generatione ib. 1736. 4.*

De vomitu gravidarum primis plerumque menſibus geſtationis fiente ibid. 1738. 4. HE.

De calculis bilariis ib. 1742. 4.*

De cadaveris inſpectione & ſectione legali ib. 1742. 4.*

Vita viri prodiit in progr. ib. 1744. fol.*

§. DCCCLXXVII. *Varii.*

Edward BARRY, Hibernus, diſputavit *de nutritione* Leid. 1719. 4.*

(*o*) In vita J. THEOPHILI D.

IDEM ter omnino edidit *a treatiſe on a conſumtion of the lungs with a previous account of nutrition, and of the ſtructure and uſe of the lungs* London . . . 1727. 8.*, quæ ſecunda eſt editio. Diſcipulus BOERHAAVII & fidus adſecla. Pulmones chylo ſubigendo, & in ſanguinem coquendo factos eſſe. Ut vita actuoſa per numerum pulſuum præceps in mortem ruat. Pulmonis deſcriptio. Aër in thorace admiſſus. Elater coſtarum eſt antagoniſta muſculorum intercoſtalium. Calor ab adtritu globuliſque ſanguineis denſatis & compactis.

In editione tertia London 1759. 8.* titulus eſt *a treatiſe on the three different digeſtions, and diſcharges of the human body, and the diſeaſes of their principal organs.* Etſi titulus aliud promittit, eſt tamen omnino liber de pulmonibus & phthiſi. Præmiſſa BOERHAAVIANA theoria de digeſtionibus, quæ fiunt in primis viis, in vaſis ſanguineis, atque pulmone. Pro finibus decreſcentibus vaſorum, & vaſis BOERHAAVII minoribus. Pro ſpiritu animali, in elaterem fibrarum nervearum. De tranſpiratione. Pro hypotheſi de alternis vicibus motus cordis, a compreſſis nervis pendentibus.

Danielis HOFMANNI, Profeſſoris Tubingenſis, *annotationes medicæ in hypotheſes* GOUEYANAS *de generatione fœtus ejusque partu* Francof. 1719. 8.* *Eliæ* CAMERARII gener, dubiis excitandis pariter ut ſocer aptus. Varia monet: cæterum ipſe nihil valde memorabile adfert. Galliæ literatum & medicum ſtatum ex nupero itinere narrat.

In *Ephem. Nat. Cur. Vol.* II. *obſ.* 1. viſus duplicatus.

Obſ. 2. cor pericardio & mediaſtino adnatum.

Obſervations curieuſes ſur toutes les parties de la phyſique, extraites & recueillies des meilleurs memoires Paris 1719. 12. Ex actis fere academicis. Habet etiam anatomica; DODARTI aliqua de viſione, iride. Infans capite pellucido.

Hoc anno puto prodiiſſe E. ROLANDS *berättelſe om pigan Eſter Jöns dotter at hon i 7. år lefwat utan mat eller dryk* Stockholm 1712. 8. Eadem puella, de qua DOEBELIUS.

Hoc etiam anno prodiit *Magni* BLOCK *betänkande öfwer Eſter Jöhns dolter* Stockholm 1719. 8.* Non nimis credit, vere abſtemiam fuiſſe.

Diſſertation ſur la cauſe de la multiplication des fermens Bourdeaux 1719. 8. Auctor eſt Cl. BOUILLET pater. Theoriæ meræ.

Ad Academiam miſit a. 1743. ſuum de aëre in aëre corporis animale ſubeunte hypotheſes.

In *elemens de medecine pratique Beziers* 1744. 4.* breve compendium exſtat œconomiæ animalis.

In T. II. 1746. 4.* aërem diſſolutum in ſanguinem venire. Aërem utique per oſſis cribroſi foramina ad cerebrum penetrare, & ea via catarrhos deſcendere.

Antonii MAGNOL, *Petri* fil. & *Bernardi de* JUSSIEU *de naturali ſecretione bilis in jecore* Monſpelii 1719. 8.* Phyſiologica aliqua. Bilem ex venæ portarum

rum ramis parari, per poros lumine & figura ad particulas bilis accomodatos, abſque ullo fermentationis adjumento &c.

Ej. *De reſpiratione* 1729. 4.

Ej. *An myopiæ ars tutius medicina ſuccurrat* 1730. 4.*

Ej. *De ſalivæ fontibus & uſibus naturalibus* 1740. 4.

Ej. *De natura & cauſa fluiditatis ſanguinis deperditæ* ib. 1741. 8.

Reperio etiam Ejus diſputationem citari, *an homo ex ovo* Monſp, 1715. 12.

J. Jacob Peyer, Scaphuſienſis, *J. Conradi* fil. Ej. *Obſervationes anatomicæ in homine poſt mortem, in brutis avibusque viventibus ac mortuis notatæ ſecundo* Leid. 1719. 8.* Variæ ſectiones morboſorum hominum, in quibus tamen alia, & ad hiſtoriam muſculorum viſcerumque ſanorum pertinentia adnotantur, breviter equidem. Deinde multæ animalium diſſectones, eorumque potiſſimum viſcera. Denique vivarum beſtiarum frequentes inciſiones, ad motum inteſtinorum, cordis, vias lacteas. In echino ductum capſularum renalium vidit. Tria ligamento coli.

Inter Pacchioni Diſſertationes Romæ 1721. 8.* editas exſtat *Matthæi* Bassani epiſtola ad eum virum anno data 1719. cum approbatione hypotheſeos de muſculari fabrica & motu duræ matris.

Pellet *oratio anniverſaria* Harvejana a. 1719. 4.* Osb.

Joſephi Trimundi *quæſtio, an partus octimeſtris ſeptimeſtri magis vitalis ſit* Avenione 1719. 8. Falc.

Johannes Douglass, Chirurgus, *Jacobi* frater. Ejus eſt *ſyllabus of what is to be performed in a courſe of anatomy &c.* London 1719. 4.* Summi rerum tituli, & partium corporis humani nomina.

Ej. *Advertiſſement occaſioned by ſome paſſages in Manningham's diary* London 1721. 8.* Pertinet ad fabuloſum illum cuniculorum partum. Epiſtolæ ſunt chirurgi S. Andre', quibus mirificum illum partum adnunciat. Maligna femella dolores parturientis accurate erat imitata, ut nullus, præſente noſtro, partus tamen ſequeretur. Negat unquam ſe abſonæ hiſtoriolæ fidem aliquam tribuiſſe.

Ej. *Animadverſions on a late pompous book intit. oſteographia* Lond. 1735. 8.* Acerba cenſura operis Cheseldeniani. Contra hiatum membranæ tympani. Promittit oſteographiam anatomico-practicam, quæ nunquam prodiit.

Kurzer Entwurf der anatomiſchen Uebungen auf dem Theatro zu Berlin Berlin 1719. 4.

§. DCCCLXXVIII. *J. Adamus* Kulmus,

Medicus Gedanenſis, & minime indiligens inciſor.

Multa edidit in collectionibus *Vratislavienſibus* Kanoldi.

In *Verſuch* VII. aliquot canum inciſiones.

Verſuch XI. vaſa lactea canis, in quæ lymphatica de glandulis meſentericis vaſcula inſerebantur.

Verſuch XIII. Vena ſine pari in cavam inſerta. Oſſicula ſeſamoidea rariora.

Verſuch XVI. ductus thoracicus in cane valde multiplex, in venam cavam inferiorem & in venam ſine pari inſertus.

Ej. De lepore, cujus clitoris maxima eſt.

Verſuch XIX. cordis motus per inflatum ductum thoracicum ſuſcitatus.

Suſpicatur idem, ſe in cane ductum excretorium capſulæ renalis vidiſſe, tendentem ad ductum thoracicum.

Verſuch XXI. Submerſa. Aqua neque in ventriculo, neque in pulmone. In ejus inciſione varia adnotat: duos muſculos trochleæ, duos patientiæ: ſternum perforatum &c.

Verſuch XXIX. pro hymene teſtimonium.

In *Supplemento* ejus Diarii I. 1726. 4.* trium animalium inciſiones habet minime negligenter ſcriptas, caſtoris, phocæ & turſionis.

Anatome phocæ etiam reperitur in *Act. Nat. Cur. Vol.* I. *obſ.* 9.

In iisdem *Actis Vol.* VII. *obſ.* 128. partus a morte matris. Seorſim etiam prodiit *de partu infantis poſt obitum matris* Diſp. Gedan. 1742. 4. HEBENSTREIT. De filio ex ſuſpenſa matre edito exemplum. Refert ad humorum putredinem.

Deinde alias aliquot Diſputationes edidit.

De ſanguine ejusque circulatione Gedani 1718. 4. HE.

De olfactu 1728. 4. HE.

De auditu Gedan. 1728. 4. HE. Pro hiatu membranæ tympani.

De guſtu atque loquela 1728. 4.*

De viſu 1728. 4.*

De tactu 1729. 4. HE.

De generatione animalium Gedan. 1729. 4. HE.

De ſomno & vigiliis 1729. 4. HE.

De acceſſu aëris per pulmones ad ſanguinem dubio 1732. 4.*

De circulatione ſanguinis medicina univerſali 1744. *

Libros edidit perpaucos; in iis *Deſcriptionem anatomico phyſiologicam fetus monſtroſi. Accedit obſervatio viri aqua ſuffocati* Gedani 1724. 4.* add. *Breslauer Samml. Verſuch* XXVII. Partus fuit unicorporeus, biceps, quadrimanus, quem noſter accurate incidit, ut etiam muſculos depictos dederit, & vaſa: viſcera etiam potiſſimum, cor unicum, auriculis quatuor, tribus ventriculis. Hepar unicum reperit, venam umbilicalem unicam, portarum duas. In dorſo linguæ eas venas depinxit, quas COSCHWIZIUS pro ductibus ſalivalibus habuit. Muſculum

lum inter ſplenium & complexum novum habet. In homine in aquis ſuffocato nulla iterum neque in ventriculo, neque in pulmone aqua fuit. Secundum muſculum trochlearem oculi vidit. Syſtema cauſarum accidentalium non probat. Liquorem amnii negat nutrire.

Ejusdem *anatomiſche Tabellen* Gedan. 1722. 8. 1725. 8. Tr. Amſterdam 1732. 8. Tr. 1743. 8. Tr. Aug. Vind. 1740. 8. 1745. 8. 1764. 8. Lipſ. 1741. 8.* 1754. 8. Latine Amſterd. 1732. 8.* minus plena editio. Gallice, vertente Cl. Massuet, Amſterdam 1734. 8. *Compendium anatomicum*, non ſine Cl. viri adnotationibus, etiam propriis, ut & aliquæ icones Cl. viri opus ſunt, pleræque quidem ex Verheyenio ſumtæ. In vaſis, & ligamentis fuſior eſt.

Programma, quo *vita viri* continetur, prodiit Gedani 1745. fol.*

§. DCCCLXXIX. *Diſputationes.*

Chriſtianus Michael Adolphus, Profeſſor Lipſienſis, ejus multa ſunt minora opera.

In *Cent.* VII. *Act. Nat. Cur. obſ.* 34. narrat inediam novimeſtrem feminæ Sileſiacæ.

Edidit Diſputationes pleraſque fuſas, & plenas collectis auctorum locis. *De motu ventriculi & inteſtinorum periſtaltico* Lipſ. 1720. 4.*

De inteſtinorum tunica villoſa plurimorum morborum foco 1721. 4.*

De colo inteſtino multorum morborum nido.

De eructatione flammante.

Collectæ eæ prodierunt cum aliis, cum titulo *Diſſertationum phyſico medicarum* Lipſ. 1747. 4.*

Simon Paulus Hilscher, Profeſſor Jenenſis, præter Diſputationes, ſed numeroſas, nihil ſcripſit.

Ejus ſunt *obſervationes & meditationes circa opus generationis in feminis* Jen. 1719 4.* De corpore luteo, ejus cavea & foramine, eodem in puerpera viſo & contabeſcente. In Nabothum.

Ejusd. *De loquela* Jen. 1729. 4.*

Ej. *De ſenſu corporis ſanitatis conſervandæ & redintegrandæ conſiliario* 1729. He.

De ſemine virili 1731. 4. Pl.

De rationali in praxi fundata ſphygmomantia, ſ. arte pulſum explorandi & ex eo judicandi 1732. 4.*

De longævitate hominum antediluvianorum 1733. 4. He.

De unico in homine rene progr. 1733. 4.*

De tempore partus humani naturali ac ordinario 1741. 4. He.

De mutuo animæ cum corpore commercio 1744. 4. progr.

De

De oculis ſanitatis & morborum indicibus 1745. 4. HE.

De auditu 1746. 4. PL.

J. Friderici POLLICH & J. VOGELMANN *de machina microcoſmica per motum animata* Erford. 1719. 4. B. BURCKH.

Jac. Wilhelm FEUERLIN *de argumentis exſiſtentiæ & providentiæ divinæ ex loquela hominis* Altdorf. 1719. 4. B. BURCKH.

Car. Wolfg. a LEBZELTERN *de viſu* Vindob. 1719. 4. B. BURCKH.

Jac. Franc. KRUSIUS *de* KRAUSENBERG *de hominis ortu, vita, morte, morbo & medicina* Prag. 1719. 4. HE.

J. Henr. MULLER *Brutorum actiones mechanice inexplicabiles* Lipſ. 1719. 4.*

J. Thom. HENSING *cerebri examen chemicum, ex eodemque phoſphorus ſingularis omnia inflammans* Gieſſ. 1719. 4 * per experimenta nata Diſſ.

EJ. *Admiranda generationis rerum naturalium* Gieſſ. 1721. 4.*

Brandan MEIBOM *de animæ ad reſtituendam ſanitatem impotentia* Helmſtatt. 1719. 4.*

EJ. *De fundamentis brevioris vitæ* 1729. 4.

EJ. *De pilis eorumque morbis* 1740. 4.

Sigism. Aug. PFEIFFER *Embryologia ſ. doctrina fetuum in utero* Stettin 1719. 8.

J. Chriſtophori LISCHWIZ, Profeſſor Kilonienſis, Diſp. *de voce & loquela* Lipſ. 1719. 4.*

EJ. *De ortu & propagatione hominum* Lipſ. 1723. 4.* cum icone pudendi muliebris.

EJ. *De maſticatione* Lipſ. 1725. 4.*

EJ. *De naturæ ſingularibus luſibus erroribusque circa varias C. H. ſolidas partes* Kiel. 1732. 4.

EJUSD. *An aër ex pulmonibus ſubſtantialiter tranſeat ad ſanguinem* Kiel. 1735. 4. progr.

EJ. *De principio venarum* Kiel. 1736. 4.*

EJ. *Sanguinis renum in fetibus urinæ ſecretionem declinans diverticulum* Kiel. 1736. 4. progr.

EJ. *Omenti fabrica* Kiel. 1737. 4.*

Juſti Chriſtophori BOEHMER, *Memoriæ Profeſſorum Helmſtadienſium*, Guilferbyti 1719. 4.* ARNISÆI, SIEGFRIDI, CONRINGII, SCHRADERI vitæ &c.

Jacob de FONSECA *de chylificatione* Leid. 1719. 4.*

Guilielm. SAWREY *de liene* ib. 1719. 4.*

Otto Frider. CORTHUM *de aëris ſeorſim ab exhalationibus conſiderati in corpus humanum effectu* ib. 1719. 4.*

Franciſci

Franciſci ARDINOIS *de fundamento totius medicinæ anatomica* ib. 1719. 4.*

Cornelii van BLEISWYK *de medicina automatica* ib. 1719. 4.*

Sebaſtiani MIDDELBEECK *de incremento fetus humani in utero* ib. 1719. 4.*

Chriſtophori LIPSTORP *de morbis paſſionum animi* ib. 1719. 4. Motum tonicum ſequi intentiones animi.

Martin v. ROSSEN *de functione cutis* ib. 1719. 4. PL.

Henrici PEMBERTON, jatro-mathematici, *de fabrica oculi, quæ ad diverſas rerum diſtantias ſe accomodat* Leid. 1719. 4.* & in ſelectis noſtris T. VII. Fibras muſculoſas, nondum equidem conſpectas, lentis cryſtallinæ convexitatem augere & diminuere.

Idem *introductionem* præfecit operi COWPERIANO Londin. 1724. fol.* In ea calculos BORELLI ſubvertit, & aliquos peculiares caſus conſideravit, in quibus muſculi vis abſque effectu impenditur. Duplicationem impenſarum virium a reactione pendentem rejicit. Cauſam motus muſculorum in medio reliquit.

Poſthuma prodierunt *Elements of phyſiology* London 1772. 8.* in quibus anatome & fabrica partum reperitur & uſus. Fere ſimilia eorum docet, quæ in noſtris reperiuntur, non ut nos exſcripſerit, ſed quod eadem ipſi vera viſa fuerint.

Leonhard SMEUR *de origine lymphæ pericardii* Utrecht 1719. 4.* Putat ſe vidiſſe fontes ejus lymphæ glanduloſos duos, priorem ſupra aortam, alterum ſupra arteriam pulmonalem.

J. Fr. LEAULTE' & *Jac.* TRANT *Ergo virgines poſſunt lacteſcere* Paris 1719. 4.

Mich. Ludwig VERNAGE & *Lud. Simeon* MELEZ *E. corporis functiones a ſanguine* Pariſ. 1719.

Ant. PEPIN & *Guil.* de MAGNY *Ergo deſiderati cibi digeſtio felicior* Pariſ. 1719.

Eman. Maurit. DU VERNEY & *Petri* MALOET *Ergo multis in morbis corporis elucet mechaniſmus* Pariſ. 1719.

§. DCCCLXXX. *Diaria anni* 1720.

In *Phil. Tranſ.* n. 366. *William* RUTTY de ſpina bifida.

EJUSD. *Treatiſe of the urinary paſſages concerning their deſcriptions power and uſes* London 1726. 4.* Gallice etiam prodiit, & Germanice vertente J. L. HUTH Noriberg. 1759. 8.* Multa ex MORGAGNO. Renes hyænæ depinxit, cui animali, ut toti felino generi; venæ grandes per ſuperficiem renis dividuntur. Duplex pelvis viſa & duplex ureter. Faſciculus fibrarum ex oſſe pubis in proſtatam productarum, quem a *Jacobo* DOUGLASSIO habuit. Ureteris dilatationes & in veſicam aperti oſtium. Sinus urethræ.

In *Breslauer Sammlungen* 1720. *Verſ.* XI. locus eſt, quo de viro pedibus manco agitur.

Fetum omni tempore animatum eſſe.

Defluvium pilorum de toto corpore.

Abortus hydatidum.

Agnus ſepes, & alius pedibus imperfectis.

De quodam SCHULZE, ſurdos loqui docente.

Verſuch XII. Monſtroſi partus, ſimiæ ſimilis, labio leporino fœdatus: alia monſtra.

Narratio de homine 108. annorum.

Puella facie hirſuta.

Verſuch XIII. aliqua peculiaria de fetu ORTHIANO.

Fetus varie difformis.

Verſuch XIV. de inteſtino vulnerato, per latus aperto, cum digeſtione imperfecta cibi.

Cyprinus androgynus.

Hoc anno ceperunt prodire *acta literaria Sueciæ* Upſal. & Roſtock. 1720. 4.* Hic etiam ſubinde aliquid anatomici argumenti reperias.

§. DCCCLXXXI. *J. Henricus* SCHULZE,

Profeſſor primum Altdorfinus, inde Halenſis, HOFMANNI familiaris & adjutor, vir varie eruditus, non quidem inciſor, ut tamen multis modis de phyſiologia bene meritus ſit. Numeroſiſſimi ejus ſunt minores libelli, programmata & diſputationes.

De periergia in ſtudio anatomico vitanda Altdorf. 1719. 4.*

De juſta ſtudii anatomici æſtimatione.

Hiſtoriæ anatomicæ Spec. I. Altdorf. 1721. 4.* & II. 1723. 4.* recuſa cum HARTMANNI originibus anatomicis Hall. 1759. 8.* Primæ anatomes antiquitates: contra Aegyptiorum anatomicam peritiam: de primis in Græcia inciſionibus corporum humanorum, ARISTODEMI & ARISTOMENIS. HIPPOCRATIS anatome. Philoſophorum merita. Vitioſa ARISTOTELIS anatome: anatome ERASISTRATI, HEROPHILI, RUFI, CELSI.

Programma *ad anatomen publicam* ib. 1725. 4.*

Et aliud 1727. 4.

De oſſibus conferventibus 1727. 4.*

De refectione celeri per alimenta humida 1728. 4.*

Ad noſtrum etiam pertinet *Sebaſtiani* REININGER Diſſ. *de cavitatibus oſſium capitis, earumque vera conſtitutione, uſu & morbis* Altdorf. 1722. 4.* Sinus potiſſimum ethmoidei bene deſcripti.

De

De obſervationibus anatomicis, quod & ipſum eſt *programma ad anatomen invitatorium* 1729. 4. He.

De vaſis umbilicalibus natorum & adultorum Hall. 1733. 4.*

An umbilici deligatio in nuper natis abſolute neceſſaria ſit ib. 1733. 4.* Magnos inter phyſiologos & jurisprudentiæ forenſis auctores motus hæc diſſertatio excitavit, qua vir Cl. defendit, non ligato funiculo umbilicali nullum ſanguinem de fetu ſtillare, neque adeo periculum ei aliquod ſuſcitari. Arterias umbilicales ſe de ſua vagina eripere, & inanes ſupereſſe. Geniculum, quod ſit in umbilici arteria, quod idem rumpatur, ut eæ arteriæ ſe retrahant.

De ſudore Hall. 1734. 4.*

De temperamentorum exſiſtentia, illorumque uſu in medicina Hall. 1734. 4.* Pl. lego etiam 1737.

De liene canibus exciſo. Porro Hall. 1735. 4.*

De mechanico naturæ artificio in vulneribus perſanandis 1735. 4.*

De ſanguinis humani conſtitutione naturali & præternaturali 1735. 4.*

De medico vehementer laudari digno 1735. 4.* Ab ignoratione anatomes magna mala. Chirurgus palpebram tertiam pro pterygio habuit, & geſtivit excidere.

Ej. & Plenn *de mechaniſmo muſculorum abdominalium* 1736. 4.*

De naturali & præternaturali menſtrui ventriculi conſtitutione 1736. 4.*

De mechanico ſe- & excretionis fundamento 1736. 4.*

De tono partium corporis humani 1737. 4.*

De anatomes ad praxin chirurgicam ſumma neceſſitate 1737. 4.*

De mumia 1737. 4.*

De larga alimentorum ingeſtione cum eupepſia ut ſigno ſanitatis 1737. 4.

De elaſticitatis effectu in machina humana 1738. 4.*

De ventriculi & inteſtinorum ratione in omni morbo habenda 1738. 4.*

Ej. & Kiesewetter bona Diſp. *de lithiaſi ſiniſtro, quam dextro, reni magis infeſta* 1738. 4.* ob longitudinem venæ renalis ſiniſtræ.

De pinguedine 1739. 4.* Lymphæ per celluloſam telam motum docet.

De conſideratione oſſium recentium utili & neceſſaria 1739. 4.*

Ej. & Engelbrecht *de raucitate* 1740. 4.*

De chemiæ ad corpus humanum applicatione 1742. 4.*

De lacte 1742. 4.*

De vomitu & vomitionibus 1742. 4.

De nonnullis ad motum cordis & circulationem ſanguinis pertinentibus 1742. 4.*

Ej. & LAUFFER *de infante ſine cerebro nato* 1743. 4.* Aliquæ tamen de cerebro reliquiæ ſupererant, & medullares nervi.

Hiſtoria medicinæ a rerum initiis ad annum MDXXXV. Lipſiæ 1728. 4.* Eruditum opus & optimo cum judicio exaratum. Anatomen Aegyptiorum potius nimis deprimit. De circuitu ſanguinis noſtro Chinenſes ne cogitaſſe quidem oſtendit. ARISTOTELIS anatomen non magni facit: ejus artis incrementa philoſophis tribuit, tum ERASISTRATO atque HEROPHILO.

Ej. *Compendium hiſtoriæ medicinæ a rerum initio ad* HADRIANI AUGUSTI *exceſſum* Hall. 1741. 8.* Pauca huc faciunt; fere ASCLEPIADIS placita, & methodicorum.

Promiſerat hiſtoriam medicinæ ad reparatas uſque literas continuatam, ſed nihil ultra prodiit. Infelix fuit in re familiari.

Phyſiologia medica uſui prælectionum accomodata prodiit cura generi *Chriſtophori Caroli* STRUMPF Hall. 1747. (1746.) 8.* BOERHAAVIUM ſequitur, ſed timidius.

In BUCHNERI *miſcellaneis* 1727. defectum glandulæ pinealis in fatuo: glandulas thyreoideas duas; duos ductus pancreaticos; invaginationem inteſtini innocuam dixit.

In *Comm. Litt. Nor.* 1731. *ſp.* 5. agit de oſſiculo ſeſamoideo vertebræ primæ lumborum; de utero, in quo ſanguinis nonnihil; de tuberculo LOWERI magno.

Ib. de tranſudatione pinguedinis per vaſorum poros.

Ann. 1732. *hebd.* 51. De dente elephanti prope Halam reperto.

§. DCCCLXXXII. *Varii.*

J. Leonhard FRISCH *Beſchreibung von allerley Inſecten in Deutſchland*, XIII. Theile. Berlin. Tomus I. ann. 1720.* Tomus XIII. ann. 1738. 4.* Etſi propius ad hiſtoriam naturalem pertinet, multa tamen habet ad generationem inſectorum, ad animalia gallis ſimilia, ad ova & excluſionem pertinentia. De aliis etiam inſectorum ſcriptoribus in ſuis præfationibus judicia adfert.

Ej. *Beſchreibung der Vögel* Berlin 1733. ad 1736. Splendidum & pretioſum opus, & ipſum paſſim ad venerem, ova, cibumque avium pertinet. Aves rapaces pilulas facere ex materia indigeſta, eas evomere; etiam in piſcibus ſe pilulas vidiſſe. Anates varios ex imaginatione colores facile accipere.

Ej. *Eph. Nat. Cur. Vol.* I. *obſ.* 221. latibula veſpertilionum.

In *Miſcell. Berolinenſibus Cont.* II. hypotheſin tradit, tria vermium humanorum genera idem eſſe animal, & lumbricum evolutum in tæniam abire.

Ib. de aphidibus. Omnes viviparas eſſe, fetum maximum, marem alatum.

J. M. GLUSING, qui ſe archiatrum Polonicum dixit, & Hamburgi vixit, *Anatomia rationalis &c.* Hamburg. 1720. 4. cum 6. tabb. folio magno.* Nihil

hil miſerius hoc ſeculo prodiit. Ipſa hiſtoria ita rudis, ut cerebrum aiat a temporali & bronchiali arterias habere, hujus bronchialis nomine pulmonalem arteriam deſcribat.

J. HERLIN, Medici Altenburgenſis, *balſamirte und fünf Jahre herumgeführte Manni* Frankf. und Leipz. 1720. 8. CAT. BOECL. Chemniz 1725. 8. GOZ. ſcript. STAHL. Habet etiam balſamo condiendi rationem.

Curioſe Nachricht von ſtarken Leuten, ſonderlich von J. CARL *von* ECKENBERG Frankf. 1720. 4. B. THOM.

HYGIANDERS *Regeln vom Urin* Nürnberg 1720. 8. HEIST.

M. D. L. F. PRETRE (*de la* FERRIERE) *tr. des abeilles, avec une diſſertation ſur leur generation* Paris 1720. 16. B. BOEHMER.

P. CALMET & ALLIOT Diſſ. *ſur la ſueur de ſang de* J. CHRIST Paris 1720. 8. Omnino huc pertinet, cum auctor oſtendat, qui fiat, ut ex gravi mœrore ſanguineus ſudor erumpere poſſit.

Joachimi POETÆ *de uſu uvulæ* Napoli 1720. 8. PORT.

EJ. *Che la natura nell' ingeneramento de moſtri non ſia ne attonita, ne diſadatta* Napoli 1752. 4.

Martinus SCHURIG, Medicus Dreſdenſis, multos libros compilavit, conſarcinatis ſcriptorum vulgarium locis, vix unquam propria ulla rei viſæ memoria auctis. Quare ſoli tituli ſuffecerint.

Spermatologia Francof. 1720. 4.*

Sialographia Dreſd. 1723. 4.*

Parthenologia ib. 1729. 4.*

Muliebrium hiſtoria ib. 1729. 4.*

Gynæcologia ib. 1730. 4.*

Syllepſiologia 1731. 4.*

Hæmatologia 1744. 4.*

§. DCCCLXXXIII. *Diſputationes.*

Gottl. Ephraim HERMANN *de oſcitatione & pandiculatione* Altdorf. 1720. 4. Hall. 1737. 4. BAIERI opus PL.*

Florian Bertrand GERSTMANN *de pulmonum vera functione* Tremonæ 1720. 4.*

Gottfried Mich. NITSCHE *de inſenſibili tranſpiratione* Erford. 1720. 4. præſide J. A. FISCHER.

Ge. Gottfried JANITSCH *de ſomniis medicis* Argentorati 1720. 4.

Petri BECKER *nova hypotheſis de duplici viſionis organo, dioptrico altero, altero catoptrico, quorum hoc inſectis, illud animalibus reliquis natura conceſſiſſe videtur* Roſtock. 1720. 4.* De oculis inſectorem. Nulla iis pupilla, neque cornea pellucida tunica, ſed oculi catoptrici. *J. Bernh.*

J. Bernh. WIDEBURG *oratio de influxu ſiderum in temperamentum hominis* Jenæ 1720. 4.

Georg. Frider. ORTH *de fetu* 46. *annorum* præſide R. J. CAMERARIO Tubing. 1720. 4.* Memorabilis hiſtoria: vidi fetum, oſſea & calloſa cruſta tectum, qui nunc in horti regii Pariſini Theſauros tranſiit. De eo etiam fetu in *Phil. Tranſ.* n. 367. & in *hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1721.

Martin Jacob KUPFER *volvulus ſanguineus* Regiomont. 1720. 4.* & in *collectione practica.*

Chriſtian Ludw. CHARISIUS *de bulimo* Regiomont. 1720. 4.*

EJ. *De morte ſubmerſorum in aquis* ib. 1731. 4.

Franc. Wilhelm MENCEL *de ſtructura mammarum* Leid. 1720. 4.*

Richardi BARRET *de compreſſione, quam pulmo in reſpiratione patitur* Leid. 1720. 4.* Ad 752. librarum in leni exſpiratione, ad 4382. in fortiſſima æſtimat.

Arnold MEYER *de errore loci* Leid. 1720. 4.*

Ulric. Wilh. RHODE Leid. 1720. 4. Ad anatomen cerebri & nervorum.

Matthias van STOLK *de ſplene ejusque uſu* Leid. 1720. 4. PL.

J. KIRTON *de primis viis* Leidæ 1720. 4. B. BOEHMER.

Edward STROTHER *de vi cordis motrice* Utrecht 1720. 4.* Breviſſimus.

Stephan Henrich CAAMANN *de aëris efficacia & uſu mechanico in corpore humano* Duisburg 1720. 4. HE.

Gabriel Antonii JACQUES & *Georg. Anton.* TARON *de* LOMMEAU *E. humorum præſtantior ſemen* Pariſ. 1720. 4.

Guil. de MAGNY & *Jac. Julian.* CARRÉ *Non ergo quo ſalacior femina eo fecundior* Pariſ. 1720.

Cl. de la VIGNE & *Ant.* CASAMAJOR *E. fluxus menſtrui & tranſpirationis inſenſibilis materia eadem* Pariſ. 1720.

§. DCCCLXXXIV. *Antonius Cæleſtinus* COCCHI,

Romanus, diverſus ab *Antonio* COCCHI *Mugellano.* Inter ejus *epiſtolas medicas* Romæ 1725. editas, & Offenbaci 1732. 4.* recuſas, eſt data anno 1720. ultima, de venæ cavæ dilatatione.

EJ. *Lectio de muſculis & ortu muſculorum* Rom. 1743. 4.* Ratiocinia.

§. DCCCLXXXV. *Diaria anni* 1721.

In *Philoſophicis Tranſactionibus*, inque *Mem. de l'Acad. des Sciences*, quæ anatomici exſtant argumenti, ea ad auctores pertinent, aliis locis recenſos.

In *Breslauer Sammlungen* 1721. *Verſuch* XV. de homine ſeculari relatio.

Verſuch

Verſuch XVI. Partus veſicularum. Menſes ſub genu viam ſibi aperientes. Equus ſepes, bos quinquepes, & alia ejusmodi.

Verſuch XVII. de *Georgii* GEHLERI M. S. Chiromantico, & nonnullis ejus artis legibus, quæ hic minime repudiantur.

Atreta vagina.

Digiti manus pedisque connati. Breves aliæ monſtrorum hiſtoriæ, ex terrore natorum.

Aliqua de multiparis.

Fetus gemelli epigaſtriis connatis.

De animalibus præter naturæ conſuetudinem albis.

Manus & pes difformis.

Verſuch XVIII. Gemelli communi funiculo umbilicali.

Diverticulum inteſtini ilei in puello.

De *Petri la* COUREGE anatomia cerea, de NOUESIANIS ejusmodi ſtatuis aliisque.

§. DCCCLXXXVI.

Petrus Antonius MICHELOTTI. D. BERNOULLI.

MICHELOTTUS, Tridentinus, Medicus Venetus, Jatromathematicus ex præcipuis & cautioribus. EJUS *de ſeparatione fluidorum in corpore animali diſſertatio* Venet. 1721. 4.* non minimam phyſiologiæ partem continet. In *prænotandis* de fluidis in genere agit. Inde incipit leges ſecretionis humorum eruere: uti glutinoſæ particulæ a minus glutinoſis, elaſticæ a minus elaſticis, magis centrifugæ a minus centrifugis ſecedant. Ut ex æquabili preſſione circularis figura vaſorum naſcatur (non naſcitura ſi parietes inæqualiter robuſti forent, ut in exemplo ſinuum duræ membranæ cerebri). Inde metitur preſſiones, quas fluida experiuntur, quamve canales conici aliive. Recte negat, ab anguſtia minimorum vaſorum ſanguinem accelerari. Negat velocitatem ſanguinis in data arteria accurate poſſe menſurari; retardari tamen in minimis, etiam ex adtritu & ſuperata tenacitate. De plicarum vi velocitatem frangente. Globulum graviorem minorem velocitatem a communi cauſa recipere. Sanguinem a contracta arteria perinde ad cor retro agi, uti ad ramos promovetur. Hic digreſſio intercedit de vi, quam ſanguis in pulmone patitur, aut vi, qua aër in vaſa pulmonum nititur. Longe aliter noſter quam KEILIUS, neque vim aëris in pulmone majorem ſex unciis facit, exſpirationis vim fere quadruplam, celeritatem vero expulſi aëris pedum 400. in minuto ſecundo. De fabrica glandularum. In BIANCHUM. Epiſtola MORGAGNI pro veſicula arteriæ & ductui excretorio interpoſita.

Denique *de humorum in corpore humano ſecretione.* Ejus leges aliquæ generales. Fluidorum humanorum conſideratio & diverſa indoles, parum plene. Pro

Pro ſpiritibus animalibus. Cur diverſis in colis diverſi humores de ſanguine ſecedant. Plurimum tribuit naturæ particularum in ipſo jam ſanguine ſua, ut fluiditate maxima minimave præditæ ſint. Diametro etiam particularum multum tribuit. Interponitur LEIBNITII epiſtola, quæ adtractioni ad ſimiles particulas favet. Hæc primam partem operis efficiunt, quam nulla alia ſecuta eſt.

Una excuſæ ſunt, tres quas dixi, *Johannis* BERNOULLI diſſertationes.

Inde MICHELOTTI in KEILII de motu muſculari hypotheſin animadverſiones.

EJUSD. *ad* B. FONTENELLIUM *epiſtola qua aër pulmones influens cogatne an ſolvat ſanguinem eorum canales permeantem inquiritur* Pariſ. 1724. 4.* Contra HELVETIUM, qui ſanguinem in pulmone cogi docuerat & denſari. Negat humanos humores omnes ab aëre cogi: negat denſitatem in ſanguine ruborem facere: ab aëris defectu imam partem grumi ſanguinei docet nigreſcere. Sanguinem arterioſum venoſo eſſe denſiorem. Venam pulmonalem minorem factam eſſe putat, quod per eam ſanguis celerius fluat. Dextrum ventriculum cordis ampliorem eſſe, ſed minus perfecte depleri. Aërem ſanguini eſſe pro fermento.

EJUSD. *Apologia, in qua* BERNOULLIUM *motricis fibræ in muſculorum motu inflatæ curvaturam recte ſupputaſſe defenditur, & R.* MEAD (potius PEMBERTON conf. ACT. ERUDIT. 1728. p. 276.) *objectionibus reſpondetur.* Ipſius, ut audio, J. BERNOULLII opus. Prodiit Venet. 1727. 4. WACHEND.

In *Comm. Bonon.* T. I. de morbis vaſorum varia habet, & ea occaſione de circulari figura arcus aortæ.

In *Vol.* IV. *Act. Nat. Cur. obſ.* 59. & 89. de ſaliva ſaccharina.

Daniel BERNOULLI, *Johannis* Fil. Med. D. & Profeſſor, etiam nunc ſuperſtes, primum *de reſpiratione* diſputationem dedit inauguralem Baſil. 1721. 4.*, in *noſtris ſelectis* recuſam. Dilatationem pectoris inſpirantis æſtimat, & aëris copiam, & vim, cum qua aër in pulmones deſcendit, & viciſſim efflatur. Aërem ſanguinem ſubire putat.

EJ. *Poſitiones miſcellaneæ medico- anatomico botanicæ* Baſil. 1721. 4.*

Inde in *actorum Petropolitanorum Vol.* I. hypotheſin dedit de modo, quo motus muſcularis perficiatur; ut nervi anulares cylindricam fibram ſtrangulent, mutentque in veſiculas. Contractionis magnitudinem ex ſubtili experimento æſtimavit, in oculo capto.

Ib. egit de ſede cæca oculi, & de experimento MARIOTTI. Magnitudinem cæcæ partis & ſitum in nervi optici ingreſſu definit.

EJ. *Hydrodynamica, ſ. de viribus & motibus fluidorum commentarii* Argentorati 1738. 4.* Non quidem proxime phyſiologici ſunt argumenti, hic tamen citaſſe oportuit, cum etiam noſtri humores per ſua vaſa fluant, & communibus legibus regantur. Præcipuum vero diſcrimen fuerit in vi irritabili vaſis animalis, certe in aliquibus eorum vaſorum, & ipſius cordis. Huic enim mechanici nihil habent in ſuis mortuis tubis comparabile.

§. DCCCLXXXVII.

§. DCCCLXXXVII. Arent Cant.

Arent Cant, brevis ævi juvenis, non contemnendæ bibliothecæ poſſeſſor, Albini diſcipulus, edidit Leidæ 1721. 4.* *de receptaculo & ductu chyli diſputationem*, cum tabula, quæ in *impetubus* redit, ſed ab Albino vindicatur (p). Veſicula chyli notabilis, ductus recte ſupra ſubclaviam venam elatus, & duobus ramis deſcendentibus in eam venam inmiſſus.

Ej. *Impetus primi anatomici ex luſtratis cadaveribus nati* Leid. 1721. fol.* Præter primam iconem hic reperitur tabula muſculorum faciei, & figura arteriæ carotidis: tabula duræ matris cranium veſtientis, nonnullorum ſinuum, & muſculorum oculi: tabula non incommoda aliquorum pharyngis & inferioris maxillæ muſculorum: bonæ tabulæ cordis & pericardii ſuo in ſitu: tabula, qua ventriculus pleniſſimus exhibetur: & os palati plenius, cum ramo adſcendente: denique articulatio genu.

§. DCCCLXXXVIII. Bradley. *Alii.*

Richardus Bradley, polygraphus, qui potiſſimum botanica ſcripſit & œconomica. Ejus *philoſophical account of the works of nature* London 1721. 4.* catenam entium per ſequitur, & a terra per varias plantarum & animalium claſſes ad hominem adſcendit. Paſſim anatomica aliqua admiſcet, & addit *Jacobi* Douglas bonam ranæ feminæ inciſionem: girynorum etiam ſeriem, & fetus aliquos, anthropogoniam, ſceletosque hominis & ſimiæ, penem & vulvam cochleæ.

In aliis ſuis operibus paſſim aliqua phyſiologica tangit. Non felix in anguillis, quas facit viviparas (q).

In *country ladies director* de anſerum ſaginatione.

Cornelii Plevier *de meſenterio ejusque morbis* Leid. 1721. 4.* & Ej. *gezuiverde vroedkonſt* Amſterdam 1751. 4.* edente J. D. Schlichting. Nullos ex utero flatus admittit. Humorem amnii aliquantum, neque tamen ſatis alere: partum promoveri a fame fetus. Recte, uteri os ab ambulatione deſcendere. Admittit allantoidem. Icones anatomicæ non optimæ.

Gabriel Rzaczynski S. J. *hiſtoria naturalis Poloniæ & M. Ducatus Lithuaniæ* Sandomir. 1721. 4.* & auctarium *hiſtoriæ naturalis* Gedani 1736. 4.* In hac compilatione etiam animalia eorumque monſtra & longævi, proceri, pumiliones aliisve modis non vulgares homines, recenſentur, copioſe potius, quam accurate, creduli auctoris opus.

Henrici Joſ. Rega *de ſympathia, ſ. conſenſu partium corporis humani, & potiſſimum ventriculi in ſtatu morboſo* Haarlem 1721. 8.* 1765. 8. Francof. 1762. 8. Con-

(p) Nempe figuras Cantii ad ſuas inciſiones factas eſſe, neque bonas, Annot. L. III. c. 17.
(q) *Ladies direct.* p. 13.

Conſenſum potiſſimum fieri per membranas, quæ in corpore animali undique cohæreant, & per oſcillationem dolorificam, quæ e centro oſcillationis undiquaque diſpergatur. Fieri etiam a nervorum communicatione vel communi origine. Omnium humani corporis partium conſenſum percurrit, potiſſimum tamen ventriculi.

Ej. *De urinis tractatus duo* Lovan. 1733. 8. Francof. 1760. 8.

Ej. *Diſſ. de ſanguine, qua demonſtratur, nullo acido vitiari* ib. 1744. 8.

Franciſci FAVELET, qui & ipſe Lovanii docuit, *Prodromus apologiæ fermentationis in animantibus; inſtructus animadverſionibus in l. nuper editum de digeſtione* (HECQUETI) Lovan. 1721. 8.* Abſque experimento.

Ej. *Animadverſiones in S. de* VILLERS *medicas inſtitutiones* Lovan. 1735. 4.

Ej. *Novarum, quæ in medicina repullulaverunt, hypotheſium lapis lydius* Aquisgr. 1737. 12.

James HANDLEY, Chirurgi, *mechanical eſſays on the animal œconomy* London 1721. 8.* Anatome nihil habens proprii, aliqua phyſiologica ex KEILIO, deinde practica.

Thomæ Vincentii TOSCA, Theologi, *Compendium philoſophicum* Venetiis 1721. 8. In tomo V. phyſiologia & pathologia continetur.

Viti RIEDLIN, junioris, *Bericht vom Urtheil aus dem Harn* Ulm 1721. 8.

Alexander le BLOND, celebris pictor, edidit, *preparation anatomique des parties de l'homme ſervant a la generation* 1721. 4.* Icon vivis coloribus expreſſa, quæ redit apud COCKBURNE de gonorrhæa.

Otto v. HELWIG *ſonderbarer Diſcours vom Urin* Zittau 1721. 4.

§. DCCCLXXXIX. *Diſputationes.*

J. Chriſtoph. SCHMIDT *de analogia regni vegetabilis cum animali* Baſileæ 1721. 4.*

Nicolai HARSCHER *poſitiones tumultuariæ de reviviſcentibus iis, qui mortui credebantur* Baſil. 1721. 4.*

Claudii PASSAVANT *theſes medicæ miſcellaneæ* Baſil. 1721. 4.*

. . . CORDEY *de alimentorum in chylum converſione* Baſil. 1721. 4.

Thomæ SECKER, ex medico theologi & archiepiſcopi Cantuarienſis, Diſſ. *de medicina ſtatica* Leid. 1721. 4.* & in *meis ſelectis.* Multa, neque immerito, in SANCTORIANIS effatis carpit. Paſſim ab eo GALENUM exſcribi, ſibi ipſi eum contradicere, inhalationum examen negligere: ſed & KEILIUM parum ſibi conſtare.

Obiit ex carie femoris, 75. annorum ſenex, eo oſſe ſponte in lecto fracto.

Adami SPIES *de transmutatione elementorum in ſubſtantiam corporis naturalem* Leid. 1721. 4.*

J. F.

J. F. FLATO *de narium fabrica uſu & morbis* Leid. 1721. 4.

Mart. Loth. LANGE *de olfactu* Leid. 1721. 4. BUTTNER.

Michael Matthias LUDOLF *de vomitu* Leid. 1721. 4.*

EJ. *de viſu ſponte reſtituto* fuſus commentarius in *Miſcell. Berol.* T. IV. De viribus refringentibus humorum oculi.

Auguſtini BUDDÆI *de muſculorum actione & antagoniſmo* Leid. 1721. 4.*

EJ. *De fabrica ſinuum cranii.* In *Contin.* II. *Miſcell. Berolin.* icones dat horum ſinuum, hiſtoriam & varietates. Aliqua ad ſinus orbitarios.

Ib. De ovarii tumore pilis pleno.

In *Contin.* IV. *Miſcell. Berolin.* de oſteogeneſi præternaturam agit, quam veram oſſium naturam induere negat, ſed aut terram eſſe, aut compreſſam prius mollem membranam, nunc induratam.

Franciſcus Petrus SCRIBA, *animam rationalem vitæ, ſanitatis, morborum & convaleſcentiæ cauſam eſſe efficientem demonſtrat* Duisburg. 1721. 4.

Juſt. Heinrich MANGOLD *obſervationes medico-practicæ* Rinteln 1721. 4.* Multa phyſiologica.

J. Wilh. BOETTICHER *de vera fluidi nervei, ſ. ſucci nervoſi exſiſtentia, ejusque genuino uſu nervorum cavitate &c.* Berolin. 1721. 4. PL.

Car. Phil. HOFMANN *de ætate juvenili contrahendis ſponſalibus & matrimoniis idonea* Regiomont. 1721. 4. HEIST.

J. HAGER *de glandula thyreoidea* Witteb. 1721. 4.* contra VERCELLONUM.

Samuel SEELMATTER, medici Tobinienſis ſuperſtitis, *de natura hippocratis* Argentor. 1721. 4.

Jacobi CHATELAIN *de reſpiratione* Monſpel. 1721. 4.

Ludov. Simon EMMEREZ & *David* VASSE *Ergo a mente ſanitas* Pariſ. 1721.

Petri MALOET & *Andr. Joſ.* SERON *E. globuli ſanguinis ſpiritus* Pariſ. 1721.

Jac. TRANT & *Nicol. le* ROI *E. functionum æquabilitas a circuitu ſanguinis inæquali* Pariſ. 1721.

Germani PREAUX & *Thom. Ren.* GASNIER *E. a ſucco nerveo tetius fere corporis nutritio* Pariſ. 1721.

Joann. CORDELLE & *Joann.* MOULLIN *E. perpetuus & cordis a ſanguine & ſanguinis a corde motus ob æquilibrium* Pariſ. 1721.

Jac. FOURNEAU & *Joh.* MOULLIN *E. mentis perturbationes motum cordis ſanguinisque augent & minuunt* Pariſ. 1721. & in *meis ſelectis.*

. . . . HAWYS *oratio anniverſaria* HARVEJANA anni 1721. Londin. 1721. 4.

J. Franc. RAUCH *de partibus corporis humani earumque functionibus vivis* Wien 1721. 4.*

Ej. *De ſanguinis motu circulari* Wien 1728. 4.*

Ej. *De uſu ventriculi & inteſtinorum* ib. 1728. 4.*

Ej. *De catameniis* ib. 1735. 4.*

Ej. *De anomaliis menſium* ib. 1736. 4.* cum appendice, in qua de femina agitur, cui ſanguis menſtruus fere per omnes corporis poros erupit.

§. DCCCXC. *Diaria anni* 1722.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* M. Couzier n. 372. Utique a bile hominum a peſte occiſorum in venas animalis injecta, peſtis lethalis.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1722. Reliquiæ fetus in tuba, ut putatur.

Cl. Frezier de vitulo ſquamis tecto, ex terrore, ut putat.

In *Cent.* IX. *Act. Nat. Curioſorum* 1722. 4.* *Hieronymi* Laub ren ſiniſter duplex.

Obſ. 63. arenulæ in glandula pineali.

J. Caſpar Grimm hæmorrhoides in puero 6. annorum, *obſ.* 92.

Ej. in *Act. Nat. Cur. Vol.* II. *obſ.* 22. Cor totum per ſuppurationem conſumtum.

In *Cent.* X. una edita *Andreæ* Pizler arteriæ carpi loco alieno ſitæ, *obſ.* 42.

In *Cent.* XI. *obſ.* 49. *J. Burkard* Mögling de partu Orthiano 46. annorum.

In *Bresl. Samml. Verſuch* XIX. tumor abdominis feminæ, virginem vocant, in quo dentes, oſſa & crines.

Aliqua de manducatione mortuorum.

Cornua multiplicata de cranio cervi.

De homine pedibus deſtituto, agili & ingenioſo.

Virgo noctambula.

Monſtrum ex connatis gliribus coaleſcens. Fabuloſa aliqua.

Aliquid parti animalis ſimile ex recto galli inteſtino editum.

Fetus a morte matris in uteri oſtium nitens.

Verſuch XX. fetus capite deſtitutus tum pectore brachiisque.

Verſuch XXI. aſita per 25. menſes.

Ovum ovo prægnans.

Pullus gallinaceus pedibus anatinis.

Cancri titillatione vere ſopiti, etiam ſi diis placet, ſtertentes.

Fabulæ de hominibus, quos beſtiæ pepererint.

Verſuch XXII. ova prægnantia caudata.

Puella

Puella in deſerto educata aphona, cæterum ratione prædita.

Aliqua de inſectorum generatione.

Hic & XXI. pro generatione æquivoca, argumento vermium morboſorum.

De conſenſu nervorum C. H.

Puellæ connatæ.

In *Actis Liter. Suec.* a. 1722. de homine ope vitrioli in fodina metallica indurato & immarceſcibili.

De eodem *Phil. Tranſ.* n. 384.

In *Journ. des Sav.* 1722. *M. du* BOIS Medici, de partu ventrali per inciſionem educto, felici eventu.

In *Mém. de Trevoux Octobre* 1722. deſcribitur partus capite difformi, cranio deſtitutus, abſque cerebro aut oblongata medulla, cum nervi tamen adeſſent.

In *M. Nov.* D. NOGUEZ queritur de exigua firmitate hypotheſium, etiam anatomicarum & phyſiologicarum.

Hoc anno prodire ceperunt *Annales Academiæ Juliæ* Helmſtad. 1722. 8.* porro continuatæ, ut in iis recenſeantur ſcripta, quæ in ea Academia ab anno 1720. prodierunt. Intercedunt aliqua propria.

§. DCCCXCI. *Varii.*

Carolus de S. YVES, Medicus ocularius, quem alter ejusdem nominis, ſed ex aliena familia natus, ſecutus eſt. EJUS *nouveau traité des maladies des yeux, avec de nouvelles decouvertes ſur la ſtructure de l'oeil, & qui prouvent l'organe immediat de la vue* Paris 1722. 12.* Anatomen operi ſuo præmittit WINSLOWIANAM, cujus *expoſitio* eo tempore nondum erat edita, cæterum bonam. Pro MARIOTTI hypotheſi, ex eo argumento, quod iridis motus debilitato viſu & ipſe debilitetur, iris autem chorioideæ tùnicæ ſit propago.

Chriſtiani Bernhardi ALBINI *ſpecimen anatomicum exhibens novam tenuium hominis inteſtinorum deſcriptionem* Leid. 1722. 4.* 1724. 8.* *Bernhardi Siegfriedi* ALBINI frater, inde Profeſſor Ultrajectinus, ſingulari morbo adfectus contabuit; tanta nempe ei fuit in auditu ſubtilitas, ut etiam remotos & tenues ſonos cum intolerabili incommodo perciperet. Cæterum fratris uſus experimentis inverſum inteſtinum hic docet inflare. Ita aër per eam ſedem, qua meſenterium adhæſerat, ſubit inter muſculoſam tunicam, & villoſam, & totam nerveam membranam diſſolvit, inque celluloſam telam convertit. Nos inciſa nervea membrana ſufflabamus, ut celluloſa ſecunda appareret, celluloſam tertiam oſtendebamus inciſa villoſa.

EJUSD. *De anatome prodente errores in medicis* Utrecht 1723. 4.* Nimias vires ventriculo tributas, & alias ſimiles hypotheſes ab anatome refutari.

J. Baptiſtæ PAITONI *della generazione dell' uomo diſcorſi academici* I. II. Venez. 1722. 4.* & III. IV. ib. 1726. 4.* Ad difficultates movendas aptus, non

perinde ab experimentis ad verum demonſtrandum inſtructus. MALPIGHIANAM ſententiam defendit, neque ovulis GRAAFIANIS favens, neque inviſibili ovulo VALISNERII, neque ſpermaticis vermiculis, quos tamen hoſpites nativos eſſe ſeminis admittit, quorum utilitas ignoretur. In utero feminam fecundari, neque ſemen ad ovarium venire.

EJ. *Vindiciæ contra epiſtolas Petri* BLANCHI D. Venet. 1724. 4.* Hoc nomen eſt Raguſino medico, diſcipulo VALISNERII, qui præceptorem ſuum contra PAITONUM duabus acribus epiſtolis tuitus eſt. In prima epiſtola noſter oſtendit neceſſe eſſe ſemen reſorberi, & in ſanguinem redire, niſi in immenſum velis coacervari. In altera negat, motu tubæ poſſe aliquam auram ſeminalem ad ovarium promoveri.

Bartholomæi BOSCHETTI, Vicentini, *de ſalivatione mercuriali* Venet. 1722. 4. 1735. fol. 1744. 4. Offenbach. 1734. 4.* aliqua de ſalivæ fontibus, natura, uſu & vitiis.

J. MASSONEAU, M. D. & Chirurgus. EJUS *Cirurgia natural data al luz por el ſupremo autor del mundo en la creacion de l'hombre* Madrit 1722. 4. videtur eſſe phyſiologici argumenti.

J. W. ALRUTZ *Vademecum anatomico-chirurgicum* Hanover. 1722. 8.

La medecine ſtatique de SANCTORIUS, *traduite par le* BRETON Pariſ. 1722. 16.

J. Frid. HENKEL, celebris metallurgi, *Verwandtſchaft der Pflanzen mit dem Mineralreiche* Lipſ. 1722. 8.* De terra oſſium humanorum & ejus albo vitro aliqua.

EJ. *De ſudore phoſphoraſcente* in *Act. Nat. Cur. Vol.* V. *obſ.* 94.

Giuſeppe Antonio BADIA *iſtoria rara di un ſangue cavato col ſiero nero ed eſperienze ſopra lo ſteſſo* Parma 1722. MAZUCH.

Chr. VÖLTER *neu eröffnete Hebammenſchule* Stutgard 1722. 8.* Obiter partes genitales deſcribit. Nævis fidum adhibet.

Sam. DWIGTH *de vomitione &c.* Lond. 1722. 8.

Der rechte Gebrauch der Affecten, darinn ihre Natur, Eigenſchaften, Würkungen und Gebrauch vorgeſtellt werden Witteberg 1722. 8.

Eugenius PHILALETHES *hiſtory of long livers* London 1722. 8. OSB.

§. DCCCXCII. *Diſputationes.*

Chriſtoph. Daniel MELZER *de modo ſecretionis humorum* Regiom. 1722. 4.*

Eſdras Henrich EDZARD *de corporis humani palingeneſia* Witteberg. 1722. 4. B. BOEHM.

EJ. *De cygno ante mortem non canente* Witteb. 1722. 4.

Car. Ferdinand MAYER *de ſiti* Argentor. 1722. 4.*

Polycarpi

Polycarpi LEYSER *primæ novi ſyſtematis medicinæ lineæ* Argentor. 1722. 4.* Contra ſanguinis circuitum. In BORELLI calculos de potentia cordis.

EJUS, certe ejusdem nominis, *de fruſtranea cadaveris inſpectione* Helmſtatt. 1723. 4.

Emanuel Chriſtian LOEBER *hiſtoria inflammationis* Hall. 1722. 4.

Gottfried HELD *de* HAGELSHEIM *de tempore partus occaſione partus tubarii per quadraginta ſex annos geſtati & in vetula nonaginta quatuor annorum mortua inventi* Bareith. 1722. 4.*

J. Caſimir HERT progr. *ad anatomen cadaveris maſculini* Gieſſ. 1722. 4.*

Aliud *ad anatomen duorum cadaverum* 1726. 4.*

IDEM *Cent.* X. *Act. Nat. Cur. obſ.* 24 Menſes & fecunditas vetulæ redditæ.

Dan. Alb. FORSTER (& J. A. SCHMIDT præſ.) *de menſtruo fluxu, ejusque ſuppreſſione,* Helmſtatt. 1722. 4.*

Gerard. Anton. de SONSBEK *de reſpiratione* Leid. 1722. 4.*

J. Henr. LAMPRECHT *de mechaniſmo corporis humani* Leid. 1722. 4.*

Iſaac HESTERMANN *de vario ſanguinis motu per præcipuas corporis humani partes* Leid. 1722. 4. B. BOEHM.

Hugo RIED *de præparatione bilis in hepate* Leid. 1722. 4.

TELEMANN TAME *de nervis illæſis & læſis* Leid. 1722. 4.*

André Joſeph SERON & *Lud. Joh. le* THUILLIER, *E. alimentorum coctio a fermentatione* Pariſ. 1722. Contra tritum.

Thomas Ren. GAGNIER & *Ludov.* DUVRAC *Ergo ſolida agunt & aguntur* Pariſ. 1722. 4.

. . . . PLUMPTRE *oratio anniverſaria* HARVEJANA London 1722. 4.

§. DCCCXCIII. *Diaria anni* 1723.

N. 377. *Georgii* MACKENZIE anatome animalis *Coati mondi,* aliquantum diverſa ab ea, quam Pariſini anatomici dederunt.

COLIN MACLAURIN, celebris mathematicus, anatomen dedit fetus, cujus capita duo, duoque fuerunt thoraces, pelvis & pedes ſimplices.

N. 378. *Robertus* HOUSTOUN de fetu ventrali, ſexto anno per inciſionem detecto.

N. 379. *Johannis* HUXHAM, celeberrimi clinici, deinde *Guilielmi* OLIVER relatio, de puella, cui ex ſpongioſa carne in ſede umbilicali urina per duos poros prodibat, duæque erant vaginæ, per quarum alteram cum concepiſſet, non inmiſſo pene, oportuit utramque ſcalpello conjungere, quo fetus poſſet educi.

In *Phil. Tranſ.* n. 382. ſaliva viridis.

In

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1723. uterque GEOFFROY de fetu, cujus duo erant corpora, pelvis cum pedibus unica.

In *Act. Liter. Suec.* 1723. *Joh.* LINDESTOLPE fetum per anum eductum recenſet, repetitum in *Phil. Tranſ.* n. 385, & menſes per aurem fluentes.

IDEM anno 1724. de acicula deglutita & ex manu exciſa.

In *Breslauer Sammlung. Verſuch* XXIII. *Rud. Auguſtus* BEHRENS, Medicus Brunsvicenſis, fuſe anatomen corporis humani deſcribit, quam adminiſtraverat. Hydatides recte a cellulis adipoſis interpretatur. Glandulæ ventriculi. Ductu cyſtico ligato, flatu acto in ductum choledochum, felleam veſiculam paulum tamen intumuiſſe. Gulam accurate pone aſperæ arteriæ partem membranaceam poni.

In eodem Diario 1723. M. *Jan.* internos & externos muſculos intercoſtales potius aliorum muſculorum motui obſequi docet.

In *Comm. Lit. Nor.* 1737. h. 18. promittit l. de nodis & contortionibus inteſtinorum. Non puto prodiiſſe.

Ej. Ad fratrem gratulatio, ubi de longævitate agit.

IDEM Brunsvici 1748. 4.* edidit *orationem de fortuna medicorum aucta in terris Brunſwicenſibus.*

Porro in *Breslauer Samml. Verſ.* XXIII. Hæmorrhoides ex palato.

Magna pars oſſis callo reparata.

De ſene 109. ann. inciſo, (eodem de quo SCHEUCHZERUS).

Quadrigemini.

Femina, ſi vera eſt fabula, 86. anno ætatis ſuæ puerpera.

Aſitæ duæ, altera 10. annorum, altera trium.

Verſuch XXIV. menſes fœtidiſſimi.

Ova caudata, articulata.

De monſtris nonnulla, quorum ultimum labium eſt leporinum.

Sic *Verſuch* XXV. quadrupeda ſex pedibus, etiam duobus capitibus. Sed hæc omnia repetere nolo, quæ fere ex vulgatiſſimis fontibus & publicis *novellis* ſumantur.

Iterum monſtra varia, quorum externa facies deſcribitur.

Puer cranio deſtitutus & cute.

Partus a morte matris.

Placenta hydatica.

Atreta inciſione ſanata.

Iterum de robuſto viro ECKENBERGER. Nihil valde adtinet, num vero robore, num artificioſo virium ſuarum uſu, pondera illa maxima ſuperaverit.

Verſuch

Verſuch XXVI. Ales, ut videtur, pro monſtro habita.

Fetus inæquales, quorum alter minimus & imperfectus.

Dens comprehendens.

Fetus ventralis in ovo ſuo.

Fabellæ de multiparis. Etiam octo fetus uno partu editos eſſe.

§. DCCCXCIV. *J. Baptiſta* MAZINI,

Jatromathematicus, minus tamen in ſuis demonſtrationibus ſeverus. Brixianus, Profeſſor fuit Patavinus.

EJUS *mechanica morborum* Pars I. Brixiæ 1723. 4. Pars II. 1725. 4. Pars III. 1727. 4. prodiit, & conjunctæ Offenbach 1731. 4.* Calculos paſſim reperias poſitos, & faciem mathematicam. Firmi quid, aut veri, quæras.

EJ. *Mechanica medicamentorum* Brix. 1734. 4.* Scopus eſt explicare, ut inter medicamenta diverſarum claſſium ſuo quodque officio fungatur, urinam moveat, aut ſudorem &c. Præmittit ergo brevem fabricæ partium hiſtoriam: explicationem ipſam a particulis triquetris, octaedris, hamatis, aliisque repetit, ut etiam vim adſtringendi &c. in figura particularum poni putet.

EJUS *Conjecturæ de reſpiratione fetus* Brix. 1737. 4.*; Ut oſtendat fetum tamen reſpirare, experimenta producit, per quæ fetus eo leviores ſint, in eadem mole, quo adultiores. Partum repetit a figura uteri ex ſphærica in longam mutata, hinc capacitate uteri imminuta. Experimenta nimis pauca producit, & quæ nimis facile fallant.

EJUSD. *Inſtitutiones medicinæ mechanicæ* Brix. 1739. 4.* Similis priorum. Principia ſibi ſumit arbitraria; elaſticum nervorum ſuccum, ſemina parentum in ſpeciem fetus ſubſidendo *cryſtallizari.* Cibos in ventriculo digeri ab angulis ſalium ſucci gaſtrici &c. Fibras bonum ſenſum repræſentare, quando homologe tenduntur omnes. Dulce eſſe lac, quod in ovatis glandulis ſeparetur.

EJ. *Opera omnia* Brix. 1743. 4.*

§. DCCCXCV. *Georgius Daniel* COSCHWIZ,

Profeſſor Hallenſis, de ſecta STAHLIANA, theatri in ea academia anatomici promotor, cæterum in iis, quæ ſibi nova videbantur, pro perpetuis recipiendis aliquantum præceps. EJUS prima eſt *de valvulis in ureteribus repertis* diſſ. Hall. 1723. 4.*, in qua dilatationes ureterum perpetuis, & plicas in parte arctata ſubnatas pro veris valvulis habet. Reperitur etiam in *Breslauer Samml. Verſ.* XXIII.

EJUS Diſp. *de ductu ſalivali novo* Hall. 1724. 4.* Ductum ſalivalem deſcripſit & depinxit, qui a glandula maxillari, ſublinguali, aliisque glandulis natus, arcum in dorſo linguæ prope epiglottidem faceret, ex quo porro numeroſi

roſi rami per linguam diviſi in ejus ſuperficiem aperirentur. Vaſa circa linguam lymphatica deſcribit.

Cum in id inventum HEISTERUS, WALTHERUS, J. G. DUVERNOI ſcripſiſſent, ego demum venas eſſe, quæ vir Cl. vidiſſet, eo certius adfirmarem, quod ipſam a Cl. viro præparatam linguam vidiſſem, reſpondit ſatis acriter COSCHWIZIUS *in continuatione obſervationum de ductu ſalivali* Hall. 1729. 4.* Nunc ea lis oblivione eſt ſepulta.

Qualis inciſor fuerit exſtat BURGGRAVII teſtimonium Ep. ad me dat. 14.

EJ. *De ſtudii anatomici præſtantia & utilitate oratio* Hall. 1727. 4.*

EJ. *Organiſmus & mechaniſmus* Lipſ. 1725. 4.* 1745. 4.* STAHLII ſyſtema tradit, fuſior de motu tonico & de temperamentis. Suum ductum etiam hic defendit, ſuccum nerveum admittit, aliis ſuæ ſectæ ſcriptoribus potius moderatior.

§. DCCCXCVI. *Varii.*

Georgius Bernhardus BULFINGER, ex familia natus, cujus manus uno digito abundabat, princeps WOLFII diſcipulus, primum Profeſſor temporibus meis Tubingenſis, porro Petropolitanus, inde patriæ regendæ adminiſter, aliis quidem laudibus celebrior, non nihil tamen ad phyſiologiam contulit. IDEM primum de animæ cum ſuo corpore vinculo ſcripſit l. *de harmonia animi & corporis humani præſtabilita* Tubing. 1721. Diſp. Francof. 1723. 8. Tubing. 1741. 8., & in *Variorum* T. I. ſi idem ſemper eſt opuſculum.

Inde inter *varia in faſciculos collecta* Stutgard. 1743. 8.* eſt oratio *de anatomia elephanti & oſſibus Mamouth*, occaſione elephanti a *J. Georgio* DUVERNOI diſſecti. Varia habet memorabilia, foramina in ventriculi caveam aperta, fibras lienis, valvulas inteſtinorum a recepta ſententia alienas. Oſſa *Mamouthi* elephantis tribuit.

In *Commentariis Academiæ Petropolitanæ* T. II. micantes particulas & fabricam nervorum elephanti microſcopio ſpeculatus eſt.

Ib. T. III. quærit, num aër ſanguinem ſubeat. Antlia pneumatica uſus, aërem vehementi vi in arteriam pulmonis urſit: ſed aër neque per aſperam arteriam, neque per venam rediit, cum aqua id iter facillime percurreret.

Georg. Philipp. THUMMIG, ex eadem ſchola, *Verſuch einer gründlichen Erläuterung in der Natur* Hall. 1723. 8. P. II. ib. 1723. 8. P. III. ib. 1723. 8. P. IV. & junctim ib. 1723. 8. Marburg 1735. 8.* Intimæ admiſſionis diſcipulus WOLFII, Profeſſor Caſſellanus, ſed brevis vitæ juvenis.

In P. I. de origine mechanica fetus bicorporei agit, quam repetit a duobus animalculis uni ovo incluſis. Tum de viſu duplicato ex fulgore nivis nato, ejusque cauſa. De perſpiratione in manu maxima.

In P. II. aranearum ova egere fecundatione maris. De viſu per nares. De arte docendi ſurdos & mutos. De catulo vomitu rejecto, quem negat verum

rum fuiſſe catulum. De urina vomitu reddita. De menſium per pedes fluxu. P. IV. de viſu nocturno inflammati oculi. Seminis ad uſque ovarium iter ad fecundationem requiri. Sanguinem in oſſibus per arterias & venas circulum obire. Vir ingenioſus, ſed quem maluiſſes ejusmodi eventus expendendos ſumſiſſe, quos ipſe vidiſſet.

Martini MARTINEZ *obſervationes de corde* Madrit 1723. 4.* & in *meorum ſelect.* T. II. Exemplum cordis nudi de pectore pendentis, & in univerſum aliqua de cordis motu.

EJUSD. *Anatomia completa del hombre, con todos los hallazgos nuevas doctrinas y obſervaciones veras* Madrit 1728. 4.

EJUSD. *Noches anatomicas, o anatomia compendioſa* Madrit 1717. 4. CAP. de VIL. 1750. 4. quæ ſecunda eſt editio. Laudari lego.

Girolamo MARINI *pratica delle piu difficili operazioni* Rom. 1723. 4.*; aliqua anatomica habet, etiam icones, aliunde ſumtas, ut veſicæ.

Noel FALCONET, eruditi viri & magnæ bibliothecæ domini, *tr. des fievres &c.* Paris 1723. 12.* Major pars operis practica eſt; huc vero pertinet l. *de la circulation du ſang*, quem noſter HIPPOCRATI tribuit ob voces παλιῤῥοη, διεξοδος, aliasque ejus generis.

Petri NOGUEZ, Medicini Pariſini, *anatomie du corps humain en abregé* Paris 1723. 12.* 1726. 12. Anonymum prodiit comp. Ex KEILIO pleraque; adjecta tamen aliqua ad nervorum hiſtoriam, ad refutationem hypotheſeos MALPIGHIANÆ &c. & in poſteriori editione icones.

IDEM edidit Paris 1725. 12. 2.Vol.* collecta opera SANCTORII SANCTORII *de ſtatica medicina*, & ſtaticam Gallicam DODARTI, Britannicam KEILII, notis auctas, in quibus nihil valde proprii reperi. Ganglion ophthalmicum habet.

BRETHOUS *lettres ſur différens points d'anatomie* Lyon 1723. 16. RAST. Pulmonis nulla eſſe foramina. Sanguinem arteriarum pulmonalium non effundi in veſiculas. Pericranium a perioſteo diſtinctum eſſe.

Theodori de HAZE, vulgo HAZÆI, *de leviathan* JOBI & *de Cete* JONÆ *diſquiſitio* Brem. 1723. 8.*

EJ. *Diſſertationum & obſervationum philologicarum ſylloge* Brem. 1731. 8. De Mamuth, de manati.

Anton. VANOSSI *placita phyſica de motu tranſpirationis depromta ex P. Franciſco de* LANIS Vienn. 1723. 12. ſi ad noſtram perſpirationem facit.

Giuſ. Aleſſandro duca de Peſchio = lanciano opere — tr. de fiſionomia Napol. 1723. fol.

Tobiæ TAUT *phyſica medica* Lipſ. 1723. 8.

J. Aug TROEGER *Medicina inſtitutionalis aphoriſtica*, d.i. *kurze Einleitung in die ganze Medicin, nach philoſophiſchem Grunde geſtellt* Leiden 1723. 8. B. BOEHMER. Latine, *ſynopſis medicinæ univerſæ* 1724. 8.

Alex. le FRANÇOIS *reflexions critiques ſur la medecine* Paris 1723. 12.* Etiam phyſiologiam adtingit.

PESCATORIS *metopoſcopia & chiromantia* Jen. 1723. 8. BOECL.

§. DCCCXCVII. *Diſputationes.*

J. Frid. HELVETIUS *de hygraulica corporis humani* Leid. 1723. 4.* An idem p. 82.

Guil. CRAMER *ſitis vera hiſtoria naturalis* Leid. 1723. 4.*

Ch. POLLICH *de incremento oſſium* Leid. 1723. 4.

Dieterich SOLTAU *de excretione cutanea & mediis eam promoventibus & dirigentibus* Leid. 1723. 4.*

J. Jac. JANTKE, Profeſſoris Altdorfini, Diſp. *de ſanguificatione* Altd. 1723. 4.*

EJ. *De ſudore ſanguineo* ib. 1727. 4.

J. Caſpar UNRAHT *de conceptione & jure ventris* Hall. 1723. 4.*

Chriſt. Gottfr. SEILER *tr. juridica exhibens privilegia quædam partus qui in utero eſt, & caſus in quibus pro jam nato habetur* Hall. 1723. 4. TR.

Sigismund. MAJOOR *de maſcula ſobole procuranda* Altdorf. 1723. 4.

J. HAENEL *de morbis ſcroti* Argentorati 1723. 4.* non abſque anatome. Ejusdem adnotationes aliquæ anatomicæ reperiuntur in *epiſtolis* ad me datis. Vena cum emulgente & azygo ſiniſtra communicans, inſignis. Arteria pharyngea *Epiſt.* 244. Rami venæ cavæ ad ilei inteſtini principium euntes, fere ejus diametri, quæ eſt ſpermaticæ *Ep.* 269. Vena a capſula atrabilaria ad hepar: & in rene ſiniſtro duo ſimiles rami. Tres venæ ſpermaticæ ex renali natæ *Ep.* 265. In *Ep.* 164. ſpina bifida; appendicula duplex. In *Ep.* 175. venam umbilicalem multum ſanguinem hepati dare.

J. Jac. a BRUNN *de ſanguine* Duisburg 1723. 4.*

Caſpar Wilh. BEUSSER *de urinis & uroſcopia* Heidelberg 1723. 4.*

Georg. Chriſt. DETHARDING *meditatio de morte* Roſtoch. 1723. 4. TREW.

EJ. *Centuria theſium anatomico-phyſiologicarum* Roſtoch. 1726. 4. HE.

EJ. *De ſtudio anatomes a chymicorum inſultibus vindicato* ib. VATER.

EJ. *De reſtitutione ſcroti ſpontanea* ib. 1739. 4.

EJ. *De glandula inguinali* 1746. 4.*, a qua ſuſpicatur ductum in genitalia venire.

EJ. *De fetus abortivi excluſione* 1748. 4.

EJ. *Progr. ad anatomen feminæ* 1752. 4.*

EJ. *De corpore humano ſemper irritabili* 1755. 4.*

EJ. *De myopia & presbyopia* ib. 1756. 4. bona Diſp.

Jac. Jul. CARREL & *Guil. Joſeph de* L'EPINE *Ergo commentitium tritus & fermentationis commercium* Pariſ. 1723. 4.*

David VASSE & *Lud. Hieron.* COSNIER *Non eſt anima facultatum corporearum principium* Pariſ. 1723.

§. DCCCXCVIII. *Diaria anni* 1724.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 383. VASSE de quotidiana ſtaturæ varietate, ut corpus hominis mane longiſſimum, veſperi magno intervallo brevius ſit.

William BECKET de eadem ſtaturæ humanæ inconſtantia, ejusque cauſa, in vertebris dorſi poſita.

N. 384. *Johannis* BONNET accuratior deſcriptio feminæ n. 379. deſcriptæ.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* HAUTTERIVE de hominibus ex Europæis & ex Æthiopibus, aut ex Americanis, natis. Hos per plures generationes characterem ſingularem ſervare.

PRIVAT *de* MOLIERES de muſculorum actione. Plurimum tribuit fibris transverſis, quæ arterias conſtringant, ut in veſiculas abeant.

In *Journal de Trevoux* Octobre 1724. Anonymus negat cameram oculi poſteriorem minorem eſſe. WINSLOWUM ſua ex HEISTERO habere.

M. April. deſcribuntur duæ puellæ, corporibus ſuis connatæ, vivaces, quarum ſingulæ ſua voluntas erat, ſuusque ſenſus.

In *Breslauer Sammlungen* 1724. *Verſuch* XXVII. (tum XXIX.), de puero præcocis ingenii, ſed parum vitali.

Aliqua de longævis, viro etiam 175. annorum, cui fuerit filius 97. annorum.

Fetus abdomine patulo.

Et duo fetus capite ſemiduplici.

Calor in cadavere per triduum, & ſanguis per urinam.

Capella, cui ab ipſa nativitate ubera lacte plena fuerunt.

Partus palato fiſſo & difformis.

Engaſtromythus.

Vorax helluo.

Labium leporinum ſingulare.

Verſuch XXVIII. Tumor umbilicalis ſingularis.

Menſes in ſexagenaria.

Pro re certa de cadavere corde deſtituto.

Vampyræ fabella.

Verſuch XXIX. femina prolixa barba.

Partus hydatidum.

Frequens eſſe, pueros nuper natos lac habere in mammis.

De velocitate equi, qui dimidium milliare in 10′ percurrit.

Suſpenſa ad vitam revocata.

Verſuch XXX. Canities ex terrore.

Homo obeſiſſimus.

Sanguis lactei coloris.

Fetus urſinus.

Senex ſecularis fecundus.

Vena ſaphena ſingulo menſe ſponte aperta.

§. DCCCXCIX. *Petrus* SENAC.

Ita viri ILL. nomen lego in faſtis Academiæ Scientiarum, nam alibi JOHANNEM & J. BAPTISTAM video vocari. Vir acris ingenii, chemicus, inciſor, celebris clinicus, denique Comes Archiatrorum.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1724. primum ſcripſit de reſpiratione, de pectoris fabrica, dilatatione, coſtarum ab utroque ordine muſculorum intercoſtalium elevatione, actione levatarum coſtarum in retinenda ſpina, diaphragmatis fabrica, actione. Intervalla coſtarum inſpirantibus increſcere. De circulatoribus, qui incudem pectori imponunt, malleumque patiuntur.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1725. agit de ſubmerſis. Nihil ſubire, neque ventriculum, neque pulmonem, ob glottidis anguſtiam; ſubmerſos exſtingui ob aërem interceptum.

In *Hiſt.* 1727. de motubus nonnullis labiorum. In MALOETUM.

In *Mém. de* 1729. diaphragma deſcribit & delineat. Solas partes laterales & poſteriores inter inſpirandum agere. (Non in beſtiis ut certo novi.)

EJ. *l'Acad.* J. B. *l'anatomie de* HEISTER *avec des eſſais de phyſique ſur l'uſage des parties du corps humain* Paris 1724 8.* 1735. 8.* 1753. 3. Vol. 12.* Anglice 1734. 8.* HEISTERI quidem ſunt tabulæ, ſed maxima pars eſt phyſiologica. Vir ILL. multum utitur BOERHAAVIANIS ad inſtitutiones prælectionibus, ut in exemplo ſecretionum & actionis arteriarum manifeſto adparet. Adjicit caput de motibus ſympathicis, & icones ex EUSTACHIO, RUYSCHIO aliisque auctoribus bonæ notæ, ſumtas. Habet etiam ligamenta veſicæ, & caveam cæcam in meſenterio, quæ poſſit eſſe propior urinæ via.

In editione ſecunda varia nova ſunt addita, mutata, & auctori propria. Negat in cochleæ lamina ſpirali auditum reſidere. Motum antiperiſtalticum rejicit.

In ultima editione anonymus aliqua addidit.

JULIEN MORISSON *Lettres ſur le choix des ſaignées* Paris 1730. 12.* Auctor SENACUS eſt, & libellus SYLVÆ oppoſitus. Revulſionem & derivationem exigui

gui momenti eſſe ob exiguitatem vaſculorum minimorum & lentorem ſanguinis transfluentis. Sanguinem a vulnere & venæ ſectione non accelerari. Experimentis factis in tubis ramoſis apertis, nihil niſi proxime ad vulnus mutatum fuiſſe. Dari revulſionem veram ſanguinis arteriarum in truncum aortæ revocati.

Idem *Julianus* MORISSON, Medicus in Pictavienſibus, *in Diario Trivultino* 1732. *M. April.* inſultat victo & ſilenti SYLVÆ. Et iſte libellus SENACO tribuitur.

EJUSD. *Traité de la ſtructure du cœur, de ſon action & de ſes maladies* Paris 1749. 4. 2. Vol.* Anglice etiam verſ. Inſigne opus, cujus laudes eo lubentius celebro, quod paſſim in eo me carptum legam. Neque enim hæc ad poſteros deſcendere cupio, ut vindicias de adverſariis ſumam, ideo velim eo pervenire, ut poſteri æſtiment, num æquo fuerim in omnes animo. Plurimum laboris in hoc opere poſuit vir ILL. Humores humanos chemicis experimentis exploravit, cordis anatomen de integro molitus eſt: mediaſtinum primo dixit, deinde pericardium, cujus duas facit laminas, & veſiculas ei tribuit, poroſque. Pericardium corde multo eſſe amplius. Deinde fibras cordis, quas perſecutus eſt, & novis iconibus expreſſit: ſic valvulas, & vaſa cordis propria. MERYI hypotheſin refutavit, cum valvula operiendo foramini ovali ſufficiat. De glanduloſa viſcerum fabrica. Cordis longitudinem in ſyſtole minui, recte, neque tertiam partem eſſe menſuram decurtationis. Sanguinem rubrum ad irritandum cor aptiorem eſſe. De motu cordis in moriente animale, bene. Cor ad pectus adpellere. Pulſum ejus fieri ab arteriis ſe in rectitudinem reſtituentibus & ab auricula ſiniſtra. Negat ſanguinem in cordis cavitates exhalare. Cauſam motus cordis in fibrarum irritatione ponit. Arterias a ſanguine irritatas multum ad ſanguinis motum conferre. Arteriarum anatome, fibræ, menſuræ. De pulſu multa nova. De reſpiratione. Vaſa venoſa pulmonis non eſſe arterioſis minora: Sanguinem negat refrigerari, aut aërem inter pulmones eſſe & pleuram. Lympham cordis inflammabilem, materiem cruſtæ pleuriticæ, & ſudoris viſcerum inflammatorum aceſcentem, diſtinguit a muco, a ſero, quod inflammabile ſit. Globulos ſanguinis lentium habere figuram: in iis facta experimenta. Non cogi ſex minores globulos in unum majorem. Non dari vaſorum minora genera, neque errorem loci. Ab arteriis baſeos cranii eſſe pulſationem cerebri. Cellulas uteri venas eſſe. Ventriculos cerebri non communicare. Calculos pro metienda cordis potentia poſitos rejicit, & in univerſum ſcriptores refutat, qui ante eum de corde egerunt. Ea omnia mollire deſtinaverat, ſi fata novam editionem curare ei permiſiſſent.

In l. *de recondita febrium intermittentium natura* Genev. 1759. 8.* & 1769. 8.* excuſa, varia huc faciunt, de cauſa caloris, de pulſuum numero. Gradus caloris humani adſcendere ad 39. uſque REAUM. ſ. 113. grad. FAHRENH.

§. DCCCC. *Johannes* TABOR. *Alii.*

EJUS *Exercitationes medicæ &c.* London 1724. 8.* Jatromathematicus, & tamen STAHLIANUS, a STAHLIO animam corpus ſuum fabricantem & gubernantem &

& utilitatem admittit motuum, quos mens morbis opponit. De ſanguine ejusque globulis. Aërem ſanguini admiſceri. De proportione ſanguinis ad ſerum. Contra globuli ſanguinei in minores globulos diſceſſionem. Cordis fabrica, quam imaginariam recipit, vel ex fibrarum recto ductu convictus. Vim ejus cordis æqualem ponit reſiſtentiæ valvularum. Veſicularum fabricam fibrarum muſcularium & cylindros iis ſubponit. Decurtationem muſculorum non recte ex unico muſculo æſtimat, qui non eſt verus brachii levator, neque eam decurtationem ſatis magnam facit. Somnum eſſe voluntariam remiſſionem incommodi laboris.

Hiſtory of Michel SERVETUS *burnd alive at Genera for hereſy* Lond. 1724. 4.

Andreæ MURRA *Demonſtratio* DEI *ex voce animalium publico examini Kiloniæ ſubjecta nunc plenius expoſita* Hamburg 1724. 8.*

§. DCCCCI. *Varii.*

Petrus GERIKE, Profeſſor Helmſtadienſis, *de ſtudio novitatis in anatomia & phyſiologia* Helmſtad. 1724. 4.*

EJ. *De influxu lunæ in corpus humanum* 1724. 4.

EJ. *Corpus humanum admiranda & miſeranda machina* Helmſtad. 1732. 4.

EJ. *Singularia quædam, de ſenſibus potiſſimum externis* 1733. 4.*

EJ. *De valvulis venarum & earum uſu* 1733. 4. BURKH.

EJ. *De uſu anatomiæ, præſertim theoreticæ* 1735. 4.

EJ. *De anatomes & potiſſimum practicæ uſu* 1736. 4.

EJ. *De antiquiſſimorum Ægyptiorum anatomia fabuloſa* 1735. 4.

EJ. *De circulatione ſanguinis* 1739.*

EJ. *De texturæ ſolidorum in corpore humano diverſitate ejusque cognitione neceſſaria* 1740. 4.

EJ. *Conjecturæ de reſpiratione fetus in Italia propoſitæ* 1740. 4.* Contra MAZINUM.

EJ. *De cordis & vaſorum proxime ei connexorum ſitu vero in homine, ejusque ratione* Helmſtad. 1741. 4.

EJ. *De inſomniis* 1742. 4.*

EJ. *Corpus humanum machina naturalis* 1745. 4.

EJ. *De generatione hominis* 1744. 4.* Aliquæ in corporibus luteis ſuis prægnantis obſervationes. Corpora lutea eſſe exteriorem corticem veſiculæ, cujus pars interior verum eſt ovum. Partium genitalium utriusque ſexus anatome. Auram ſeminalem in vaſa inque cor venire: ipſos vermiculos ſpermaticos per tubas eo tendere: eos ſtamina eſſe ex aëre reſorbta, & animalium rudimenta.

EJ. *De viis genituræ ad ovarium & conceptum* 1746. 4.* & 8.* *Acceſſerunt obſs.*

obſſ. de primis hominibus. Defendit ſe contra diarium *bibl. raiſonn.* T. XXXIII. Seminis utique auram per ora abſorbentia uteri recipi, ad ovaria venire, ita duplici via & per tubas & per ſanguinem recipi. Conceptionem fieri, dum aura ovulo unitur.

Chriſtian Gottlieb STENZEL, Profeſſoris Wittebergenſis, acris STAHLIANÆ ſectæ adverſari, περι ευφυιας και αφυιας Witteberg. 1724. 4.* Græce.

EJ. *De lactis ſuccique nutritii præparatione* 1727. 4.*

EJ. *Veſtigia circulationis ſanguinis apud Hippocratem* 1727. 4.

EJ. *De dignitate & actione glandulæ* 1727. 4. VAT.

EJ. Diſſ. *de futuri generatione hominis* 1726. 4. HE.

EJ. *De concepti fetus incremento* 1726. 4.

EJ. *De perfecti embryonis partu* 1727. 4.

EJ. *De ſolidarum & fluidarum partium natura* 1727. 4.

EJ. *De primarum viarum natura & uſu* 1727. 4.

EJ. *De genuina cordis & pulmonis functione* 1727. 4.

EJ. *De præcipuorum abdominis viſcerum, hepatis & lienis officio* 1727. 4.

EJ. *De pancreaticæ glandulæ dignitate & actione* 1727. 4.

EJ. *De tranſpirationis ſenſibilis & inſenſibilis emolumento & detrimento* 1727. 4.

EJ. *De naturali atque præternaturali diaphragmatis & inteſtinorum ſtatu* 1727. 4.

EJ. *De renis mechaniſmo, uſu & morbis* 1727. 4.

EJ. *De genitalium organorum munere & pathematibus* 1727. 4.

EJ. *De veri temperamenti in humano corpore abſentia, hujusque cum intemperie confuſione* 1727. 4.

EJ. *De continentibus & contentis capitis partibus* 1727. 4.

EJ. *Anthropologia ad pathologiam adplicata* 1728. 4.* Diſſertationes in unum opus phyſiologicum collectæ, fere ad BOERHAAVII ſenſum.

EJ. *De glandularum in plurimis viſceribus abſentia ubi ſimul aliæ hypotheſes* STAHLIANÆ *refutantur* 1731. 4.* Adverſus GOHLIUM.

EJUSD. *Medicina theoretico-practica* Lipſ. 1732. 8.

EJ. *De ſignis virginitatis* Witteberg. 1735. 4.

EJ. *De ventriculo imputatorum criminum experte* ib. 1736. 4.

EJ. περι ὑπνε Gedani 1745. 8.* Græce ſcriptus de ſomno liber. Iterum ad BOERHAAVII ſaporem. ADAMUM non dormiiſſe.

EJ. *De lienis humani fatis* Witteberg. 1746. 4.*

EJ. *De anima animalis ſecretionis ignariſſima* Witteb. 1746. 4.

EJ. *De lotio ſanguinis* ib. 1746. 4.

Ej. *De ſecretione in genere* Witteb. 1746. 4.*, opus puto eſſe reſpondentis.

Ej. *De naturæ* Stahlianæ *in chirurgia impotentia*, abſque anno. *

§. DCCCCII. *Varii.*

Von dem anderthalbjährigen Faſten einer Haderslebiſchen Jungfer Hall. 1724. 8. Cum Doebelii ſimilis argumenti libello.

Geheimniſſe der Jungferſchaft, ob ſelbige corrumpirt ſeye oder nicht Erfurt 1724. 8.

John Maubray *the female phyſician* Lond. 1724. 8.* deſcribit etiam fabricam partium; & de tempore animationis quærit.

Laffiteau *hiſtoire des Sauvages* Paris 1724. 4. 2. Vol. paſſim aliqua huc pertinentia habet, & de aſtragalo diſſertationem.

In *Franciſci* Valentyn *Ooſtindien* Amſterdam 1724. fol. 4. Vol. aliqua huc faciunt, ut de ave granivora *jaarvogel* veſicula fellis carente, deque aliis animalibus. De *Kakerlaken* hominum gente, ingrate albi coloris, capillis flavis, cute ſquamoſa, iisdem noctambulis, oculis interdiu nictantibus, veris indigenis, & ex nigris hominibus naſcentibus, morboſis, ut videtur.

J. Ferdinandi Guilielmini *de recto morboſorum cadaverum judicio* Bonon. 1724. 4.

Ej. *De claris Bononiæ anatomicis* ib. 1735. 4.

J. Baptiſta Felice in *Giorn. de letterati* 1724. deſcribit organum cantus cicadarum, & cartilagines, quæ a certis muſculis ſublatæ & depreſſæ eum ſonum efficiunt.

Ej. *Diſſertazioni epiſtoliche teoretico pratiche* Venez. 1748. 8.* Boerhaavium ejusque diſcipulos legit. Diſſ. II. eſt de fetus generatione, & partu: III. de clauſione foraminis ovalis, nutritione, incremento. Reliquæ fere practicæ.

Eodem anno Flaminius Pinelli deſcribit partum, poſt aliquot annos ex ulcere editum, & fetum ventribus nudis apertisque.

J. Poleni *Epiſtolæ ad G.* Grandi, *quarum altera eſt de cauſa motus muſculorum* Patav. 1724. 8.* Experimento facto cum catenis fibras muſculares imitantibus confirmatos eſſe Bernoullii de elevatis ponderibus calculos. Dilatato muſculo ad angulum graduum 13. 18. elevationem eſſ = 1796: dilatato ad gradus 25. 18, elevationem eſſe = 6438, quare elevationes ponderum pro multo majori creſcere portione, quam muſculorum dilatationes. Recuſa eſt in *epiſtolarum mathematicarum faſciculo* Padua 1729. 4.*

§. DCCCCIII. *Diſputationes.*

Hieronymi Ludolf, Chemici, *de lacte* Erford. 1724. 4.*

Ej. *De ſudore naturali, non naturali & præternaturali* Erford. 1724. 4. lego etiam annum 1735. 4. B. Burkh. & 1722. Heller. *cat.*

Ej. *De funiculo umbilicali in homine longiore præ brutis* Erford. 1724. 4.

Ej. *De plica* ib. 1724. 4.

Ej. *De incommoda placentæ a fundo uteri aberratione* ib. 1757. 4.

Ej. *De uſu lactis medico* ib. 1735. 4.

Ej. *De articulatione maxillæ inferioris cum oſſe temporum* 1749. 4*

J. Jac. GEELHAUSEN *de alimentorum in ventriculo transmutatione ſeu trituratione* Prag. 1724. 4. B. BOEHMER.

Ej. *De pulmonibus neonatorum aquæ ſupernatantibus, aut in ea ſubſidentibus &c.* Prag. 1728. 4.* Contra robur experimenti: poſſe pulmonem ſuppuratum ſubſidere, natare eundem, cui aër inflatus fuerit.

J. Frid. WUCHERER *de harmonia mentis & corporis humani præſtabilita ſtabilimento orbata* Jen. 1724. 4. duæ Diſpp. B. BURCKH.

J. Andr. HEIMBURGER *de ſtupendo naturæ myſterio, anima humana ſibi ignota* Witteberg. 1724. 4.

Sigism. Chriſt. KLOSE *de anima humana* Witteberg. 1724. 4.

Eberhard Jacob WACHENDORF *de natura ſolidorum & fluidorum, eorumque mutua actione in variis ætatibus* Utrecht 1724. 4.*

In *Comm. Litt. Nor.* 1740. IDEM vir Cl. in h. 18. membranæ pupillaris deſcriptionem primus dedit. In collectione mea *Ep.* T. III. n. 413. celebris eſt illa epiſtola, in qua ob inventam membranam pupillarem de ALBINO queritur.

B. BOUDON *Diſſ. medica de ſpiraculis cutaneis & eorum excretis in genere* Hardervic. 1724. 4.

Samuel BATTIER *poſitiones anatomicæ* Baſil. 1724. 4. A dextra aure ſurda, ſiniſtra paralytica facta. Contra commeatum reciprocum inter duas cordis fetus auriculas. Non puto eſſe eumdem cum viro cognomine p. 745.

Cromwell MORTIMER *de ingreſſu humorum in corpus humanum* Leid. 1724 4.* & in *meis ſelectis.* Reſorbtionem venoſam per experimenta collecta confirmat.

IDEM *Philoſ. Tranſ.* n. 415. anaſtomoſes arteriarum ſpermaticarum cum venis delineat.

IDEM ib. n. 430. Anatome caſtoris feminæ, cum ſaccis caſtorei, & glandulis eo pertinentibus.

IDEM Londini a. 1743. 4. edidit libellum, de polyporum per vulnera renaſcentium mira facultate, nuper detecta.

IDEM n. 477. egit de calore animali ex motu putredinoſo & inteſtino orto.

EJUSDEM n. 486. homo bilinguis. Alteram linguam ſponte evanuiſſe.

Martini CANISII Diſp. *de ventriculo* Leid. 1724. 4.

Jac. Henric. CROESER *de hominis primo ortu* Groning. 1724. 4. Oratio.

Ej. *Diſſ., qua ſanguinis per foramen ovale trajectus indicatur, & membranæ ejus foraminis ante partum nullum eſſe uſum; poſt nativitatem vero claudere id foramen* ib. 1735. 4.*

Quæ ad litem de pulmone natante & ſubmerſo pertinent, conjuncta reliqui cum reliquis eo facientibus, ad a. 1739. dictis.

J. Jac. STEINBRÜCHEL *de morte* Baſil. 1724. 4. LEUW.

Lud. Hieron. COSNIER & *Paul. Jac.* MALOUIN, *Non ergo fetus in utero ſuctione nutritur* Pariſ. 1724. 4.

Ludov. Joh. le THUILLIER & *Bernard de* JUSSIEU *Ergo a ſyſtematis medicina certior* Pariſ. 1724. 4.*

Petri QUARIN *de temperamentis* Vienn. 1724. 4. B. BURKH.

Ej. *De cute* ib. 1734. 4.

Ej. *De ſtructura organorum ſenſibus externis dicatorum* ib. 1734. 4.*

Ej. *De ſanguine ex phlebotomia extracto* ib. 1735. 4.*

Ej. *De bile* ib. 1744. 4.

Ej. *De viribus corporis humani* ib. 1745. 4.*

Ej. *De ſero ſanguinis & liquidis lymphaticis eo tenuioribus, qui vaſis lymphaticis in circulum moventur* ib. 1745. 4.*

Ej. *De natura ſanguinis* ib. 1745. 4.*

Ej. *De urina* ib. 1745. 4.*

Ej. *De viſu* ib. 1745. 4.*

Ej. *De fermentis & fermentatione in homine* ib. 1747. 4.*

§. DCCCCIV. *Diaria anni* 1725.

In *Phil. Tranſ.* n. 386. *Johannes* RANBY, Chirurgus Regis primarius, ad anatomen ſtruthiocameli. Utique duos habere ventriculos, nullam veſiculam fellis, ductum hepaticum in duodenum inſertum. Muſculi a coſtis in diaphragma euntes.

N. 387. Ej. de ductu VALSALVIANO. Pro arteriola habet, certe ex conjectura.

N. 395. Arteriæ ſpermaticæ minores pro re nova, quas habet pro ductu excretorio VALSALVÆ.

N. 401. Viperæ caudiſonæ organum lethiferum: glandula, ductus inconſpicuus: vagina dentis glanduloſa, dens cavus ſuperne & inferne apertus. Vis animalis ſubito funeſta.

N. 387. *Paulus* DUDLEY de Caſchilloch, ceto in quo ſperma ceti, & in veſica urinaria ambra griſea.

Lien

Lien in puero bilibris.

N. 413. Iterum de inteſtinis & eorum valvulis in ſtruthio camelo.

In *Stephani* HALES *haemaſtatiks* deſcribitur RANBYI materia pro injectione vulgari, ex una parte reſinæ, tantumdem ceræ, & quatuor partibus vernicis terebinthinati compoſita.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1725. reperitur compendium aliquot diſſertationum *Abb. de* FONTENU, qui & ipſe varietatem quotidianam ſtaturæ humanæ vidit, & vertebris acceptam retulit: tantum ut a paſtu eamdem aliquantum augeri adnotaverit.

In *Actis Litterariis Suecicis* anni 1725. *Baſilius* TATISCHEW aliqua habet de oſſibus Mamouth, quorum animal nondum putat innotuiſſe.

Magnus BROMEL, Archiater, cerebrum bubulum oſſeum ſatis probabile deſcribit.

Et ſceleton fetus, cui galea cranii deficiebat.

In *Breslauer Sammlungen Verſuch* XXXI. Nuclei ceraſorum per tres annos in ventriculo retenti.

Lepus dentibus caninis prolixiſſimis.

Columba biceps.

De cauſa delapſus cornuum cervi. Sanguis per cutem exſiliens in ſene.

Verſuch XXXII. manubus deſtitutus variis pedum ope officiis defungens.

Verſuch XXXIII. immenſa ſternutatio ex odore carbonum foſſilium.

De molis.

De Vampyris.

De longæva, fuſe.

De exiguo robore ECKENBERGI.

Verſuch XXXIV. ſuperfetationis exemplum, nempe duo perfecti pueri intra 20. hebdomadem partu editi.

Ex matre 52ria puer.

Fetus hydrocephalicus.

Somnambulus diurnus deſcriptus.

De puero Hamelenſi in ſolitudine educato.

Rejuvenaſcens vetula, novis pilis & dentibus.

Sperma ceti ex tota pinguedine Ceti Caſchilloch parari.

Ibid. Menſe Octobri de tritone narratio.

In *Act. Erud. Lipſ.* 1725. Anonymus Italus monet, MORGAGNO dictos eſſe ductus glandularum ſublingualium, quos ſibi tribuit WALTHERUS, etiam teſtibus productis.

 Alius

Alius Anonymus WALTHERUM tuetur, & negat, eosdem eſſe utrosque ductus.

§. DCCCCV. *Gerardus v.* SWIETEN.

Belga, Archiatrorum Cæſareorum Comes, mecum BOERHAAVII diſcipulus, quem virum ipſe conſtanti animo per plurimos annos audivit, utilis hinc magni viri commentator, & celebris clinicus. Ej. Diſſ. inauguralis *de arteriæ fabrica & efficacia in corpore humano* Leid. 1725. 4.*

Ej. *Commentaria in H.* BOERHAAVII *aphoriſmos de cognoſcendis & curandis morbis* Tom. I. Leid. 1742. 4.* Tom. II. 1745. 4.* Tom. III. 1753. 4.* Tom. IV. 1764. 4.* Tom. V. 1772. 4.* Etſi ſcopus fere clinicus eſt, non potuit tamen undique a rebus phyſiologicis & anatomicis vir Cl. abſtinere. BOERHAAVII placita fere ubique ſequitur, ejusque prælectiones cum iis, quæ propria habet, ita miſcet, ut quid præceptoris ſit, quid SWIETENII, non poſſis diſtinguere. Partes etiam corporis animalis LIEBERKUHNIANA arte præparatas ſpeculatus, in pulmone negat duos lobos communicare, aut communem arteriam habere, in exemplo. Menſes de cute ſudantes. Oſſa pubis in partu diſceſſiſſe. Lacteum quid ex placenta in ovum tranſire. Vaſa lactifera mammæ deſcribit, in anatomicis fontibus uſus, quos putabat optimos. De reſpiratione præceptorum defendit, & in diaphragmatis actione. Partium genitalium aliquam dat hiſtoriam.

Contra ſuperſtitionem Vampyrorum ſcripſit, quem libellum non vidi, titulus eſt *Conſiderazione intorno alla pretenſa magia poſtuma preſentata al ſupremo direttorio di Vienna* Roveredo 1756. 8. Germanice *Diſcurs von den Geſpenſtern, nebſt einem Anhange vom Vampiriſmus* Augſpurg 1767. 4.

§. DCCCCVI. *Hieronymus David* GAUBIUS,

BOERHAAVII diſcipulus, & ſucceſſor, vir egregie doctus, chemicus potiſſimum & clinicus, cautus vir, & in recipiendis opinionibus difficilis. Ejus *idea generalis ſolidarum corporis humani partium* diſſ. eſt inauguralis Leid. 1725. 4.*

Ejus *Sermo de regimine mentis, quod medicorum eſt* Leid. 1747. 4.* Plus in animam hominis corpus poſſe, quam in corpus animam; Neque eam motus involuntarios producere. Fabulam eſſe, quam dicunt harmoniam præſtabilitam. Voluntarios etiam motus ſubinde abſque animæ imperio naſci. Ingenii acumen a corpore eſſe.

Ej. *Sermo Academicus alter de regimine &c.* Leid. 1763. 4.* De mente perturbata, & ejus in ſuum corpus poteſtate. Effectus diriſſimi adfectuum animi: morſus irati hominis hydrophobiæ cauſa. Ex terrore ſubitæ mortes. Benefica poteſtas lætitiæ & adfectuum gratorum. Benigna vis ſitis, nauſeæ, famis. Delirium terrore ſuppreſſum. Videri in homine & mentem eſſe, & aliud ens, ſedem adfectuum animi. Multa voluntati tribuit, etiam reſpirationem primam, averſationem carnis in morbis, & deſiderium refrigerii & acoris.

Ejusd. *Inſtitutiones pathologiæ* Leidæ 1758. 8.* & 1763. 8.* Paſſim etiam phyſiologiam adtingit, ut de nervorum adfectionibus. Paſſiones animi miſtam habere naturam, ex ea, quæ corpori propria eſt, & ea quæ cum mente communis. Irritabilitas propria eſt corpori animali. Eum univerſis animalis partibus tribuit. Cum irritatione conjungit ſenſum quemdam fibræ. Irritabilitas non eſt ab anima, ab ea tamen robur accipit. Non reſidet in glutine, neque in ſolido elemento. Sanguinem nulla dilutione flaveſcere. Globulos ſanguinis ut olei moleculas eſſe, quæ ſint diviſibiles. Pro ſanguinis fibris. Pro plethora. In nervis teneriorem irritabilitatem habitare. De lite cum Stahlianis ambigit. Phyſiologiam neceſſarium præſtare pathologiæ fundamentum.

Nova editio parum differt.

In diſcipulorum Diſputationibus experimenta paſſim ſummi viri utuntur, ad bilem in Vilscheri cholopejoſi, in ten Haaffio de bile cyſtica.

§. DCCCCVII. *J. Philippus* Burggrav,

Clinicus Francofurtenſis, vir eruditus & olim amicus noſter.

Cum *J. David* Gohlio & *A. O.* Goelicke juvenis litem aluit, quod ſpiritus animales contra eos tueretur. Eo pertinent *de exſiſtentia ſpirituum nervoſorum* Diſſ. Francof. 1725. 4.* Goelickio oppoſita & reliquis uberior; & *Vertheidigung von der Würklichkeit der Nervengeiſter* ib. 1727. 4.* contra J. D. Gohlium: & *ſpiritus nervorum immeritus exſul reſtitutus*, contra Goelickium ib. 1729. 4.*

Ej. *Notæ in* Conringium *de habitu Germanorum ejusque cauſis* Francofurt. 1725. 8.* Cauſas, quæ antiquorum Germanorum habitum produxerint, novumque, ex phyſiologia & anatome repetit. Fabricam corporis humani ad Boerhaavii ſenſum proponit, ut fiat ex vaſis, hæc ex nervis, iſti ex fibris; inde humorum cenſum init. De proceritate: favet gigantibus, patagonum exemplo motus. Sordes cutis ex lacunis Boerhaavianis & earum inſpiſſato oleo naſci.

Ejusd. *Lexici medici univerſalis* T. I., *quo literæ A. B. continentur* Francof. 1733. fol.* Anatome recentior per ſuos titulos diſtribuitur, etiam cum iconibus.

Ej. *Bedenken von dem Geſchäfte der Erzeugung* Francof. 1737. 4.* Vermiculos tuetur contra ovariorum fautores. Fetus & ova prægnantia recenſet, & exemplum, in quo alius præter uterum mali fomes fuit. Monſtra coalitu nata.

Ej. *De aëre aquis & locis urbis Francofurtanæ ad Mœnum. Diſquiſitio de origine & indole animalium ſpermaticorum* Francof. 1751. 8.* In hiſtoria urbis patriæ aliqua huc faciunt, de faſtis natalitiis & emortualibus, de menſibus, quibus nativitates ſunt uberiores &c. In altero libello Auctor fetus aliquos deſcribit. Recte monet, embryonem tenerrimum nondum infantem eſſe, ſed ea habere, quæ in fetum poſſint adoleſcere. Ejusmodi etiam putat vermiculum eſſe, non hominem, ſed qui in hominem convaleſcere poſſit. Eos vermiculos in teſticulo ex materia viſcida formari.

In

In *Breslauer Sammlungen* IDEM *Verſuch* XXXVII. de placenta orificio uteri adnata.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* IV. *obſ.* 127., uteri cavum membrana vaſculoſa obductum.

In *Vol.* V. *obſ.* 29. ovulum humanum.

In *Vol.* X. *obſ.* 38. cibi & uvæ baccæ per urinam, tum pruna.

Obſ. 39. cor anevryſmaticum in dextris micans.

Nov. Act. Nat. Cur. Vol. I. *obſ.* 78. cutis capitis capillari evulſa & reſtituta.

In epiſtolis ad me datis inque T. I. varia habet anatomica.

§. DCCCCVIII. *Georgius* MARTINE,

Jatromathematicus. EJUS *de alterno thoracis & pulmonis motu* reperitur in *Eſſ. of a ſociety at Edimburg* T. I. Non putat cauſam hactenus detectam eſſe.

In T. II. multa ad ſanguinis theoriam, globulos variorum ordinum accurate dimenſos; analyſin.

A vinculo nervo recurrenti injecto in cane mutitas, & mors per languorem. Hæc Diſſ. aucta redit in editione IV. horum *tentaminum.*

In T. III. de arterioſi ſyſtematis diviſionibus, & productione caloris animalis.

In T. V. p. 2. Nullas eſſe anaſtomoſes arteriarum ſpermaticarum cum venis, & quæ putantur in iconibus EUSTACHII exprimi, eas eſſe venas in membranas arteriarum, aut arterias in venarum membranas diviſas.

EJUSD. *De ſimilibus animalibus & animalium calore* l. 2. London 1742. 8.* In priori libro agit de diametris, velocitatibus, viribus motricibus arteriarum, muſculorum correſpondentium, quæ fere omnia pendent ex theoremate, corpora ſimilia eſſe in ratione tuborum ſuarum longitudinum ſimilium. Inde aliqua ſequuntur ad comparandas velocitatis humorum ſimilium in diverſis animalibus.

Calorem deducit a celeritate & frictione, quam majoris aliquanto facit, quam BOERHAAVIUS, & in aëre noſtro majorem noſtro calorem tolerari fatetur. Facit autem calores ut celeritates, has ut frictiones, hinc eamdem ſanguinis in omnibus corporis partibus velocitatem. Arteriarum menſuras dat, ex EUSTACHIO deſumtas.

EJ. *Medical and philoſophical eſſays* London 1740. 8.* Quinque ſunt tentamina. Quintum huc ſolum pertinet, quo de calore agit; de eo, quem corpus noſtrum in aëre ferre poteſt: de calore manus humanæ, & aliquanto majori calore ſanguinis. Calores majores quadrupedum, & etiam majores avium aliqui tamen piſcium. Paſſim in BOERHAAVIUM. Quæ de calore habet, bis Gallice excuſa ſunt Diſſ *ſur la chaleur*, *avec des obſervations ſur la conſtruction & la comparaiſon des thermometres* Paris 1751. 12.

Et

Et *eſſai ſur la conſtruction & la comparaiſon des thermometres; ſur la communication de la chaleur &c.* Paris 1751. 12.

Ej. in EUSTACHII *tabulas anatomicas commentaria* Edimb. 1755. 8.*, edente *Alexandro* MONROO. Scriptum fuiſſe addit Editor a. 1729, dudum ante infelicem in novam Carthaginem expeditionem, in qua noſter occubuit. Finis præcipuus eſt definire, quis ſcopus fuerit EUSTACHII in quaque icone, & quid potiſſimum voluerit expreſſum. Accurate igitur coætaneos & aliquanto antiquiores authores legit, ut omnino ad hiſtoriam accuratiorem anatomes pertineat. COLUMBUM ſpernit. EUSTACHII vita. Tabularum proportiones ad juvenile corpus factas eſſe. Ad ſingulas tabulas adnotationes. EUSTACHII inventa in ſitu ventriculi, glandulis inteſtinorum, adhæſione hepatis ad transverſum ſeptum. Veſtigia vaſorum lymphaticorum, ortus glandis penis ex corpore cavernoſo urethræ. Contra anaſtomoſes arteriarum ſpermaticarum cum venis. Nullas EUSTACHIUM vaginæ glandulas voluiſſe, ſed anguſtiores utique uteri ad tubas quaſi appendices. Bronchiales glandulas inveniſſe, & aortæ arcum, anulosque cordis venoſos; velum impoſitum glandulæ pineali; chordam tympani. Carotidis aliquam cum vena temporali poſteriori anaſtomoſin male admiſiſſe. BIANCHI interpretationem vaſorum hepaticorum undique erroneam eſſe. Bene manus muſculos ab EUSTACHIO exprimi. Vidit etiam nervi optici arctatum in tranſitu per ſcleroticam tunicam conum. Non connaſci cartilagines coſtarum, ſed celluloſa tela uniri. De muſculo ſemiſpinali vero EUSTACHIANO, quem COWPERUS cum transverſario confuderit.

Verum jam a. 1725. 4.* dederat Leidæ Diſſ. *de fluxu menſtruali & morbis virginum.*

§. DCCCCIX. *Johannes de* GORTER.

Fidus & ipſe BOERHAAVII diſcipulus, aliquamdiu in Ruſſia archiater, multa ſcripſit, quibus fere commune eſt, ut generalia doceantur, peculiares adnotationes parcius intercedant.

EJUS l. *de perſpiratione* SANCTORIANA *inſenſibili* London 1725. 4.*, prodiit recuſus a. 1726. 4.* Patavii 1755. Commentarius fere in SANCTORIUM, cum adjectis KEILII, etiam ſuis obſervationibus, his utique parcis. Adjicit de urina deque motu muſculari tractationem. Ubique PRÆCEPTOREM ſequitur, qui honorificam præfationem præmiſit.

Altera editio multo copioſior eſt. A BOERHAAVIO diſſentit in ſucco nerveo, quem duplicem facit, externum involucri nervei, internum fiſtulæ. In ſomno vires vitales augeri contra SANCTORIUM negat. Noctu & in frigore plus putat perſpirari.

EJUSD. *De ſecretione humorum ex ſanguine, ex ſolidorum fabrica præcipue & humorum indole demonſtrata* Leid. 1727. 4.* Theoria BOERHAAVIANA a decreſcentibus vaſorum ordinibus, & decreſcentibus pariter globulis ſumta.

Ej. *Medicinæ compendium in uſum exercitationis domeſticæ digeſtum* P. I. Leid. 1731. 4.* P. II. ibid. 1731. 4.* Francofurt. 1749. 4. Vindobon. 1759. 4. Anatome etiam cum phyſiologia & pathologia conjungitur. Ipſa elementa adgreditur, & BOERHAAVIANAM fibrarum inteſtinorum telam, & BELLINIANAS flexarum fibrarum figuras, & ſimilia.

EJUSD. *Exercitationes medicæ quatuor* Amſterdam 1737. 4.* In prima de *motu vitali* contra BOERHAAVIUM. Defendit in quaque fibra contractionem eſſe inſitam, oppoſitam actioni muſculari, & cum ea alterne agentem, unde perpetuum mobile corporis humani naſcatur. II. *De ſomno.* Contra BOERHAAVIUM & animales actiones & vitales in ſomno languere; cauſam ſomni eſſe ſpirituum inopiam. III. IV. *De fame & ſiti.* Senſus eſſe peculiares, deficientis chyli ſenſum, aut humidi faucium irrorantis abſentis. De ſiti practice & utiliter.

Ej. In *Chirurgia repurgata* Leid. 1742. 4.* Oſſa, perioſteum & aliæ partes deſcribuntur, de quarum morbis quærit. Oſſium analyſis chemica. De membrana adventitia tympani ſonos ſuffocante.

Ej. *Exercitatio medica quinta de actione viventium particulari* Amſterdam 1748. 4.* Propriam cuique parti corporis animalis facultatem eſſe, qua ſuo officio defungatur, diverſam ab omni alia vi motrice. Ad eam pertinere motum periſtalticum, reſpirationem, ſecretiones varias, vim propriam placentæ, quæ ſanguinem in fetum maternum impellit. Eam vim ab irritabilitate ſeparat; etiam a vi vitali, qua ſuperſtite vis propria poſſit exſtingui. Cordis robur ſolum ad motum ſanguinis producendo non ſufficere.

Ej. *De præparatione urinæ in renibus* Hardervic. 1741. 4.

Ej. Diſſ. *de motu pinguedinis* Hardervic. 1742. 4.*

Ej. *De pulmone natante aut ſubmerſo Uytgeleezene aanmerk.* T. III. Num ex eo ſigno de vita morteve fetus aliquid certi definiri poſſit. Id noſter negat.

§. DCCCCX. *Thomas* MORGAN.

Religionis oſor, iatromathematicus, vir acris & minime ſibi diffidens, anatomes tamen parum gnarus, neque interioris phyſiologiæ, PITCARNIANUS. Ejus *philoſophical principes of medicine* Lond. 1725. 8.* 1728. 8. 1730. 8., quæ editio plenior eſt. Adtractionem atmoſphæræ recipit, quæ intime in humoribus noſtris habitantem aërem modo diminuta preſſionem rarefaciat, modo eadem aucta comprimat. Motus muſcularis ab elatere fibrarum pendet, quæ nerveis fibris, veris vaſis ſanguineis, circumplicantur. Deinde rationem celeritatis ſanguinis KEILIANAM imitatur, quæ pendet a canalis arterioſi dilatatione, ut omnino ab auctis luminibus retardetur. Secretionem ab adtractione particularum in vaſculis minimis fieri, ubi calor & impulſio minor eſt. In ſomno circuitum ſanguinis accelerari. Dari peculiares ad veſicam urinariam vias. Somnum eſſe voluntatis effectum. De adfectibus animi &c. Timorem a metu ſeparat. Oſſium analyſis.

EJUSD.

Ejusd. *Mechanical practic of phyſik* Lond. 1731. 8.* Contra Jurinum. Celeritatem in lateſcentibus arteriis minui, in venis per eamdem cauſam renaſci. Boerhaavium & Bellinum de motu muſculari refutat. Nervos celluloſa natura plenos ſumit. Non vult menſes a plethora eſſe. In Robinsoni animalem œconomiam.

§. DCCCCXI. *Varii.*

Johannis Franciſci van Leempoel *Anatomes origo & progreſſus* Leid. 1725. 4.* Ad Vesalium uſque. Douglassium fere exſcripſit, inde mera fere nomina dedit, eaque ſæpe fictitia & imaginaria. Temporum rationes ubique confundit, ſpuria & ſuppoſititia ſcripta pro veris admittit.

Jo. Arnzenii Diſſ. *de colore & tinctura comarum* Utrecht 1725. 8. literator.

Thomæ Knigth *eſſay of the tranſmutation of blood* London 1725. 8.* *A vindication of a late eſſay on the tranſmutation of blood, and the digeſtion* London 1731. 8.* Solam cauſam digeſtionis eſſe aërem internum, qui omnium corporum vinculum ſit, & connexas particulas dimoveat, dum ſe extendit.

In *Phil. Tranſ.* n. 460. de pilis per urinam egeſtis.

Idem in *reflexions upon Catholicons, or univerſal medicines* 1749. 8.* agit etiam de calore animali & de luminoſis corporis humani emanationibus. Verum ignem in venis noſtris fervere docet: in cerebro vero lympham generari, quæ eum ardorem temperet.

In *Fulvii* Gherli *Centuria* II. *di rare oſſervazioni di medicina e di chirurgia* Venet. 1725. 8.* aliqua ova humana dicuntur.

Rob. Welsted *de ætate adulta* Lond. 1725. 8.*

Ej. *De ætate vergente* ib. 1726. 8.*

J. Ignatii Mayer *collegia anatomico practica ad præſentiam cadaveris virilis ſecti a.* 1724. Prag. 1725. 4. Nihil proprii.

Idem in *Comm. Litt. Nov.* 1731. *Spec.* XXX. de utero oſſeo, & de pilis in utero.

Bernard Mourik *naamroll der chirurgice en natuerkondige ſchryvers* Amſterdam 1725. 4.* Locorum ad anatomen facientium indicatio.

Em. Leop. Behm *de noviſſimo ingenii præcocis exemplo Chriſt. Heinr.* Heinecke Lübek 1725. 4.

Vigneul Marville (veri nominis d'Argonne Cartuſiani) *Melanges d'hiſtoire & de litterature* Paris 1725. 3.Vol. cujus prior minus plena editio ſub initia ſeculi prodiit. In magna rerum varietate aliqua parte anatomen adtigit; de homine ſuturis & de ſimio oſſiculis auditus deſtituto. T. II. Ad vitam Pecqueti. Dentes repoſitos non comprehendere. Cur homo non natet. Experimenta microſcopica fabuloſa.

L. C. de LUDWIG *neuentdeckte Heimlichkeiten des Frauenzimmers* Frankfurt und Leipzig 1725. 8. 3. partes.

Joſephi Antonii PUJATI *diſſertazioni fiſiche* Venez. 1725. 4. Inter eas eſt de voce & de ejus formatione & morbis.

EJUSD. *De morbo Naroniano tractatus* Feltri 1747. 4.* Longa digreſſione aëris in pulmone ad ſanguinem acceſſum defendit. Sanguinem in pulmone diſſolvi.

In l. *de victu febricitantium* Padova 1758. 4.* Vaſa minora derivat ex rubris, abſque multiplici vaſculorum intermediorum ſerie.

Chriſtiani Polycarpi LEPORINI *Bericht vom Leben und Schriften Laurentii* HEISTERI Quedlinburg 1725. 4.* Cum operum Cl. viri recenſione & inventorum.

EJ. *Erörterung einiger die zurückgebliebene Nachgeburt betreffender Fragen* RUYSCHEN *entgegengeſetzt* Quedlinburg 1729. 4.* Periculoſum eſſe placentam in utero relinquere. De cauſis adhærentis placentæ.

Richardi HALE *oratio anniverſaria Harvejana* Leid. 1725. 4. An ejusd. p. 10.

J. Henr. HERLIN *Balſamirte Maani acc. wie die balſamiſche Concreta vor Corruption zu bewahren* Chemnitz 1725. 8. TR.

§. DCCCCXII. *J. Georgius* DUVERNOY,

Montisbeligardi natus, Præceptor meus in anatome primus. Etſi preſſus adverſa fortuna neque humana cadavera habebat, quæ incideret, neque per fortunæ anguſtias librorum copiam poterat ſibi curare, diligentiam equidem ſummam his impedimentis oppoſuit, neque tamen potuit eam adquirere rerum ab aliis dictarum notitiam, qua a paradoxis opinionibus avocaretur.

De ductu ſalivali COSCHWIZIANO, me reſpondente, valde tunc ephebo Tubing. 1725. 4.* & in *collectione noſtra.* In canibus & equis & aliis animalibus inquirendo reperit, venas eſſe, quæ COSCHWIZIUS vidiſſet; ex communibus etiam dotibus ductuum excretoriorum oſtendit, non eam ejus ductus naturam eſſe, ut poſſit pro excretorio haberi.

In *Comm. Acad. Imper. Petropol.* T. I. deſcribuntur vaſa lactea ab ipſis inteſtinis orta, exque eorum conniventibus valvulis, toto cum ſyſtemate vaſorum lymphaticorum abdominalium in uſque venam ſubclaviam. Duplicem ordinem eorum vaſorum, chyloſorum & lymphaticorum, inteſtinalem & meſentericum recte diſtinguit. Vaſa lactea ſecunda quinque. Duplex receptaculum chyli, duplex ductus thoracicus. Ciſterna veſiculis ſeminalibus comparata. Faſciæ muſculares tres, ductui thoracico adplicatæ.

In alio *commentario* agit de varietate venarum chyli in animalibus. Elephanto nulla eſſe vaſa lactea. Venæ lacteæ catopardi, phocæ.

In T. II. a. 1727. cordis elephanti anatomen dat. Glandulæ, quas putat eſſe

eſſe in facie ventriculorum interiori. Injectum liquorem coloratum non exſudare in id cavum.

Ib. penis elephantini anatome & ſplendida figura: Venæ internæ ad cribrorum modum perforatæ; erectio non muſculis, ſed venis tributa, quæ per cancellos nerveos tranſeunt.

In Tom. III. duos partus monſtroſos accurate deſcripſit, bicorporeum alterum capite unico, alterum corpore unico bicipitem.

In Tom. IV. a. 1729. agit de ſinubus, nempe ventriculis, cerebri & pede hippocampi ſpirali, cornu ventriculi poſteriori & ſuperiori.

Venas breves tamen perforatas eſſe. Lien celluloſus, ne in elephanto quidem glanduloſus. Ejus molem alternis vicibus augeri & ſubſidere, forte a ventriculi preſſu.

De ventriculo & inteſtinis. In illo reticulatum opus quadrangulare. De valvulis inteſtinorum, a villoſa tunica factis.

In Tomo V. a. 1729. de glandulis renalibus, earum ſucco; eſſe diverticula ſanguinis in fetu, ne nimis ubertim renes adeat.

De aëre ſub extima & ſub intima tunica inteſtinorum viſo. Anatome muris volantis Ruſſici.

In Tomo VI. de puero mutilato brachiis, eorumque accurata anatome.

De dorſi ſpina ab aorta deformata.

In Tomo VII. qui reſpondet annis 1734. 1735. de thymo, cujus caveam admittit. De adpendice vere cava ex glandula thyreoidea adſcendente. De fabrica ventriculi, ejusque celluloſis telis & retibus vaſculoſis. De petiolo epiglottidis ejusque ſulcis & glandulis: de cellulis majorum cartilaginum laryngis.

In Tomo XIII. Iterum de renibus ſuccenturiatis. Vaſcula ex adipoſa tunica pulchro ordine in eos ſubeuntia. Venæ in eorum cavea undique perforatæ. Canalem in cavea putat ſe detexiſſe. De minoribus renibus ſuccenturiatis (nempe gangliis nervoſis circa eam ſedem frequentibus.

Tom. XIV. de erinacei anatome, & potiſſimum de veſiculis mammarum.

Et denuo de novis renibus ſuccenturiatis.

§. DCCCCXIII. *Diſputationes.*

Alexandri Camerarii, Rudolfi Jacobi fil. *de efficacia animi pathematum in negotio ſanitatis & morborum* Tubing. 1725. 4.

Ej. *Sorbendi actus, modus, uſusque multiplex* ib. 1736. 4.*

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* III. *obſ.* 119. Oedipum deſcribit.

J. Georgii Gmelin, celebris botanici, olim amici noſtri, *de actione glandularum meſentericarum retardante* Tubing. 1725. 4.* præſide J. G. Duvernoy.

In T. II. *Act. Acad. Petrop.* aliqua animalia deſcripſit, cum anatome, murem moſchatum, rupicapram cornubus arietinis moſchiferam, moſchiferum potiſſimum animal, cui mirifica penis eſt fabrica.

Ej. *De viis urinæ ordinariis & extraordinariis* Tubing. 1753. 4.*

Ej. *Singulare anthropogeniæ ſpecimen.* 1753. 4.

Ej. *De tactu pulſus certo in morbis criterio.* 1753. 4.

In *Epiſt.* 281. ad me defendit, verum ex lacte acido equarum ſpiritum ardentem obtineri, cui paucum frumentum addant.

Leonhardi BOHNEK *de varietate in formis animalium externis, tamquam indice exſiſtentiæ divinæ* Altdorf. 1525. 4.

J. Chriſtian HEBENSTREIT *de corporis humani machina divinæ ſapientiæ ac prudentiæ teſte* Lipſ. 1725. 4.

Georg. VOLCMAR HARTMANN *de commercio corporis cum anima ſecundum diverſas philoſophorum hypotheſes* Erford. 1725. 4.

Ej. *Epiſtola de bruto ex homine* ib. 1733. 4. *, cum iconibus fabuloſis.

Ej. *Schediaſma apologeticum, quo ſententia* STAHLII *de natura humana in epiſtolis de bruto ex homine defenſa confirmatur, ut* STENZELII *dubiis ſatisfiat* 1735. 4.*

J. Gottlieb BAUER *de nervis eorumque in corpore humano præſtantia* Lipſiæ 1725. 4.*

Ej. *De cauſa fecunditatis gentis circumciſæ* ib. 1734. 4.

Ej. *De molis inteſtinorum* ib. 1747. 4.

Anton. Wilhelm. PLAZ *de corpore humano machina divinæ ſapientiæ ac providentiæ teſte* Lipſ. 1725. 4. LEHMAN.

Chriſtoph. Joachim WOLFAHRT *de fetu monſtroſo duplici; & de pulmonum aquæ injectorum & ſubmerſorum experimento* Marburg. 1725. 4.* : Fetus prior unicorporeus biceps. Alter biceps & quadrimanus, viſceribus plerisque duplicatis. Pro experimento pulmonum.

Abraham PETERSON *de nauſea & vomitu* Erfordiæ 1725. 4.

J. A. FISCHER & auctor *Gottfried* FRAUSCHKE, *ſuccincta ſexus potioris ſpermatologia* ib. 1725. 4.

Joachim BECKENDORF *de ſignis virginitatis* Franeker. 1725. 4.*

Gideon WELLS *de vomitu* Leid. 1725. 4. HAENEL.

Guilielmi ROELL *de ventriculi fabrica & actione muſculari* ib. 1725. 4.

Petri KIRCHHOF *de mentis & animæ humanæ conſenſu & diſſenſu* Leidæ 1725. 4.*

Godofredi de BOIS *de ſono & auditu* ib. 1725. 4.* Eruditi viri, amici noſtri.

A. P.

A. P. BURS *de nauſea & vomitu* Utrecht 1725. 4. HAENEL.

Ignatii SCHWARTZ *Sol Peripateticus noſtri temporis* Friburg. Briſg. 1726. 4. Altera pars eſt de microcoſmo.

J. Georgii BETZOLD *de cholelitho* Argent. 1725. 4.*

Henrici Alberti NICOLAI *Decas obſervationum anatomicarum* Argent. 1725. 4.* Duæ fontanellæ minores. Pro foramine membranæ tympani experimentum: Os ſeſamoideum inter trapezium os carpi & maximum.

EJ. *De directione vaſorum* ib. 1725. 4.* Diſcipuli WINSLOWIANI docta diſputatio in *noſtris ſelectis* recuſa. Vaſorum corporis humani deſcriptionem & phyſiologiam minime eo tempore malam continet. Menſuram utriusque cordis ventriculi dat.

In *Comm. Litt. Nor.* 1733. obſervationes recenſet anatomicas in muſculis, liene 15. librarum, lingula de oſtio uteri eminente, ductu chylifero, ciſterna maxima.

Antonii Emanuel ROSSET *de viſu* Baſil. 1725. 4.*

J. Adam KUNST *de quibusdam hepatis morbis* Baſil. 1725. 4.* Ligamentum ab œſophago in hepar euns. Arteria hepatica nata ex meſenterica. Menſes per umbilicum manantes, & vena umbilicalis cruore diſtenta. Ramus a ductu cyſtico ſecedens, & ſeorſim in duodenum apertus. Hepar maximum 15. libr. cum *ß.* Ductus choledochus latiſſimus, ad inſertionem anguſtiſſimus. In cyſtide fellea calculi, & in ea unciæ bilis viginti.

Jac. GERING *praxis vitia ex figura partium oculi cognoſcendi & ſanandi* Meiſſen. 1725. 4. BOECL.

EJ. *De diſtantia lentis convexæ ab oculo* Meiſſen 1726. 4.*

Guilielmi Joſeph de L'EPINE & *François* MERY *Ergo inſpiratus aër ſanguini miſcetur* Pariſ. 1725. 4.

Julian de SANTEUIL & *J. Bapt. du* BOIS *Ergo obeſis rarior ſoboles* Pariſ. 1725. 4.

Emanuel Mauric. DUVERNEY & *J. Jacob* COSTAR *Ergo tritus chyloſin adjuvat.* 1725. 4.

Leonis Bernardi PAGLIAI *concluſiones phyſico-medicæ ſub auſpicio A.* VALLISNERII Patav. 1725. Ex ſcriptis præſidis.

§. DCCCCXIV. *Diaria anni 1726.*

In *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 394. *Georgius* WARREN, Chirurgus, accurate egit de anatome ſtruthiocameli. Habere epiglottidem; duos ventriculos, valvulam ſpiralem in cæcis inteſtinis, & tritus ſigna in nummis deglutitis, & eroſionis. Urethra ſemicanalis.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1726. PARENNIN S. J. refert de ſua Tartarica verſione anatomes *Petri* DIONIS pro Imperatore KANG-HI facta, & adfirmat,

mat, circuitum ſanguinis medicis ejus gentis, vulgo Mantcheoux, non ignorari.

Danty d'Isnard de pſittaco, certo virgine, qui ova poſuit, in quorum altero germen fuerit.

In *Act. Lit. Suec.* de oſſibus ſeſamoideis rarioribus.

Hoc ipſo anno cepit nova *Academia Scientiarum Petropolitana* ſuos *Commentarios* colligere, quorum I. Tomum Petropoli 1728. 4* ediderunt. Pleraque diximus. Adnotationes aliquæ præterea in hoc tomo reperiuntur, argumenti pathologici, hydatides, alia.

In *Bresl. Sammlungen Verſuch* XXXV. de monſtro ex gliribus coaleſcente.

Iterum coſtas cum carne oſſea eſſe vere partem thoracis teſtudinis.

Ovum caudatum & contortuplicatum.

Verſuch XXXVI. & XXXVII. de puella, quæ dicebatur Thorbergæ absque cibo vixiſſe. Rem fabuloſam eſſe cominus cognovi.

Puella quinquennis menſes patiens.

Partus parte cranii ſuperiori & cerebro deſtitutus.

Duo pulli alis pedibusque quaternis.

Verſuch XXXVII. Capreolus comatus.

Ren unicus. Sic *Verſuch* XXXVIII.

Verſuch XXXVIII. quem A. E. Buchner edidit; auditus per dentes.

Vir urethra in medio pene aperta, cum vulvæ imagine in perinæo.

Dens inſitus & comprehendens.

Supplementa porro *quatuor* ad hæc tentamina prodierunt, primum a. 1726. 4.*

In annalibus Juliis *Hermanni* Teichmeyer, uxoris meæ avi, partus tubarius traditur.

§. DCCCCXV. *Alexander* Monro.

Scotus, Chirurgus, anatomes in Academia Edinburgenſi per multos annos Profeſſor, vir induſtrius, & in corporibus incidendis adſiduus. Ejus *Anatomy of the bones* frequentiſſime recuſa eſt Edinburg 1726. 8.* 1732. 8.* 1741. 8. Tr. 1746. 8. Gunz. 1750. 8.* 1763. 8.* Germanice Lipſ. 1761. 8. vertente Cl. Krause ad Cl. Sue verſionem, quam emendat, cum nonnullis etiam ſuis notis. In hac editione acceſſerunt Monroi de nervis, de thoracico ductu & de motu cordis diſſ. Gallice Avignon 1759. 8.* & cum ſplendidis iconibus Cl. Sue, quam editionem ſeorſim laudabimus, Pariſ. 1759. fol. 2. Vol.*

Multam laudem hoc opere Monrous meruit; Oſſeam fabricam & analyſin, vaſa. Perioſtei interni per oſſis totam naturam appendices: Capitis oſſa minute expoſita; varietates; ſcrobes & tubercula pro muſculorum adhæſione. Oſſa artuum paulo minus plene.

In

In poſterioribus editionibus aliqua acceſſerunt, potiſſimum ad fabricam oſſium. Ligamenta paſſim habet; etiam decuſſatas fibras ligamenti intervertebralis. Duæ ſuturæ ſquamoſæ. Foramina oſſis occipitis non perpetua. Non eſſe inter occiput & atlantem mobilem cartilaginem.

In editione Cl. SUE prima pars eſt MONROI. Eam Germanice vertit Cl. *Chr.* KRAUSE, & verſionem emendavit.

Jam ſecundæ editioni acceſſerant tres tractatus alterius naturæ; *de nervis* etiam cum experimentis, & de ſucco nerveo, *de motu alterno cordis*, fere ad BOERHAAVIANAM hypotheſin, a preſſis nervis, & obductis coronariarum arteriarum oſtiolis valvulis aorticis; & *de vaſis lacteis ductuque thoracico*, bonus tractatus.

In editione 1750. hiſtoria nervorum tota fere nova eſt.

In editione 1762. habet nervum a ſecundo ramo quinti paris, euntem ad intercoſtalem. Recte cutaneum nervum, & muſculo-cutaneum, monet in baſilicæ, inque cephalicæ ſectione ſæpe violari.

Hos tres poſteriores libellos vertit G. COOPMANS, qui *commentarium & librum de cerebri & nervorum adminiſtratione* addidit Franeker. 1754. 8. 1762. 8. Haarling. 1763. 8.* KRAUSIUS eos libellos ſuæ de oſſium hiſtoria verſioni adjecit. Gallice cum *le* BEGUE *de* PRESLE verſione WHYTTIANI operis Pariſ. 1769. 12.* Belgice Utrecht 1773. 8.

EJ. Anonymi quidem, *Eſſay on comparative anatomy* London 1744. 8.*. Bonus liber. Vaccæ potiſſimum & canis, avium & piſcium anatomen cum humana confert: cauſas exponit, cur aliter in animale, quam in homine quæque partes fabrefactæ ſint. Glandulam in pharynge canis etiam valvulæ officio fungi. Unicam papillam renis facere ad celeriorem urinæ ſecretionem, neceſſariam ob magnum fœtorem urinæ. Hippomanes etiam in vacca reperiri, incerti uſus carunculam. Figuras veſicæ PARSONI malas eſſe, ex pueris captas, inferiori ſacco deſtitutas, MONROI cæterum hoc opus eſſe audio, etſi auctor dicitur ante editionem obiiſſe. Suorum in humana allantoide quærenda laborum meminit.

EJ. *Expoſtulatory epiſtle to D.* HUNTER Edinburg 1762. 8.* recuſ. in *muſæo medico.* De aſperitate adverſarii filii ſui queritur. De communicatione vaſorum fetus & matris, quam MONROUS rejicit. Perioſteum ſanum ſenſu carere fatetur.

Tabulas anatomicas magnæ formæ parabat, WINSLOWO probatas, ſed eas perficere omiſit. Quatuor omnino ad me pervenerunt.

In *Eſſays of a ſociety at Edinburgh* magnæ partes auctoris noſtri ſunt, tum in chirurgicis, tum in anatomicis. In anno I. dedit de arte injiciendi diſſertationem, quæ aucta rediit in ed. IV.

Deinde de articulatione maxillæ inferioris, ejus muſculis & motu, cum vera deſcriptione articulationis maxillæ inferioris, & chordæ tympani, quam nervo duro recte tribuit.

In T. II. tres diſſertationes eruditæ, quibus oſtendere vult, fetum per os omnino non ali. De communicatione placentæ cum utero; de natura liquoris amnii; de formatione pulli in ovo; auctæ in T. IV.

IDEM de arteriarum tunicis, intima, muſculoſa, & tendinea.

In T. III. ſua conſilia dat de injectione vaſorum anatomica; de exſiccatione, quæ adjuvatur aëre impulſo, aut argento vivo. Cerebrum in ſpiritu vini cum ſpiritu nitri miſto indureſcere. Argento vivo repletum pharyngem conſervari.

Has ad anatomicum cultrum pertinentes duas diſſertationes verterunt, & ediderunt Leidæ 1741. 8.* cum titulo *tentaminum circa methodum injiciendi*, tum Germanice. Oleum terebinthinæ laudat, & LIEBERKUHNII ſiphonem. Minutas encheireſes docet, ut oſſa quam mundiſſima & albiſſima obtineantur; ut dura membrana cerebri integra ſervetur. Quæ commoda ſint aëris ad ſiccandum, quæ argenti vivi. Ut lien ſiccetur, cerebrum denſetur. Acidi ſpiritus & alcoholis vis balſamica.

Porro in *Eſſays of a ſociety at Edinburgh* T. III. de muſculo digaſtrico ejusque officio in WINSLOWUM dicit. Gallice hæc reddita ſunt: *Examen des remarques de Mſrs* WINSLOW, FERREIN & WALTHER *ſur les muſcles par Alex.* MONRO Edinburg. 1752. 12. Retrorſum caput ducere, quando maxilla firma, negat in ed. IV.

Aliqua ad vias lacrumales.

In T. IV. anni 1736. Duodenum int. deſcribit & pingit, ſatis recte. Ad omenti ſitum & ad duodenum adhæſionem. De inteſtinis varia, de eorum celluloſa tela, villoſa, ſ. epidermide, thymi & capſularum renalium decremento.

T. V. P. I. De cranio, in quo numeroſa oſſa triquetra fuerunt.

Ibid. de cartilaginibus intervertebralibus.

Ibid. contra anaſtomoſes arteriarum ſpermaticarum cum venis. Porro de vaginali tunica, de proceſſibus peritonæi vulgo dictis, de minoribus vaſculis teſtis. Conos epididymidis habet pro arteriolis; de ſcroto. Hæc diſſ. aucta eſt in IV. edit.

In eadem *ſupplementum* adjectum eſt de muſculi digaſtrici actione, qualem WINSLOWUS & FERREINIUS docuerunt.

In *Eſſ. phyſical and literary read before a ſociety at Edinburgh* T. I. 1759. 8.*, quærit, cur nulli dentur muſculi intercartilaginei? nempe quod ea ſpatia in inſpiratione dilatentur.

In *eſſay of a ſociety of phyſ. and litter.* T. II. Omnino nudata pleura, nullum ſpatium eam inter & pulmonem adparere.

§. DCCCCXVI. *Fr. Joſephus* HUNAULD.

Anatomes poſt DUVERNEYUM, Profeſſor & Academicus, ſubtilis anatomicus. EJUS *diſſ. en forme de lettres au ſujet de l'auteur du livre ſur les maladies des os* Paris 1726. 12.* Per oſſa & per univerſam anatomen PETITUM perſequitur,

tur, in iſta facile ſuperior. Maxillam inferiorem cum tuberculo oſſis temporum committi, non cum fovea. PETITI diſſ. de potu BOSSUETI eſſe opus, qui nimia linguæ tribuerit, & muſculorum uvulæ officia prætermiſerit.

In *Mém. de* 1729. de lumbricalibus & eorum varietatibus; de muſculo ſublimi in diverſos muſculos diviſo.

In *Mém. de* 1730. Varia ad oſſa capitis, ad ſuturas, ad fornicatam firmitatem calvæ, oſſicula WORMIANA, membranam ſe inter dentes ſuturarum demittentem, laminas oſſium cranii, ſinum longitudinalem dextrum majorem: Oſſa turbinata inferiora partes eſſe oſſis cribriformis.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1732. de adipe ejusque uſu dubio; de appendice ilei int.

In *Hiſt. de* 1734. Suturæ abolitæ: oſſa infantis præcraſſa. Nervus ex abdomine ad cor veniens. Vaſa lymphatica pulmonis.

In *Mém. de* 1735. de Simiæ anatome. Habere proceſſum coracoideum, nervos & muſculos brachii fere humanis ſimiles, ligamentum coli. Paſſim aliqua antiquorum academicorum effata corrigit.

In *hiſtoria* ejus anni foramen ovale apertum. In arcu aortæ varietatem.

In *Mém. de* 1740. bifurcatos ureteres tribuit veloci incremento ramorum, qui celerius perficiantur, quam ureteris truncus. Sic de arteriarum diviſione ex cauſis mechanicis variata, deque ſuturarum luſibus. Hydrocephali hiſtoria.

Hiſt. de 1742. oſſa emollita.

EJ. Diſp. *Ergo bilis præparatio in omento* Pariſ. 1731. 4.* Reſpond. ACHILL. FR. FONTAINE.

EJ. Diſput. *de ancyloſi* Pariſ. 1742. 4.* Ligamenta intervertebralia deſcribit. Lamella quæque intervertebralis in centro mollior comprimitur in ſitu erecto, & inter inſpirandum una cum pulmone urgetur.

Vita viri eſt *in Mém. de l'Acad.* 1742.

§. DCCCCXVII. *Richardus* MANNINGHAM. *Th.* SIMSON.

Richardus MANNINGHAM, Eques, Medicus & obſtetrix, primum occaſione MARIÆ TOFFTS ſcripſit *exact diary of what was obſerved during a cloſe attendance upon* MARY TOFFTS *the pretended Rabbit breeder* Lond. 1726. 8.

EJ. *Artis obſtetriciæ compendium, tam theoriam, quam praxin ſpectans* Lond. 1739. 4.* Anglice, *an abſtract of midwifry for the uſe of the lying in infirmary* 1744. 4.* Latine recuſum cura *Phil. Adolphi* BOEHMER Hall. 1744. 4.* Brevis tabula eorum, quæ obſtetricem noſſe oportet, ad uſum prælectionum. Anatome partium genitalium, partus naturalis &c. Quæ Cl. EDITOR addidit, ea alias dicentur.

Thomæ SIMSON *de re medica diſſertationes quatuor* Edinburg 1726. 8.* Profeſſor

ſeſſor in Acad. S. ANDREÆ. Inter eas diſſertationes huc facit tertia, in qua quæritur, quatenus humorum in corpore humano naſcentium conſideratio ad medicum pertineat. Unicum eſſe humorem alentem. Mala, quæ humoribus tribuuntur, eſſe fere ſolidorum vitia. Contra ſecretionum leges. In quarta bilem docet non cauſam eſſe morborum, ſed effectum. De bile atra, in liene, in ductibus bilariis nata.

EJUSD. *Syſtem of the womb* Edinb. 1729. 8.* In utero ſinus eſſe, ad quos in puellis junioribus ſanguis non perveniat, quoad dilatati ſub pubertatis tempora ſanguini pateant. Ita repleri ſinus, & vaſa uteri comprimi, & circuitum ſanguinis moram pati. Plethoram rejicit.

EJ. *Inquiry how far the vital and animal actions can be accounted to be independent of the brain being the ſubſtance of the Chandos lections for* 1739. *and ſome ſubſequent years* Edinburg 1752. 8.* Primum de motu muſculorum agit; quos ait abſque medio, aut cerebri aliquo officio, ab anima cieri, argumento palpitantis ab animo adfecto cordis. Celluloſam telam tendineam, & denique nerveam facit, ei convulſiones tribuit: per eamdem ſympathias interpretatur. Animam muſculos ſuos quidem non adgnoſcere, ſed ab incommodo excitatam motus aliquos ciere, quibus ſe ingrato ſenſu liberet: itaque voluntati tribuit, quæ ſunt ſtimuli. De circuitu ſanguinis. De reſpiratione. Obturata aſpera arteria animal tamen pectus agitavit, verum ſanguis dextras cordis caveas replevit, dum ſiniſtræ inanes manſerunt. De ſanguine & caloris ortu, quem a tritu negat eſſe. De cerebro. Negat animæ functionibus cerebri morbos magis obeſſe, quam aliarum partium mala. Negat ex irritato cerebro fieri convulſiones, aut a vulneribus cerebri mentem pati. Nervos etiam extra cerebrum ex minutis vaſculis oriri. In chorioidea tunica ſedem eſſe viſus. Cerebrum ſanæ vaccæ induratum vidit: ſed ea fuit, ut olim VALISNERIUS monuit, exoſtoſis.

In *Eſſay of a ſociety at Edinb.* T. IV. Placentam tenerius ovum totum ambire: abire vero in veram placentam, qua fundo uteri obvertitur. Pro muſculo uterino RUYSCHII.

In *Vol.* V. P. II. excretio ſecedentis villoſæ tunicæ inteſtini.

§. DCCCCXVIII. *Renatus Jacobus Creſcentius* GARENGEOT.

Amabat ſe vocare de GARENGEOT; Chirurgus & demonſtrator anatomes, ingenio minime tardus, ſui decoris ſtudioſus, hinc de inventis frequens litigator. In *hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1726. deſcribit os in corde Jeſuitæ repertum, tum in *Journal de Trevoux* ejus anni.

In *hiſt. de* 1728. ſinum longum falcis in ſolum transverſum dextrum continuari.

EJUS *Splanchnologie où l'anatomie des viſcères avec des figures originales deſſinées d'après le cadavre* Paris 1728. 12.* & auctius ibid. 1742. 12. 2. Vol.* Germanice

manice Berlin 1733. 8. Icones ad cadaver delineatæ a Cl. STOKHAUSEN, pleraque tamen ut parvæ, ita rudes. Plerumque WINSLOWUM ſequitur, alias MALPIGHIUM. Vaſa, & ea ſanguiſera, epidermidi tribuit: ſphincterem coli valvulæ & ductum HIGHMORI admittit; & acceleratores novos, qui ſunt SANTORINI tranſverſi minores. Intercoſtales arterias ſuperiores pariter aortæ tribuit, ad rarius exemplum. Sic de vena ſine pari. Membranam arachnoideam laminam eſſe piæ matris; ſed ea late regnat in cauda equina, qua nulla nunc pia eſt. Ventriculi fibras carneas dicit ſe depinxiſſe, ſed ex HELVETIO ſumſit.

Hiſtoriam denique Anatomiæ dat fere ex CLERICO. In poſteriori editione paſſim cum HEISTERO decertat.

EJ. *Myotomie humaine & canine, où la maniere de diſſequer les muſcles de l'homme & des chiens, ſuivie d'une hiſtoire abregée des muſcles* Paris 1728. 12.* 1750. 12. 2.Vol.* Paſſim bona aliqua & myologiam caninam probes. In humanis manſit cum levioribus anatomicis. Muſculos oculi parat non aperta orbita; & contra cervicem removet, ut pharyngem oſtendat. Recti tibiæ ſecundam originem ſibi tribuit, quæ eſt DOUGLASSI; & deprimentem vim levatoris ſcapulæ, quæ WINSLOWI eſt: ſplenium colli & alios minores manus & pedis ignorat. Pyramidalem narium oſſi ipſi vult inſeri. Suam eſſe bicipitis alteram inſertionem ſuperficialem. Contra *Julianum* OFRAI acriter pugnat, fere de ſpatio celluloſo mediaſtini.

In Chirurgicis operationibus paſſim etiam partes aliquas ægras expreſſit. Fibras appoſitione renaſci.

§. DCCCCXIX. *Varii.*

Johannis OOSTERDYK SCHACHT, *Hermanni* fil., Profeſſoris Ultrajectini, *de ſecretione animali* Diſp. Leidæ 1726. 4.*

EJ. *De ſenilis fati inevitabili neceſſitate:* eam *ex hominis mechaniſmo ſequi* ibid. 1739. 4.* & 1747. 4. cum inſtitutionibus.

EJ. *Inſtitutiones medicinæ practicæ* Utrecht 1747. 4.* 1767. 4. Pathologici argumenti.

EJ. *De actione ventriculi* Utrecht 1736. 4.

J. Chriſtophori BOHLII *de morſu* Leid. 1726. 4.* Regiomontanus Profeſſor, ultimus diſcipulorum RUYSCHII & ejus familiaris, amicus noſter.

EJ. *Diſſ. epiſtolaris* ad *Fr.* RUYSCHIUM Amſterdam 1727. 4.* De vaſis ad inteſtina a cava vena venientibus, quæ defendit: dubia contra boni ſenis perſuaſionem, corticem cerebri meris vaſis fieri.

EJ. *Viæ lacteæ corporis humani hiſtoria naturalis* Regiomont. 1741. 4.* & in *noſtris ſelectis* T. I. Götting. 1745. 4.* Eximia diſputatio; bona icon ductus thoracici & multa peculiaria adnotata.

EJ. *Von der nöthigen Vorſichtigkeit bey denen in lebendigen Geſchöpfen anzuſtellenden*

ſtellenden Erfahrungen über die Unempfindlichkeit Regiomont. 1764. 4.* Experimenta ſua producit, quibus conſtitit, aponevroſes muſculorum abdominis, perioſteum, duram cerebri membranam, tendinem achillis, in homine ſenſu caruiſſe.

Idem opuſculum vir Ill. a. 1766. 4.* auctius reddidit.

Ejusdem eſt *programma de inſenſibilitate tendinum* Regiomont. 1764. 4.

In epiſtolis ad me datis aliquæ ſunt anatomicæ. Valvulam coli per adminiſtrationem anatomicam evaneſcere ep. 8.

J. Heinrich Schutte *Nothwendigkeit und Nutzen der Anatomie* Duisburg. 1726. 8.* Invitatio ad condendum theatrum anatomicum.

Ej. *Die wohlunterwieſene Hebamme, oder gründlicher Unterricht von dem, was eine wiſſen, und bey ſchweren Geburten durch geſchickte Handübung verrichten ſoll* Weſel 1765. 8. Habet etiam aliquam anatomen.

Ej *Anthropotheologia, Anweiſung, wie man aus Betrachtung des Menſchen, ſeines Leibes und Glieder die Allmacht und Weisheit Gottes erkennen könne* Hall. 1769. 8.* Pii ſenis.

In *Giuſeppe* Volpini *opere medico pratiche filoſofiche* Parma 1726. 4. fere ad generationem pertinent, quæ phyſiologica habet. Pro ovis humanis, ſed inconſpicuis. Prima ſtamina futuri animalis ante fecundationem in ovo eſſe. Ovum humanum deſcribit.

Simon Giovanni Bianchi, viri Ill. *epiſtola anatomica* ad *Joſephum* Puteum, *Jacobi* fil. Bonon. 1726. 4. Mazuchell. Solet ſe vocare *Janum* Plancum, amans hiſtoriæ naturalis & conchyliorum.

Ej. *Oſſervazioni intorno una ſezzione anatomica* . . . Rimino 1731. 4. ib.

Ej. *Lettera del* S. G. B. Lunadei *intorno una bambina nata con due teſte, e riſpoſta del* D. G. Bianchi *intorno a quel moſtro* Mazuchelli, absque anno.

Ej. *Breve ſtoria della vita di Catarina* Vizzani, *che per ott' anni veſti abito da uomo, e che in fine fu occiſa e ritrovata pucella nella ſezzione del ſuo cadavere* Venez. 1744. Anglice 1751. 8.* Femina tribas hymene integro.

Ej. *De conchis minus notis* Venet. 1739. 4.* & auctius 1760. 4.* Aliqua ad nonnullorum inſectorum & zoophytorum anatomen.

Ej. *De monſtris & monſtroſis* quibusdam Venet. 1749. 4. max.* Pro monſtris aliis primigeniis, aliis caſu ortis. Caſu natum putat porcellum unicipitem bicorporeum: melonem duplicem. Huc ſedigitus, anulari digito duplici; hernia congenita. Primigeniæ vero fabricæ facit vitulum capite plus quam ſemiduplici, puerum tripedem. Vir electricus de induſio ſcintillas excutiens. Oſſis hyoidis appendices ſecundæ, quæ oſſicula ſunt in ligamento hyothyroideo nata.

Ej. *Storia medica d' un poſtema nel lobo deſtro de cerebello &c.* . . . . . Ex hoc caſu exque aliis in homine exemplis perſuadet ſibi vir Cl. nihil firmi eſſe in illa cerebelli prærogativa, qua creditur magis ad vitam, quam cerebrum valere.

Ej. *Epi-*

EJ. *Epiſtola de urina cum ſedimento cæruleo* 1756. 12.* Annon ex cupro ab alcaleſcente lotio extractus color?

EJ. *Diſſertationes habitæ in Academia medica conjecturantium* Venet. 1759. 12. Puer abſque ore natus cum ſceleto.

In *Commentariis Academiæ Bononienſis* T. II. P. II. aliqua de piſcis molæ anatome, potiſſimum etiam cordis.

T. III. pariter de molæ anatome. Piſcibus nullum eſſe pancreas.

In *excerptis literar.* Ebroduni excuſis 1759. n. 3. valvula coli inteſtinum claudens.

In *Actis phyſico criticorum Senenſium* agit de aurantio marino: id animal ex imaginatione a DONATO ornatum eſſe. Mentula marina per duos tubulos aquam ejiciens, fibris pollens contractilibus. Polypi manus marinæ.

In *Comm. Bonon.* T. V. de greſſu echinorum marinorum, quem brachiis ſuis perficiunt: de fabrica ejus animalis.

EJ. *Lettera ad un ſuo amico ſopra d'un gigante che e paſſato per queſta città* Rimin. 1757. 8. MAGRATHUM debilem 7. pedum Pariſinorum altitudine fuiſſe, unico anno octo pollicibus increviſſe.

Hieronymus Leopoldus BACCHETTONI, Profeſſor Oenipontanus, ſcripſit *ſermocinationem de corpore humano* Oenipont. 1726. 4. SMITH.

EJ. *Anatomiam medicinæ theoreticæ & practicæ miniſtram* Oenip. 1740. 4.* Præter tabulas paſſim collectas dat etiam ſuas, quas inter tamen hactenus laudes tabulam arteriarum meſentericarum & meſocoli transverſi.

EJ. *Speculum matris non lactantis* Oenipont. 1740. 4.*

Levin VINCENT *deſcription du Pipal où crapaud aquatique de Surinam avec une deſcription des grenouilles & crapauds de* VINCENT Haarlem 1726. 4. FALC. latine & Gallice. Ea animalia ipſe olim vidi.

Wouter SCHOUTEN *gewondte hoofd* ed. II. Roterdam 1726. 8.* Negat pericranium cum dura membrana in ſuturis conjungi.

Ern. Victor SPRENGEL *tabulæ anatomicæ* Magdeburg 1726. 8.* Hominis ſcholaſtici breve opuſculum.

Jean PERRIER anonymus edidit *reflexions ſur la machine du corps humain, & ſur le ſang, avec des remarques utiles pour faire vivre plus longtems* 1726. abſque loco. Chylum non verti in ſanguinem. Plethoram nullam eſſe. Sanguinem in vaſis noſtris non corrumpi. PAVILLON.

Thomas BRATHWAITE *remarks on a ſhort narration of an extraordinary delivery of Rabbits performed by Joan* HOWARD Lond. 1726. 8. GUNZ.

William WOOD *oratio Harveyana* Lond. 1726. 4.

EJ. *Mechanical eſſay upon the heart* ib. 1729. 4.* Opus collectitium.

§. DCCCCXX.

§. DCCCCXX. *Andreas Elias* BUCHNER.

Profeſſor Erfordienſis, inde Halenſis, & Præſes *Academiæ Cæſareæ Naturæ Curioſorum.* EJUS *fundamenta phyſiologiæ ex phyſico - mechanicis principiis deducta* prodierunt Hall. 1726. 8.* HOFMANNUM ſequitur, ut etiam ovarium NABOTHI retineat: ſanguinem per vaſa minora celerius circumire doceat.

EJUS *Abhandlungen von einer beſondern und leichten art Taube hörend zu machen, ſamt andern mediciniſchen Abhandlungen* Hall. 1759. 8.* Pleræque in actis hebdomadariis Halenſibus prodierant, nunc emendatæ & auctæ diſſertationes. Quando de reſtituendo auditu agit, organum quidem & ſenſum ipſum deſcribit, deinde artificium caſu a ſurdo mercatore inventum narrat, tubam nempe ſtentoream altero fine amicus dentibus comprehendit, qui cum ſurdo colloquitur, alterum ſurdus; is accurate audit, quæ prior pronuntiat. Idem fit bacillo aut infundibulo ferreo, tantum ut dentes ad inſtrumentum admoveantur. Anglice 1770. 8. Alia eſt diſp. *de ſomniis* & eorum ſignificatione medica.

Zweyte Sammlung Hall. 1760. 8.*, potius diætetici eſt argumenti.

Porro cum *Johannes* KANOLD a. 1727. obiiſſet, diarium quidem perfecit, & ultimum *Verſuch* 38. ipſe ſupplevit.

Ipſe vero eodem omnino ordine proprium diarium ſuppoſuit, cum titulo *miſcellaneorum phyſico - medico mathematicorum*, quorum tomi 4. Erfordiæ ab anno 1727. ad 1730. prodierunt. Aliqua habent anatomici argumenti a. 1727. os pubis in vetula ſectionis patiens. Vomitus diuturnus a concremento in ventriculo reſidente. Partus duodecimeſtris; monſtra aliqua. Fetus vitalis, alter corruptus. Monſtroſus partus biceps, bicorporeus & quadrimanus cum anatome. De ſubmerſione vel natatione hominum.

A. 1728. duplex uvula: in cerva ſceletus hinnuli.

A. 1729. PETRUM I. anatome delectatum ſua manu urſum diſſecuiſſe. Monſtrifici partus aliqui abſque anatome. De vagitu uterino. Fetus ex lapſu matris deformati.

A. 1730. vitulus ore deſtitutus: nævi varii. Puer duodecimo die dentatus. Pſittacus ova ponens. Communis duobus catellis placenta. Exciſi dentes & capilli ex tuba FALLOPIANA. Pullus gallinaceus biceps, uniceps &c.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* II. *obſ.* 96. os infantis.

Obſ. 97. fetus biceps unicorporeus quadrimanus.

Vol. VI. *obſ.* 51. ſenex per multos ante mortem dies cibo abſtinens & potu.

Sed potiſſimum innumerabiles pene diſputationes, aut a Cl. viro ſcriptæ, aut certe eo præſide defenſæ, proſtant. Earum prima eſt *de naturali bilis conſtitutione & uſu* Erford. 1726. 4.*

De præternaturali bilis depravatione & noxa ib. 1735. 4.*

Monita circa uſum noxium & ſalutarem lactis Erford. 1741. 4.

De

De morbis cerebri ex ſtructura ejus anatomica deducendis 1741. 4.*

De ſitu uteri gravidi a ſede placentæ in utero Erford. 1741. 4.*

De morte naturali & præternaturali & ejus cauſis Erford. 1745. 4.*

Cur feminæ licet corpore debiliores eumdem terminum vitæ adtingant cum viris Hall. 1745. 4.*

De gracilitate ejusque cauſis & effectibus Hall. 1747. 4.*

De bulimia nimia ciborum appetentia Hall. 1747. 8.*

De gangliis Hall. 1748. 4.

De ſalivæ ſecretione vera 1748. 4.

De communicatione vaſorum mammariorum cum epigaſtricis 1748. 4.*

De conſenſu pedum cum inteſtinis Hall. 1749. 4.*

De adjumentis & impedimentis concoctionis alimentorum ib. 1749. 4.*

De oſcitationis mechaniſmo ib. 1749. 4.

De inſomniis ut ſigno in medicina ib. 1749. 4. recuſa in Germanica collectione.

De ſanguificatione ib. 1749. 4.

De atonia nervorum morbisque inde oriundis ib. 1749. 4.*

De natura ſomni ib. 1750. 4.

De naturali conſtitutione ſalivæ ib. 1750. 4.*

De celeri corporis incremento poſt febres 1752. 4.*

De inſolito corporis augmento frequenti morborum futurorum nuntio 1752. 4.*

De mutua uteri cum ventriculo conſenſione 1753. 4.

De cauſis pulſus intermittentis 1755. 4.*

De differentia ſenſationis & irritationis 1755. 4.*

Ejus & Penzky Auctoris, *phosphori urinæ analyſis & uſus medicus* 1755. 4.*

De vaſorum lymphaticorum glandularumque conglobatarum utilitate 1757. 4.*

De ſternutationis commodis & incommodis 1757. 4.

De genuino fetus in utero materno ſitu naturali 1758. 4.*

De oſcitatione ut ſigno in morbis 1758. 4.

Generatio molarum ex novis principiis deducta 1760. 4.*

De cauſis ſitim producentibus Hall. 1763. 4.

De ſecretione lactis muliebris & præcipuis ab ea impedita pendentibus morbis Hall. 1764. 4.*

De conſenſu primarum viarum cum perimetro corporis humani 1764. 4.

De fluxus menſtrui ratione ad ventriculum & inteſtina 1764. 4.*

Oſſificatio duræ meningis ſingulari obſervatione confirmata Hall. 1764. 4.*

De liquidi nervei ratione ad vitam & ſanitatem 1765. 4.*

De legibus irritationis generalioribus 1765. 4.*

De uſu nervorum telæque celluloſæ in nutriendis humani corporis partibus 1766. 4.

De natura ſomni ejusque cauſis 1766. 4.

De ſingultu Hall. 1767. 4.

De natura cordis quatenus a nervis pendet 1769. 4.* Pro vi nervea: qua vis inſita non differat.

§. DCCCCXXI. *Diſputationes Variorum.*

F. Eliæ PREUSS *theſes phyſiologicæ ex operibus medicis C. J.* LANGII *decerptæ* Upſal. 1726. 8.*

J. Godfried ARNOLD *de vi viſcerum in fluida* Regiomont. 1726. 4.* & in *noſtris ſelectis.* Vim contractilem arteriarum & in fluida poteſtatem metitur.

Franc. Car. Anton. EGLOFF *Sermocinatio de corpore humano ejusdemque & ſingularium partium anatomicarum deſcriptio* Inſprugg 1726. 4

Leonh. Ferdinand MEISNER *de auditu ejusque vitiis* Prag. 1726. 4.

Arnold DULÆUS *de vita ſana* Leid. 1726. 4.

J. BURMAN *de alimentorum in chylum mutatione* Leid. 1726. 4.

Petri BUTEUX *de morbis ſenectutis* Leid. 1726. 4.*

Franc. Phil. DUVAL *de emeticorum effectibus in corpore humano* Leid. 1726. 4.*

Samuel Theodor QUELMALZ *de inſigni anatomes in facultates ſuperiores influxu* Lipſ. 1726. 4.*

EJUS *de venis abſorbentibus* 1732. 4.*

EJ. *De epidermidis totius corporis ſeceſſione. Comm. Lit. Nor.* 1737. h. 19.

EJ. *De pinguedine ejusque ſede ſecundum & præter naturam* Lipſ. 1738. 4.*

EJ. *De adjumentis ſanguinis ad cor regreſſus* 1741. 4.*

EJ. *Homo electricus* 1745. 4.*

EJ. *De ſerotino teſtium deſcenſu* 1746. 4.*

EJUSD. *De arteriæ pulmonalis motu ſingulari & ejus efficacia* 1748. 4.* Inter inſpirandum eam arteriam produci, hinc arctiorem reddi.

EJ. *De liene* ib. 1748. 4.* Sanguinem in liene fluidum ſervari vi contractili fibrarum, & reſpirationis, ita aptum fieri, qui tranſitum ſanguinis venæ portarum per anguſtias hepatis adjuvet; in celluloſam telam lienis effundi; ſic obtineri, ut non per pulſus, ſed perpetuo ad hepar veniat.

IDEM *anatomen corporis feminini indicit* ib. 1748. 4.* Aliqua de nutritione & incremento.

Ej. *De incurvatione ſepti narium* 1750. 4.

Ej. *De oleo palmæ, materie injectionibus anatomicis aptiſſima* Lipſ. 1750. 4.*

Franc. MERY & *Deſider. Cl.* FREMONT *E. cordis motus a dura meninge* Pariſ. 1726. 4.

§. DCCCCXXII. *Diaria anni* 1727.

In *Phil. Tranſ.* n. 399. de celerrimis mortibus animalium relatio, quæ vipera caudiſona momorderat.

N. 400. *Simeonis* DIGGS, Medici, relatio de humana ſceleto novem pedum in Anglia detecto, ſed aliena ſenis aratoris fide.

Faſti emortuales.

In *Mém. de l'Acad. des Scienc.* 1727, & in *Phil. Tranſ.* n. 403. 404. vir ILL. HANS SLOANE agit de oſſibus elephantorum paſſim repertorum, & habitorum pro gigantum oſſibus, quo refert oſſa Mamuthi.

Ib. deſcribit enormia cornua ſex pedibus longiora, quæ habet pro cornubus tauri Aethiopici.

In *Phil. Tranſ.* n. 433. de vi incantante viperæ caudiſonæ. Non aliam putat præter vulnus jam inflictum.

Cl. MALOET de quibusdam labiorum motubus & eorum cauſis; de productis labiis, ab orbiculari, de iisdem dilatatis in ſpeciem infundibuli. Eam figuram tribuit anteriori parti orbicularis laxatæ, poſteriori contractæ.

Peritonæum cartilagineum.

Peritonæum late adnatum.

Hepatis lobus ſiniſter ad lienem productus. In hepate perſpicuæ glandulæ.

Ej. In *hiſt. de l'Acad.* n. 443. de odoratis particulis celeriter in corpus humanum reſorbtis.

IDEM in *Mém. de l'Acad. des Scienc.* 1732. de hydatidibus agit.

Et a. 1735. de modo quo pueri ſugunt inani parato ſpatio.

In *hiſt.* hujus etiam anni pedis & manus digiti in unum connati.

Fetus occipitibus & dorſis connati.

Renatus Ludovicus MOREAU *de* MAUPERTUIS, poſtea Præſes Academiæ Berolinenſis, de ſalamandra. Lac ejus acerrimum, fere ut lac tithymali, non tamen noxium, uti neque morſus beſtiolæ nocet. Igni non reſiſtit.

In *Mém. de* 1731. de ſcorpione & ejus aculeo perforato.

Ej. *Venus phyſique* 1746. 12.*, cujus plurimæ ſunt editiones, etiam cum titulo *le negre blanc* 1746. 8. min. Italice Venez. 1767. 8. vertente DIODATO ANNIANI. Contra evolutionem, ova, vermiculos; pro miſtione duorum ſeminum & pro particularum adfinium vi adtractili. De albis Aethiopibus &c.

Hominem primævum album fuiſſe, nam albos ex nigris gigni, non viciſſim. De novis animalium varietatibus.

Lettres de M. de MAUPERTUIS Dreſd. 1752. 8.* Homo abſque ſaltu ſimiis adgregatus. Contra jatromathematicos. De generatione hypotheſis, cum BUFFONIANA conjuncta. De familia hereditario jure ſedigita. De vi præſagiendi, dum animæ vires exaltantur.

In *Actorum Academiæ Naturæ Curioſorum Volumine* primo Norib. 1727. 4.* excuſo *J. Guilielmus* ANDREÆ *obſ.* 30. enema per os rejectum narrat,

& *obſ.* 31. menſes in vetula fluentes.

J. Henricus LINK fetus facie leonina, *obſ.* 74.

Lacerta vomitu reddita *obſ.* 107.

EJ. *De ſtellis marinis l. ſingularis* Lipſ. 1733. fol.* *Gabrielis* FISCHERI opus. In eo etiam anatome animalculi reperitur, & viſcera aliqua.

In *Commentariis Acad. Scient.* Petrop. T. II. 1727. anatome folliculorum caſtoris exſtat, & ſuſpicio, caſtorei utilitatem aliquam eſſe ad cibos ſubigendos in inteſtinis.

In *Miſcell. Berolin. Cont.* II. fuſe agitur multisque opuſculis, de pluvia ſanguinea.

In *Journal de Trevoux* 1727. Februar. quidam artifex vitrorum polidendorum nomine LE MAIRE mirifica de oculo humano proprium per artificium in ſpeculo inſpecto dicit. In uvea tunica adparere albos penicillos circa pupillam in ordinem diſpoſitos. Lentem cryſtallinam eſſe plenam canaliculis: imaginem in fundo oculi, inque retina depingi, recte; cameram oculi poſteriorem majorem eſſe: canales in cryſtallina lente per catenas connexos motu ſyſtolico & diaſtolico agitari; & catenas de ea lente pendere.

In *Journ. a Sav.* 1727. Juin, fetus corde deſtitutus.

§. DCCCCXXIII. *Stephanus* HALES,

Eccleſiaſtici ordinis, rector pagi Haddington, vir pius & ſolers, neminique inviſus, quæ rara fortuna eſt, experimentis naturam detegere conatus, ſæpiſſime felix. EJUS *vegetable ſtatiks* Lond. 1727. 8.* Gallice verſa a BUFFONIO Paris 1735. 4.* Belgice 1750. 8. Germanice edita Hall. 1747. 4. Paſſim ad phyſiologiam pertinet. Experimentum ſuum citat, fuſius in proximo opere expoſitum, quo ſaltus ſanguinis de arteria crurali proſilientis in equo definivit, qui in equo fuerit circa 9. pedes cum dimidio, in cane inter 6. & 7. pedes. Iter ſanguinis, aliorumque humorum animalium velocitates. De vi qua reſpiratio aërem reddit inutilem, deſtructo ejus elatere. Copia aeris, quæ inſpiratur, vis qua efflatur, area pulmonis, fabrica veſicularum, alia. Motum humorum in plantis eſſe unice a vi adtractili tubulorum capillarium & a ſolis calore. Vis qua ſuccus in vite movetur.

EJUSD.

EJUSD. *Statical eſſays containing hemaſtatiks* London 1733. 4.* Genevæ 1744. 4.* vertente *Franciſco* BOISSIER. Germanice cum ejus viri notis, Hall. 1748. 4. Italice Napoli 1750. 2.Vol. 8. ad verſionem Cl. *de* SAUVAGES. Ex primariis fontibus phyſiologiæ, cujus plures partes experimentis ingenioſis & difficilibus expedivit. De ſaltu ſanguinis, primum de arteriis equi in tubum vitreum ſubſilientis; & de ejus ſaltus in debilitato animale diminutione. Aeſtimatio areæ cordis. Inde celeritas computata ſanguinis, & pondus, quod cor ſuſtinet, hæc ex variis animalibus ad hominem translata. Retardatio ſanguinis in vaſis capillaribus, per injectionem & celeritatem diminutam tranſitus per ramos minimos computata. Celeritas major in pulmone: iter aquæ ex vaſis rubris in aërea apertum, non perinde aëri liberum. De reſpiratione aliqua: aërem in cavo thorace admittit. Calorem a frictione globulorum rubrorum oriri: noxa aëris calidi, neque tamen ſanguinem in pulmone conprimi. Contra breviores urinæ vias. Pro reſorbtione venarum meſentericarum. De vi adſtringente aut laxante vaſa noſtra. Inter arterias & venas negat iter liberum eſſe. De modo vaſa animalia replendi. Robur arteriarum & venarum: quæ id robur augeant & minuant. Vires contractiles fibrarum ſerici, tendinum, ventriculi canini. Aqua in anum injecta penetrat ad os uſque. Multa de aëre fixo corporum. Ut aër reſpirando corrumpatur.

EJUSD. *Philoſophical experiments* London 1739. 8.* Vix huc pertinet, niſi muriæ impulſio in vaſa animalis ad condiendas carnes.

EJ. *Treatiſe on ventilators* London 1758. 8.* Ad aërem ab exhalatione humana corruptum, & ad eumdem emendandum.

EJ. *Sermo Crounianus anni* 1751. London 4.* Hominis incrementum utiliter a cartilagine circumſcribi, quæ os finiat. Ad hominis felicitatem etiam minus ſenſuum acumen pertinere, cum intolerabilis in videndo dolor fuiſſet, ſi æque profunda radii violacei eſſet impreſſio, quam eſt rubri.

§. DCCCCXXIV. *J. Leonhard* EULER. *G. E.* HAMBERGER.

J. Leonhardus EULER, Baſileenſis, Berolinenſis & Petropolitanus Profeſſor, vir in calculis difficillimis unicus, paſſim phyſica adtigit.

In diſſ. inaugurali *de ſono* Baſil. 1727. 4.* quæ phyſici eſt argumenti.

Fuſius eadem redit in majori opere, *tentamine novæ theoriæ muſicæ* Petropoli 1739. 4.* Ejus primum caput eſt de auditu: Suavitatem harmoniæ ponit in facili proportione numerorum, qui utriusque toni vibrationes metiuntur.

Sic in *opuſculorum* T. I. Berolin. 1746. agit de viſione: ſed utrinque phyſice magis quam phyſiologice.

Georgius Ebrhard HAMBERGER, *Georgii Alberti* fil., Profeſſor Jenenſis, jatromathematicus, de quo viro cautiſſime loqui me decet, qui acerbiſſimus meus, dum vixit, inimicus fuit.

Cauſa mali ipſa prima fuit Cl. viri diſſ. *de reſpirationis mechaniſmo & uſu genuino*

nuino Jen. 1727. 4.* In ea BAYLEI ſequebatur opinionem, muſculos nempe intercoſtales internos coſtas deprimere, cum eorum inſertio propior ſit centro motus, atque adeo firmior. Idem aërem pulmonem inter & pectus admittit, qui alternis vicibus comprimatur, dum pulmonis a augetur, & expanſus viciſſim pulmonem urgeat, ejusque adjuvet ſubſidentiam. Habebat autem pectus pro unica connexa machina, cujus coſtæ per ſternum connexæ omnes una & elevarentur & deprimerentur. Sanguinem cæterum in pulmone & refrigerari & condenſari docet.

EJ. *De venæſectione* Jen. 1729. 4.* 1737. 4.* Experimentis in tubis vitreis factis invenit, angulos varios parum mutare truncorum effluxum, & aperturam canalium in vicinos ramos neque derivationem, neque revulſionem a remotis vaſis ullius momenti facere, neque ſanguinem accelerare. Valvulas venoſas preſſionem ſanguinis non ſuſtinere.

Nunc cum interim in T. V. operis BOERHAAVIANI præceptoris ſententiam eſſem tuitus; ut neque aërem in pectoris cavo elaſticum admitterem, neque muſculos intercoſtales interiores coſtas detrahere darem, exarſit vir acris & Jenæ 1744. 4.* deinde 1746. 4.* octo programmata edidit, in quibus vehementer in me invectus, nulla tamen pro ſua hypotheſi experimenta, nullas rationes anatomicas produxit, a quibus vitæ genus, viro ingenio cæterum pollenti, alienum fuit. Non putat coſtas rotari poſſe, neque ſuper ſuos duos fines volvi, neque coſtæ primæ majorem firmitatem conſiderat.

Paulo poſt Burdigalæ præmium obtinuit, & quam ad eam Academiam miſerat diſſertatio, in ea urbe prodiit Gallice & latine 1746. 4.* cum titulo, *diſſ. ſur la mecanique des ſecretions dans le corps humain.* Diverſos humores diverſis in corporis humani colis ſeparari docet, quod ponderis ſpecifici majoris ſolida ponderoſiores pariter humores fortius trahant, atque viciſſim: nullum autem humorem ad parietes ullius partis ſolidæ adhæreſcere, neque adeo humorem per id colum de ſanguine ſecerni, niſi qui ſit ejus coli ſolidis partibus aliquanto levior. Putabat autem per exhalationes & exſiccationes ſe oſtendere, eas ſolidas partes, eave viſcera ſpecifice ponderoſiora eſſe, quæ minus amittunt de ſuo pondere.

Cum porro ego *experimenta de reſpiratione priora & poſteriora* edidiſſem, neque me vis veri ſineret cum Cl. viro ſentire, edidit *de reſpirationis mechaniſmo & uſu genuino diſſertationem* Jen. 1748. 4.* Prior illa anni 1727. diſputatio hic redit, tum octo programmata, quæ nuper diximus, & refutatio experimentorum Göttingenſium, qualis poteſt ab ingenio & indignatione proficiſci. Adeo indulſit iris ſuis, ut convitiorum integras paginas amici mei ex hoc libello decerpſerint: hactenus tamen eum excuſes, quod aſperam ſchedulam, alio ab auctore profectam, & Gottingæ editam mihi tribuerit, indeque cauſas ſumſerit irarum.

Porro Jenæ 1751. 4.* edidit *phyſiologiam medicam, ſ. de actionibus corporis humani ſani, doctrinam ſuis principiis phyſicis ſuperſtructam,* cujus compendium cum titulo *Elementa phyſiologiæ medicæ* Jenæ 1757. 8.* a morte Cl. viri excuſum,

nuper

nuper etiam 1770. 8.* recuſum fuit. Mallem de toto opere ſilere, niſi me ipſe finis laborum meorum juberet, poſteris de celebribus potiſſimum operibus aperire, quæ iis ſolicite perlectis invenerim, aut laudanda, aut excuſanda: ſupereſt, ut omni refutatione abſtineam, & Cl. viri placita nuda decerpam. Sanguinem arterioſum denſiorem eſſe. Calorem ſanguinis eſſe a ſale lixivo in phlogiſton agente. Fibras rectas proprias in corde eſſe, a quibus dilatetur. Muſculum in contractione palleſcere. Dilatabiles eſſe auriculas ob figuram trapeziam. Venoſas valvulas ſanguinis circuitum non dirigere. Non eſſe in aortæ trunco ſanguinis velocitatem, ad eam quæ eſt in venæ cavæ trunco, in ratione inverſa luminum. Utique ſanguinem in pulmone refrigerari & denſari: Pro aëre thoracico, pro vi deprimente muſculorum intercoſtalium internorum. Theoria ponderum ſpecificorum ſecretiones animalium ſuccorum dirigentium. Sufficere autem, ſi debita ratio denſitatis ſit in membrana interna. Pondera glandularum & viſcerum ſpecifica: nempe numeri experimentes pondus, quod de quoque poſt exſiccationem ſupereſt. Glandulam pituitariam duriſſimam eſſe. In cerebro unam arteriolam unum generare nervulum; in cerebello plures arteriolas ad unum nervulum conferre. Pro vitali cerebelli officio. Arterias pleuræ ſerum, non ſanguinem vehere. Semen humorum eſſe leviſſimum. Tranſpirationem eſſe ab adhærente vi vaſculorum cutaneorum. Sanguinem venæ portarum ſpiritu abundare. Ponderoſas partes, ut oſſa, levioribus particulis alentibus egere. Dentes non deteri. Ventriculum repletum neceſſitate mechanica claudi. Valvulas chyli iter non ſuſtinere. Motum muſcularem eſſe a ſanguinis fibris contenti rarefactione. Cava corporis humani brevia fieri, dum replentur. Patellam luxationem genu impedire. Pro palingeneſi plantarum. Primam reſpirationem a preſſione eſſe, quam fetus in utero patitur. In omnibus arteriis minoribus æqualem eſſe reſiſtentiam.

Diſputationes alias non paucas Cl. vir edidit, in quarum plerisque theoriam ſuam propoſuit: eſt tamen, ubi naturam habuit præ oculis. Eæ, quas novi, ſunt; *Diaſtolen a ſanguine per venas redeunte non perfici* 1744. 4.*

De cyprino monſtroſo numeroſa *programmata* 1748. 4.* Contra animam ſtruentem ſuum corpus.

De calore corporis humani naturali 1748. 4.

Unius pulſus prædicata, quatenus eſt actio 1748. 4.*

De vigiliis Jen. 1750. 4.*

De nutritione 1750. 4.*

De rigiditate fibrarum 1750. 4.*

Fetum in utero humorem amnii deglutire 1751. 4.*

De ſiti 1751. 4.*

De aëris in corpore humano hærentis elaſtici effectibus tam naturalibus, quam præternaturalibus 1755. 4.*

§. DCCCCXXV.

§. DCCCCXXV. *Jac. Auguſtus* BLONDEL. *Joh. Bapt.* SYLVA.

Prior ille in Anglia vixit, ex Gallica quidem familia natus & a. 1734. obiit. EJUS prodiit Londin. 1727. 8. *the ſtrength of imagination in pregnant woman examined and the opinion that marks and deformities are from them demonſtrated to be a vulgar error;* abſque nomine auctoris. Gallice, *ſur la force de l'imagination des femmes enceintes &c.* Leide 1737. 8.*, vertente *Alberto* BRUN. Belgice, *Verhandelinge over de verbeelding der zwangere vrouwen* Rotterd. 1737. 8. Germanice cum ſupplemento Strasburg 1756. 8.* Acuti ingenii vir oſtendit, fabellas quidem pleraſque eſſe hiſtorias fetuum a materni animi adfectibus deformatorum; id etiam facile vincit, fetum propriam ſibi vitam vivere, non eſſe partem matris, cui per ſola tenuiſſima vaſa aliquod ſit uteri cum placenta commercium. In nonnullis difficilibus refutatu exemplis colorum a matris imaginatione in fetum tranſeuntium laborat.

Cum interim in l. *de cutis morbis* aliqua in noſtrum TURNERUS protuliſſet, refutatio BLONDELLIANA in editione anni 1729. acceſſit, & cum titulo *ſupplement* in Gallica verſione rediit. TURNERUM imaginationis defenſorem falſe exagitat, & hiſtoriolas, quas profert, riſui exponit.

Nempe *Dan.* TURNER chirurgus ſcripſerat in BLONDELLUM Londini 172. . 8. cum libro de morbis cutaneis, *on the force of the mothers imagination, upon the fetus in utero*, quem librum non præſto habeo. Repoſuit idem adverſus BLONDELLUM *the force of the mothers imagination upon the fetus in utero ſtill farther conſidered by way of replic to* D. B. *book* London 1730. 8.* Hiſtoriolas nævorum defendit, & ipſam rem geſtam tuetur, nimis credulus. Iſta editio recuſa eſt Germanice Argent. 1756. 8.*

Jean Baptiſte SYLVA, ortu Luſitani, *traité de l'uſage des differentes ſortes de ſaignées, principalement de celle du pied* Paris 1727. 8. 2.Vol.*; celebris liber, & qui multis litibus occaſionem dedit. Pro revulſione, quæ fit, ſi in parte a loco adfecto remota venam aperueris. Quare vena in pede ſecari debet in capitis morbis, & in adfectibus earum partium, quæ arterias ſuas ab aorta ſuperiori accipiunt. Contra derivationem noxiam putat, niſi prius venæ multa ſanguinis miſſione potenter levatæ ſint. Multa anatomica intercedunt, potiſſimum ad arterias pectorales & capitis, etiam venas artuum, emiſſaria cranii, cerebri venas, & maſtoideam.

In *diſſertations & conſultations medicinales* Paris 1744. 12.* redit libellus *de la ſaignée*, quo priora theoremata repetuntur.

Deinde una recuſa eſt *diſſertation ſur la conception;* hypotheſis, quæ fermentum uteri admittit, & ſeminalem auram, quæ in ovo fermentationem excitet. Non eſſe a plethora menſes, ſed a glandulis.

In *Journ. des Sav.* 1744. m. Jul. IDEM ſpiritum ſeminalem in vaſa recipi, nam eſſe valvulam in oſtio tubæ, quæ nihil ab utero admittat.

§. DCCCCXXVI.

§. DCCCCXXVI. *Varii.*

J. Laur. de MOSHEIM, Academiæ Georgiæ Auguſtæ Cancellarius, vir undique doctiſſimus, ediderat a. 1727. 4.* Helmſtadii, hiſtoriam M. SERVETI in diſſertatione propria. Eam uberrime auctam reddidit ib. 1748. 4.* cum titulo *Anderweitiger Verſuch einer vollſtändigen und unpartheyiſchen Ketzergeſchichte.* Loca hic etiam recuſa dat, in quibus SERVETUS circuitum minorem ſanguinis expoſuerat. Vitam heterocliti hominis accurate collegit.

J. Franciſcus COGROSSI, Profeſſor praxeos Patavinus, edidit a. 1727. 4.* Patavii *Saggi della Medicina Italiana, nelle quali le invenzioni del* SANTORIO *con nuove riffleſſioni ed oſſervazioni ſ. illuſtrano.* SANCTORII hiſtoria & inventa. Contra jatromathematicos & FLOYERI horologium. De pulſilogio SANCTORII.

EJ. Variæ diſſ. in opuſculi *ſcientifichi e filologici.* De inventoribus circuli ſanguinei n. 7. Reſp. ad SANTORINUM de hiſtoria fetus ſui n. 28. De mammis & earum morbis n. 7.

In *Johannis* MIDDLETON *Short eſſay on the operation of lithotomy* London 1727. 4.* veſicæ repletæ ſitus ſupra os pubis in icone exprimitur: nodulus deſcribitur, qui eſt in uracho ad inſertionem in veſicam.

J. Friderich ERMEL *phyſiologiſche und anatomiſche Tafeln* Dresden 1727. 4.* Germanice & Latine. STAHLIANUS, in humoribus fuſior, dat etiam ſanguinis analyſes. In anatome, oſteologia paulo uberius dicitur, tum partes genitales. Phyſiognomiam & chiromantiam admittit.

Georgius Fridericus GUTERMANN, mecum Tubingæ CAMERARIOS audiit, & a. 1727. præſide ZELLERO diſputavit *de mammis & lacte.* 4.*

EJUS etiam exſtat *erläuterte Anatomie für Hebammen* Augsburg 1752. 8.* partium nempe genitalium deſcriptio. De orificio uteri & ejus tactu: eo contactu graviditatem eſſe in femina detectam, quæ ſupplicio erat proxima.

In *Comm. Lit. Nov.* 1731. *hebd.* 20. fetus a funiculo intorto ſuffocatus.

Spec. 40. graviditas quinque annorum.

Ib. 1732. *hebd.* 26. aqua in ventriculo ſubmerſi.

Ib. 1734. *hebd.* 16. & 22. de utilitate mammæ in maribus.

In *Vol.* III. *Eph. Nat. Cur. obſ.* 107. partus gemellorum intervallo aliquot hebdomadum diſtincti.

Comm. Lit. Nor. 1739. *hebd.* 9. aliquot fetus dat depictos.

Act. Nat. Cur. Vol. VI. *obſ.* 63. cor cum pericardio & mediaſtino connatum.

Matth. Erneſti BORETII, Boruſſi, viri eruditi, *Anatome plantarum & animalium analoga* Regiomont. 1727. 4.*

EJUSD. *Muſæum* BORETIANUM, *ſ. catalogus præparatorum anatomicorum rerumque naturalium* Regiom. 1739. 8. Anatomica continet.

J. David SOLBRIG'S *Bericht, wie er zwey Taube und Stumme in der Chriſtlichen Lehre unterrichtet* Salzwedel 1727. 8. ſuſpicor huc facere.

Guy de TIMOGUE (*Edme* GUYOT rei Salariæ præfecti) *tr. nouveau de microcoſme, où traité de la nature de l'homme, dans lequel on explique la cauſe du mouvement des fluides, le principe de la vie, du ſang & des humeurs la generation & les autres operations du corps humain* la Haye 1727. 8. Heteroclitus auctor. Paroxyſmos febriles, ut DIPPELIUS, a bilis cum pancreatico ſucco conflictu derivat. Prærogativæ lateris dextri & ſeminis inde profecti, peculiares.

Blaſii BEAUMONT, chirurgi regii, *Exercitationes anatomicas y eſſenciales y operaciones eſſenciales di cirurgia*, Madrit 1727. 4. PORTAL. alii 1728. 4. CAP. de V.

EJ. *El bien del hombre boſcado en el miſmo con las reflexions de anatomia y cirurgia* 1739. 4.

Georgii Henrici BEHR, Argentinenſis, *theſes anatomicæ* Argentor. 1727. 4.

EJ. *De pancreate ejusque liquore diſput.* ib. 1730. 4.*

EJ. *Phyſiologia medica* ib. 1736. 4.* Aliquas proprias adnotationes habet, aliquantum STAHLIANÆ hypotheſi propior.

EJUS *Lexicon phyſico chymico medicum reale* ib. 1738. 4.*

In *conſiliis medicis* T. II. Augſpurg 1756. 4.* agit de legitimo tempore partus. Exemplum partus octimeſtris. De influxu lunæ, & planetarum in corpus humanum.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* V. *obſ.* 47. vir manubus deſtitutus, pedibus artificioſus.

Vol. VI. *obſ.* 82. ovum prægnans.

Vol. X. *obſ.* 102. maxima ſalacitas in ſene provectæ ætatis.

Lemuel GULLIVER (nomen fictum) *anatomiſt diſſected* Weſtmünſter 1727. 8. HEISTER.

In *Suite du Guidon de S. Coſme* Paris 1727. 8. oſteologia traditur.

§. DCCCCXXVII. *Diſputationes.*

Roberti PORTER *de natura vaſorum in corpore humano* Leid. 1727. 4.*

Guilielmi CLARK *de viribus animi pathematum in corpus humanum* Leid. 1727. 4.

Petri BRUYNVISCH *de vomitu* Leidæ 1727. 4. HE.

Johannes SACRELAIRE *de communibus tegumentis corporis humani* Leid. 1727. 4.*

J. Ern. TURK *hiſtoria mulieris varia oſſa per alvum rejicientis* Utrecht 1727. 4.*

A. BOYND *de miranda Dei ſapientia conſpicua in corporis humani fabrica* Hardervic. 1727. 4.*

Herman Erhart RUCKERSFELDER *theſes medicæ phyſiologicæ pathologicæ* Marburg. 1727. 4.*

J. Hen-

J. Henrici METHE *de urinarum natura & diverſitate* Marburg. 1727. 4.*

Ivonis Joh. STAHL *de pane, ſpeciatim triticeo* Erford. 1727. 4.* huc parum facit, ſed altera diſp.

EJ. *De longævitate principum poſſibili* 1730. 4.

EJ. *De motu corporis humani, medico ſanitatis conſervandæ & reſtituendæ præcipua arte* 1733. 4.*

EJ. *De adjumentis & impedimentis partus humani* 1736. 4. BUR.

EJ. *De motu & ſecretione univerſali humorum, & particulari lactis* 1739. 4. PL.

J. TYRELL *de vomitu* Erford. 1727. 4. PL.

Wendelin BRETSCH *Hippocrates Juſtinianeus* Argentor. 1727. 4. In meretrice mortua ovula liquore limpido plena vidit.

Samuel WYTENBACH, Poliatri Bernenſis ſenioris, veteris amici noſtri, *functiones corporis humani & ægritudines* Baſil. 1727. 4.*

J. Joſeph CHLADER *theſes de ſudoribus* 1727. 4. F.F. des TOURNE.

J. Chriſtoph. GOTTSCHED *vindiciæ influxus phyſici* Lipſ. 1727. 4.*

J. Zacharia HARTMAN *de conjugibus incantatis* 1727. . . Jen. 1741. 4.

J. Mich. GLASCHKE *programma ad demonſtrationes utilitatis oſteologiæ in chirurgiam redundante* Würzburg 1727. 4. TREW.

J. Bapt. DU BOIS, & *J. Baptiſta* BOYER, *Ergo fœtus extra uterum genitus ſalva matre excludi poteſt* Pariſ. 1727. Partus geminarum ventralium.

§. DCCCCXXVIII. ALBERTUS VON HALLER.

Liceat vitam meam hic recenſere, eam nempe, quæ ad anatomen pertinet. Nimis gnarus, quam impar fuerim magno a me ſuſcepto labori, conſtituendæ de integro Phyſiologiæ, oſtendam ni fallor, aliquos tamen meos conatus fuiſſe, quibus ad verum propius acceſſerim. Tubingæ pene puer in brutorum animalium diſſectionibus *J. Georgio* DUVERNOI ductore me exercui, ut aliqua hactenus viſcerum & muſculorum mihi cognitio eſſet: integrum enim anatomes ambitum in canibus vir optimus multo ſuo labore demonſtrabat, cum humanis corporibus deſtitueretur, neque ei aut induſtria defuit, aut patientia laboris. Cum poſt CARTESIANOS aliquos doctores IDEM Cl. DUVERNOI in BOERHAAVII Inſtitutiones prælegeret, perculſus a vi veri, Leidam pene puer me contuli, ut ex ore tanti viri doctior redirem. Incredibili cum voluptate BOERHAAVII prælectiones audivi, adeo candide, dilucide, diſerte, vir incomparabilis ſua præcepta tradebat, ut alios pares in rebus ipſis habuiſſe poſſit, in arte docendi neminem. *Bernardo Siegfrido* ALBINO me non exiguo pretio comitem dedi laborum, ut nempe in cadavere ea imitarer, altero in latere, quæ vir ſummus ſuo in latere ſtudioſis juvenibus demonſtraverat. Non eſt diſſimulandum, tamen muſculos ſolos & oſſa, viſcerumque & nervorum majora momenta ab EO

Viro publice fuiſſe iis in ſcholis oſtenſa, aut, quod ajunt, præparata: injectiones, & ſubtiliora omnia ſtudia ſibi ſervabat ſoli. Hactenus tamen profeci, ut meas ad inciſiones de ductu COSCHWIZIANO, veris nempe venis. diſputare potuerim. RUYSCHIUM optimum ſenem frequenter adii, ſæpe a BOERHAAVIO ei mandata tradidi: erat in eo viro ſummus ardor, patientia laboris in replendis vaſis, in conſervandis corporibus nitor, ultra ne requiras. Angliam inde adii a. 1727. & in *Jacobi* DOUGLAS familiaritatem veni, qua utique multo majori cum fructu uti mihi licuiſſet, obtulerat enim vir optimus, me in ſocietatem laborum recipere, quos ad perficiendam oſſium hiſtoriam his annis ſedulo urgebat. Vidi, neque parum ſum admiratus, immenſam vim ſceletorum, oſſium: partim integrarum compaginum ſuis cum ligamentis in aqua ſalſa adſervatarum, partim omni fere ductu ſerra diviſorum oſſium. Senſi aliquid ultra ea dari, quæ hactenus videram. Pariſios me potiſſimum confluxus præcipitem egit, qui undique ex univerſa Europa ad inaugurationem novi Regis fiebat maximus, ejusdem Principis, cujus munificentiæ multa debeo, GEORGII II. Lutetiæ *le* DRANIUM hoſpes audivi, cadavera apud eum incidi. Fateor, parcat mihi bonus ſenex, offenſum me fuiſſe ſordibus ejus, quod dicebatur theatrum; & præcipiti nimis inciſione, quæ non ſciebat curioſius inveſtigare quidquam. Cum præterea WINSLOWUM viderem minutiſſimas quasque humani corporis partes perſequentem; mihi ipſi non ſatisfeci, quoad ſodali chirurgo *de le* GARDE, meis ſumtibus, furtive effoſſorum cadaverum mihi copiam feci, in quibus nervos, cordis vaſa, manus muſculos, & alia minutius, & cum aliqua ſubtilitatis WINSLOWIANÆ imitatione ſcrutarer. Sed etiam hanc diſcendi opportunitatem maligna curioſitas operarii turbavit, qui effoſſo pariete, quid agerem ſpeculatus, meum nomen ad viros publicæ ſecuritati præfectos detulit. Ut graves pœnas, ipſas forte triremes, effugerem, latendum mihi fuit, & deſerenda cadavera. Baſileam ad Mathemata addiſcenda profectus, commode in tempora incidi, quibus *J. Rudolphus* MIEG, Anatomes Profeſſor, ob maligniorem valetudinem, non poterat officio ſuo ſatisfacere. Cadaverum ergo inciſiones mihi commiſit, & paulo poſt etiam demonſtrationes. Accurate, quantum in me erat, in partibus corporis incidendis, deſcribendis, delineandis verſatus, quædam artis rudimenta depoſui, neque mihi cadaverum fuit penuria. Bernæ neſcio qua felicitate obtinui, ut locus incidendis corporibus & demonſtrandis mihi publice traderetur. In bicipiti fetu, deinde in aliis cadaveribus laboravi, aliqua tamen mihi ignorata didici. Gottingam vocatus, nihil habui antiquius, quam theatrum anatomicum exædificare, cadaveribus inſtruere. Obtinui, ut ſceleratorum hominum corpora undique mihi adferrentur incidenda, ut etiam furtivo ex concubitu nati mihi traderentur; & ampla certe mihi fuit opportunitas cadaverum humanorum, potiſſimum etiam puerilium. Ea facilitas fecit, ut arteriarum anatomen majori ſtudio perſequerer, quæ in ea ætate melius quam muſculi poſſent oſtendi, & quas videbam paſſim parum plene, etiam vitioſe deſcribi. Injectiones enim illæ Belgarum pulcherrimæ, ad interiorem potius minutiſſimorum vaſculorum fabricam, quam ad illam vulgatiorem, quam vulgo vocant, Angiologiam, ſpectabant.

Con-

Conſilium tamen aliud mihi perfeliciter in mentem venit. Cum numeroſos & diligentes juvenes viderem ad novam Academiam confluere, & in GEORGIA AUGUSTA ſummos honores ambire, ſuadebam, ut quiſque erat elatiori ingenio, ſibi ut aliquam difficilem partem anatomes, aut quæſtionem phyſiologicam ſumeret, in qua ornanda per duas hiemes occuparetur. Cadaverum erat ſatis, quibus uterentur, adjuvabam ut poteram juvenum ſtudia, experimenta in variis animalibus pleraque ipſe faciebam, quæ ſupra fidem certe numeroſa feci. Ita cum plures juvenes eodem tempore majus otium unicæ parti bonæ artis impenderent, longe plus profectum eſt, quam ulla mea induſtria potuiſſet profici. Lætor etiam nunc, quando ILL. MEKELII, boni ANDERSCHII, aliorum exquiſitas nervorum deſcriptiones, quando laborioſam illam ovium cuſtodiam, quam in ſe KUHLEMANNUS ſuſcepit, aliorumque juvenum feliciſſima ſpecimina repeto. Neque ex hoc inſtituto in phyſiologia nihil lucis adfulſit.

Verum ut ſunt res humanæ imperfectæ, qui a clinica praxi ad anatomen fueram advocatus, ea ſtudia deſerere coactus fui, ab infirma valetudine, ſomni defectu, manus dextræ debilitate paralyſin minitante, theatro & cathedra depulſus. Honores, reditus, cariorem his omnibus ſpem diſcendi & proficiendi, immolare debui vitæ conſervandæ & valetudini. In Patria alieniſſimi me labores exſpectabant, quos mihi eſſe impoſitos poſteri vix credent, niſi qui liberarum rerum, publicarum genium perſpexerint. De horis tamen patriæ debitis aliquas mihi ſervavi. In motu ſanguinis ſubtiliter rimando; in oſſium & univerſi fetus formatione ſpeculanda, in prægnantium animalium inciſionibus, in cerebri & oculorum anatome, in morboſorum cadaverum inſpectione, ut potui, occupatus, aliqua tamen parte anatomicæ arti porro adhæſi.

Felicitatem ALBINI ſemper laudavi, & pene invidiſſem, niſi adeo bene vir ſummus uſus eſſet opportunitate, quæ ipſi fuit maxima. Supra quinquaginta annos vir ILL. unicæ arti dedit, nullis aliis officiis diſtractus; omnes ſuas horas perficiendæ arti potuit impendere. M. mea ſors ad varias juris dicendi provincias, ad laborioſam præfecturam, ad curam Reipublicæ, & difficiles cum vicinis rebus publicis & regibus negotiationes, ad quæ non alia depulit. Ignoſcent ergo boni poſteri, ſi ultra ea, quæ potui, non profeci, ſi paſſim imperfecta aliqua reliqui, ſi ipſe cum non vidiſſem omnia, aliqua coactus ſum ab aliis ſumere. Voluntatem probent, rogo, & infirmitatis humanæ veſtigia indulgentes excuſent.

Nunc auctor Bibliothecæ dicat, non HALLERUS.

Tubingæ ſub præſidio AUCTORIS *J. Georgii* DUVERNOY a. 1725. 4.* defendit HALLERUS diſp. *de ductu ſalivali* COSCHWIZIANO.

De eodem ductu, viſis apud ipſum inventorem venis, quas pro ductu ſalivali habuerat, Leidæ repetita ſua manu inciſione linguæ, partium vicinarum, & potiſſimum arteriarum, edidit Leidæ 1727. 4.* diſputationem, *qua experimenta & dubia circa ductum ſalivalem novum* COSCHWIZIANUM producuntur. Recuſa eſt in *Operum minorum* T. I. Lauſannæ 1762. 4.* paulum emendata. Venam eſſe, quam COSCHWIZIUS pro ductu habuiſſet, ob faciem multo venæ,

quam excretorio ductui propiorem ſuſpicatus, reperit venas ſimillimas ante epiglottidem arcus facientes, & alium arcum in ipſis geniohyoideis muſculis.

Bernæ 1733. 4.* edidit *de muſculis diaphragmatis diſſertationem anatomicam*, quæ recuſa eſt Lipſiæ 1738. 4.* Amſtelodami 1738. 4.* cum SWAMMERDAMIO *de reſpiratione*, in *opuſculis* Götting. 1751. 8.* & inter *opera minora* Lauſann. 1762. 4.* Icon non optima, ut ab amico delineata non a pictore; habet tamen duplices appendices, & decuſſatos ſub œſophago faſciculos. Reliqua phyſiologica ſunt.

In *Tempe Helveticis*, quæ Tiguri 1735. 8.* amicus auctoris *J. Georgius* ALTMANN edebat, in T. I. S. I. dedit HALLERUS diſſ. epiſtolicam *de nupero partu bicipite & unicorporeo*: pure tunc anatomicam. Eam recuſam dedit cum titulo *deſcriptionis fetus bicipitis ad pectora connati* Hanover. 1739. 4.*; iterum emendatius recuſam inter *opuſcula anatomica* Götting. 1751. 8.* In *operibus minoribus*, cum aliis ejus argumenti libellis, tranſiit in l II. *de monſtris* Lauſann. 1768. 4.* Inciderat auctor fetum duobus capitibus, artubus duplicatis, epigaſtrio ſimplici. Defenderat eam ſententiam, quam DUVERNEYUS tenuerat, & WINSLOWUS poſtea tuitus eſt, dari nempe partus alienæ a recepta fabricæ, quæ nulla a violentia ex communi ſtructura deformatæ fuerint. Comparaverat per ſingula in aliis monſtroſorum partuum hiſtoriis, ut ſub ipſa ea confuſione latentem ordinem detegeret. Paſſim aliqua adſperſerat: hymenem defenderat; thymum fere duplicem eſſe; de magnis vaſis thyreoideis; de vena jugulari utraque; de ſanguinis per hepar in fetu peculiari circuitu.

Quod HIPPOCRATES *corpora humana ſecuerit* Göttingæ 1737. 4.* in *opuſculis*, & in *operum minorum* T. III. recuſ. Lauſann. 1768. 4.* argumento potiſſimum muſculi de induſtria nudati & inciſi, quem ad claviculam naſci ſcripſerat auctor libri *de articulis*.

De vaſis cordis propriis Götting. 1737. 4.*; in *diſſertationibus ſelectis* T. II. Götting. 1747. 4.*, & in *operibus minoribus* Lauſann. 1762. 4.* Pariſiis auctor corda humana accuratius inciderat. Arterias, ſed potiſſimum venas cordis, majorem, mediam, anteriores minores, valvulas in earum oſtiis, aperta in ſinus & ventriculos cordis vaſa rubra hic deſcribit.

De motu ſanguinis per cor Götting. 1737. 4.* tum in *diſſ. ſelectis* T. II., & in *operum minorum* T. I. Valvulas venoſas unum continuum eſſe anulum; eas valvulas minute deſcripſit, utilitatem valvularum confirmavit, & HARVEJI ſententiam contra LANCISIUM & *Franciſcum* NICHOLLS defendit.

De valvula EUSTACHII Götting. 1738. 4.* Lipſ. 1739. 4.* tum in *diſſ. ſelectis & in oper. minoribus*, hic auctius. Hiſtoria inventi & deſcriptio valvulæ. Aliqua de tuberculo LOWERI, & iſthmo. Foramen ovale ſæpe apertum eſſe.

De membrana media fetus in femina gravida viſa Götting. 1739. 4.*, in *diſp. ſelect.* T. V. & in *oper. min.* T. II.

Hiſtoria diſſectæ feminæ gravidæ Götting. 1739. 4.* Ovum humanum, membrana

brana media. uteri ſinus, fibræ muſculoſæ, fetus, corpus luteum, cum aperto oſtio. In *oper. min.* T. II. recuſa eſt, & in *ſelect. diſp. Vol.* V.

Iteratæ de vaſis cordis obſervationes Götting. 1739. 4.* in *diſp. ſelect.* T. II. & *oper. min.* T. I. Cor contractum non palleſcere. Vena auris dextræ. Triplex anulus venoſus cordis. Aliqua ad valvulam EUSTACHII.

Hoc anno, poſt mortem magni PRÆCEPTORIS, Auctor paſſus eſt ſe exorari, ut *Prælectiones* ejus, quales calamo exceperat, ederet, nihil ultra pollicitus. Cum vero in ipſo nunc opere verſaretur, nimis certo reperit, non poſſe fieri ſalvis veri juribus, ut hæ prælectiones nudæ ederentur. Paſſim enim erat, quod egeret explicatione, erat in ſermone libero, neque ſemper ſatis meditato, aliquid ſubinde nimiæ adfirmationis: erant in ipſis SUMMI VIRI inſtitutionibus, quæ aliqua admonitione egerent. Denique non vidit HALLERUS caveri poſſe, quin ad partium corporis humani deſcriptiones ea adderet, quæ vel ipſe vidiſſet, vel apud certos auctores reperiſſet, ut ea omiſſa, aut paulo aliter a PRÆCEPTORE eſſent propoſita. Cum ſuis cæterum PRÆLECTIONUM codicibus alium a *Johanne* GESNERO, viro præſtantiſſimo & celeberrimo, alium a *Bernardo* FELDMANN, Ruppinenſi viro egregio, alium antiquiorem contulit, ut & plenius fieret opus, & ex ipſo conſenſu diverſorum codicum de vera ſententia PRÆCEPTORIS firmius conſtaret. Ita natum eſt haud parvi ambitus opus, in quo monemus non debere, ut ſæpe factum eſt, *Prælectiones* BOERHAAVIANAS HALLERO tribui, quas in tota parte poſteriori, non phyſiologica, operis absque commentario reliquerit, ut præter omnem rem ſit carptus, quod criſes & alia abſque commentario ediderit.

Prodiit *Tomus* I. Götting. 1739. 8.*; acceſſit *Supplementum* ex novis codicibus natum ib. 1740. 8.*, & idem inſertum novam editionem uberiorem reddidit eam, quæ ib. 1740. 8.* prodiit. Recuſa eſt ib. 1744.* Altdorf. 1747. 8.* Turin. 1742. 4.* Venet. 1742. 4.* Leidæ 1758. 8.* Gallice verſa a *Juliano* OFRAY *de la* METTRIE Paris 1747. 12.*

Tom. II. prodiit Götting. 1740. 8.* 1744. 8.* Altdorf. 1747. 8.* Leidæ 1758. 8.* Turin. 1743. 4.* Venet. 1742. 4.* & Gallice ut prius Paris 1747. 12.*

Tom. III. Götting. 1741. 8.* Leid. 1758. 8.* Venet. 1743. 4.* Turin. 1743. 4.* Paris 1747. 12.*

Tom. IV. Götting. 1743. 8.* 1748. 8.* Venet. 1744. 4.* Turin. 1745. 4.* Leid. 1758. 8.*

Tom. V. P. I. Götting. 1744. 8.* 1750. 8.* Venet. 1745. 4.* Turin. 1745. 4.* Leid. 1758. 8.*

Tom. V. P. II. Götting. 1744. 8.* 1750. 8.* Leidæ 1758. 8.* Venetiis 1745. 4.* Turin. 1745. 4.* Ex ultimis tomis vix quidquam in *Commentarios Pariſinos* tranſiit, quos, ni fallor, JULIANUS deſeruerat.

Tom. VI. totus eſt BOERHAAVII.

Quid in toto opere præſtiterit EDITOR, non repetimus, cum ea omnia rectius

rectius in ultimo opere redeant. Properaſſe manifeſtum eſt, nondum a PRÆCEPTORIS placitis receſſiſſe, etiam ubi oportuiſſet; denique ſermonem ſuum intermiſtis turbaſſe citationibus.

EJ. *Strena anatomica* Götting. 1740. 4.*, in *opuſc. anat.* 1751. 8.* & in *oper. min.* T. III. Veſicæ urinariæ ſitus per ætatem mutabilis; membrana media fetus confirmata. Hepar in fetu majus. Ductus pancreaticus diviſus. Ductus arterioſus.

De ductu thoracico Götting. 1741. 4.* in *diſſ. ſel.* T. I. & *oper. min.* T. I. Iconem ex ſiccis partibus depictam dedit, tantum ut ſermo fieret facilior. Monuit, ne in ſiniſtro latere thoracis hic ductus quæratur. Plerumque ſupra inſertionem adſcendere & deorſum flecti, plerumque inſula dividi.

De diaphragmate Progr. Götting. 1741. fol.* & in *anatomicarum Iconum faſciculo* I. Götting. 1743. fol.*, denique in *oper. min.* T. I. Multo meliorem hic diaphragmatis iconem reperias, potiſſimum ad pulcherrimas fibras tendineas, appendices quatuor, duplicem decuſſationem.

Obſervationes quædam myologicæ Götting. 1742. 4.* breve programma. Varietates aliquæ, muſculus interoſſeus ſupernumerarius: horum muſculorum numerus ad decem completus; duæ caudæ eorum tendinea expanſione unitæ; fibræ ad latiſſimum dorſi a ſcapula accedentes: duo ſerrati poſteriores dorſi in continua ſerie aponevroſi uniti. Interſpinales longi & breves.

Duorum monſtrorum anatome & de cauſis monſtrorum ulterior diſquiſitio Götting. 1742. 4.* in *Opuſculis* 1751. 8.*; miſta aliquot opuſculis congeneribus in *oper. min.* T. III. Fuſa anatome porcelli bicorporei, capite ſemiduplici. Contra *Ludovicum* LEMERY, qui omnia monſtra a caſu fieri ſcripſerat. Non potuiſſe tantis malis fetum ſupervivere; non orituram fuiſſe eam fabricam, quam anatome oſtendit, ſi duos fetus caſus aliquis colliſiſſet. Novas partes viſas, & fabricas a ſolita diſpares, abſque ulla ſuſpicione coalitionis natas. In fetu perioſteum poſſe de oſſibus detrahi, & ſolum omnes muſculos recipere. Alterum catellum omitto.

Progr. *de monſtris, quo ad nupera* L. LEMERY *argumenta reſpondetur* Götting. 1742. 4.* & in *opuſculis.* Felis capite ſemiduplici deſcripta, quæ fabrica non potuit a coalitu orta fuiſſe.

De valvula coli 1742. 4.* in *diſp. ſel.* T. I. & in *oper. min.* T. I. Valvulæ ipſæ, nam vere duas eſſe in ſicco & inflato inteſtino adparet, ſollicite deſcriptæ, inferior major, ſuperior minor, utraque a ſubeunte inter tunicas coli ileo facta, ut claudant iter, & poſſint deſtrui inciſa celluloſa tela, quæ utrumque inteſtinum conjungit. Hic error ſubfuit, nam præter celluloſam telam etiam carneæ fibræ colon cum ileo conjungunt. Eum errorem ALBINUS indicavit, & olim in *Elementis* noſter correxit.

De membrana pupillari WACHENDORFIANA primum aliqua in Commentario BOERHAAVIANO T. IV., deinde in propria diſſertatione inter *Acta Soc. Reg. Upſa.*

Upſalienſis ab a. 1742. editis 4.*, & in *K. Swenſka Acad. Handling.* 1748. in *Hall. Magazin* T. III. 8. 1758. deinde in *opuſculis*, & in *oper. min.* T. I. Id inventum, quo noſter facile WACHENDORFIO ceſſit, quod idem ALBINUS ſibi vindicavit, membrana eſt, in nonnullis quadrupedibus fetus pupillam claudens, ſubfuſca, & vaſculoſa. Cur cuniculis albis pupilla rubra? Quadrupedibus, quibus tertia eſt palpebra, iris minus ſentit.

De omento Götting. 1742. fol.* & S. II. 1743. fol.*, & in *faſc.* I. *iconum* 1743. fol.* Primæ icones tolerabiles omenti utriusque, gaſtrocolici & hepaticogaſtrici. Porta omenti. Omentum novum colicum. Natura omentalis appendicularum pinguium coli. Hic repetit auctor, venam umbilicalem magnos ad hepar ramos dare, atque adeo bonam partem ſanguinis in fetu per ramos venæ umbilicalis in venæ portarum ramos venire. Meſocolon transverſum ab omento diſtinctum, cum quo a VESALIO, plurimisque ſcriptoribus, confuſum ſit.

De vera nervi intercoſtalis origine Götting. 1743. 4.* in *diſp. ſel.* T. II. & in *oper. min.* T. I. Nempe a ſexto nervo advenire, non ab ophthalmico Quinti ramo. Neque enim eo tempore eos nervos noſter viderat, quos ad intercoſtalem nervi Quinti ſecundus ejus paris ramus dat. Arteriola, quæ pro nervo ab ophthalmico nervo veniente habita eſt. Septum receptaculi. De ſinubus cerebri aliqua.

De arteriis venisque bronchialibus & œſophageis Götting. 1743. 4.* in *diſp. ſelect.* T. III.; melius hæc redeunt in *Iconum faſc.* III. Duas cæterum arterias bronchiales diſtinxit, præter minores alteras; venam cognominem, arterias œſophageas numeroſas.

Iconum anatomicarum partium corporis humani præcipuarum faſciculus I. Götting. 1743. fol.* In eo, præter ea, quæ citavimus, continetur tabula baſeos cranii. Sinus cum eorum varietatibus & antiquitatibus: emiſſaria, ſive ſinuum per foramina nervoſa cum venis extra cranium poſitis communicationes. Arteriæ ophthalmicæ vera origo. Ganglii ophthalmici prima icon. Septum receptaculi & arteriæ &c.

De nervorum in arterias imperio Götting. 1744. 4.* in *diſp. ſelect.* T. IV. *oper. min.* T. I. Hypotheſis erat, qua per nervorum laqueos arterias ſtringentes effectus adfectuum animi in ſanguinis circuitum explicabantur. Dudum eam noſter deſeruit, cum inveniſſet, nervos non eſſe contractiles. Exempla horum laqueorum interim uſui eſſe poſſint.

Iconum anatomicarum partium corporis humani præcipuarum faſc. II. Götting. 1745. fol.* Uteri icon. Columnæ duæ rugoſæ & calloſæ vaginæ. Sinus mucoſi ſuperiores, inferiores, medii, urethrici. Carunculæ ex hymene ortæ. Valvulæ cervicis uterinæ. Nullas eſſe muliebres proſtatas. Hic libellus recuſus eſt in *oper. min.* T. II.

Arteria maxillaris interna parum hucusque nota, ſuo in ſitu, vaſa pterygoidei canalis; arteria meningea, naſales; dentales, alveolares, palatinæ, ophthalmicæ. Nervi molles carotici.

Arteriæ thyreoideæ, & cervicales variæ, & bronchiales ſuperiores, & vertebrales. Rami ad duram meningem medullæ ſpinalis &c.

Arteriæ cœliacæ duæ icones, ramique ſollicite expoſiti, phrenici, gaſtrici, pancreatico duodenalis, ejus duo anuli cum meſenterica, hepaticæ, gaſtroepiploicæ, ſplenicæ.

De fetu humano ſeptimeſtri cerebro deſtituto Götting. 1744. 4.*, in *opuſculis* recuſ. & in *operibus minoribus*, cum aliis conjuncta ad monſtra pertinentibus. Frequens omnino malum, ex preſſione, ut videtur, natum.

Progr. *quo* WINSLOWI *de monſtris ſententia defenditur* Götting. 1745. 4.* & in *opuſculis* 1751. 8.* Preſſionem non potuiſſe coalitum facere, quem LEMERYUS deſcripſit, fuſe & per ſingula. In HUNAULDI coſtas ſupernumerarias.

De viis ſeminis Götting. 1745. 4.* in *diſputat. ſel.* T. V. in *philoſ. tranſact.* n. 494. & in *oper. min.* T. II. Lauſann. 1767. 4.* Argento vivo repleto teſte adparuit, quod dicitur corpus HIGHMORI non ductum eſſe, ſed rete vaſculorum, natorum ex vaſis ſerpentinis teſtem ipſum conſtituentibus; emittentium numeroſos conos vaſculoſos, qui de teſte egreſſi in epididymidem, unicum canalem, conſentiunt. Deinde veſiculas ſeminales repletas, tunc evolutas, adparere eſſe inteſtina cæca, in quæ multa & ipſa cæca inteſtinula partim ſimplicia & partim ramoſa ſe immittunt.

De reſpiratione experimenta anatomica Götting. 1746. 4.* in *opuſculis* 1751. 8.* Cum reliquis ejus ſcopi libellis in *Mémoires ſur la reſpiration*, inque *oper. minor.* T. II. Nullum ſe in animalibus ſub pleura aërem reperire. Bullam, quam HAMBERGERUS viderit, eſſe proprium canibus pulmonum lobum ſupernumerarium, cum ſua inflata pleura. In vivo animale perinde pulmonem proximum pleuram contingere. Muſculos intercoſtales internos utique coſtas levare. Fila eos muſculos exprimentia, thoraci humano hactenus flexili adaptata, coſtas adtollere. Pondera, quibus adpenſis coſtæ levantur, oſtendere maximam firmitatem coſtæ primæ, quæ ſit reliquis pro fundamento. Intervalla coſtarum inter inſpirandum minui.

Pars altera Götting. 1747. 4.* in *opuſculis* 1751. 8. Ad programmata octo HAMBERGERI hic reſpondetur. Intercartilagineos eſſe veros intercoſtales internos, quibus HAMBERGERUS eos adverſari ſcripſit. Submerſi ſub aqua canis apertum thoracem nullas bullas edere. In experimentis in vivis canibus repetitis, inter inſpirandum agere muſculos internos, intervalla coſtarum ad certas menſuras minui, coſtas elevari, inferiorem marginem extrorſum verti, totas manifeſto rotari.

Iconum anatomicarum partium corporis humani præcipuarum faſciculus III. Götting. 1747. fol.* Arteriæ capitis, thyreoidea, lingualis, labialis, occipitalis, auricularis, pharyngea, hæc nova, maxillaris interna, temporalis, ciliares anteriores. Deinde arteriæ mammariæ, thoracicæ minores. Phrenicæ ſuperiores, pericardiacæ; tum duæ plerumque bronchiales, œſophageæ multæ; vena azyga, bronchialis, alia ex ſinu pulmonali nata. Vaſa meſenterica, colica

lica media, dextra, ileocolica; anuli inteſtinales magni & parvi, hepatica a meſenterica nata. Vaſa minora & inter ea rami ſpermaticarum, quos RUYSCHIUS habuit pro ſyſtemate peculiari venarum inteſtinalium, a cava provenientium. Arteriæ phrenicæ inferiores magnæ, parvæ, capſulares, renales. Adipoſæ, ſpermaticæ minores, uretericæ. Utique urachum cavum eſſe, & aqua plenum.

Primæ lineæ phyſiologiæ Ed. I. Gotting. 1747. 8.* verſa a *Petro* TARIN Gallice Paris 1752. 12.

Editio II. Götting. 1751. 8.* Venet. 1754. 8.* Neapoli 1761. 4. SMITH. Verſa Anglice a S. MIHLES London 1754. 8. 2.Vol.* 1772. 8.* Italice Venet. 1765. 8.* Gallice a D. BORDENAVE Paris 1768. 12.*

Editio III. Götting. 1766. 8. recuſa Edinburg 1767. 8.* Lauſann. 1771. 8.* Germanice verſa Berolin. 1770. 8.* potius 1769. Ad uſum prælectionum Academicarum ſcriptus liber brevem anatomen continet, & viſcerum & earum partium, quarum functiones in phyſiologia docentur; eam BOERHAAVIANO operi auctor ſubſtituit, ut ordinem ſuum ſibi ſequi liceret, & aliqua plenius exponere. Nuperiores editiones aliquanto copioſiores ſunt. Hic AUCTOR corporis humani maximam partem ex celluloſa tela fieri docuit, quam deinde materiam Cl. HERISSANT oſtendit etiam oſſibus eſſe & teſtis: in tendine cocto etiam C. MOSCATI vidit eamdem eſſe. Vaſa minora admiſit, ſed non multorum ordinum. Motum cordis irritationi tribuit ſanguinis venoſi, ex ordine duas auriculas & duos ventriculos percurrentis. Cor omni alia parte corporis animalis magis irritabile eſſe reperit. Neque convulſionem nervorum, neque arterioſi ſanguinis a coronariis averſionem alternas in motu cordis vices facere oſtendit. Humores animales in quatuor claſſes reduxit, coagulabiles, inflammabiles, mucoſos, aqueos. Globulorum diminutas ſeries rejecit; ipſos facit rotundos. Arteriarum vim contractilem partim mortuam eſſe, partim muſculoſam inſitam. Pulſum in vaſis minimis evaneſcere, neque ea minima vaſa videri contractione alia valere præter mortuam. A ſolo corde eſſe vim moventem ſanguinem. Numeros pulſuum definivit, multo pauciores, quam nuperi aliqui fecerunt. Humores fetus ab hominis adulti humoribus differre. De utilitate reſpirationis ampliat: pulmonem mere celluloſum facit. Reſpirationem eſſe a voluntate. Literarum formationem ad ſua experimenta expreſſit. Nervos neque elaſticos eſſe, neque contractiles. In muſculorum motu diſtinxit vim mortuam, quæ in fibra multo a morte tempore ſupereſt; vim inſitam, quæ paulum vitæ ſupervivit; vim nerveam, quæ per nervos accedit. Omnem hypotheſin a motu muſculari removet. Voluntarios muſculos a ſpontaneis differre, quod iſti magis irritabiles ſint. Perſpirationis dignitatem hactenus minuit, ut ſit potiſſimum a cibo & potu, ut tamen etiam acres aliquas & nocituras particulas difflet. In oculo oſtendit, iridem parum aut ſentire, aut irritabilem eſſe. Retinam fieri pulpoſa natura, & vaſculis, & demum ex fibris ſuper tenuem celluloſam telam expanſis, & utique ex medulla per cribroſæ laminæ foramina continuata naſci. Animam non putat corpus ſuum regere. Motum periſtalticum ventriculi confirmat.

firmat. In fetu magnos a vena umbilicali ramos hepar adire, qui in adulto homine rami ſunt venæ ad portas. Capſulam GLISSONII meram eſſe telam celluloſam. Inteſtina vario motu agitari. Ut mechanico modo cæcum inteſtinum fetus in aliam fabricam tranſeat, quæ in adulto homine eſt. Celluloſa tela tertia inteſtinorum, ſecunda urinariæ veſicæ. De generatione; pro primordiorum animalis ex matre origine, quæ tot in animalibus manifeſto ſola novum animal gignat, aut ex parte decidua ſui, aut ex ovo: ut in agilioribus demum animalibus, & valde compoſitis, ſexus alter accedat. Embryonem longe differre a fetu, ita tamen præparatum eſſe, ut poſſit in fetum per certas cauſas tranſire, viribus cordis & adtrahentium ſe fibrarum ſolidarum, & varia preſſione. Fabrica membranarum: lactis pars ex celluloſa tela & adipe naſcitur, pars ex glandulis: ductus ſinguli, nihil habentes, quod diverſos conjungat. Animal tenerrimum maxime irritabile eſſe, inde paulatim eam teneritudinem minui: hanc ſenii & mortis cauſam eſſe.

De foramine ovali & EUSTACHII *valvula* Götting. 1748. fol.* in *faſciculo iconum* IV. & in *oper. min.* T. I. hic auctius & cum multis iconibus. Ejus valvulæ varietates, & in adulto corde reticulum: ſed potiſſimum de foramine ovali in tenero fetu maximo, ſenſim minori, minori ſemper quam eſt ductus arterioſus: ob eam ejus ductus amplitudinem arteriam pulmonalem oriente aorta majorem eſſe, cum iſta minus ſanguinis per ovale foramen accipiat, quam quidem ipſi per arterioſum ductum decedit. Ita MERYANO argumento reſponderi. Cornicula valvulæ foraminis ovalis, quæ foramini tegendo abunde ſufficiat.

Iconum anatomicarum partium corporis humani faſciculus IV. Götting. 1749. 4.* Narium diſſectarum icones, cum ſinubus pituitariis, novisque cellulis orbitariis. Deinde vaſa pelvis, in quibus ob difficilem ſitum WINSLOWUS minus bene erat meritus, quam in aliis anatomes partibus. Arteriæ iliolumbales, ſacræ, media, iliaco poſterior, obturatoria, iſchiadica, pudenda, hæmorrhoidea media, uterina, veſicalis ima, reliquæ, denique umbilicalis.

Progr. *de rupto utero* II. Götting. 1749. 4.* & in *opuſculis pathologicis* Lauſ. 1755. 8.* 1768. 4. & 8.* De corporibus luteis, fibris muſculoſis uteri, venis, quæ ſinus aliis uteri; uteri perpetua craſſitie.

De gibbo ib. 1749. 4.* & in *opuſculis pathologicis.* Coſtarum pars oſſea & depreſſa.

De oſſificatione præter naturam Götting. 1749. 4.* & in *opuſculis pathologicis.* Succum quemdam quaſi caſeoſum ſenſim indurari, exque pultacea natura in cartilagineam & demum in oſſeam abire. Suecice in *Swenska Wet. Acad. Handl.* 1750. Anglice London 1750. 12.

De aortæ venæque cavæ graviſſimis morbis ib. 1749. 4.* & in *opuſculis pathologicis.* Inter ea eſt mira & polypoſa arteriæ carotidis venæque jugularis excæcatio.

De uteri variis morbis 1749. 4.* & in *opuſculis pathologicis.* Pili in ſteatomate ovarii. Redit in *Philoſ. Tranſ.*

De

De herniis congenitis Götting. 1749. 4.* & in *opuſculis pathologicis.* Hic teſtem in fetu intra peritonæum contineri noſter docuit, & ſenſim deſcendere; herniam congenitam fieri, quoties peritonæum ex ſede depreſſum, & in appendicem productum eſt.

Ad operis BUFFONIANI *verſionem tomumque ſecundum præfatio*, qua agitur de generatione, Hamburg & Lipſ. 1752. 4.* & in *operibus Germanicis* Bern. 1756. 8.* 1772. 8.* inque HEUERMANNI *phyſiologiæ* T. IV. Tiguri in *vermiſchten Nachrichten* T. IV. Gallice Paris (Genevæ) 1751. 12* cum titulo *reflexions ſur le ſyſteme de M. de B. ſur la generation.* Latine in *oper. min.* T. III. Contra modulos interiores BUFFONII. Non omnes novis animalis partes in adulto ſupereſſe, neque fetum quaſi ex modulo expreſſum parenti ſimilem eſſe. Ex ſola adtractione non naſci fabricam ad certos fines accurate deſtinatam. Nullum dari ſemen muliebre, neque corpora lutea ante venerem reperiri.

Opuſcula anatomica recenſa & emendata Götting. 1751. 8.* Redeunt hic, quæ ſigillatim recenſui, paſſim emendata. Tum nondum edita *oratio de amœnitatibus anatomicis*, anno jam dicta 1742, denique *experimentorum de reſpiratione pars* III.; experimentorum nempe ad litem de reſpiratione dirimendam inſtitutorum diarium. Sunt omnino 36. In iis ſæpe præſentibus eruditis & illuſtribus teſtibus oſtenſum eſt; nullum in pectore, pulmonem inter & pleuram aërem eſſe, nullum de aperto ſub aquis pectore aërem exire. Coſtas rotari, inverti, deſcendere cartilaginibus, mediis arcubus adſcendere, intervalla coſtarum menſuris captis minora fieri, inter inſpirandum muſculos intercoſtales internos intumeſcere & dureſcere. In prioribus partibus ejusdem de reſpiratione libri deleta ſunt, quæcunque vel paulo acrius in HAMBERGERUM dicta fuerant. Reliqua de monſtris paſſim aucta. In præfatione reſponderat Auctor ad SENACI objectiones. Sed eam præfatiorem ipſe ſuppreſſit. Redeunt omnia in *operibus minoribus.*

Cum longe maxima pars ſit HALLERI, hic dicemus *Hermanni* BOERHAAVE *methodum ſtudii medici* Amſterdam 1751. 4. 2.Vol.* Venet. 1753. 4. 2.Vol.* Primus editoris finis fuerat emendare codicem mendoſum BOERHAAVII; inde vidit plurimos & optimos paſſim ſcriptores ab AUCTORE omitti: deinde omiſſos alios de quibus, cum ipſe EDITOR exemplis deſtitueretur, non potuerit definire, bonine eſſent an mali. Partem anatomicam ſatis copioſis additionibus auxit; judicium paſſim ſuum interpoſuit. Typographus frequenter peccavit, & in præfatione diffitentis ſui HALLERI voces in laudes proprias convertit.

EJUS & *J. M. Friderici* ALBRECHT, auctoris, *experimenta quædam in vivis animalibus præcipue circa tuſſis organa explananda inſtituta* Götting. 1750. 4.*: experimentorum pars eſt HALLERI, ideo cum l. *de reſpiratione* Lauſannæ 1758. recuſa. Vix ulla irritatione tuſſim in animale producere potuit, ut alioquin aſpera arteria multo ſit macilentior & durior.

An dentur hermaphroditi diſſ. Prælecta in conventu Societatis Regiæ Scientiarum

tiarum Göttingenſis a. 1751. edita in T. I. *Commentariorum* Götting. 1752. 4.* Deſcribit hircum & arietem, utrumque pro hermaphrodito habitum, marem utrumque, urethra ſub pene aperta, brevi & femininæ ſimili. Ejusmodi, aut feminas magna clitoride, pro androgynis haberi, etſi frequentius viros eſſe probabilius ſit. Deinde hiſtorias numeroſas colligit androgynorum, quos inter aut nullum, aut unicum verum androgynum reperit. Ut adgnoſcantur & a viris feminisve diſtinguantur quærit. Redit in *oper. min.* T. II.

De cordis motu a ſtimulo nato in Comment. Soc. Reg. Scient. T. I. ſermo dictus 10. Nov. 1751. Experimentum tentavit, quo poſſet privilegium noviſſime ſuperviventis partis cordis a dextra aure dextroque cordis ventriculo in ſiniſtras caveas transferri: dextram nempe aurem incidit, ſanguinem expreſſit, venam cavam vinculo intercepit, ne novam ſanguinis penum adferret. His factis prior ſiluit auris dextra, & ejus lateris ventriculus, cum ſiniſter ultimus in motu perſiſteret. Germanice, *Allgemeines Magazin* T. III. Gallice in collectione SIMONI T. II. Latine in *oper. min.* T. I.

In T. II. horum commentariorum Göttingæ 1753. excuſo * reperiuntur *duo ſermones Academici* 23. April. & 6. Maji 1752. prælecti, qui multas lites excitarunt, multumque Auctori ſuo conciverunt odii. Res tamen ſimplex erat, & abſque ullo animo novandi per experimenta nata.

Primum, poſt nonnulla veſtigia apud varios ſcriptores ſparſa, noſter reperit, nullum ab ulla injuria videri ſenſum animalis excitari in dura cerebri membrana, aliisve membranis, in pleura, peritonæo, perioſteo, cornea oculi tunica: nullum cieri a læſo tendine, ligamento, oſſe, cartilagine, viſcere. Senſum in ſolo nervo reſidere.

Alter ſermo agit *de partibus corporis humani irritabilibus*, quæ nempe ferro irritatæ ſe contrahunt: eam contractionem invenit propriam eſſe muſculoſæ fibræ. Nervum non eſſe irritabilem, neque ſentiendi facultatem cum natura irritabili conjungi. Hanc non a nervo eſſe, hoc reſecto, & in parte corporis toto de corpore ſeparata ſupereſſe. Eſſe forte in arteriis vim irritabilem, cæterum per experimenta de ea re non conſtare. Maxima vi irritabili cor pollere, deinde inteſtina & diaphragma. Videri in glutine eam vim reſidere. Hiſtoriam aliquam eorum addit, quæ alii Cl. viri in ea animalium facultate viderunt.

Hujus opuſculi numeroſæ fuerunt editiones. Latine Göttingæ 1753. 4.* *Oper. min.* T. I. emendatius.

Gallice vertente Cl. TISSOT Lauſannæ 1754. 12.* 1756. 12.*

Italice vertente *J. Vincentio* PETRINI Rom. 1755. 4.* & Bonon. 1757. 4.* in *collectione Fabriana*, tum Neapoli 1755. 8.*

Anglice Londin. 1755. 8.*

Suecice in *K. Swenſka Wetenſkaps Acad. Handl.* 1753. Tr. I. & II.*

Germanice in *Hamburg. Magaz.* T. XIII. & Lipſ. 1756. 4.* in *oper. Germanicorum* T. II.

Iconum

Iconum anatomicarum faſciculus V. Götting. 1752. fol.* Arteriæ pedis, plurimæ novæ arteriæ. Epigaſtricæ rami hepatici, veſicales. Abdominalis, pudendæ externæ duæ, profundæ femoris, earumque rami, nutritiæ femoris, circumflexæ, popliteæ, nutritiæ tibiæ, recurrentes genu, arteriæ pedis, earumque magni parvique arcus. De tabula V. auctor queritur.

Iconum anatomicarum faſciculus VI. Götting. 1753. fol.* Arteriæ brachii, ab ipſo arcu aortæ ad ultima: multa hic etiam nova, arteriæ potiſſimum perforantes ſuperiores, inferiores, arcus carpeus, tres arteriæ recurrentes cubiti ab ulnari, radiali & interoſſea plenius dictæ, thoracicæ arteriæ pleræque, earumque cum mammariis & intercoſtalibus pulchri arcus. Mammariarum rami plenius dicti, etiam hepatici, tenues cum epigaſtricis anaſtomoſes, alia.

De fabricis monſtroſis Götting. 1755. 4.* Palatum fiſſum; proboſcis de puero ex occipite nata, alter puer & puellus tripes; ovicula ore clauſo.

In II. *de fabricis monſtroſis* progr. Renes ſemiduplices, vaginæ duæ. Redeunt in *pathologicis*, inque L. II. *de monſtris*.

De morbis uteri progr. ib. 1753. 4.* Placenta veſicularis.

De induratis partibus corporis humani 1753. 4.* & in *pathologicis*. Memorabile exemplum oſſei ſcyphi citra chorioideam in oculo viſi, & vitreum corpus continentis.

Iconum anatomicarum faſciculus VII. Götting. 1754. fol.* Hiſtoria primum eorum, quæ de carotidibus innotuerunt. Arteriæ a carotide in cerebrum & a vertebrali. Velum vaſculoſum, quod thalamis opticis & pineali glandulæ imponitur. Vaſa minuta exteriora & intima medullæ ſpinalis, cum ea ipſa in ſitu relicta. Denique arteriæ oculi: plena hiſtoria; arteriæ ophthalmicæ; centralis retinæ, ciliares longæ, breves, & anteriores, circulus arterioſus uterque, vaſa vorticoſa, quæ venæ ſunt, arcus tarſei.

Opuſcula pathologica partim recuſa, partim inedita, quibus ſectiones cadaverum morboſorum potiſſimum continentur. Acceſſerunt experimenta de reſpiratione quarta parte aucta Lauſannæ 1755. (verius 1754.) 8.* recuſa, plurimumque aucta ib. 1768. 8.* & cum *operibus minoribus* 1768. 4.*; recuſa etiam Neapoli 1755. 8.* & Venet. 1755. 8.* Anglice verſa Londin. 1756. 8.* Septemdecim programmata hic recuſa ſunt, quæ paſſim ad anatomen pertinent. Sanguinis in celluloſam pulmonum telam ſudor: idem verioris inflammationis auctor. Calculi renalis initia in flava viſcida materie replente ductus uriniferos. Celluloſa tela indurata. Agnus cyclops, ovum prægnans; pullus & canis tripedes. De ſuffocatis ſub aqua, quam mortem Auctor fere ſpumæ aſperam arteriam replenti tribuit. Nova experimenta de reſpiratione 47. Unde error eorum natus ſit, qui putarunt ſe bullas vidiſſe de pertuſo pectore adſcendentes. Muſculorum intercoſtalium internorum in vivo animale officium. Mediarum coſtarum intervalla parum mutantur, ſuperiorum & inferiorum plurimum. Diaphragmatis actio: apices coſtarum imarum introrſum contrahit: gulam & aſperam arteriam comprimit. Horum experimentorum imperfecta editio prodiit Lauſann. 1763. 8.* *De*

De motu ſanguinis Götting. in *Comment. Soc. Reg. Scient.* T. IV. a. 1755. 4.* edito diſſ. Gallice verſa Lauſann. 1756. 12.* Anglice Lond. 1757. 8.* Redit aucta in *oper. min.* T. I. Experimenta ſunt aliqua Göttingæ, pleraque Bernæ facta. De effectu impulſi ſanguinis arterioſi in arterias: lumen augetur, membranarum craſſities minuitur. Ut anevryſma pro arbitrio producatur, deleta celluloſa tela, quæ arteriam ad ſua fulcra, ut ad meſenterium, religat. Globulos ſanguinis vere ſphæricos videri, etiam in ranis, rubros eſſe in valente animali, flavos in languido. Nullum verum arterioſi ſanguinis a venoſo diſcrimen unquam adparuiſſe. Circuitus ſanguinis & microſcopio viſus, & per injecta vincula demonſtratus. Pulſus in ranis paucis in arteriis conſpicuus eſt, pleræque immotæ manent, neque ab ullo ſtimulo arctantur. In minimis vaſis ſanguis non valde lente circumit. Ab arteria obſtructa ſanguis avertitur. De effectu venæ ſectionis, quo ſanguinis motum mutat. Velocitatem generat & auget; ad locum inciſæ venæ potenter per venam derivat: ſed etiam omnibus expenſis per arteriam. Cauſæ motus cordis, quæ præter cordis potentiam accedunt. Nervi, certe in experimentis, nihil hic poſſunt. Pondus ſanguinem utique urget. Vis adtractionis. Motus ſanguinis a morte, aut evulſo corde ſuperſtes.

Iconum anatomicarum faſciculus VIII. Götting. 1756. fol.* Duæ ſunt magnæ tabulæ arteriarum univerſi corporis ita pictæ, ut alterum latus cuti propiora, alterum profundiora exprimat. Alia ad cadavera icones factæ ſunt, quam quæ ad priores tabulas inſervierunt: quare hæ ſunt priorum quaſi ſupplementum. In ſermone adjecto nuperius etiam viſa recenſentur, ad arterias potiſſimum hepatis, lienis, ventriculi & ſepti transverſi; nova deſcriptio arteriarum cæcalium & recti inteſtini, novæ arteriæ cervicis, dorſi, & lumborum. Cæterum harum arteriarum icones plures in *Encyclopædiam*, aliquæ in *collectionem* Londinenſem 1746. fol.*, aliquæ in nuperam WINSLOWI editionem receptæ ſunt, omnes multum detrimenti paſſæ.

Deux memoires ſur les parties ſenſibles & irritables Lauſanne 1756. 12.* Hos commentarios latine ſcriptos Göttingam noſter miſerat a. 1755: cum vero ibi commentarii nulli nunc ederentur, reddidit in *oper. min.* T. I. *Compendium in* FABRIANO *ſupplemento* prodiit Bonon. 1759. 4.* Eorum libellorum poſterior jam dictus eſt, prior nunc primum prodierat. In priori experimenta recenſentur, ex quibus hæc primi libelli quaſi corollaria nata ſunt.

Primum monetur, a quibus cavere oporteat, ne ab ipſo experimento error naſcatur. Dudum hic cautum eſt, ne nervorum per ſuperficiem alicujus partis corporis decurrentes rami, pro nervis ejus partis habeantur, ipſorumque ſenſus tendini tribuatur, cui incumbunt, & quem nuſquam ſubeunt. Sequuntur experimenta, per quæ conſtitit, a nervis violatis neque dolorem in animale, neque convulſiones ſequi: eorum aliqua in hominibus capta ſunt. Inde ligamenta, capſulas articulationum & perioſtea dicitur non dolere laceſſita. Porro de duræ membranæ cerebri indolentia; ubi experimenta redeunt anno 1751. capta, & a. 1753. a Cl. WALSDORFIO publicata, quæ evincunt, præter arteriarum.

rum motum, etiam a reſpiratione cerebrum moveri, & in exſpiratione levari, inter inſpirandum quaſi reſorberi. Sed neque piam matrem ſentire putat; neque in corpore calloſo quidquam eſſe præcipui, neque in cerebello. De obtuſo ſenſu viſcerum & membranarum. De irritatorum, vinctorum, reſectorum nervorum effectu. Senſum intercipiunt hæ violentiæ, non motum; & nervo de cerebro reſecto manet ſua vis, qua muſculos ſuos convellit. Iris non ſenſilis, neque irritabilis, pupilla a morte amplior. Vis irritabilis arteriarum in calidis animalibus pigra, in frigidis inconſpicua. Non debere mutationes a venenorum chemicorum contactu natas, vi inſitæ tribui. Vis contractilis veſicæ urinariæ perpetua nec alterna: vis modica veſiculæ felleæ. Ventriculi contractio & in vomitu partes. Gula valde irritabilis. Sic inteſtina, quorum varius motus hic narratur, potiſſimum, qui a venenis ſequitur. Motus cordis in nupera editione ad eum libellum relatus, quem continuo dicemus. Una, brevi libello noſter, ad aliquas objectiones *Claudii Nicolai le* CAT ſua argumenta repoſuit: Hæc excerpta reperiuntur in Diario, cui titulus *Journ. de Medec.* 1756. Jun.

Deux memoires ſur le mouvement du ſang Lauſanne 1756. 12.* Anglice diſſ. *on the motion of the blood, and effects of blood letting* Lond. 1757. 8.* Latine multo auctius in *oper. min.* T. I. Experimenta ipſa hic recenſentur, ex quibus, tanquam corollarium aliquod, libellus natus eſt, quem non dudum diximus. Colorem ſanguinis, etiam in eodem vaſe, alium eſſe & alium. Phænomena in ſanguine a variis ſuccis & ſalibus admiſtis naſcentia. Experimenta, quibus circuitus ſanguinis demonſtratur. Globuli natant, non rotantur. Nulla a ligata vena jugulari mala. Motus ſanguinis turbatus, oſcillatio & retrogreſſio. Pleraque diximus.

Maximum nunc operum auctoris adtigimus, *Elementa phyſiologiæ corporis humani.* Hic, quæ in *primis lineis* breviſſime dicuntur, fuſe exponuntur, & cum iis comparantur, quæ alii ſcriptores utiliter viderunt. Tela tamen operis ex propriis auctoris inciſionibus ſumta eſt. Tomus I. prodiit Lauſannæ 1757. 4.*, recuſus Neapoli 1763. 4.* & Venetiis 1765. 4.*; Germanice verſus a *J. Samuel* HALLE Berlin 1759. 8.* Continet prima capita operis minoris, & cordis potiſſimum hiſtoriam. Arteriarum ſimplex fabrica, rami robuſtiores. Contra parenchyma; anaſtomoſium numeroſus cenſus. De vaſorum lymphaticorum inventoribus: RUDBEKII cauſæ favet, qui plura ejusmodi vaſa vidit: ea & ex rubris vaſis naſci noſter, & ex celluloſa tela. Circuitum ſanguinis fuſe demonſtrat, objectiones removet; HARVEJO refert acceptum. Pericardii nova deſcriptio, anulus & icones. Tendines cordis rejicit: Nervos cordis de integro deſcribit. Arterias coronarias a valvulis aortæ negat tegi. Cor utique brevius reddi, dum contrahitur; ejus motus ex ordine. Contra oſcillationem vaſorum minimorum, nullo unquam microſcopio viſam. Cauſa motus cordis non ab anima, neque a nervis, ſed potiſſimum ab irritatione valde irritabilium carnium cieri.

Non ſeparabo ejusdem operis volumina, etſi alii interceſſerunt labores. Tomus II. prodiit Lauſann. 1759. 4.*, recuſus Neapoli, Venet. 1766. 4.* & Ger-

manice Berolini 1762. 8.* De ſanguine; ejus calorem 113. gradus FAHRENHEITIANOS in vivo homine nondum ſuperaſſe: aërem multo magis calefcere, abſque vitæ jactura. Globulos ſanguinis perpetuos eſſe, non quidem in minores alios dividi: fibras nullas. Temperamentorum princeps fundamentum eſſe in firmis partibus. De arteriarum officio; difficili quæſtione. Minui in minimis celeritates, minus tamen, quam ex calculis ſperares. A nervis nihil hic ſperari. Utique preſſionem lateralem locum habere. Ut pulſus conſpicuus naſcatur. Calorem tamen a motu eſſe, ruborem forte a ferro. Ut celeritas in venis renaſcatur. Etiam in venis preſſio lateralis locum habet. Humores, glandulæ, earumque fabrica. Secretio; varia quæ poſſunt ad ſeparandos humores conferre. Particulas diverſi ingenii in ſanguine eſſe, has ſatis commiſtas, plerumque impuras, de eo decedere, in glandulis plerumque reſorbtis humoribus aquoſis depurari. Ad HAMBERGERI hypotheſin, non reſpondere experimenta legibus. Ad *Franciſcum* LAMURE.

Tomus III. Lauſannæ 1760. 4.*, inde Neapoli, Venetiis, & Berolini 1766. 8.*. Reſpirationis inſtrumentum fuſe; coſtarum fabrica & motus. Fuſe hic de poteſtate muſculorum intercoſtalium internorum. Raro pectus integrum tamquam unum corpus levari, plerumque coſtas inferiores ad ſuperiores adſcendere. Unde error ſit eorum, qui contraria putaverunt ſe vidiſſe; potiſſimum ex eo ortus, quod ſolas ad medias coſtas oculos intenderint, quarum firmitates parum differrent. Utique nervum noni paris cum phrenico conjungi; hujus phrenici phænomena; thymi lac & lobi. De aëre inter pleuram & pulmonem omnino non admittendo, fuſe, & per varias animalium claſſes. Venam pulmonalem utique arteria ſodali minorem eſſe. Aëris hiſtoria, preſſio in ſanguinem exigua. Reſpirationis ſtadia & cujusque cauſæ. Sanguinem & per inſpirationem & per exſpirationem in pulmone colligi. HARVEJANUM ænigma ſolvitur, & oſtenditur mutari reſpirando pulmonem, non tamen adeo ſubito neceſſitatem reſpirandi ſubnaſci. Pulſus venæ pulmonalis. Contra aërem elaſticum ſanguinis. Dextra vaſa & dextras caveas pectoris in maturo fetu majores eſſe; de ea amplitudine aliquid in adulto homine ſupereſſe. De larynge, etiam avium, & de voce: ſingularum literarum formatio mechanica: & vocales octo, earum quæque ſurda aut clara.

Tomus IV. Lauſann. 1762. 4.*, tum Neapoli, Venetiis, & Berolini, hic 1768. 8.* Cerebri per varia animalia anatome (quam tamen poſtea in avibus & piſcibus perfecit) & pondera. In aviculis magnam cerebri rationem eſſe ob macilentiam totius corporis. Cerebri particulæ, tria ventriculorum cornua, hippocampi pedes & tænia, & unguis receſſus poſterioris. Tunc medulla ſpinalis, dura mater, ejus fibræ; de ejus motu ab arteriis & a reſpiratione. Ad LAMURII objectiones. Duram membranam cum nervis non longe continuari. De partibus ſentientibus; eas eſſe, quibus multi ſunt nervi, qui ſoli ſentiant. Non ſentire, quibus nulli; obtuſe, quibus pauci. Meninges non ſentire. De ſpiritibus; conjecturæ: motus muſculorum varius, mortuus, inſitus, nervoſus, per experimenta ſeparati. Tendo neque ſentit, neque motu valet inſito.

Motus

Motum inſitum nervus non regit. Phænomena motus muſcularis; contractio carnium maxima, & longe major, quam tertiæ partis longitudinis; ſed abſque pallore. Vires immanes ab inſectorum muſculis exſertæ. Cauſa motus muſcularis. Videtur motus naturalis a ſtimulo nerveo augeri. Motuum ſpontaneorum a voluntariis diſcrimen, & ejus cauſa. Contra eam legem, effectum cauſa non poſſe majorem eſſe; cum tamen levis nervi irritatio in muſculo convulſionem cieat millena pondo ſublevantem. Contra animam ut cauſam motus muſcularis. Subjecta eſt anatome cerebri piſcis.

T. V. Lauſann. 1763. 4.* Senſus. Fuſe de perſpiratione inſenſibili, ex variis experimentorum auctoribus collecta relatio. Papillæ linguæ & earum nervi. Vaſa & nervi naſales & odorum claſſes. Arteriæ dentales pleræque. Fuſe etiam de oculi anatome, etiam comparata. Contra fibras circulares iridis. Lentem cryſtallinam a muco firmari. Tres retinæ laminæ. Contra MARIOTTUM ex anatome comparata. Oculum ad diverſas diſtantias non mutari. Memoriæ mirus mechaniſmus. Anima incorporea eſt. Opii vis.

T. VI. Götting. 1764. 4.* Pro RAVIANA articulatione maxillæ inferioris. Fuſe de ductibus ſalivalibus, ductus ad STENONIANUM acceſſorius. Anatome comparata ventriculi, ejus fabrica muſculoſa verior; ejus celluloſa tela tertia: de natura ſucci gaſtrici experimenta. Ventriculum irritabilem eſſe & contractilem. Chylum non naſci a fermentatione. Omenta varia. Simplex fabrica lienis. Utique majorem partem ſanguinis venæ umbilicalis per hepar tranſire. In hepate utique bilem naſci. Contra ductus hepaticyſticos. Non in veſicula bilem parari. Lienis ſuſtentaculum a meſocolo natum, ſitusque variabilis.

T. VII. Lauſann. 1765. 4.* Duodenum tantum & reliquum tenue inteſtinum numerat, ſic colon & rectum. De duodeni ſede in meſocolo. Celluloſa inteſtinorum tela tertia, motus eorum varius. Valvula coli in variis animalibus. Venæ lacteæ. Urachum utique ad umbilicum uſque cavum eſſe; per funiculum continuari non poſſe. De teſtibus copioſe: eos intra abdomen fetus poni, & ſerius in ſcrotum deſcendere, ante POTTIUM, & alios vidit. Ex aliquot cadaveribus ſinuum urethræ varietates. Arteriæ capſulares trium ordinum, uretericæ, arteriæ pelvis, hæmorrhoidea media &c. De vermiculis ſeminalibus copioſe: animalia eſſe, ſeminis nativos hoſpites. Mammæ earumque ductus. Uteri fabrica & vaginæ. Menſes tamen videri a plethora eſſe.

T. VIII. Lauſann. 1766. 4.* Copioſiſſime de tota generatione, graviditate, partu. Animalium ſcala, quæ abſque ſexu ſunt, & ex parte ſui decidua novum animal reparant. Quæ ovum reliqui corporis diſſimile pariunt. Quibus & ova ſunt & maſculæ partes. Quæ ſola non ſufficiunt ad generationem, & altero ſui generis individuo egent, ut novum animal naſcatur. Androgyna claſſis. Demum ea, cujus alia individua maſcula ſunt, alia feminina: iſtæ ova habent, ſed illorum fecundante ſucco egent, ſive is ovis jam poſitis ſuperfundatur, ſive in corpus feminæ expellatur. Hæc animalia fere majora, mobiliora ſunt & magis compoſita. Veſiculæ ovarii non ſunt ova, ſed tumet earum maxima,

 crepat,

crepat, liquorem effundit, qui in verum ovum abit, tunc undique villo effloreſcit intus, & in corpus luteum degenerat. Ova quadrupedum neque ovata eſſe, neque adeo præcociter conſpicua reddi. Contra BUFFONIUM, vim ſtructricem animæ, & LEEUWENHOECKII vermiculos. Semen maſculum videri ſtimuli loco ſe habere, quod latentis in matre animalculi cor ad micationem excitet. Embryonis formatio. Contra epigeneſin; machinæ motrices, cor, celluloſa tela. Cordis origines & transformatio. In MERYUM. Vita, nutritio, progreſſus ab infantia ad virilem ſtatum, & ſenium. Ejus cauſæ ubertas partium terreſtrium, diminuta irritabilitas, humores non optimi. Addenda ex noviter fere inventis, aut communicatis.

Uno nunc ordine ſubjungemus; *opuſcula* viri, etſi aliqua poſt primam partem operum anatomicorum minorum prodierunt.

Deux Memoires ſur la formation du cœur dans le poulet Lauſann. 1758. 12.* Obſervationes Göttingam miſſæ fuerant a. 1757. & 1758. recuſæ Latine in *oper. minor.* T. II. Cauſa ſuſcipiendi libri fuit, quod MALPIGHIUS dextrum & ſiniſtrum ventriculum cordis ita depinxiſſet, ut a dextro in ſiniſtrum canalis ſimplex tranſiret, nuſquam per pulmonem nondum natum, diſtributus. Id AUCTORI inſolubile viſum eſt ænigma. Quare eo nodo ſe ſolvere tentavit, ovis gallinis ſubjectis, & per certas horas apertis. Menſuras etiam omnium partium fetus quotidianas ſumſit, & duplicem fecit libelli partem, ut priori experimenta narraret, & adnotata phænomena, altero ea ſub certos titulos colligeret, & incrementa atque mutationes cujusque partis novi animalis conjunctas traderet. Nidum ab amnio poſt nuperiora experimenta nunc ſeparavit; membranam umbilicalem rapide totum ovum veſtientem; figuram venoſam pulcherrimam membranæ vitellinæ; ſanguinis pallorem, inde ruborem; fetus expanſionem a ſolo corde natam. Vitelli pulcherrima fabrica ſequitur, & valvulæ vaſculoſæ ſoli ANTONIO MAITRE JEAN tactæ, & vermiculata vaſcula. Inde fetus prima facies, mutatio, incrementa, incredibili primum celeritate progredientia, inde lentiora. Cor princeps ſcribendi cauſa, longe aliter, quam a MALPIGHIO deprehenſum. Laquei utique in principio ſimile eſt, ventriculo dextro nondum nato, iſthmo aliquo inter auriculam unicam & ſiniſtrum ventriculum intercepto. Paulatim partes cordis conjunguntur, auriculæ cum corde uniuntur; ventriculus dexter ſubnaſcitur, & auricula in duas ſecedit auriculas. Una nunc pulmo conſpicuus fit, & ejus inviſibilia etiam vaſa conſpicua redduntur. In avibus duo ſunt ductus arterioſi. Rubor ſanguinis pulmonem præcedit. Cordis ſenſim perfecti phaſes. Harum phaſium ſucceſſio & cauſæ, adtractio potiſſimum celluloſæ telæ. In ventriculo caſeoſum coagulum: initium motus periſtaltici. In oculo retina ad lentem cryſtallinam producta, & zona ciliaris. Porro cauſæ tantæ mutationis, quæ ex inconſpicuo quaſi clavo pullum bicrurem & alatum produxit. Non ideo nullæ ſunt partes, quæ ob pelluciditatem inconſpicuæ. Colorum & ſaporum origines, incrementa partium inferiorum, ob duritatem in primævo capite primum ſubnatam. Cauſa, quæ novum ventriculum cordi addit, quæ foramen ovale arctat. Embryo eſt pars matris. Motus muſcularis validus cietur, quo tempore cerebrum totum aquorum eſt.

Deux Mémoires ſur la formation des os Lauſann. 1758. 12.* Latine & auctius in T. II. *oper. minor.* Hoc opuſculum cum priori natum eſt, cum in ipſis pullis videretur ſibi AUCTOR, ſe oſſium formationem vitris augentibus a primis primordiis ſpeculari poſſe. Perinde priori commentario experimenta, altero corollaria eorum dedit. Cartilaginis initia, natura gelatinoſa, cum nondum quidquid adpareret oſſei. Corpus oſſis, quod ipſum totum cartilago fuit, primum naturam mutat, rugis percurritur, opacum fit, flexilitatem amittit. In eo incipit tubulus intus excavari, tunc laminæ ſecedere, & natura alveolaris apparere. Perioſteum tenue, facile ſeparabile, ſenſim craſſeſcit, & ad os adhæret. Vaſa nutritia ramos numeroſiſſimos inter laminas emittunt, alios per alveolarem partem. Iſti ejus partis finem perforant, abeunt in cartilagineam epiphyſin, per laminam cribri modo perforatam. In epiphyſi nucleus in media cartilagine oſſeus naſcitur, de cujus omni ambitu vaſa effloreſcunt. Incrementa oſſis ſenſim minora. Laminæ, eorum fibræ & vaſa. Perioſteum neque materiem oſſis eſſe, neque modulum. Formatio oſſium a cordis vi arterias producente. Ad oſſa quadrupedum & dentem elephantis exſertum, in quem media glans impacta.

Mémoire ſur pluſieurs phenomenes importans de la reſpiration Lauſanne 1758. 12.* & auctius in *oper. minor.* T. I. Priores quatuor (*r*) partes experimentorum de reſpiratione hic repetuntur, ſed totæ mutatæ, ut nulla litis ſpecies ſuperſit, & ipſum HAMBERGERI nomen nuſquam proferatur. In P. I. demonſtratur vis levans muſculorum intercoſtalium internorum, & objectiones ſolvuntur. In P. II. diaphragmatis functio, & vis gulam ſtringens & venam cavam. In P. III. de aëreo ſpatio thoracis. Oſtenditur, ut in avibus, quibus eſt ejusmodi ſpatium, pulmones aliter ſe habeant. P. IV. de ſubmerſis ſub aquis: in quibus AUCTOR & in pulmone & in ventriculo aquam reperit. Nullum eorum animalium, quæ ſub aqua verſata fuerant, ſuſcitari potuit, etſi ab electrico ictu utique nuper mortui animalis artus percuſſi agitantur.

Tomus IV. *des Mémoires ſur les parties ſenſibles & irritables* Lauſanne 1759. 12.* HALLERI eſt, cum priores ſint variorum Cl. virorum. In eo continetur, 1. brevis commentarius ad pulſum venæ pulmonalis pertinens, & ad id experimentum, quo vinci credebatur, tamen in dura cerebri membrana ſenſum eſſe: 2. *reponſe generale aux objections*, latine reddita in *oper. minor.* Tom. I. Hic multorum in auctorem objectiones colliguntur, & ex imis rerum fundamentis eruitur, num aliqua in iis objectionibus & in adverſariorum experimentis vis ſit. Animalia dolorem ſuum non diſſimulare; eventus conſtantiſſimos fuiſſe, paresque in hominibus; pares etiam a numero exiguo, aut nullo nervorum exſpectari potuiſſe, in iis partibus reperiundorum, de quorum ſenſu quærebatur. Etiam adverſarios eventus ſuorum ſimiles vidiſſe. Si alios viderint, non ſatis ſibi ab erroribus caviſſe; nam & fluida venena profudiſſe, quæ in alias partes dimanarent: & nimis multa eidem animali vulnera inflixiſſe, aut nervos non eo ſpectantes læſiſſe. Nullum in ullo experimento grave malum læſos tendines

(r) p.

tendines ſecutum eſſe. Irritabilem naturam a ſentiente diverſam eſſe: 3. Adverſus R. WHYTT objectiones. Recte quidem dici, partes parum ſenſiles inſigniter dolere poſſe, ſi inflammatæ fuerint; id tamen de iis tantum valere, quæ exiguos nervos nactæ ſint, non de iis, quæ nullos. Longe aliter eveniſſe Cl. FONTANA de opio pericula quam WHYTTII. 4. In *Franciſcum* LAMURE recuſ. cum *oper. minor.* T. I. Is Cl. vir de reſpirationis in cerebrum movendum poteſtate, ſerius ad Academiam ſcripſerat, quam HALLERUS; ſerius etiam experimenta publicaverat, & tamen noſtrum pene plagii poſtulabat, quod prior, ut certe ipſe ſibi teſtis eſt, experimenta capere cepiſſet, pauca ea, & quadruplo HALLERIANIS pauciora. Erant etiam apud HALLERUM epiſtolæ, ex quibus conſtat, Cl. *de* SAUVAGES Göttingenſia experimenta accepiſſe, Monſpelienſes eadem repetiiſſe, & confirmaſſe, grato animo, quæ HALLERUS ad eum ſcripſiſſet. Ad *Franciſcum* BOISSIER noſter ſcripſerat Decembri M. 1751. Januario M. 1752. ad ILL. *de* REAUMUR.

Adverſus ILL. *Antonii de* HAEN *difficultates* Lauſannæ 1761. 8.* Bernæ 1765. 8.* Germanice Tiguri 1761. 8.* Non ſibi contradicere HALLERUM, arteriæ aortæ truncum, venas cavas thoracicas carneas fibras habere, non ita arterias venasque minores. Non debere experimenta ſua ratiociniis impugnari &c. Redit in *oper. minor.* T. I.

De oculis piſcium commentarius in Mém. de l'Acad. des Sciences 1762., & Paris 1764. 4.* & in *oper. min.* T. III. Membranæ oculis piſcium propriæ, vaſculoſa, nigra; muſculus anularis: retinæ laminæ tres, pulpoſa, vaſculoſa, fibroſa. Maculæ nigræ, quæ nihil ad chorioideam tunicam transmittunt. Vaſa vitrei corporis poſteriora, anteriora, anulum facientia. Campanula, quæ lentem ſuſtentat, flabelli avium hactenus ſimilis. Mucus lentem ad proceſſus ciliares firmans.

Ad nuperum R. WHYTTII *ſcriptum apologia* Ebrodun. 1763. 8.* ILL. WHYTTIUM ſecum ſentire de ſenſu tendinum obſcuro. De pupilla oculi aperta, de continua contractione veſicæ, nullam per relaxationem intercepta. Non debere animalibus cerebrum tribui, in quibus nullum poſſit demonſtrari. Omnino ſe vim contractilem venæ cavæ docuiſſe. Non omnem motum ab anima eſſe, aut a DEO.

De cerebro avium & piſcium adnotationes Haarlemum miſſæ anno 1766. in *Verhandelingen van de Hollandze gezellſchap Tom.* X. Haarlem 1768. 8.* Latine & Belgice; recuſæ in *oper. minor.* T. III. Avibus majoribus cerebrum parvum, magnis multo minus: cerebellum parvum. Thalami nervorum opticorum maximi, a cerebro remoti, cavi; plus corticis, gyri nulli, nullum corpus calloſum, nates teſtesque nulli & glandula pinealis, valvula magna; vermis.

Piſcibus cerebrum parvum, longum, depreſſum, levi ſulco diviſum, tubercula ſuperiora olfactoria bina, duo thalami, cerebellum anſatum. In thalamis poſterius tubercula recondita. Commiſſuræ dextræ & ſiniſtræ columnæ multæ. Thalami optici cavi, ſtriati. Ventriculus quartus cum aquæ ductu. Inferne duo

duo alia tubercula olfactoria; glandula pituitaria nervos generans. Cerebrum inter, & duriſſimam membranam cranio adfixam, ſpatium adipe liquido plenum. Nervi optici decuſſati, non coaleſcentes, ſed per commiſſuras conjuncti. Multa vero eſt in reliquis varietas. Non uno loco nervus opticus naſcitur, ſed multis radicibus fibras ex cerebro colligit. Glandulam pinealem alii piſces habent, alii minime.

Opera anatomica minora T. I. Lauſann. 1762. 4.* Pleraque priores dicta ſunt, hic cum aliis emendationibus recuſa. Multum mutata, & novis iconibus aucta diſſ. *de valvula* EUSTACHII. Multum aucta *experimenta de motu ſanguinis*, & eo translata, quæ ad cordis motum ſpectant, & ad cerebri motum a reſpiratione profectum, pulſumque venæ pulmonalis. Confirmatur hic ordo, quo priores & poſteriores cordis partes moventur, & qui idem eſt cum ordine advenientis ſanguinis venoſi. Cordis vis motrix omnes alias corporis partes ſuperat, inteſtina etiam longiſſime. Quiescunt primæ partes cordis, a quibus prius ſtimulus avertitur, ultimæ, cum quibus diutius manet. Nervi nihil ad cordis motum faciunt, quod certe poſſis ſenſibus perſpicere. Cor brevius fit in contractione, neque tamen pallet, niſi quando perſpicuum eſt. Totum inanitur. Relaxatio non eſt actio cordis, ſed quies; quæ in morte perennat. Coronariæ arteriæ eodem tempore ſaliunt cum aliis univerſi corporis arteriis. De experimentis ad reſpirationem illuſtrandam factis; inde remota præfatio, qua litis hiſtoria continetur In reſponſione ad objectiones reperias, quæ WHYTTIO, *le* CATIO & HAENIO repoſita fuerant.

Tomus II. Lauſann. 1766. 4.* Libri de formatione cordis in pullo multum aucti, & novis experimentis illuſtrati. Nidus fetus ab amnio ſeparatus, cujus nova hic datur hiſtoria: eam omnes ſcriptores pro parte embryonis habuerant, ut craſſum & clavi ſimilem facerent, qui graciliſſimam, rectam tamen caudam habet. Num viæ ſint, num vaſa, quæ in figura venoſa adparent, noſter ſollicite inquiſivit, vaſa eſſe reperit. Corollaria aucta: Sic liber *de formatione fetus.* L. de quadrupedum generatione totus novus eſt. Adnotationes ſunt 81, pleræque in ovibus factæ, tamen & in aliis animalibus. Fetus primordia mucum eſſe pellucidum. Fetus avium & quadrupedum ſibi eſſe ſimillimos. Veſiculas etiam in virginibus reperiri, corpora lutea a venere naſci, exque veſicula mutari; ea corpora ſunt in ratione fetuum & in eodem latere. Tubæ a venere ovariam amplectuntur, ut in eas ovum illabi poſſit, & debeat, eæque motu valido pollent. Serius fetus in quadrupedibus conſpicitur. Semen in utero non eſt viſum.

T. III. a. 1768. prodiit 4.* In eo libri duo *de monſtris* toti mutati redeunt: claſſes conſtitutæ monſtrorum, in eas & AUCTORIS adnotationes diſpoſitæ, & aliorum Cl. virorum. In ſecundo libro in cauſas monſtrificæ fabricæ inquiſitum. Aliqua preſſioni tribui poſſunt, alia non poſſunt ab ullo caſu eſſe, ut viſcerum inverſio, digitus ſextus. In compoſitis etiam fetubus partes novæ reperiuntur & veſtigia, ex quibus adgnoſcis eſſe primogenias.

Cerebri

Cerebri avium & piſcium hiſtoria a. 1766. Göttingam miſſa; tum oculorum ex quadrupedibus avibus & piſcibus numeroſæ inciſiones. In quadrupedibus cornea tunica convexior, ſclerotica mollis, iris contractilis, etiam a morte; lens cryſtallina minor. Anulum quadrupeda circa lentem cavum habent, & in fetu pupillarem membranam. Paſſim fibræ retinæ oſtenſæ, & coloratæ in ea arteriæ, & fibroſa atque pulpoſa lamina. Propria eſt avibus zona ciliaris retinæ continuata, & flabellum apice in lentem cryſtallinam inmiſſum, & oſſeus corneæ circulus. Piſcibus inmota iris, nulli ciliares proceſſus, humor aqueus parcus, lens a quibusdam ſuſtentaculis ſuſpenſa, vitreum corpus exiguum; arteria centralis vitrei humoris. Opuſcula pathologica multum aucta, ſed clinicis fere adnotationibus. De corde maximo in juvene velociter creſcente. Phænomena inteſtini elapſi, ab inſperſis acribus nata. Ovum galli, ut putabatur. Ea *opuſculorum pathologicorum* editio Lauſann. 1768. 8.* recuſa eſt.

De partibus corporis humani ſentientibus Comm. III. Götting. 1773. 4.* in *Commentariorum* T. III. Poſt elapſos viginti annos priora retractat, & ſua experimenta cum aliorum Cl. virorum experimentis conciliare ſtudet. Oſtendit nuperos Cl. viros hanc ſenſus abſentiam ſuis periculis confirmaſſe, neque in dura membrana nervos reperiri. Nullum celluloſæ telæ ſenſum eſſe. In T. IV. Götting. 1774.* de partibus irritabilibus perinde adverſarios ſecum conciliare ſtuduit.

In ipſa *Bibliotheca anatomica*, cujus in II. Tomo hæc dicuntur, conatus eſt guſtum aliquem dare omnium, quæ a rerum initiis ad rem anatomicam & phyſiologicam veriora dicta fuiſſent; majorisve momenti. Non omnia certe vidit ipſe in labore immenſo, viresque ſuperante mortales: quæ dixit, ea ſtuduit vera fide dicere.

In nonnullis *Diariis* aliqua edidit, pleraque jam relata. Anatomica aliqua in *Commercio Literario Norico* 1733. h. 211. & ib. 1736. exomphalon congenitum, qui redit in *opuſculis pathologicis.*

Anno 1735. *hebd.* 14. varias adnotationes anatomicas. Veſicam juniori homini magis ſupra os pubis adſcendere. Ad venas capitis aliqua.

Hebd. 24. de arteriæ aortæ obliquitate.

In *Hamburgiſchen vermiſchten Beyträgen* T. I. P. III. & in *Phil. Tranſ.* n. 473. ovarium tumidum, pilis plenum, quod in pathologicis recuſum eſt, & in *Hamb. vermiſchte Bibl.*

In *Relationum Göttingenſium* faſc. XII. de HILDANI poſthumis operibus agit.

In *Philoſ. Tranſ.* n. 494. experimenta præcipua indicavit, per quæ lites de reſpiratione conficiuntur.

Ib. de ſeminis viis agitur, cum eadem icone, quæ eſt in operibus minoribus.

De reſpirationis in ſanguineas venas cerebri poteſtate, in *hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1753; prius miſſæ adnotationes quam LA MURII, quas tamen quatuor annis ante meas ediderunt.

Ib. de experimentis in ove factis, & ad generationem ſpectantibus.

Tendines

Tendines & duram meningem ſenſu carere. De pene ſalmonis GRAUNTII teſtimonium.

Epiſtola de embryone in matre jam exſiſtente reperitur apud BONNETUM *ſur les corps organiſés.*

Edidit anatomici argumenti, præter BOERHAAVII *prælectiones* & *methodum ſtudendi*, de *morbis oculorum ſcholas* ejusdem, plenius 1750. 8.* recuſas adjuvante Cl. WILLICHIO.

Diſputationes anatomicas variorum, quarum Tomus I. Götting. 1746. 4.* 1751. 4.* prodiit. Tomus II. 1747. 4.* Tomus III. 1748. 4.* Tomus IV. 1749. 4.* Tomus V. 1750. 4.* Tomus VI. 1751. 4.* Tomus VII. 1752. 4.* Index 1752. 4.*

Memoires ſur les parties ſenſibles & irritables variorum Lauſan. 1760. 12. 2. Vol.*

Ad VALMONT *de* BOMARE *dictionnaire d'hiſtoire naturelle* notas adjecit, aliquas anatomicas Yverd. 1768. 8.* 1769. 8.* Plura ad *Encyclopædiam* ab A. ad E. in Pariſina editione *Supplementi* excudenda, inde ad Z. in Ebrodunenſi impreſſa.

HIPPOCRATIS *opera* & CELSI edidit, ad quæ ſingula præfatus eſt. HIPPOCRATES prodiit Lauſann. 1769. 8.* & 1770. 8.* quatuor voluminibus. CELSUS ib. 1772. 8.*

Epiſtolas Cl. virorum ad ſe datas edidit Bernæ 1773 — 1775. ſex Tomis 8.* in quibus multa anatomici argumenti continentur.

Non ſatis novi, quid ſint HALLERI *medical chirurgical and anatomical caſes* London 1758. 8.

§. DCCCCXXIX. *Diaria anni* 1728.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* hujus anni huc pertinet n. 404. *Caroli* PRICE diſſ. qua cuticulam docet in ventriculum bovis continuari, & villi cujusque fabricam truncosque vaſculoſos exprimit.

Hoc anno J. KANOLDI *drey Supplemente curioſer und nutzbarer Anmerkungen* prodierunt Budiſſin 1728. 4. II. III. & IV. In II. agitur de generatione ex putredine. In III. aliqua de dentibus coalitis aut aliter difformibus. In IV. anatome alcis, Cl. *J. Georg.* WEYGANDI opus.

Deinde EJUSDEM phocænæ diſſectio;

Et veſpertilionis;

Et erinacei.

De puero in deſerto educato.

IDEM in BUCHNERI miſcellaneis a 1728. chelam cancri altero dente ramoſo depinxit.

Mauritius Antonius CAPPELER, Lucernenſis, in BUCHNERI *miſcell.* 1728. De ſceleto fetus per anum educta.

Hoc anno *Andreas* CALOJERA collectionem cum titulo *Racolta d'opuſculi ſcientifichi e filologichi* edere cepit Venet. 12. & in eo ipſo I Tomo LAMPREDANI de vipera per os parturiente hiſtoriola reperitur, cum VALISNERI reſponſione. Sic in aliis tomis, qui tamen potiſſimum argumenti ſunt literarii, reperias. In T. II. de impoſtore, qui in ſanguine inſecta demonſtrabat, & *Caroli* GIROLAMI hiſtoria monſtri, cui neque cranii pars ſuperior erat, neque cerebrum. T. III. vita PACCHIONI & aliqua apologia: BASSANI judicium, quod diximus. T. IV. HYACINTHI de CHRISTOPHORO obſcurus de cordis motu libellus. T. V. de evolutionis ſyſtemate duæ epiſtolæ, & ROSETTI de ſpirituum per membranas in cerebrum reditu. T. VI. hydræ novemcipitis ſceletus. P. S. ROUHAULT inciſio fetus ventralis per 15. annos geſtati. T. VII. COGROSSI de mammis. Compilatio de cadaveribus incorruptis. T. VIII. EJUSD. in BOERHAAVII de atra bile doctrinam. T. IX. Cenſura in NUVOLETTI monſtrum. T. X. DOMINICI de MAURODENOIA (nomen apocryphum) in ROSETTI hypotheſin cenſura, continuata in T. XII. T. XIII. CONSTANTINI GATTA de duabus feminis hirſutis & barbatis, & de graviditate 22. menſium. T. XVIII. a. 1738. JOSEPHI BADIA de particulis in ſanguine, quas magnes adtraxerit. T. XX. a. 1739. COGROSSI de igneo animantium principio. T. XXII. LUNADEI deſcriptio fetus bicipitis. CAROLI RICHA comparatio macrocoſmi & microcoſmi. T. XXIV. MARTIALIS REGHELLINI ſomnambuli hiſtoria, omnino curioſa. A Tomo XXVII. ad L. opus non ad manus eſt.

Hoc etiam anno Lauſannæ cepit prodire Diarium *Bibliotheque Italique*, quod parum habet ad rem noſtram faciens. In T. I. partum ventralem multis annis geſtatum reperias. In T. VII. *Jac.* VERNET *de la voix des Eunuques*, cum epiſtola VALISNERI.

§. DCCCCXXX. *J. Fridericus* SCHREIBER.

Regiomontanus, ingenio valens, & diligentiæ ſummæ vir, non credulus alienis placitis, jatromathematicus, amicus noſter, in exercitubus Ruſſicis Medicus, denique Profeſſor Petropolitanus.

EJ. Diſputatio inauguralis *de lacrymis* Leid. 1728. 4. recuſa cum titulo *de lacrymis & fletu* Lipſ. 1729. 4.* Phænomena fletus recenſet, inter ea memorat anxietatem, hinc ſanguinis in pulmone ſtagnationem, totamque hanc actionem mechanice explicat.

EJ. *Fundamenta medicinæ phyſico-mathematica* Tomus I. Lipſiæ 1731. 8.* Phyſiologiam moliebatur methodo mathematica concinnandam, ad imitationem WOLFII, tunc maxime florentis, cui totus erat addictus. Liber I. eſt de harmonia præſtabilita, de natura, de ſanitate, de medicinæ partibus. L. II. generalia habet de ſolidis corporis humani partibus, de ſanguine & ejus ſero; de circuitu ſanguinis; de arteriis, quas potius ſeries facit cylindrorum, qaam conos; de vaſis minoribus BOERHAAVIANIS, quæ recepit; de adfectionibus motus ſanguinis, fere BELLINIANIS; de pulſu; de fibra, glutine cauſa firmitatis & debilitatis; compoſitione fibræ.

EJ.

Ej. *Hiſtoria vitæ & meritorum Friderici* RUYSCHII Amſterdam 1732. 4.* Bonum ſenem ſæpe adiverat: ejus nunc inventa critice proſequitur, per ſingulas humani corporis partes, & RUYSCHIANA placita, cum aliorum ſcriptorum inventis comparat. Laudat vaſa minima, eorumque diverſum inceſſum & habitum; refutatam glanduloſam viſcerum naturam; RUYSCHIANAM tunicam; papillas; venam anteriorem inferiorem cordis; celluloſam inteſtinorum telam; lamellam chorii placentæ obductam. Muſculum uteri ipſe amicus noſter rejicit. Polypos immaturos a perfectis ſeparat.

Non dudum ante obitum edidit *Almageſti medici* P. I. Introductionem & partem phyſiologiæ medicæ Lipſiæ 1757. 4.* Introductio prioris operis ſatis ſimilis, STAHLIANÆ ſtructrici animæ adverſa. Perfectio corporis humani. Fibra, membrana, vas, ad BOERHAAVII morem. Elateris ſedem in glutine ponit. De nova eo tempore irritabilitate, quam admittit, & a voluntatis imperio ſeparat. Articulationem maxillæ RAVIANAM defendit. Reſpiratio. Vim levantem intercoſtalium internorum adgnoſcit, revocato, quem HAMBERGERO largitus fuerat, adſenſu. De ſanguine, ejus ſero. Globulorum diviſionem in ſex globulos ex BOERHAAVIO recipit. Cordis relaxationem a propriis videri fibris pendere. In cordis caveam lympham potius, quam ſanguinem exhalare. Vires cordis magnas eſſe, nullum tamen probabilem calculum innotuiſſe. Vim elaſticam arteriarum a muſculoſa ſeparat: ſeries vaſorum minorum defendit. Arterias periſtaltico motu agitari. Celeritatem ſanguinis ad 148′ in 1″ metitur. Contra WEITBRECHTI difficultates. Nullum in ſanguine inteſtinum motum eſſe. Nullum aërem pulmonem inter pleuramque reperiri. De greſſu, aliisque animalis motubus. Ultra vir ILL. non progreſſus eſt.

DOUGLASSII edidit *myologiæ ſpecimen* Leid. 1729. 8.* ib. 1738. 8.* additis nonnullis muſculis, & CLOPTON HAVERS *de oſſibus ſermonibus;* Eos ſermones ex Anglico converſo edidit Amſterd. 1731. 8.*

In *Commentariis Academiæ Scientiarum Petropolitanæ* aliquæ ejus partes ſunt. In T. III. ſuturarum aliquæ varietates.

In T. VII. pulmones thoraci undique adnati: hepar in homine multilobe viſum. Varietas in duodeni ſitu.

In *novor. Commentariorum* T. III. de oſſiculis triquetris numeroſis.

In *epiſtolis* ad me datis pluſculæ ſunt argumenti anatomici. In V. de vena renali pone aortam ad ſuum renem tendente: vena bronchiali utrinque ab azyga, œſophagea ex azyga ſeorſum nata. *Ep.* 9. de arteria centrali lentis, ad ALBINI inventa.

§. DCCCCXXXI. *Nicolaus* ROSEN.

Inde de ROSENSTEIN, per ſua merita, Archiater Suecicus, Medicus eleganter doctus & noſter olim amicus. Ejus ſunt pluſculæ diſputationes. *De uſu methodi mechanicæ in medicina* Upſal. 1728. 4.

In *Act. Lit. Suec.* 1733. os deſtructum renatum.

Ej. & *Abr.* Baeck *de aëre ejusque in corpus humanum effectu* Upſal. 1734. 4.

Ej. *De ventriculo humano* Upſal. 1736. 4.

Ejusdem *Compendium anatomicum eller beſkrifning om de delar af männiſkans kropp with medfogende förſök och anmerkningar* Stockholm 1738. 8.* Ex optimis fontibus collectum bonum compendium: phyſiologica potiſſimum ratiocinia, aliquas etiam proprias anatomicas habet adnotationes.

Ej. *Tal om en opartiſk och förnüftig medici förnämſte göromål.* Oratio, Stockholm 1746. 8.* Requiri mechanicam cognitionem inſtrumentorum motus in humano corpore & anatomes.

Ejus & *Jonæ* Sidren *de oſſibus calvariæ* Upſal. 1746. 4.* De oſſe frontis variæ utiles adnotationes. Ab arteria frontali oſſi inſcripti ſulci. Fons pulſatilis in quadragenario homine mollis.

Ej. *De legibus microcoſmicis in K. Sw. Acad. Handl.* 1750.

Ej. *De legibus microſcopicis* Upſal. 1750. 4.

Ej. *De exſiſtentia vaſorum abſorbentium in inteſtinis* R. J. G. Wallerio Upſal. 1751. 4.

Ej. & *David* Schulze diſp. *de emeſi* Upſal. 1754. 4.* Cl. Schulze vomitum in vivis animalibus contemplatus eſt, dato medicamento emetico. Utique in ventriculo motus excitatus eſt, concurrebat tamen vis transverſi ſepti, quæ ventriculum comprimebat, vomitumque faciebat. Non ergo inter inſpirandum vomitur.

§. DCCCCXXXII. *Varii.*

Johannis Quincy, Medici, primas editiones non habeo. Quare quartam demum *medicinæ ſtaticæ* editionem recenſeo, Anglice nempe verſum Sanctorium, adjecta Keilii *ſtatice*, notisque Quincyi, Londin. 1728. 8.* 1737. 8. Meminit enormis, quadraginta omnino librarum, a balneo perſpirationis. Sudorem putat plus auferre, quam perſpirationem: hujus materiem eſſe, id quod fibram animalem humectet, etiam ſpiritus. Vim ad calculos revocat, quam perſpiratio adverſus aquam exercet. Nutritionem eſſe a ſucco in fibrarum intervalla effuſo & adhæreſcente. Adjecta ſunt tentamina, inter quæ eſt de fibra elaſtica, de vi ejus contractili, & perſpiratione ex ea contractione nata; ſatis ad Bellini modum. Vim diſtrahentem perpetuo operari. Involucrum faſciculos particularum continet. Natura vis diſtrahentis elementa fibræ &c.

In Ejus *lexico phyſico-medico*, cujus quarta editio ann. 1730. 8.* prodiit, voces etiam anatomicæ cum aliqua explicatione reperiuntur.

Pierre Poliniere *experiences de phyſique* Paris 1728. 12.* quæ tertia eſt editio. Caput habet de ſanguinis circuitu, cum experimentis Harvejanis, & experimentis quibusdam infuſoriis: cordis motu a morte ſuperſtite: ad olfactum &c.

Antonio

Antonio ROMANI *di Lendenaria l'acido ritornato al ſangue* Venezia 1728. 4.* Contra D. DONATUM de VITALI. Eſſe in ſanguine parcum equidem acorem, & aliis particulis obrutum, cum phlogiſton tamen in ſanguine reperiatur.

Ephraim CHAMBERS *dictionary* Lond. 1728. fol. Italice Venet. 1753. SMITH. Habet etiam anatomica, & figuras in compendium reductas ſatis malas.

Pierre FAUCHART *Chirurgien dentiſte* Paris 1728. 12.*, & multo auctius 1746. 12. 2.Vol.* Dentium anatomen aliquam habet, & nonnullas adnotationes rarioris fabricæ. Dentes repoſiti, qui comprehenderunt.

Fabr. Joh. FERRI *de generatione viventium in triplici ſtatu, univoco, analogo & æquivoco, ad mentem* HIPPOCRATIS Ferrar. 1728. 4. PLATTNER.

BOULLIER *Eſſ. philoſophique ſur l'ame des betes* Amſterdam 1728. 8.

Martin TRIEWALD *Nödig tractat om bi* Stockholm 1728. 8. De apum natura & proprietatibus. Anatome & tres ſexus, & reginæ amores, generatio apum, nova alvearia.

Franciſci Erneſti BRUKMAN, Medici Guelferbytani, ſcripta hactenus huc referas. In Epiſtolis 275, quæ prodierunt, eſt in epiſt. 1. monſtrum pelvibus obverſis: in 12. dentes aliqui magni animalis, non quidem gigantis. Epiſt. 77. dentium marinorum majorum animalium figuræ. Ep. 99. Sorores Hungaricæ, quæ connatæ adoleverunt. In *Cent.* II. *Epiſt.* 9. oculorum in variis araneis poſitio.

Monſtri etiam hiſtoriam edidit, *Beſchreibung einer ſeltſamen Geburt zu Wolfenbüttel zur Welt gebracht* Guelpherbyti 1732. 4.* Fetui adhærebat alter fetus imperfectus. Cordis nullum veſtigium; abſque anatome.

Carpïo vere androgynus. *Comm. Lit. Nor. hebd.* 39.

Ib. 1739. *hebd.* 27. de cornu non vero equi.

Ib. 1742. *hebd.* 28. ovum difforme.

Beſchryving der kleine waerelt of verhandeling van's menſchen natuer met platen Haag. 1728. 8.

J. Gottlieb NEUMANN *vom Umlauffe des Geblüts im menſchlichen Leibe* Dreſden 1728. 8. TR.

EJ. *Von der Articulation des menſchlichen Körpers, wie die Knochen zuſammen hangen, wie auch vom Umlauf des Geblütes* Freyberg 1745. 8. cum præfat. *Mich.* ALBERTI.

Nicolas de JANSON *Suite du guidon de* S. COME, *qui explique les premiers elemens de l'anatomie* Paris 1728. 12. cum fig.

SOUMAIN *relation de l'ouverture du corps d'une femme* Paris 1728. 12. excerpt. in *Diario Trivult.* 1728. M. *Nov.* Cor pene totum conſumtum.

MAYNE *two diſſertations concerning ſenſe and the imagination with an eſſay on Conſciousneſs* Lond. 1728. 8.

Joh. TIMME, infelicis literati, *deutlicher Beweis, daſs ein Gott ſey, aus der anatomiſchen Betrachtung des Rückgrades* Brem. 1728. 8.*

EJ. *Anmerkungen und Eröffnungen von Körpern* Brem. 1735. 8.*. Pericardium adnatum.

EJ. *Sammlung zur anatomiſchen Vorbereitung des menſchlichen Körpers gehöriger Schriften* Brem. 1735. 8.* LYSERI culter: C. BARTHOLINI demonſtrationes anatomicæ: GRAAF de ſiphonis uſu, cum C. BARTHOLINI emendatione.

In Miſc. BUCHNERI 1728. IDEM clitoridem enormem deſcribit, indeque natam nymphomaniam.

Ant. MAITRE JEAN de morbis oculi opus Germanice verſum edidit Brem. 1731. 8.

Kleine Chirurgie, oder die Zergliederung und Heilung des menſchlichen Körpers Meiſſen 1728. 8.

AMICI *cujusdam epiſtola de cauſa ſecretionis & excretionis periphericæ* Viennæ 1728. 4. HAENEL.

Andreæ RIDIGER *diæta humana adj. ſcholia perpetua in* SANCTORII *medicinam ſtaticam* Lipſiæ 1728. 8.

§. DCCCCXXXIII. *Diſputationes.*

Petri MASSUET, docti viri, *de generatione ex animalculo in ovo* Leidæ 1729. 4.* cum iconibus vermiculorum, embryonum girinorum. LEEUWENHOECKII ſententiam probabilem putat.

EJ. *Recherches intereſſantes ſur l'origine, le developpement, la ſtructure des vers a tuyau, qui infeſtent les vaiſſeaux* Amſterdam 1733. 8.* Oeconomici potiſſimum ſcopi, tamen etiam de ovis &c.

G. v. OSTEN *de elementis corporum & de ſanguine* Leid. 1728. 4.

Jac. Frid. HULSEBUSCH, amici noſtri, *pinguedinis corporis humani ſ. panniculi adipoſi fabrica* Leid. 1728. 4.* & Belgice, *Verhandeling van het vet en cellu-loſa* Enkluyſen 1736. 8.*

T. COE *de fluxu muliebri menſtruo, morbisque inde oriundis* Leid. 1728. 4.

J. BURMANNI, celebris botanici, *de chylopoieſi* Leid. 1728. 4.

Nicolai de VOS *de actione ventriculi in ingeſta* Leid. 1728. 4.*

Dan. RUCKER *de meſenterio multorum malorum ſede* Leid. 1728. 4.*

Michael RANFT *de maſticatione mortuorum in tumulis* Lipſ. 1728. 4. & Germanice *vom Kauen und Schmazen der Todten.* 1734. 8.

Matth. MORLEY *de profluvio muliebri* Leid. 1728. 4. PL.

Andreas SPÖRLIN *de prole quadam cranii experte* Baſil. 1728. 4.*

Ge. Ulrich SCHMIDT *de bilis uſu primario* Altdorf. 1728. 4.*

J. BUX-

J. BUXTORF *de viſu* Baſil. 1728. 4.* cum experimento MARIOTTI.

EJ. *Theſes anatomico botanicæ* Baſil. 1731. 4.*

EJ. *Theſes anatomico botanicæ* anno 1733. 4.* Iconem noſtram aliquam dedit, non alias excuſam, ad origines nervorum & potiſſimum intercoſtalis pertinentem.

Jac. SMITH *de ſubmerſorum morte* Prag. 1728. 4.

Andr. de LALEU & J. B. BOYER *non ergo catarrhus à cerebro* Pariſ. 1728. 4.

Bern. de JUSSIEU & *Raym. de la* RIVIERE *Ergo ſuus lymphæ, ut ſanguinis, per propria vaſa circuitus* Pariſ. 1728. 4.

Joach. Jo. COSTAR & *Lud. Petri* LEHOC *Non ergo dura mater habet motum a ſe* Pariſ. 1728. 4.

§. DCCCCXXXIV. *Diaria anni* 1729.

In *Philoſ. Tranſ.* n. 409. Faſti emortuales, ex Vratislavienſibus collectionibus.

N. 410. *Joh.* BUDGEN veſicæ hernia, niſi potius ſpina eſt bifida.

In *Mém. de l'Acad.* 1729. DU FAY de ſalamandris potiſſimum aquaticis earum bronchiis deciduis, utroque ſexu, fetubus in abdomine vivis.

In *hiſt.* viſcera abdominis in pectore.

Partus fetus quadraginta dierum & paulo poſt fetus maturi.

§. DCCCCXXXV. *Franc.* NICHOLLS.

In *Philoſ. Tranſ. Franciſcus* NICHOLLS, prælector Anatomes Oxonienſis, nitidis injectionibus celebris, adverſus HELVETII hypotheſin ſcribit, negatque ſanguinem in pulmonibus denſari. Opponit ſuas menſuras vaſorum cordis, per quas venæ pulmonales arteria ſua majores ſint (verum quinque & quatuor venas cum una arteria comparat): tum in fetu venas cum arteriis confert, ubi nulla fuit reſpiratio.

EJUS *compendium anatomico œconomicum ea omnia comprehendens, quæ ad corporis humani œconomiam pertinent* Londin. 1736. 4.* Univerſalia ad fibras ad hypotheſin delineatas, vaſa, tunc compendium anatomicum. Paſſim vero peculiares hypotheſes intercedunt. Ita veſicam urinariam putat a muſculo pyramidali detrahi, ut laxatis ligamentis rotundis (umbilicalibus arteriis) fibræ longitudinem veſicæ ſequentes ſe contrahere poſſint, & veſicam inanire. Cordis motum ita dividit, ut auricula dextra cum ſiniſtro ventriculo contrahatur, & viciſſim. Oſſiculorum auditus microſcopicam dat figuram, qua exprimitur, malleum ab externo CASSERIANO muſculo tendi, ab anteriore laxari. Chordam tympani muſculoſam naturam habere. In fetu aortam deſcendentem conſtringi, quo adſcendens dilatatur.

EJ. *Oratio anniverſaria* HARVEJANA Lond. 1739. 4. OSB.

EJ. *De*

Ej. *De anima medica prælectio* Londin. 1750. 4.* 1773. 4. Ad Stahlii mentem, acris contrariæ ſectæ adverſarius. Eam animam facit pertinacem, malignam, ut a medicis non juſtis remediis irritata, ab officio ſuo deſiſtat; ſapienter eadem eruptionem variolarum partitur, ne onere nimio obruatur: lac abigit, quando puellus periit. Meticuloſa anima in febre periculum ſummum facit, quod expulſionem noxiæ materiæ negligat. Pigritiem mechanicos ad ſuam hypotheſin deduxiſſe.

Phil. Tranſ. n. 413. Anatome cancri marini vere androgyni.

In *Vol.* L. II. P. I. cor ruptum ventriculus dexter divulſum. Vaſa ad Ruyschii morem repleta.

Ej. *An enquiry concerning the motion of the heart* 1773. 4. cum l. de anima.

Inventorem eſſe præparationis viſcerum, quæ fit per eroſionem. Arnauld *hern.*

§. DCCCCXXXVI. *Joſias* Weitbrecht,

Profeſſor Petropolitanus. Primum a. 1729. in *Commentariorum* Tomo IV., interoſſeos digitorum muſculos deſcripſit, fere ut Douglassius, tum alias varietates muſculorum manus, erectorem pollicis, palmaris varietates. Porro ligamentum duas claviculas conjungens: & muſculum recti abdominis portioni thoracicæ ſimilem; tubas Fallopianas cæcas; inteſtini ilei appendicem; uterum oblique poſitum. Oſtium foraminis ovalis non undique clauſum.

In *Comm.* T. V. de veſicæ vero ſitu veraque figura, bene & utiliter.

Ut adgnoſcantur oſſa dextri & ſiniſtri lateris.

T. VI. de cordibus villoſis.

Et de mutationibus vaſorum, quæ fiunt ab impulſo ſanguine, deque ejus circuitu. P. I. Venas magnas abſque alio medio cavo ſe in cordis ventriculos inanire.

In *Comm. Lit. Nor.* 1733. n. 5. ligamentum ſuum interclaviculare indicit.

In *Comment. Acad. Petrop.* T. VII. de motu ſanguinis ejusque cauſis, gravitate, cordis contractione & arteriarum. Parum eſſe, quod in arteriarum ſyſtemate ab impulſa ſanguinis unda voluminis oriatur incrementum. Auricularum actio. De nonnullis muſculis faciei, orbiculari palpebrarum, frontali & occipitali, ſubmentali, riſorio.

In *Comment.* 1737. de muſculis faciei, pharyngis & uvulæ agit, & eorum deſcriptiones a variis ſcriptoribus datas cum re ipſa comparat. Biventrem anterius pene ſemper bipartitum eſſe. Ceratoſtaphylinum debere inter muſculos recipi. Cricothyroideum in duos dividit.

Ej. Deſcriptio accurata manuum & pedum monſtroſorum in juvene.

Ej. *Syndesmologia ſ. hiſtoria ligamentorum corporis humani* Petrop. 1742. 4.* Gallice 1752. 8. Inſigne opus, & quo hactenus carebamus; præter ea, quæ apud

apud Veſalium fere & alios parca de ligamentis reperiebantur, & apud Winslowum, hic plenius omnia cum iconibus repetuntur; ita ut etiam viſcerum ligamenta hic reperias, ut pharyngis & inteſtinorum, partiumque genitalium, & arterias umbilicales, quæ in ligamenta degeneraverunt, ductusque inciſivos. Scalptoris paſſim artem deſideres.

In *Comm.* T. XIII. pupillæ contractionem & dilatationem non a fibris fieri muſculoſis nondum demonſtratis, ſed uveam tunicam lenti apprimi a rarefacto humore vitreo: ut viciſſim latior fiat, ſi ea rarefactio remiſerit.

T. XIV. Pituita gluiinoſa laryngis. Ejus analyſis chemica. Negat ex glandulis bronchialibus naſci.

Idem agit de proceſſibus mammillaribus, & quærit, cur brutis animalibus dati ſint. Icon nervorum olfactoriorum humanorum, non bona.

In *Nov. Comm. Acad. Petrop.* T. I. quo anni 1747. & 48. diſſ. continentur, egit de utero. Gravidum uterum tenuiorem reddi. In eo fibræ muſculares; cingula duo ſuperiora, fibræ longitudinem ſequentes, & cingulum inferius. Valvulæ cervicis, earum trunci quinque, ex quibus rami pectinati exeunt. Quando uterus gravidus nunc ampliatur, cingulum circa uterum naſcitur a tunica, quam ei peritonæum dat.

§. DCCCCXXXVII. *Varii.*

Giuſeppe Duccini, Lectoris medici in Acad. Piſana, *nuovo trattato ſopra la natura de' liquidi dell corpo umano e dell' animale* Lucca 1729. 12.* Fermentationes & variam humorum acrimoniam defendit, totumque hominis corpus in laboratorium chemicum convertit, adeo ab anatome alienus, ut quinque oſtia faciat ductus chyliferi, ex Pecqueto.

J. Thomæ Brinii *de ſpiritibus animalibus diſquiſitio phyſico-medica* Patav. 1729. 4.* Pro fibrarum tremore elaſtico & contra animales ſpiritus. Nervos vult a meningibus oriri. Multa de animæ facultatibus. Nulla anatome.

Guilielmi Scoti *proluſiones quatuor habitæ in gymnaſio Patavino* Patav. 1729. 4. Non ineſſe proprium firmis corporis humani partibus motum. Nitrum aëreum utique pulmonem ſubire, ſaliva dilutum.

Otto Juſt Wreden, Medicus Hanoveranus, noſter Leidæ & Pariſiis amicus, Albini diſcipulus & Winslowi, pluſcula ſcripſit argumenti phyſiologici; *Unterricht von der Circulation des Geblütes, worinn die Structur und Nutzen des Herzens gezeigt wird* Hanover 1729. 8.* Aliqua de foramine ovali & auriculis in fetu promiſcue communicantibus, ad mentem Winslowi.

Ejusd. *Unterricht von der Nutrition, wie auch Wachsthum und Sterben des Menſchen* Hanover 1731. 8.*: ad Boerhaavii placita.

Ej. *Kurzer Unterricht von der Structur und Action der Muſceln* Hanover 1731. 8.*

EJ. *Kurzer und deutlicher Unterricht von den Theilen des menſchlichen Körpers* Hanover 1737. 8.*

EJ. *Kurze und gründliche Demonſtration des Gehirns* Leipz. und Cell. 1741. 8.*

Georgius Heinrich RIBOV, ſuam RORARII editionem dedit Helmſt. 1729. 8.* cum notis & diſſ. *de anima brutorum.*

Chriſtian Joachim LOSSAU *Beſchreibung eines merkwürdigen Caſus Inediæ* Hamburg 1729. 4.* Hactenus huc refero. Vera inedia diuturna cum diſſectione cadaveris. Lethargicus erat cerebri ſtatus, ex inſolatione natus.

Melchioris de RUYSCHER *hiſtoire naturelle de la cochenille, juſtifiée par des documens autentiques* Amſterdam 1729. 4.* Verum eſſe animal.

Benedict DUDELL *treatiſe of the diſeaſes of the horny coat* London 1729. 8.* Chirurgi ocularii opus. Oculi deſcriptio cum ganglio ophthalmico, circulo arterioſo &c. Corneæ tunicæ duæ diverſæ indolis laminæ. Ex terrore credit nata eſſe in fetu glaucomata. Epidermidem conjunctivæ habet. Membranam cryſtalloidem ab arachnoidea ſeparat.

Appendix &c. London 1733. 8.* Imaginationes eſſe bullas in anteriori facie tunicæ arachnoideæ ſubnatas. De flava & ſubopaca lente crynallina, quam jubet per inciſam corneam educere.

Supplement &c. to the treatiſe of the horny coat London 1736. 8.* Pro retina ſede viſus; chorioideæ membranæ vitia adfert, in quibus viſus nihil ſit paſſus. In puero iridem rubram vidit.

J. Auguſtin STOELLER *hiſtoriſch - mediciniſche Unterſuchung des Wachsthums des Menſchen in die Länge* Magdeburg 1729. 8.* 1747. 8. Theoria incrementi, exempla proceritatis, cæterum STAHLIANI ſcriptoris opus.

Louis François MANNE *Obſervation de chirurgie au ſujet d'une plaie à la tête* Avignon 1729. 8.* Bonus liber, in quo per experimenta oſtenditur, ſanguinem in cerebrum effuſum, ſimplicem etiam commotionem, majora facere mala, quam cerebri vulnera; meninges etiam abſque ſymptomatibus violari & diſcindi.

Nicholas ROBINSON *new treatiſe of the ſpleen, vapours, and hypochondriak melancholy* London 1729. 8.* Præponitur diſſ. de origine adfectuum animi, fabrica & mechaniſmo nervorum, principiis cogitationis, ſenſationis & reflexionis. Cor convulſione excitata ſe liberare materie morbifica.

EJUSD. *Diſcourſe upon the nature and cauſe of ſudden death* Lond. 1732. 8.* Aliqua de organis vitalibus.

Louis BOURGUET *Lettres philoſophiques ſur la generation & le mecaniſme organique des plantes & des animaux* Amſterdam 1729. 12.* Dari ſeminales vermiculos, ſed non eſſe novorum animalium primordia, quæ ſint in ovo. Contra ideas plaſticas animamque ſtructricem.

In Epiſtola ad VALISNERIUM ep. negat dari unum continuatum animal, quod tænia dicatur.

Syllabus

Syllabus totam rem anatomicam complectens Lond. 1729. 4. Osb.

Vincent. Gilabert, Medicus Valentinus & Archiater; Ejus *Eſcrutinio phiſico medico anatomico, que ſatisface alla apologia del D.* Lloret, *prueva che de l'ocean de la ſangue ſale la materia de la nutricion, eſtableça la neceſſidad de los eſpiritus animales y convença la fermentacion, chilifacion, y la preferencia de las carnes a los alimentos quadrageſimales* Madrit 1729. 4. Cap. de Vil.

Stephani Coulet *de aſcaridibus & lumbrico lato tr.* Leid. 1729. 8.* Vermem capite, ore & ductu alimentario inſtructum deſcribit, in cujus caudam ſe alius ſimilis vermis adaptet.

Noel Regnault S. J. *entretiens phyſiques d'Ariſte & d'Eudoxe* Paris 1729. 1755. 4.Vol. 12. Amſterdam 1731. 12. 4.Vol. Anglice London 1733. Continet etiam animalia.

Ej. *Origine ancienne de la phyſique nouvelle* Paris 1734. 12. 3.Vol. Amſterdam 1735. 12. 3.Vol.* Cartesianus, arguti vir ingenii, non ſatis æquus, & hypotheſi ſerviens. Honorato Fabri circuitum ſanguinis inventum tribuit.

Le Sage *de la lumiere des couleurs & de la viſion* Geneve 1729. 12.

J. Chriſt. Seidel *de regulis architecturæ generalibus, quibus deus in formandis animalibus uſus eſt* Bareith 1729.

Jacques Mentel *adverſaria de medicis Pariſienſibus* Paris 1729. *Hazen.*

Leonh. Dav. Herman *relatio hiſtorico antiquaria de ſceleto ſ. oſſibus alcis Maſlae detecto* a. 1729. Hirſchberg 1732. 4. Tr. Germanice latine Budiſſin 1731. 4. Boecler. Idem in *Miſc. Berol.* T. V. Berlin 1739. 4.* anatomen dat conchæ anatiferæ.

§. DCCCCXXXVIII. *Diſputationes.*

Herman Paul Juch, Profeſſor Erfordienſis. Ej. *Diſp. de urinæ ſecretione & excretione* Erford. 1729. 4.*

Ej. *De abortu* 1730. 4.

Ej. *De animalculis ſpermaticis* 1731. 4.*

Ej. *De circulatione ſanguinis tamquam actu vitali præcipuo* 1731. 4.*

Ej. *De naturali & præternaturali lochiorum ſtatu* 1731. 4.*

Ej. *De ſenectute* 1732. 4.

Ej. *De conſtitutione corporis humani materiali* 1732. 4.

Ej. *De ambiguitate uroſcopiæ* 1732. 4.

Ej. *Theoria ætatum phyſiologico-pathologica* 1733. 4.

Ej. & Gryphandri *de inſtrumentis areometricis, eorumque uſu in medicina* 1735. 4.*

Ej. *De trichomate ſ. plica* Erford. 1737.

Ej. *De reſpiratione ejusque effectibus in corpore humano* 1739. 4.*

Ej. *De viis & motu chyli* 1744. 4.

Ej. *De calore animali* 1746. 4.

Ej. *De lochiis* 1749. 4.

Ej. *De bilis dignitate & præſtantia, ejusque in corpore humano organo ſecretorio* 1750. 4.

Gottfried THIESEN *theoremata oſteologica* Regiomont. 1729. 4.*

Ej. *De materie cerea ejusque injectione anatomica* ib. 1731. 4.*

Antonii GOUNET *de temperamentis* Argentor. 1729. 4.

J. Georg. ABICHT *de commercio animæ & corporis* Gedani 1729. 4.

Jacob. Nicolas WEISS *de ulcerum viſcerum & glandularum analogia* Altdorf. 1729. 4.

Ej. *Progr. ad anatomen feminæ* 1733. 4.*

Ej. Aliud ej. anni. Ab obliquo minori ad ligamentum ſuſpenſorium penis productæ fibræ ſuper veſiculas ſpermaticas ſparſæ: emiſſarium carotidis comes.

Ej. *De ſtructura venarum ad movendum ſanguinem diverſæ aptata* 1733. 4.*

Ej. *De uſu muſculorum abdominis* 1733. 4.*

Ej. *De aquæ adminiculo in adminiſtratione anatomica* 1733. 4.

Ej. *Diſcrimen motus vitalis & elaſtici fibrarum* 1735. 4.*

Ej. *De arteriis viſcerum propriis* Altdorf. 1744. 4.* molli intus & laxa tunica præditis.

Ej. *Progr. ad anatomen publicam ſuſpenſa* 1745. Villi uteri interni, ejus foramina menſes dimittentia, natura ſpongioſa. Ventriculos cordis æquales eſſe.

Ej. *Tetras diſſertationum, quibus theorema medicum alia ſenſatio alius motus adſtruitur, adplicatur & limitatur* 1759. 4.

Ej. *De cauſſis cur corpus humanum ex materia valde corruptibili compoſitum ſit* 1764. *

Ej. *De dextro cordis ventriculo poſt mortem ampliori* 1767. 4.* In vivo animale duos ventriculos æquales eſſe.

Joh. M. GRAV *oſſa gigantium* Abo 1729. 8. non omnia genuina eſſe.

Martin LITHENIUS *de Lagopode gallinaceo & congeneribus* Upſal. 1729. 4.*

CAR. GUNTHER LUDOVICI *tentaminis pneumatico metaphyſici de motu ſpirituum Sect.* I. Lipſ. 1729. 4. *Sect.* II. 1729. 4.

Burchard Adam SELLIUS *de allantoide* Kiel. 1729. 4.*

Ej. *De*

Ej. *De anatomicæ hiſtoriæ ſcriptoribus* 1734. 4.* Errores in A. O. GOELICKE, paſſim etiam in HEISTERO corrigit.

Martini NAGY BOROSNAY *de potentia & impotentia animæ humanæ in corpus organiſatum* Hall. 1729. 4.*

J. Chriſtoph. SCHUTZER *de fabrica & morbis ligamentorum uteri* Harderwic. 1729. 4.

Cornel. Ger. MOEHRING *de viſu* 1729. 4.* Aliqua ex ALBINO: duæ laminæ retinæ. Scleroticam tunicam non eſſe a dura meninge.

J. AMMAN *de venis in corpore humano bibulis* Leid. 1729. 4.*

Andr. Bernhard HEYMAN *de pericardio ſano & morboſo* Leid. 1729. 4.*

Richard POWER *de urinæ humanæ ſecretione & excretione* Leid. 1729. 4.*

Hugon. GOURAIGNE *de reſpiratione* Monſpel. 1729. 4.* Diaphragma & muſculos intercoſtales exſpirationem facere, aërem non ideo pectus ſubire, quod dilatetur. Aliqua ex MUYSIO de fabrica muſculari, & de humoribus.

Ej. *Tr. de febribus* 1730. 12. etiam phyſiologica continet.

Ej. *Diſſ. medico chirurgicæ juxta circulationis* leges 1731. 8.* Habet BOERHAAVIANAS vaſorum ſeries, & KEILIANAS retardationes.

Ej. *Duodecim quæſtiones* 1732. 4. De monſtris agit, negat imaginationis maternæ vim in fetum, eorumque ortum caſui tribuit.

Mém. de l'Acad. 1741. Fetus pectore & capite deſtitutus.

Ej. *De fluiditatis ſanguinis natura & cauſis; de lactis natura & uſu in medicina* Monſpel. 1741. & in *noſtris ſelectis.* Comparat lac diverſorum animalium per experimenta.

Ej. *De humorum craſſitie* ib. 1741. PORTAL.

Ej. *De motu mechanico in corpore humano* ib. 1743. PORTAL.

Ej. *Conſpectus phyſiologiæ* ib. 1743. 8.

Ej. *Diſſ. de ſanguinis miſſi &c.* ib. 1743. 8.* Negat SYLVÆ diviſionem in arteriam aortam ſuperiorem & inferiorem. Negat arterias evacuari. Derivationem fieri in vas quod percuſſeris, ſi vires in reliquo corpore diminutæ fuerint, revulſionem potius quando integræ.

Porro ad H. GOURAIGNE pertinet *reponſe aux objections qu'on trouve dans le Journal des* 1729. Nov. *contre la diſſ. ſur la reſpiration* Montpellier 1730. 4.

Jacobi LAZERME *partium humani corporis ſolidarum conſpectus anatomico mechanicus* Monſpel. 1729. 8.*

Ej. *De ſomnambulatione* Pariſ. 1748. 8.*

Ej. *Tr. de morbis internis capitis* Monſpel. 1748. 8.* Phyſiologica varia. Cerebelli privilegium admittit, generare nervos vitales.

Deſider. Caroli FREMONT & *Ant. Nic.* GUENAULT *E. ventriculi motus ad elaborationem chyli confert* Pariſ. 1729.

J. Bapt. BOYER & *Franc. Joſ.* HUNAULD *Non ergo æqualiter totus uterus in gravidis extenditur* Pariſ. 1729. 4.

Franc. GOUEL & *Ant. Nic.* GUENAULT, *E. optati cibi digeſtio facilior* Pariſ. 1729. 4.

Franc. PICOTE' L. P *le* HOC *Ergo aqua vitæ aqua mortis* Paris 1729. Canem periiſſe, cui unciæ duæ ſpiritus vini in venam injectæ fuerint.

§. DCCCCXXXIX. *Alexander* STUART,

Doctus Medicus, in *Philoſ. Tranſact.* n. 414. Occaſione vulneratæ veſiculæ felleæ agit de bilis uſu, cujus vis eſt in motu periſtaltico inteſtinorum ciendo & chylo præparando, abſque quo nullus ſomnus ſperari poteſt.

Pergit de uſu bilis n. 427.

N. 442. lacteus liquor loco ſeri in ſanguine viſus.

N. 449. adnotationes ad caſum morboſum, in quo abundantiſſima bilis fuerat ſecretio.

EJUS, qua præmium meruit Academiæ Burdigalenſis, diſſ. *de ſtructura & motu muſculorum* Bordeaux 1737. 12.* latine cum iconibus æneis, Londini 1738. 4.* ſplendidiſſime edita. Dedit idem *three lectures on muſcular motion;* quæ prodierunt cum *Phil. Tranſ. Vol.* XL, tamquam prælectiones ex legato CROONIANO, & fere ejusdem ſunt argumenti. Admittit veſiculas, vim elaſticam ſanguinis, motum muſculorum compoſitum ex diaſtole ſanguinea & nervea, quibus alternis cauſis is motus abſolvatur, & ex ſyſtole elaſtica veſicularum. De motu muſculorum aliqua. Ranarum muſculos tacta medulla ſpinali convelli: arteriam reſectam valide retrahi, nervum vix quidquam. Anatomen muſculi dat, vaſorumque habitum.

In *Phil. Tranſ.* n. 460. poſthuma diſſ. de cordis ex unico fibrarum parallelarum plano compoſitione, quod ſecundum certas leges in ſe ipſum convolvatur.

Jacobus Theodorus KLEIN, civitati Gedanenſi a ſecretis, hiſtoriæ animalium inſignis auctor, in *Phil. Tranſ.* n. 413. deſcribit renum lupinorum lumbricos, utriusque ſexus.

Hiſtoriæ piſcium miſſus I. Gedan. 1740. 4.*

Secundus 1741. 4.*

Tertius 1743. 4.*

Quartus 1744. 4.*

Quintus 1749. 4.*

In primo miſſu ſenſum auditus piſcibus reddit, & in 35 ſpeciebus oſſicula ei ſenſui deſtinata delineat. Delphini ſpeciem minimam fellea veſicula deſtitutum incidit.

In *ſecundo* agit de cetis & dentibus elephantorum, qui vulgo oſſa mamouth dicuntur.

In *tertio* fetum piſcis priſtis deſcribit. De ovis galei piſcis per varios gradus perfectis.

In *quarto* pullus galei Acanthiæ nudus dicitur in utero abſque membrana habitare.

In *Phil. Tranſ.* n. 426. enorme cornu bubulum deſcribit, plicamque maximam.

N. 456. menſuræ bregmatis gigantei Witſeniani.

In *Verſuchen der Geſellſchaft zu Danzig* T. II. 1754. 4.* defendit contra REAUMURIUM, una cum animale & teſtam formari. Num caro coſtis proxima poſſit dureſcere. Non putat, & quæ credebatur in lapidem abiiſſe, eam habet pro parte thoracis teſtudinis.

In *Phil. Tranſ.* n. 486. iterum auditum piſcibus vindicat, & de mure alpino agit.

In *Danziger Verſuch* I. piſces negat aut ſurdos eſſe, aut mutos. De hibernaculis hirundinum, quas hieme in aquam ſe demergere etiam notariorum fide interpoſita confirmat.

Porro Gedani a. 1740. 4.* proprio libello *de ſono, & auditu piſcium* egit, & audire ea animalia docuit; nonnulla etiam voce non undique deſtitui. Contra anonymum, qui in T. 36. *Bibliothecæ Gallicæ* eum piſcium auditum refutaverat.

Edidit porro 1743. Gedani 4.* *ſummam dubiorum circa claſſes quadrupedum & amphibiorum, cum diſſ. de ruminantibus & periodo vitæ humanæ, collato cum brutis.* Plurima cum de animalibus ſcripſerit, non fuit is finis viro Cl. ut anatomen doceret. Paſſim tamen aliqua huc faciunt. Ita in *diſpoſitione quadrupedum* Lipſ. 1751. 4.* lepores cornutos & duo cornua habet rhinocerotis.

In *hiſtoriæ avium prodromo*, Lubeck 1750. 4.* agit de hibernaculis hirundinum, quas confirmat ſub aquis mergi. Ad ventriculum lagopodis.

In *methodo oſtracologica* Leid. 1753. 4.* agit de concharum generatione.

In *herpetologia* Götting. 1755. 4.* anatome redit lumbricorum teretium lupi.

In *Echinodermatibus* Gedan. 1734. 4.* os & quinque dentes ejus animalis deſcribit, & aliqua habet de aculeorum anatome.

Ova avium poſthuma prodierunt Regiomont. 1766. 4.* Tabulæ pictæ ovorum, etiam rariorum, ut pſittaci & caſuarii.

Pholades in lapide habitare.

In *Verſuchen* &c. T. III. de agno fictitio Borametz.

§. DCCCCXL.

§. DCCCCXL. *Diaria anni* 1730.

Nourse Chirurgus in *Phil. Tranſ.* n. 416. deſcribit partum per anum.

Hiſt. de l'Acad. des Scienc. 1730. Ren unicus. Maximum hepar galli.

Geoffroy jun. analyſis juris carnium in variis animalibus. Sal ex extracto ammoniacæ indolis, &c.

Idem de jure & partibus nutritiis cyprini.

In *Mém. de* 1732. aliorum piſcium, etiam oſſium quadrupedum jura, & eboris. Serum lactis, in quo ſalem marinum invenit.

In *Phil. Tranſact.* n. 471. de puero 38. menſium valde procero, pubere, ſemen emittente.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1743. ebur flexile & pellucens.

In *Hiſt. de* 1746. de nano ingenioſo.

In *Act. Litt. Suec.* 1730. *Kilianus* Stobæus dat anatomen teſtudinis terreſtris Americanæ. Unicam cordis aurem facit, ventriculum unicum.

In *Act. Nat. Cur.* T. II. 1730. 4.* *J. Frider.* Bauer *obſ.* 9. dentes renati in vetula ſexagenaria.

Obſ. 35. *Wolfgang Henrich* Schrey pueri incrementum præcox & nimium.

Conrad Graff veſicula fellis enormi mole *obſ.* 115.

Idem *Vol.* IV. *obſ.* 106. pullus ſepes, duobus uropygiis.

Iterum in *Vol.* II. *J. Erneſti Valentini* chela trifida.

In *Vol.* II. idem *J. Heinrich* Fuchs fetus quadrageſimi diei deſcriptio. *obſ.* 145.

J. Chriſtophori Goetz carnis fruſtum altero demum anno de inteſtino redditum *obſ.* 206.

Idem *obſ.* 208. nævus ex pomo.

Idem in *Comm. Litt. Nor.* 1732. n. 16. de gemellis, quorum alter 23. hebdomade poſt alterum in lucem prodiit.

§. DCCCCXLI. *Caſpar* Neumann,

Pharmacopola & Chemicus, minime incelebris, hic recenſetur ob experimenta in humoribus & corporibus animalibus facta.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* II. *obſ.* 136. habet oleum formicarum æthereum.

In magna *Chemia*, quam multis alienis adjectis auctam Kesselius edidit, Tom. III. Zullichau 1753. 4.* continetur animalium hiſtoria & ſuccorum corporis animalis analyſis: Eas, quæ igne fiunt, non credit quidem vera elementa corporum revelare: oſtendit tamen ſericum inter animalium partes plurimum dare ſalem volatilem: olei plurimum capillos: viperas plurimum ſalem fixum. Ad urinæ producta, & ovorum, bilis, oſſium, lactis, medullæ potiſſimum experimenta adtulit. In urina & ſtercore ſal fixus parcus, qui a ſale marino eſt.

In

In T. IV. P. I. 1754. 4.* l. de ambra griſea l. etiam alias editus, non quidem ad animalia pertinet, quam pro bituminis ſpecie noſter habeat.

In *Eph. Nat. Cur.* T. V. *obſ.* 55. ovi albumen ſuccini ſimile.

§. DCCCCXLII. *J. Fridericus* CASSEBOHM,

Diſcipulus WINSLOWI, ex præcipuis hujus ſeculi anatomicis fuit; etſi pauca ſcripſit, Profeſſor Hallenſis, brevis ævi inciſor. Ej. Diſp. inauguralis *de aure interna* Francof. ad Viadr. 1730. 4.*

Id argumentum ornatius tractavit ediditque Hallæ 1734. 4.* *Quatuor tractatus anatomicos*, quibus acceſſit a. 1735. 4.* *quintus* & *ſextus*. Titulus eſt *de aure humana*. Auris integra cum vaſis & nervis ex fetu a tertio menſe ad maturitatem, exque adulto homine: oſſibus vario modo diſſolutis, aut ſerra diviſis. Vere omnia etſi breviter, multa etiam penitius eruta, ut canalis arteriæ tympanicæ, foraminula venarum tympani, meatus auditorii; laminæ quatuor membranæ tympani, ligamenta oſſiculorum, vaſa tympani interna, foramina minora veſtibuli, & vaſcula, cochleæ ſcalæ, earumque in apice per duo foramina communicatio; membrana pulpoſa veſtibuli & canalium ſemicircularium; nervi mollis rami & vaſcula cochleæ; hiatus FALLOPII. Zonas VALSALVÆ refutat, & foramen membranæ tympani.

Ej. *De differentia fetus & adulti anatomica* Hall. 1730. 4.* Breviter hæc diſcrimina percurrit. De ſitu ventriculi in fetu magis pendulo. De cæci inteſtini relatione ad colon.

Ej. *Methodus ſecandi muſculos, & methodus ſecandi viſcera* Hall. 1740. 8.*, & Germanice 1740. 8.* In muſculis aliqua peculiaria. Ad uvulæ muſculos. In viſceribus ad ſeptum pellucidum, ad valvulam venæ cavæ inter diaphragma & hepar, ad repletionem ductus thoracici, brevia omnia.

Ad editionem Germanicam pauca acceſſerunt.

Codicem M.S. Cl. viri poſſideo, multo uberius de adminiſtratione anatomica agentem, potiſſimum de vaſis, deque iis ſebo replendis. Totam autem anatomen tradit. Oſteologiam continet, quæ deficit in editis. Multa bona habet; teſtium ex abdomine deſcenſum, membranam epididymidis, naturam dartii cellulofam, corpus HIGHMORI cæcum & poroſum; tunicam mucoſam veſicæ a nervea diverſam, ſphincterem in utroque ſexu natum a ſphinctere ani. Ad ſitum œſophagi. Ad celluloſas ventriculi & inteſtinorum telas. Ductus bilarios per vaſa bilaria replebat. Cornicula ſphenoidea.

Multo auctior eſt & ad totum corpus humanum ſpectat *methodus ſecandi, oder deutliche Anweiſung zur Zergliederung des menſchlichen Korpers* Berlin 1746. 8.* 1769. 8.* Accurate ad WINSLOWI morem, ut de hepate.

Ej. Cl. viri in ALBERTI *medicina legali* inciſio ad cognitionem de vulnere ſpectans reperitur, valde accurata: & in GLASSII diſputatione de circuitu ſanguinis ad venas bronchiales.

§. DCCCCXLIII. *Franciſcus* QUESNAI,

Chirurgus, vir inſignis ingenii, novæ ſectæ œconomico politicæ auctor, ratiociniis tamen, quam inciſionibus magis eminuit.

Obſervations ſur les effets des ſaignées avec des remarques critiques ſur le traité de M. SYLVA Paris 1730. 12.* inde 1736. 12.* & denuo triplo amplius 1750. 12.* Princeps ſcopus eſt oſtendere, veram utilitatem venæ ſectionis eſſe in ſpoliando ſanguine, nempe in educendis globulis rubris, qui tenuioribus humoribus conpenſentur. Deinde derivationem aliquam eſſe, ad augendam celeritatem ſanguinis, atque adeo ad ſuperandas obſtructiones utilem, minorem vero eſſe, quam SYLVA poſuerit, & in ea fere ad integram ſanguinis velocitatem ratione, quæ eſt amiſſi ſanguinis ad omnem. Effectum autem a vena pendere & ab arteria, quæ ei venæ reſpondet.

In ſecunda editione multa addit, plura in tertia De ſanguinis rubri ad omnem cruoris maſſam portione & ad ſerum; de coagulo lymphatico ex HELVETIO. Contra vaſa minora & errorem loci BOERHAAVII, quem virum impar adverſarius adeo parvi facit, ut indignationem moveat. Ipſe non bene negat venæ ſectionem vaſa deplere: cum utique diminuto ſanguine, & ex ea cauſa diminuto ſtimulo cordis, vique inpellente diminuta, minor in partes ambeuntes preſſio ſit, vaſaque adeo ab ea ipſa cauſa eliſa & minora fiant. Convulſio a contractione arteriarum, cui vir Cl. plurimum tribuit, mera eſt hypotheſis. Derivationem facit æqualem ſanguinis jacturæ, ut vena inciſa ab omnibus aliis corporis humani partibus novum ſanguinis ſupplementum accipiat. Germina, quæ ova fecundant, eſſe telas textas in natura ſolida animalis maris, ova partes naturæ feminæ &c.

Ej. *Eſſai ſur l'œconomie animale* Paris 1736. 12.* Hæc editio plurima ex BOERHAAVIO (*s*) habet, potiſſimum chemica, etiam gradus caloris numeris expreſſos. In ſanguine humores ſtatuit numeroſos, etiam bilem per ſanguinem diffuſam, pituitam, lympham, mucum; ex iis temperamenta deducit. In vaſorum ſeriebus, in nutritione BOERHAAVIUM ſequitur: cæterum minima pars phyſiologiæ hic traditur, ſenſubus, chyli præparatione & ſeminis omiſſis.

Multo amplior eſt editio *Eſſay de phyſique ſur l'œconomie animale* Paris 1747. 12. 3.Vol.* Prima pars phyſica eſt, pars II. chemica. Duplex in animalibus oleum eſſe, pituitoſum alterum (gelatinam). Tertia pars demum phyſiologiam continet; humores primum quatuor, omnino ad veterum morem, quibus noſter impenſe favet, bilem, & pro atra bile gelatinam. Non bene negat, ſanguinis globulos rubros eſſe. Plurima a BOERHAAVIO neque nominato recepta; humorum diminuti gradus; corpus totum vaſis fieri, hæc nervis. De

(*s*) CLEON a EUDOXE p. 63.

De anima: habitare eam in calloſo corpore; ſpiritus eſſe æthereos. De Lockio, cum contemtu. Facultates animæ mechanice exponit. Hominis tamen animam a beſtiarum anima ſeparat. Muſculorum vis, ex *Daniele* Bernoullio, aut Privato *de* Molieres. Sanguinis globulos per fibras muſculoſas circuitum obire, ſecretionem a calore eſſe, temperamenta a partibus firmis. Lymphaticos globulos in globulos minores dividi: ad eam lympham pertinere humorem cerebralem, qui ab aqua ebulliente ſe patiatur cogi. Diverſæ ſecretiones a diverſa irritabilitate. Iterum majorem partem phyſiologiæ omittit.

In opere de *gangræna* deſcribit aponevroſes in brachio ex deltoide & pectorali, in femore a faſcia lata natas, alias in manu & pede. His accenſet muſculum colli quadratum. Quæ fuerit aponevroſes ſuper muſculos faciei producta.

In *Mém. de l'Acad. de Chir.* T. I. de putredine humorum in morbis, & humoribus extra vaſa effuſis in tumoribus, tum lymphaticis, tum ſeroſis.

In *tr. de la ſuppuration* Paris 1750. 12.* multa huc faciunt; de reſorbtione puris: de renaſcente carne per productas arterias, quæ diſſectæ fuerant.

In *tr. des fievres continues* Paris 1753. 12. 2.Vol.* varia phyſiologica habet. Poſſe tamen duram matrem & perioſteum, & multo magis arteriarum tunicas, convulſivo motu agitari.

§. DCCCCXLIV. *Johannes* Pringle,

Exercituum Britannicorum primo Medicus, deinde Archiater Regius, Vir Illustris, Soc. R. Brit. Præſes, clinicus equidem, ſed de omnibus bonis artibus bene meritus, noſter, quod honoris noſtri cauſa dicimus, ſingularis amicus. Ejus *de marcore ſenili diſp.* Leid. 1730. 4.*

Ejus *obſervations on the diſeaſes of the army* prodierunt Londin. 1752. 8.* 1761. 8. 1764. 8.* 1775. 8.* quæ editio paulum aucta eſt. Oſſa ſponte fracta; ſtrata in minus ſpatium contracta; oſſa emollita; hepar maximum. Præter plurima, quæ utiliter dicit, dum de morbis agit, adnectit diſſertationes etiam coram ſocietate Regia Scientiar. prælectas, & cum *Philoſophicis Tranſactionibus* excuſas n. 495. 496., in quibus experimenta recenſet, in corporibus putreſcentibus facta. In iis reperit, naturam alcalinam a putredine differre, ſales alcalinos & fixos & volatiles potius putredini reſiſtere. De viribus variorum corporum putredini adverſis, potiſſimum etiam corticis Peruviani & camphoræ. Ut bilis, ſanguis, alii humores animales a putredine vindicari poſſint. Animales partes, etiam putreſcentes, & ſalivam fermentationem promovere. De lactis fermentatione. De fermentatione, quæ fit in ventriculo. De iis, quæ coctionem ciborum adjuvant, vel morantur. De cruſta pleuritica, de ſanguinis putredine, etiam ſuperſtite vita viſa.

§. DCCCCXLV. *Johannes* Junker,

Halenſis Profeſſor, de Stahlii ſecta. Ejus numeroſæ ſunt diſputationes: *De diſcreto ſenſu circa ſtudium anatomiæ* Hall. 1730. 4.*

Ej. *De uſu myologiæ medico* 1730. 4.*

Ej. *De ignobili muco* 1734. 4.

Ej. *De gangliis generatim* 1740. 4. niſi de morbo agit.

Ej. *Vena portæ porta ſalutis* 1742. 4.

Ej. *De ſinubus duræ matris ſinubus multorum malorum* Hall. 1743. 4.*

Ej. *De utilitate animi pathematum* 1745. 4.*

Ej. & *J. Dav.* LORENZ *ſingularia ad veſiculam felleam & ejus bilem ſpectantia* 1745. 4.*

Ej. *De motu poſt paſtum* 1757. 4.

Ej. *De ovuli impragnati nexu cum utero* 1757. 4.

Ej. *Conſpectus phyſiologiæ medicæ* (& hygieines) Hall. 1735. 4.* Phyſiologia fere qualem BOHNIUS docebat, non valde erroribus maculoſa. Voluntatem & intellectum purum abſque conſcientia & ſenſu agere. Vim ſtructricem animæ, tantamque ejus in motubus vitalibus ſapientiam laudat, ut menſes noviſſimos copioſiores expellat, ſatis gnara, hanc profligandæ plethoræ methodum nunc ſibi iri interdictum.

Ejusd. *Inſtitutiones phyſiologiæ & pathologiæ medicæ* Hall. 1745. 8.* Ex tabulari forma, quæ in priori opere eſt, in quæſtiones & reſponſiones *Theodorus Chriſtophorus* URSINUS retulit, ut juvenibus ſubveniret, examen medicum ſubituris.

In Ej. *Elémens de Chymie ſuivant les principes de* BECKER & STAHL, quæ Cl. MACHY cum ſuis adnotationibus Paris 1757. 6.Vol. 12.* edidit, paſſim aliqua huc faciunt. Ita fermentationes in corpore humano defendit editor.

§. DCCCCXLVI. *Varii.*

Gottfr. Henrich BURGHART *de termino pubertatis* Francof. ad Viad. 1730. 4.*

Ej. *Gründliche Nachricht von einem Hermaphroditen* Breslau 1743. 4.*

Ej. *Sendſchreiben an einen guten Freund* Frankfurt an der Oder 1752. 8.* De Italo, cui poſteriores partes fetus imperfecti de epigaſtrio prodeunt.

Ej. Editio *der academiſchen Vorleſungen von der Venusſeuche* H. BOERHAAVII Breslau 1752. 8.* STAHLII ſententiæ propior, paſſim in hiſtoria anatomica aberrat.

Ejusd. *Gründliche Nachricht von einem neuerlich geſehenen Hermaphroditen* Breslau 1763. 4.*; nempe de eo, quem Mr. MERTRUD deſcripſit. Pro femina habet, cui clitoris ſit grandior, & nymphæ.

Henricus Franciſcus le DRAN, Chirurgus Pariſinus, noſter olim hoſpes, ingenio potius valuit, qam accurata corporis humani inciſione.

Ej. *Parallele des differentes manieres de tirer la pierre hors de la veſſie* Paris

Paris

Paris 1730. 8.* Deſcribit vias urinarias, & veſicæ urinariæ in pelvi ſitum depictum dat, cum arteriæ pudendæ trunco & ramis. Ligamentum interoſſeum pubis habet, rejectum a *Joſia* WEITBRECHT. Tendines veſicæ ab oſſe pubis ortos, cellulosam telam propriam ei circumpoſitam, veram figuram, ejusque mutationes docet.

EJ. *Abregé œconomique de l'anatomie du corps humain* Paris 1768. 12.* Compendium anatomicum & phyſiologicum pro tironibus. Icones non bonæ. Renem vervecinum accurate deſcripſit, valvulas ureterum refutavit. In liene duplicem cellulosam telam diſtinxit, alteram a membrana lienis communi ortam, fibris inde natis & eo redeuntibus, alteram tenerrimam vaſa comitantem. Venas in cellulas lienis patere.

Georg. Daniel BOESSEL, Phyſicus Ducatus Sleſvicenſis, reſpondit *de uſu myologiæ medico* Hall. 1730. 4.

EJUS eſt *Grundlegung zur Hebammenkunſt vor die Wehmütter* Altona 1753. 8. Agit de genitalibus graviditate, partu.

EJ. *Das Hauptwerk in der Hebammenkunſt* Flensburg 1763. 8.

John COOKE *anatomical and mechanical eſſay of the whole animal œconomy* London 1730. 8. reperio etiam 1736.

EJ. *The new theory of generation* Lond 1762. 8.* Opus collectitium. LEEUWENHOECKII theoriam adoptat; ea animalcula, quibus non contigit in ovum penetrare, in aërem redire putat, & ventis circumferri. Verum animal in paterno ſemine ſtructum adeſſe. Cuique viſceri ſuum ſuccedaneum viſcus addi, quod deficienti ſuppetias ferat.

IDEM in *Lond. Magaz.* 1765. derivat motum voluntarium & involuntarium a diverſis claſſibus nervorum.

Franciſci SUAREZ *de* RIBERA *clave medico chirurgica univerſal, y dictionnario medico zoologico* Madrit 1730. fol. 2.Vol. CAP. de VILL. EJ. eſt etiam *theatrum chirurgicum anatomicum* Madrit 1729. 4. SEG.

Chr. CRUSII *der Niederlauſnizische Mathuſalem, oder Lebensbeſchreibung eines Mannes, der ſein Leben auf* 117. *Jahr gebracht hat* 1730. 4. B. THOMAS.

Nicolas GROSELIER *obſervations curieuſes ſur toutes les parties de la phyſique* T. III. 1730. 12. idem opus, cujus primum tomum a. 1719. dedit P. BOUGEANT.

Le TELLIER, fils, *reflexions critiques ſur l'emmenologie de* FREIND Paris 1730. 12.* Medicus Peronenſis. Plethoram quidem cauſam eſſe fluxus menſtrui, ſed vaſa uteri non rumpi.

CHEVALIER, Medici Pariſini, *reflexions critiques ſur l'uſage des differentes ſaignées, en particulier de celle du pied* Paris 1730. 12.* Pro HECQUETO & venæ ſectione venæ jugularis. Pleraque in practicis dicentur: paſſim tamen diſputatur de ramis carotidum, vaſis aliis, quæ ſecantur.

Daniel VINK, Medici, *amœnitates philologico medicæ* Trajecti 1730. 8.* Ad hiſtoriam & laudes medicinæ, & ea occaſione de DEMOCRITO, ERASISTRATO, GALENO, eorumque inventis.

J. Chriſtian FRITSCH, Medici Vinarienſis, *ſeltſame jedoch wahrhafte mediciniſche und phyſicaliſche Geſchichte* Lipſ. 1730. ad 1740. 4. 6. Vol.* Multa faciunt ad anatomen. Ova difformia. Ob atretam vaginam matrimonium diſſolutum. De nævis maternis. Exempla penis difformis, qui tamen ad imprægnationem ſuffecit; hoc improbabile.

Fernando de SANE *compendio d'Albeiteria* Madrit 1730. ut videtur, cum iconibus, & de bonis equis educandis conſilia.

Henr. Conr. KOENIG *de hominum inter feras educatorum ſtatu* Hanov. 1730. 4. ſi huc facit.

§. DCCCCXLVII. *Diſputationes.*

J. Wilhelm ALBRECHT, mei in cathedra Göttingenſi deceſſoris, *obſervationes anatomicæ circa duo cadavera maſculina* Erford. 1730. 4.* Siphonis anatomici WOLFIANI uſus. Valvula venæ penis.

EJ. *De effectibus muſices in corpus animatum* Erford. 1735. 8.*

EJ. *Parænesis ad artis medicæ cultores* Götting. 1735. 4.* Valvulas aorticas coronariarum arteriarum oſcula non poſſe tegere. De valvula EUSTACHII; non poſſe, quæ reticulata ſit, pro valvula haberi. Ex vena pulmonali ceram in venam ſine pari penetraſſe.

EJ. *De vitandis erroribus in medicina mechanica* . . . .

J. Sigmund REFTEL *theoria generalis motus partium ſolidarum* Hall. 1730. 4.* præſide M. ALBERTI.

J. van der ZEE *de vomitu* Leidæ 1730. 4.

Georg. Friderich RICHTER *de machina & ſpiritu* Lipſ. 1730. 4.*

J. Gottlieb HOKWEIN *de partu Hebræorum* Witteberg. 1730. 4.

Simonis ADOLPHI *theſes anatomico medicæ miſcellaneæ* Hall. 1730. 4.*

Georg. Balthaſar HAGNAUER *de motu ſanguinis circulari* Helmſt. 1730. 4.*

Chriſtian Stephan. Ant. SCHEFFEL, & *J. Georg. Wilhelm* CAVAN auctor *de ſingultu* Greifswald. 1730. 4.*

EJ. CAVAN *de anatomiæ præſtantia definitione & hiſtoria* 1736. 4.*

Henrich PASCHKE *de abortu* Regiomont. 1730. 4.

Henrich KUNAD *de imaginatione* Gedan. 1730. 4. HE.

Petrus Guilielmus GELHAUSEN *de differenti fluidorum in corpore animali ſecretione ex cauſis phyſicis demonſtrata* Argentor. 1730. 4.* HAMBERGERI hypotheſis.

Raphael DAVIE *ventriculi actio juxta triturationis ſyſtema* Argentor. 1730. 4.*

J. Ehrhard BRUNNER *de partu præternaturali ob ſitum placentæ ſuper orificium internum uteri* Argentor. 1730. 4.

Hyacinthi Theodori BARON patris & filii: *Ergo duodenum ventriculus alter* Paris 1730. 4. *J. Frider.*

J. Frideric. COUTHIER & *Petri* ROUSSIN *de* MONTABOURG *Ergo aër præcipuus ſecretionum opifex* Paris 1730. 4.

J. Bapt. MONGIN & *Ludov. Mar.* POUSSE *Ergo ſal, ſulphur, aqua & terra hominis principia* Paris 1730. 4.

J. Caſpar SCHOBINGER *de fiſtula lacrumali* Baſil. 1730. 4.* & in *meis ſelectis*: bona diſp. Vias lacrumarum deſcribit; muſculum ſacci lacrumalis indicat, a Gallis inventum.

J. Caſp. LANDOLT *de morbis a catameniorum ſuppreſſione oriundis* Baſil. 1730. 4.

Ludovici de NEUFVILLE *de allantoide* Leid. 1730. 4.* Habet veſiculam & urachum per funiculum continuatum: eum per veſicam urinariam inflari, & aquam exire docet.

Theodori TRONCHIN, celeberrimi clinici, *de nympha* (nempe clitoride) Leid. 1730. 4. Conjunctim utraque diſputatio recuſa eſt Leid. 1736. 8.*

J. Ad. JACOBÆI & *Severini* HEE *theſes miſcellaneæ* Hafn. 1730. 4. De unguibus, glandulis ſolitariis inteſtini recti, pinguedine.

Nicolaus Conradus Antonius de COURCELLES *de nutritione* Leid. 1730. 4.

§. DCCCCXLVIII. *Diaria anni* 1731.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1731. iterum teſtimonium eſt de boſone in ulmo, cætera ſana reperta.

BASSUEL pro cordis in ſua ſyſtole decurtatione, per ratiocinia potius, quam per experimenta.

In *Act. Lit. Suec.* 1731. de conſervatione cadaverum incorruptorum, & de vampiris agit *Nicolaus* BOYE.

In *aſſembl. de Beziers* 6. Dec. 1731. agitur de aponevroſi, quæ in venæ ſectione pedis lædi poſſit, ex fibris facta tibialis poſtici per ligamentum tranſeuntibus.

Hoc anno duo nova diaria prodire ceperunt, magni ad anatomen momenti utrumque. *Commentarii* nempe primum *de Bononienſi ſcientiarum & artium inſtituto & Academia* Bonon. 1731. 4.*, cui ſubinde alii & alii tomi acceſſerunt. Hic de Academia (*t*) antiqua, deinde cum Inſtituto, MARSIGLIANA fundatione, conjuncta, ejusque hiſtoria. Tunc breviores adnotationes, & longiorum compendia; tituli commentariorum, denique opuſcula longiora.

Victorius Franciſcus STANCARIUS de perlarum oculis compoſitis, qui ſinguli lentis vitreæ naturam habent, ſuumque nervum.

IDEM de *Antonii* PACCHIONI in dura meninge inventis, quibus ita favet, ut falcem potius velit muſculum eſſe, quam tendinem, quo certius ſe contrahat. *Hiero-*

(t) Exſtat propria etiam hiſtoria de *Academia Clementina Bononienſi* Bologna 1739. 4. 2. Vol., quæ a noſtra differt.

Hieronymus LAURENTIUS de cicadis aliqua, earumque ovis, cum *Joſephi* PUTII de iisdem nonnullis adnotationibus.

Antonius LEPROTTUS, Archiater pontificius, de vaſorum lacteorum in homine radiculis, de eorum per meſenterium inceſſu, fabrica, veſicula & ductu.

In T. II. P. I. IDEM & P. NANNIUS aqua in inteſtinum inpulſa, hoc compreſſo, vaſa in meſenterio vidit intumuiſſe. Glandulas etiam ſimplices inteſtini recti dicit.

EJUS etiam in iis *comment.* ſunt obſs. de arteria bronchiali, de valvula coli gemina, in variis animalibus, cujus rima ita hiet, ut clyſteres poſſet transmittere.

Dominicus Gusmanus GALEATIUS aliqua ad hæc ipſa vaſa lactea; inde de corpore luteo in gravidis & puerperis, bene.

IDEM de tunica cribriformi, ut vocat, inteſtinorum, de ejus foraminibus majoribus, minoribus, ſinubus conpoſitis, & villis ad microſcopium inſpectis.

In T. II. P. I. & II. egit de ductibus, quos putat ex poro hepatico in veſiculam felleam tendere (vaſculis ſanguineis.)

IDEM ib. de fibris ductus alimentarii, & de cellulis coli a ligamentorum contractione natis.

IDEM in P. II. de particulis ferreis in cineribus animalium repertis, uberioribus ubi fodinæ ſunt in proximo.

T. V. P. I. de rene in hydatides ſoluto.

Petrus NANNIUS de fabrica veſiculari viſcerum, quam fuſe tuetur.

Petri Pauli MOLINELLI, celeberrimi medici & chirurgi, aliqua in duræ matris vulneribus experimenta, & pro chiaſmo ſymptomatum teſtimonia, quæ vulneratum cerebrum ſequuntur.

EJUSD. *De anevryſmate e læſa brachii in mittendo ſanguine arteria* Bonon. 1746. 4 max.* & in *Comm. Acad. Bonon.* T. II. P. II. Egregium opuſculum. Arteriæ, venæ & nervi ſitus: qua parte vena ſecatur. Arteriæ ligatæ tumores & recurrentis rami cum ſuperioribus arteriis brachii conjunctio. Nervus ligatus intumeſcens cum inſigni arteria. Experimenta in vinciendis nervis facta.

IDEM in T. II. P. I. commentariorum de viis lacrumarum, earum ductibus, quibus motum periſtalticum tribuit.

In T. III. Experimenta facta ligatis nervis paris octavi. Oculi utique turbidi facti, nervus tumidus, & mors ſecuta eſt, quoties utriusque lateris nervus ligabatur.

Non ignoravit, duram cerebri membranam irritatam non dolere, tendinesque animoſe diſſecuit. (*u*)

J. Anto-

(*u*) CALDAN ad HAEN p. 26.

J. Antonius MUNDINUS de admirabili urinæ profluvio, ut totis 97. continuis diebus non pauciores quam quadraginta libræ in ſingulos dies redderentur.

Cajetanus TACCONUS experimenta fecit cum liquore articulari, quem ſpiſſatum putat arthritidis eſſe cauſam.

EJ. *De nonnullis cranii oſſiumque fracturis & de partu monſtroſo, nævis & maculis, quæ in fetu imprimuntur. Acc. alterius monſtri hiſtoria*, a *Matthæo* BAZZANI *deſcripta* Bonon. 1751. 4.* De fibris ex dura matre efflorefcentibus, quæ in carnem confirmatæ ſunt. Succum de membraneis oſſibus ſudare vidit, & in mucum, gluten, cartilaginem, demum in os confirmari. Longum oſſis fragmentum amiſſum, & a natura reparatum. Hernia cerebri, & puella brachiis manca pedibus laborans.

EJ. De raris quibusdam hepatis aliorumque viſcerum affectibus obſervationes. Et in *Mém. de Valentuomini* T. II. Lucca 1744. 8.* Bilis per vulnus emanantis copiam dimenſus eſt; collegit ſex fere uncias in horis 24. Ductus a poro hepatico in veſiculam felleam euntes admittit.

§. DCCCCXLIX. *Comm. Liter. Noric.*

Alterum Diarium Noribergæ cepit prodire, præfixo titulo *Commercii literarii ad rei medicæ & ſcientiæ naturalis incrementum inſtituti*, cujus I. Tomus 1731. 4.* A ſocietate medicorum ſcriptum fuit, cujus princeps TREWIUS erat, intererat etiam ſcholæ director, qui caveret, ne in puritatem linguæ impingeretur. Partim relationes de aliis libris hic reperias, partim adnotationes varias.

Hoc anno *ſpecimine* XII. agitur de partu monſtroſo vaccæ, quinque pedibus ano & vulva duplici.

Spec. XXIV. *Franc. Caſp. Ludwig* WALTHER de corde male conformato, auricula enormi &c.

Spec. XLI. D. MARTINI, olim noſtri amici, relatio de ventriculis porcorum oſſea cruſta intus obductis, & de talo luſorio, cujus pars oſſea ceperat reſolvi. Eædem redeunt in *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1732.

§. DCCCCL. *Job* BASTER,

Medicus Zirikſeæ in Seelandia, amicus olim noſter. Ejus *de oſteogenia* diſp. Leid. 1731. 4.* recuſa eſt in *mearum ſelectarum* T. I. Nucleos depingit epiphyſium.

Deinde in *Phil. Tranſ.* n. 455. anatomen teredinis ligniperdæ.

In iisdem *Phil. Tranſ.* n. 466. exemplum pueri cum ſacco aqua pleno nati.

In *Hollandze Magazyn* Stuck III. a. 1758. Contra ELLISIUM ſe tuetur vir Cl. & negat porro corallia polyporum opus eſſe, etſi paſſim in iis polypi poſſint habitare, ita tamen, ut multarum diverſarum ſpecierum animalia, eamdem plantam colant, ſed etiam eadem in aliis plantis reperiantur. Redeunt in I. Tom. *Natuurlyke uytſpanningen.*

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VIII. *obſ.* 11. de oſſium generatione, fere quæ in diſputatione.

Obſ. 12. de pilorum ortu in cute; ex tela celluloſa, ex folliculis, etiam abſque iis.

Obſ. 18. duo ureteres.

Obſ. 35. menſes per ulcus fluentes.

In *Phil. Tranſ.* n. 495. fetum tripedem termini ſimilem deſcribit.

In T. L. P. I. Polypos hoſpites eſſe plantarum corallinarum, non architectos. Inde fieri, ut unica planta plures polyporum ſpecies ferat. Veſiculas non eſſe polyporum ova, etſi ab iis habitentur. Porro ſuos polypos deſcribit, & alia inſecta.

In T. LII. P. I. Corallinas meras eſſe plantas. Sertularias ab animale intus per omnes ramos continuato habitari, polypos producente, ova poſituros. Eos polypos fructum eſſe plantæ, corticem ad regnum vegetabile pertinere, neque a polypo ſtrui.

Ejusd. *Natuurlyke uytſpanningen behelzende eeninge waarneemingen over ſomige zee planten en zee inſecten &c.* T. I. Haarlem 1759. 4.* & eodem tempore latine cum titulo *opuſculorum ſubciſivorum* prodiit. * Cujusque tomi tres ſunt partes. In I. habet, quæ diximus, & de ovariis nonnullorum inſectorum marinorum aliqua. In P. II. de zoophytis, quo ſertulariam etiam numerat, cujus medulla animal, cortex planta eſt. De oſtreis; androgyna eſſe, & ſua ova in ſe ipſis formare. Alia animalcula marina.

P. III. De mytulis eorumque duplici ſexu, ovisque & lacte. De echinorum fabrica & proboſcidibus, & ſtellarum, priaporum, aliorum marinorum anatome: icones ſquamarum piſcium, quæ non ſint partes epidermidis. Aſellus androgynus lac habens & ova.

Tomi II. pars I. prodiit 1762. 4.* Aſtacorum ovaria habet & ſemina & oculos. Aculeus paſtinacæ marinæ & vagina.

In P. II. 1765. 4.* agit de meduſis, de variis animalibus teſtaceis, eorum aſpera arteria, ſiphone, ano. In turbine oculos detexit.

P. III. potius botanica eſt.

Ej. *Verhandeling over de vortteeling der dieren en planten* 1768. 8.* A matre fetum provenire, non a patre, cujus ſemen non in omnibus animalibus in uterum veniat.

In T. IV. *Actor. Belgicorum* Haarlem 1758. 8.* de ovariis agit cochlearum quarumdam marinarum.

In T. VI. P. II. de pilis & ſquamis animalium.

§. DCCCCLI.

§. DCCCCLI. *Carolus Auguſtus a* BERGEN,

J. Georgii fil. Profeſſor Francofurtenſis ad Viadrim, olim amicus noſter. Ejus eſt *de nervo intercoſtali progr.* Francof. ad Viadr. 1731, 4.* & in *noſtris ſelectis.*

Ej. *De tunica celluloſa progr.* 1732. 4.*

Ej. *De ventriculis cerebri* 1734. 4.* & in *meis ſelectis* T. II. cum nova icone, cornubus poſterioribus ventriculorum &c.

Ej. *De piæ matris ſtructura* 1736. 4.* & in *meis ſelectis.* Arachnoideam habet pro vera pia matre, pro celluloſa tela eam quæ vulgo pia dicitur.

Ej. *De difficultatibus controverſiarum medicarum & cur vix unquam ſolvantur* 1737. 4.* : exemplo dato de motu cordis, & de ejus muſculi viribus.

Ej. *De motu cordis modoque, quo vires ejus ad calculum revocantur* 1737. 4. ita lego. An diverſum.

Ej. *De perſpiratione viſcerum* 1738. 4.* tres diſputationes a nobis recuſæ.

Ej. *Nervi cranii ad novem paria cerebri non relati* 1738. 4.* Nervum ab ophthalmico in os petroſum euntem vidit, ramum puto pterygoidei nervi cum duro conjunctum.

Ej. *De pulſu* 1740. 4.

Ej. *De judicio medico per venæſectionem ex ſanguine emiſſo* 1740. 4.* cum experimentis nonnullis.

Ej. *De controverſia ſyſtematis dogmaticorum & mechanicorum* 1740. 4.*

Ej. *Methodus cranii oſſa diſſuendi* 1741. 4.* cum propriis inſtrumentis.

Ej. *Partium anatomes plures eſſe hactenus deſcriptis* 1742. 4.*

Ej. *Demonſtrationes anatomicæ in cadavere maſculo* 1742. 4.*

Ej. *De conceptione fecunda* 1742. 4.

Ej. *Pentas obſervationum medico-chirurgicarum* 1743. 4.* Varietates in muſculis manus, iliaco &c. De guſtu in radice linguæ, comparatione cordis fetus & adulti hominis.

Ej. *De pilorum præter naturam generatione ex piloſis tumoribus* 1745. 4.*

Ej. *De maculis, punctulis, ſcintillis aliisque corpuſculis viſui obverſantibus* 1747. 4.* Non ſedere in lente.

Ej. *De dentibus, qui ſub nomine dentium hippopotami in officinis veneunt pharmaceuticis* 1747. 4.*

Ej. *De Trachea* 1748. 4.

Ej. *Menſura & proportio membrorum corporis humani* 1750. 4.* Summam perfectionem & rigorem mathematicum non admittere probatur.

Ej. *Anatomes experimentalis* Pars I. & II. 1755. 4.* & 1758. 8.* Culter eſt anatomicus per ſingulas partes, viſcera, oſſa, telam celluloſam, nervos, vaſa,

cum eorum repletione & vulgari & ſubtiliori. Liquores conſervatorii & eorum uſus. Antliæ pneumaticæ utilitas ad anatomicas inciſiones. LIEBERKUHNII ſubtiles injectiones. Anatome cerea. Animalium conditorum artificia. Uſus microſcopiorum in anatome.

In *Comm. Lit. Nor.* 1735. *hebd.* 7. Varietas in vena renali.

A. 1737. *hebd.* 49. Ureteres in tumore ſuper os pubis aperti.

A. 1738. *hebd.* 17. Aliqua de ranarum convulſionibus ab irritatis in mortua beſtiola nervis ſubnaſcentibus.

A. 1739. *hebd.* 36. Venæ cerebri aliæque argento vivo per ductum thoracicum repletæ.

In *Hamb. Mag.* T. XI. de cranio babyruſſæ comparato cum ſuis cranio.

In *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* I. *obſ.* 46. diverſam magnitudinem eſſe, quam in eadem diſtantia diverſi homines eidem objecto tribuant.

§. DCCCCLII. *Johannes* BAGET. *Henr.* BASS.

Joh. BAGET, Chirurgus, demonſtrator anatomes. EJ. *Oſteologie premier traité où l'on conſidere chaque os par rapport aux parties qui le compoſent &c.* Paris 1731. 12.* Additur partem eſſe operis primam, & aliæ ſecuturæ promittuntur, quæ nunquam ſucceſſerunt. Liber minime ſpernendus, quo oſſa per ſuas partes, tubercula & ſcrobes ſollicite & minute deſcribuntur. Ligamenta paſſim bene recenſentur, & pedis oſſa.

EJ. *Myologie où methode exacte pour apprendre à diſſequer les muſcles* Amſterdam 1736. 12.* ejusdem viri eſt, etſi non nominatur & Pariſiis pariter, certe non Amſtelodami excuſus. Simplex pariter deſcriptio, cum muſculorum actione.

Cl. PORTAL tribuit ei *Elementa phyſiologiæ juxta ſelectiora experimenta* Genev. 1749. 8. BOERHAAVIANA eſſe additis.

Henrici BASS, Profeſſoris Halenſis, *obſervationes anatomico chirurgico medicæ* Hall. 1731. 8.* Minime ſpernendus auctor, etſi nihil præterea reliquit anatomici argumenti. De veſicula ſeminali in inteſtinula reſoluta, cum anulo equidem minus vero; de thymo & renali capſula hypotheſis; de valvulis aorticis, earum fibris adducentibus & abducentibus, & foraminibus. De muſculo novo, qui videtur azygos thyreoideæ glandulæ: de tribus coli inteſtini flexibus; & de hymenis varietatibus. Oſſa ſeſamoidea eſſe tendines induratos. Teſticulus in inguine reſes. Chylum non tranſire in venas meſentericas. De facili in junioribus oſſium innominatorum diſceſſu, etiam a ſola alvo pigra.

§. DCCCCLIII. *Balthaſar Ludovicus* TRALLES.

Celeberrimus clinicus, paſſim anatomen, aut certe phyſiologiam, adtigit & illuſtravit, HOFMANNI diſcipulus. EJUS *de vena jugulari frequentius ſecanda* Breslau 1735. 8.* Laudat quod ſanguinem in arteriam carotidem externam derivet, & mechanice ut id fiat, deſcribit.

EJ.

Ejusd. *De machina & anima humana prorſus ab invicem diſtinctis* Breslau 1749. 8.* Contra *Julianum* Ofrai animam oſtendit, ab omni materiæ admiſtione puram eſſe. Julianum ſua quæ bona ſint, ex Boerhaavianis *prælectionibus* habere. Vires animæ cum corporis debilitatione non minui.

Ej. *Critique d'un medecin du parti des ſpiritualiſtes ſur la piece intitulée les animaux plus que machines* Bresl. 1752. 8.* Iterum contra Julianum. Imagines nervo optico impreſſas non venire ad cerebrum, neque pro pondere corporis viſi impreſſionis in animam factæ robur eſſe.

Ej. *Vis opii ſalubris & noxia* Bresl. 1759. 4.* Opium omnino & ſenſum nervorum minuere, & tamen pulſus frequentiam facere. De mechanica ratione & naturalis ſomni, & ſoporis ab opio nati, cujus cauſa eſt, preſſio in cerebrum exercita. Pulſus lenteſcere in ſomniculoſo, non ita in dormiente.

In *l. ad principem patriæ* negat tranſitum aëris elaſtici in ſanguinem.

§. DCCCCLIV. *Gottlieb* Stolle. *Alii.*

Ill. Profeſſor Jenenſis, litterator utique, non medicus. Ejus eſt *Anleitung zur Geſchichte der medeciniſchen Gelahrtheit* Jen. 1731. 8.* Amplum caput hic reperias de anatomes & phyſiologiæ hiſtoria, gratum lectu, cum vitis inciſorum & meritis. Paſſim Goelickium caſtigavit.

Petri Chriſt. Burgmann *ſuccinctum examen hypotheſeos* Stahlianæ Tom. I. 1731. 8. T. II. Roſtoch. 1735. 8.* Primo libro Albertum, altero hunc ipſum Longolium & Hartmannum refutat.

Ej. De placenta canina adnotatio *Com. Lit. Nor.* 1731. *hebd.* 1. 1734. *obſ.* 21.

Ib. 1734. *hebd.* 25; contra Schulzii hypotheſin dicit, a vinculo funiculi umbilicali neglecto nullum malum ſequi.

Hebd. 49. hæmorrhagiam utique ſecutam, & vaſa magna inanita reperiri.

Anatomie univerſelle de toutes les parties du corps humain repreſentées en figures Paris 1731. fol. Eſſe 27. tabulas Vesalii Cl. Portal.

Dionyſii Andreæ Sancassani, Medici Spoletani, *dilucidazioni fiſicho mediche*, quarum Tomus I. Venez. 1731. fol.*, Tomus II. 1733, Tomus III. 1737, Tomus IV. 1738. prodiit, chirurgici quidem potiſſimum ſunt argumenti. Huc tamen pertinent *Joſephi* Zambeccari recuſa experimenta, quæ diximus, & *Fr.* Redi de aqua ſanguinem compeſcente.

Girolamo Gaspari *nuove ed erudite oſſervazioni ſtoriche, mediche e naturali* Venez. 1731. 8.* In principio aliqua de phyſiologia præfatur, deinde de mola monſtroſæ magnitudinis. Pro fabrica glandulari, tum de partu.

Juan Ximenes *de* Molina *cartilla fiſiologica* Galenica *y ſpagirica para conoſcer con ſumma claridad todas las differencias de los temperamentos ſegun las ſu connaturales combinaciones . . . . — Contra riſpuoſta & papel que baro el titulo de Deſempenno de la Verdad del* D. Nicolas Saldero Navarro *y* D. Riafail *de*

FUENTES *y* CERDA *medicos* Murcia 1731. 8.* Lis nata erat ob conſilium a duobus medicis Malacenſibus, hic nominatis, datum, a quo noſter diſſenſerat: reſponderant duo ſodales in *Cartilla apologetica* hic *excuſa*, & noſter ſe defendit in *Verdad triumphante*. Illi ſecundo repoſuerant *el deſempenno*, & noſter iterum reſpondet, poſſe cum temperamento ſimplici pituitoſo habitum ſimplicem conjungi, & multa de temperamentis colligit, fere GALENICA. Idem aquas thermales non quidem ſpecifice morbo gallico mederi, tamen ad mala, quæ eum morbum ſequuntur, a viſcido & lento humore nata, prodeſſe putat. Recte ſe denique rarefactos tubulos dixiſſe. Nihil valde utilis & proprii habet, & argumentum potius clinicum eſt.

Franceſco SOLANO *de* LUQUES *Lapis lydius Apollinis* Madrit 1731. fol. EJUSD. *Origen morboſo comun y univerſal gravante de los accidentes todos ſegun la doctrina del grande Hippocrate* Malaga 1718. 8. Lapidis Lydii, vaſti libri, compendium ſcripſit *Jacobus* NIHELL, Medicus Anglus in Hiſpania praxin ſecutus, cum titulo *New and extraordinary obſervations concerning the prediction of criſes by the pulſe* London 1745. 8.* Gallice vertente la VIROTTE Paris 1748. 12. Tres pulſus criticos invenit, dicrotum, ſive micationem ſubito repetitam, quæ hæmorrhagiam præſagit, intermittentem pulſum qui diarrhœam, & inciduum, in quo robur pulſus cujusque robur prioris ſuperat, qui ipſe ſudorem indicat. Addit ſuas adnotationes NIHELL ſatis cum SOLANIANIS convenientes. Latine vertit G. NOORTWYCK Amſterdam 1746. 8.* Fuſius de iſtis in practicis dicemus.

Gottlieb BUDÆI, Medici Luſati, *miſcellanea medico chirurgica, practica & forenſia* T. I. Görliz 1731. 4.* T. II. 1732. 4.* T. III. 1733. 4.* T. IV. 1733. 4.* Caſus, qui dicuntur medico legales, antiquitus collecti; inciſiones cadaverum occiſorum: de ſignis virginitatis, lacte nutricum, tempore partus (ubi ſemeſtris pro legitimo admittitur.)

Jac. Mich. KORNMAN *höchſt-nöthiger Unterricht von der Geburt des Menſchen* Erfurt 1731. 8.* Continet aliquam partium genitalium anatomen.

J. Georg MAURER *Vademecum Chirurgicum*, — *nebſt einem Anhang von dem circulo ſanguinis* Schafhauſen 1731. 8. GUNZ.

Groſſes Univerſal-Lexicon aller Künſte und Wiſſenſchaften Leipzig 1731-49. fol. 64. Vol. etiam ad anatomen.

§. DCCCCLV. *Eleazar* ALBINUS. *Alii.*

Pictoris, *natural hiſtory of birds with notes of W.* DERHAM London Tom. I. 1731. 4. Tom. II. 1738. 4. Supplement 1740. 4. TREW. Gallice la Haye 1750. 3. Vol. 4.* cum vivis coloribus. Avium anatomen certe aliquam ubique tradit, ventriculi, inteſtinorum, & appendices cæcas; laryngem inferiorem avium aquaticarum, ſæpe tamen ex F. WILLOUGHBY.

J. Bapt. LABAT, peregrinator: Paſſim aliqua confert ad hiſtoriam naturalem. In *voyage d'Italie & d'Eſpagne* Paris 1731. 12.* de cadaveribus Toloſanis incorrup-

tis agit. In *Americano itinere* de ſerpentis dentibus venenatis, cavis, deciduis, & de veſicula eo venenum mittente.

Fr. ROBICHON *de la* GUERINIERE *Ecole de Cavalerie* Paris 1731. 1733. 1751. fol. 1756. 8. 2.Vol.* 1758. 8. 2.Vol.* 1768. aut 69. 8. 2.Vol.

& EJ. *Elémens de Cavalerie* 1754. 2.Vol.

& EJ. *Manuel de Cavalerie* la Haye 1742. 8.

In *ſcholæ* parte ſecunda tradit oſteologiam animalis ad equilia & pullos educandos ſic in *Manuel.* Morbos lego a medico Pariſino eſſe additos, medicamenta non ſemper reſpondere VITTET.

Fr. Mariæ Pompeji COLUMNÆ *des principes de la nature, où de la generation des choſes* Paris 1731. 12. TREW.

EJ. *Hiſtoire naturelle de l'univers* Paris 1734. 12. In T. II. agitur de regno animali & de generatione, & nuperæ hypotheſes refutantur.

§. DCCCCLVI. *Diſputationes.*

Petri RIDEUX *conſpectus phyſiologico mechanicus ſecretionum in genere* Monſpel. 1731. 8.* Non a fermentis, neque ab humore analogo, neque figura pororum diverſitatem humorum ſecretorum pendere; ſed ab amplitudine, angulo, velocitate &c. ad ſenſum BOERHAAVII. Recudi feci in *ſelect.* T. II.

Gerald FITZGERALD *de naturali catameniorum fluxu* Monſpel. 1731. 8.* Punctula uteri ſanguivoma in menſes patentia. Menſes fluere ex vaſis lymphaticis uteri dilatatis, a plethora eo determinata.

EJ. *De viſu* 1741. 8.

EJ. *Des maladies des femmes* Avignon 1758. 12. Anatome collectitia.

Anton. Nicolai GUENAULD & *J. Bapt. Lud.* CHOMEL *E. a facili perſpiratione vita longior* Paris 1731.

Ludov. Petri le HOC & *Roberti-Hubert* LINGUET *Ergo omnes animantium motus ab aëre* Paris 1731. 4.

Raymond de la RIVIERE & *Ott. Sim.* BARFEKNECHT *Ergo ſuccus lacteus fetus alimentum* Pariſ. 1731. 4.

DE SUPERVILLE progr. *de anatome a multis calumniis & falſis imputationibus vindicanda* Stettin 1731. 4. An *Daniel de* SUPERVILLÆ?

Jac. ZWART *de ſaliva* Leid. 1731. 4.*

Jan. Wilh. de STEENBERGEN *de cerebro* Leid. 1731. 4.*

J. OSTERLING *de olfactu* Leid. 1731. 4.

A. LEDESMA *de homoioſi* Leid. 1731. 4.*

David PARADYS *de oculi humani fabrica* Leid. 1731. 4.

Nic.

Nic. den OTTER *de origine bilis cyſticæ* Leid. 1731. 4.

HENDER. *v.* NUNOM *de ortu, progreſſu & occaſu hominis* Leid. 1731. 4. PL.

Dav. de MEZA *de αἱματωσει* Leid. 1731. 4. PL.

J. Matth. van BERKMAN *de actione ſecretoria cerebri, cerebelli, medullæ ſpinalis* Leid. 1731. 4. HE.

Goethius STINSTRA *de fluxu mulierum menſtruo* Franeker. 1731. 4.*

Jan. Ever. MEEKMA *de ſingultu* Franeker 1731. 4.* præſide J. G. MUYS.

F. W. GROTHAUS *hiſtoria conchæ pholadis pſeudochenea vulgo anatiferæ dictæ, junctis obſervationibus Thomæ* BARTHOLINI & *Martini* LISTER Hafniæ 1731. 4.

Magnus RYDELIUS & *Zacharias* BLACKSTADIUS *de gigantibus* Lund. 1731.

J. Frider. CARTHEUSER, viri publici utilis, *de reciproco ſanguinis & fluidi nervei motu* Hall. 1731. 4.*

EJ. *De neceſſitate tranſpirationis cutaneæ* Francof. ad Viadr. 1742. 4.*

EJ. *De perenni aëris ſubtilioris per corpus humanum circulo* 1743. 4.*

EJ. *De calore corporis humani naturali & præternaturali febrili* ib. 1745. 4. 1761. 4.

EJ. *De eſculentis in genere* 1747. 4.* cum digeſtionis hiſtoria.

EJ. *De ſubitanea cutis inflatione* 1747. 4.*

EJ. *De ciborum neglecta manducatione* 1748. 4.*

EJ. *De ſingultu* 1754. 4.*

EJ. *De pinguedinibus animalibus ſubdulcibus & temperatis* 1762. 4. HE.

EJ. *Theſes ad phyſiologiam & reliquas partes medicinæ ſpectantes* 1763. 4.

EJ. *De incitamentis motuum naturalium externis* 1764. 4.

EJ. *De irritamentis motuum naturalium internis* 1764. 4.

In EJUS *elementis chemiæ pharmaceuticis* Francof. ad Viadr. 1766. 8. & alias editis, animales etiam ſucci, & quæ ab ipſis parantur, ſæpe cum chemica analyſi recenſentur. Habet acorem ſebi.

Gottlieb Friderich HAGEN *de menſura ſoni articulati* Hall. 1731. 4.*: etiam de literarum formatione.

Daniel Gottlieb THEBESIUS *de uſu rationis ſufficientis, maximi in anatomia uſus* Hall. 1731. 4.* Per partes anatomiæ; etiam de nervo optico.

EJ. in N. A. N. C. *Vol.* I. Gemelli poſt aliquot horas ſibi ſuccedentes.

Ib. *obſ.* 11. Femina multipara.

Obſ. 12. Partus ſeptimeſtris vitalis.

Obſ. 13. Tempus partus pene certum.

EJ. *Beyſpiel einer beſondern Fruchtbarkeit einer Frau, welche in Zeit von dritthalb*

halb Jahren eilf Kinder zur Welt gebracht hat. In DÆHNERT *Pommerſch. Bibl.* IV. *Band* 4. *Stuck.*

Chriſtian Frid. RAST, & *J. Henr. v.* SANDEN *de utero ejusque conſtitutione tempore geſtationis* Regiomont. 1731. 4.*

Gottfried Wilhelm MULLER *de ſitu uteri obliquo in gravidis*, & *ex hoc ſequente partu difficili* Argentor. 1731. 4.*

In *Act. Nat. Cur.* T. V. a. 1740. excuſo, *obſ.* 152. monſtroſus fetus in tuba FALLOPIANA.

EJUSD. 24. *Kupfertafeln, welche die Knochen des ganzen menſchlichen Körpers vorſtellen* Frankf. 1749. 4.* Tabulas oſſium CASSERIANAS auxit, tenuiorum oſſium iconibus collectis, etiam ſuis; duas ſceletos fetus; duo oſſa cuneiformia, duas orbitas, naſi oſſa, vomeris, oſſa palati, nitide omnia ſculpta.

EJ. *Zwölf Kupferplatten, welche die zarten Mäuslein im menſchlichen Körper vorſtellen* Frankf. und Leipz. 1755. 4.* Ex variis auctoribus has icones collegit & ipſe depinxit.

In *Satur. Sileſ. ſpec.* 5. hiſtoria noctambuli.

In *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* I. n. 61. Concrementum oſſeum per anum egeſtum.

Vol. III. *obſ.* 97. de inteſtino cæco male formato.

Joh. PFEFFINGER, Profeſſoris anatomes, *theſes miſcellaneæ medicæ* Strasb. 1731. 4.* Ventriculum & auriculam dextram cordis in omnibus animalibus iisdem in ſiniſtro latere cavis ampliores eſſe.

Georg WACHTER *de vera perpetui mobilis in homine idea* Hall. 1731. 4.*

Adolph. Frider. HOFMANN *de rebus phyſiologicis novæ hypotheſes* Erfordiæ 1731. 4.* Tabulam dat ponderum ſpecificorum liquorum humani corporis: ſemen contra alia experimenta facit leviſſimum. De digeſtione: de ſecretione; eam ab anima pendere. De ſanguine & reliquis humoribus.

Friderici ZWINGER, *Theodori* fil., *poſitiones anatomico botanicæ* Baſil. 1731. 4.* De intercoſtalis nervi origine ex ſolo ſexto: quinti primum ramum oculo non proſpicere. De ciſterna chyli; de muſculis nonnullis ex ALBINO.

Frid. Conrad ALBERT *de* TRAUN *de corde* & *cerebro victimarum* Brem. 1731. 4.*

Wilh. Bern. NEBEL *de partu tredecimeſtri legitimo* Heidelberg. 1731. 4.

§. DCCCCLVII. *Diaria anni* 1732.

In *Phil. Tranſact.* n. 422. HOPKINS de maximis cornubus cervinis, 30. uncias longis, cum perpaucis ramis, in Anglia repertis.

Claudii AMYAND, chirurgi primarii, de fetu nato inteſtinis de abdomine effuſis.

Et de ventriculo humano media ſtricta ſede diviſo.

N. 439. Foramen ovale in adulto homine apertum.

N. 429. J. MACHIN puer epidermide ſquamoſa, tubulis grandibus erectis & cylindricis facta.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1732. MANGIN de epiploo oſſefacto.

Carolus Maria de la CONDAMINE in itinere Turcico agit de abortu humano tripede bicipite, hinc puero, inde puella.

In *Commerc. Lit. Nor.* 1732. *hebdom. 6. Erneſt. Gotth.* STRUVE de ſudore particulari in zona quaſi abdominis.

N. 1. *Joſeph* BIENER de ſceleto per abſceſſum umbilici prodeunte.

Hoc anno magna fuit Vampyrorum fama, cadaverum quæ in ſepulchris incorrupta, ore ſanguine pleno reperirentur, & quæ noctu per viciniam vagantia exſucto ſanguine proximum quemque interimerent. De iis agitur n. 12. 18, ubi ILL. adfinis noſter SEGNERUS fabulam in dubium revocat, tum n. 19, 22, 28, 30, 32, 37.

J. Juſti FICK de fetus monſtroſi abortu n. 20.

G. LASER n. 27. dentes vetulis renati.

Chriſtiani JACOBI duo fetus, alter toto menſe poſterior n. 35.

J. Georg. Henrich KRAMER de plica n. 46.

§. DCCCCLVIII. *Bryan* ROBINSON,

Archiater (*Phyſician of the ſtate*) Hibernicus, jatromathematicus non undique hypotheſium abſtinens, vir multi ingenii. EJUS *treatiſe of the animal œconomy* Dublin 1732. 8.* quo continetur tr. de motu humorum per ſua vaſa; de motu muſculorum; de reſpiratione; de ſecretione, & de excretionibus. Auctius rediit, & denique tertia editio Lond. 1738. 8. 2.Vol.*

In prioris editionis parte I. velocitates, vires & moles ſanguinis metitur: ponit autem in tubis cylindricis velocitatem fluidi eſſe in ratione ſubduplicata vis fluidum moventis, & inverſa ſubduplicata longitudinum & diametrorum conjunctim inverſorum, quod mihi dubium videtur, etſi in tubis artificialibus ita ſe habet. Experimenta cum calculis conjunxit, in tubis artificialibus capta, neque magnus eſt diſſenſus. Ad BELLINI modum docet, in ſyſtemate parte tuborum obſtructa, velocitatem augeri in parte libera, quare revulſionem & derivationem defendit. Velocitatem ſanguinis a prima nativitate creſcere ad plenum augmenti terminum. Tendinem parum ſenſilem & parum irritabilem eſſe, jam eo tempore ſenſit. De vi nervorum. Solidos facit, & ætherem vibrantem ſibi ſumit. Humorum ſecretionem tribuit adtractioni glandularum ſpecificæ, quam glandulæ in definitas certasque humorum particulas exercent. Inter excrementa agitur etiam de perſpiratione, & propria adferuntur experimenta, quæ eam excretionem renali minorem faciunt.

In

In poſteriori editione illa prior vix mutata redit; quæ ſequuntur, nova ſunt. In fibras noſtri corporis effectus conſiderat fluidorum varii generis, tempeſtatum, exercitii. Experimenta fere fecit in capillis, quæ appenſis ponderibus extendebat, & in illorum longitudine varie aucta: ut magna extenſio ex eodem pondere debilitatem indicet, parva robur. Capilli minus ab oleo patiuntur, ab aqua magis, magis tamen a calida. Malles non recepiſſet vim in aëre ab acido pendentem & robur augentem, quando is aër per pulmonem reſorbtus eſt. Porro cum ætate robora augeri oſtendit, diametros minui.

In Parte II., quæ tota nova eſt, agit de tenacitate ſanguinis, quæ cum robore fibrarum conjuncta eſt. Aëris acorem ſanguinem coagulare: viſcidas febres inflammatorias in frigida tempeſtate frequentiores eſſe. De motu vibratorio, nato ex alterna fibræ plicatione & remiſſione. De æquabili pondere hominis ſenis. Urinam noctu graviorem eſſe, quam interdiu, in pueris, quam in adulto homine, & magis adhuc quam in ſene; & ſerum ſanguinis pariter in ſenibus levius. De uſu venæ ſectionis; pro revulſione.

Prodiit *l'Economia animale del Bryan* ROBINSON vertente *Bonaventura* PEROTTI cum adnotationibus Senis 1753. 4. 1765. 4. SMITH.

Contra MORGANUM reſponſio eſt hydraulici fere argumenti. Seorſim prodiit Dublini 1735. 8. cum titulo, *Letters to B.* CHEYNE *containing an account of the motion of water through orifices and pipes, and anſwers to* D. MORGAN'S *remarks on* ROBINSON'S *treatiſe of animal œconomy.* Aortarum diametros in corporibus diverſæ longitudinis eſſe ut longitudinum radices.

EJ. *Diſſ. on the food and diſcharges of human bodies* London 1748. 8.* In introductione malles aliqua aliter dicta: nam neque 1500. grana ſanguinis ex ventriculo ſiniſtro cordis uno in pulſu expelli putes, & numerus pulſuum certo ſuperat 54. In ipſo opere noſter utiliter comparat pondus cibi, potus, urinæ, fæcum alvinarum, perſpirationis, ſecundum eorum excrementorum & alimentorum rationes; & mutationes, quas aër, calor, animi adfectus aliæque cauſæ producunt. Tabulis utitur ſuorum experimentorum, tum KEILII & Cl. RYE, denique LININGII. Hæ omnes a SANCTORIANIS ſatis diſſentiunt, ut etiam in calida Carolina meridionali, plus urinæ ſit, perſpirationis & cibi minus; & noctu minus perſpiretur atque in frigore; in calore plus. Denique memoria dignæ tabulæ accedunt, in quibus ratio cordis & hepatis ad univerſum corpus in nonnullis animalibus exponitur. Cor feris animalibus, quam cortinis, majorem ad reliquum corpus rationem habet, hepar contra. In junioribus animalibus ubique cordis major eſt portio, quam in vetulis, in maribus, quam in feminis; in avibus, quam in piſcibus, quibus cor minimum ſit, (recte hæc omnia). Viciſſim hepar in piſcibus majus eſt, quam in avibus, etiam in planis piſcibus, quam in teretibus, ut ſit fere in ratione directa tarditatis ſanguinis, & inverſa cordis.

Vertit D. LAVIROTTE & edidit Pariſiis 1749. 12.*, cum titulo, *Diſſertation ſur la quantité de la tranſpiration & des autres excrémens du corps humain.*

Ej. *Obſervations on the virtues and operations of medicines* Dublin 1752. 8.* De calore aëris in diverſis regionibus diverſo aliqua. De motu muſculorum, quem vibranti tribuit ætheri, & nerveos ſpiritus rejicit. De vomitu, qui, dum vomitur, pulſum parvum & celerem facit, poſt abſolutum effectum robur auget. Pulſuum in febribus numerus, quem non putat 140. ſuperare. Eſſe tamen in ſucco pancreatico ſpirituum pluſculum. De bile; craſſiorem flaveſcere, tenuiorem ad cæruleum colorem accedere: acriorem eſſe in macilento animali, in adulto, in herbivoro. Cum acore, etiam cum alcohole fervere. Ab ea & a phlegmate omnes morbos naſci. De vi roborante & relaxante medicamentorum, ut nempe capillum aptum reddant, longiorem extenſionem abſque ruptione pati, quod noſter putat robur eſſe.

Idem apud R. Helsham, cujus dedit Prælectiones London 1739. 8.* alias dicendas, experimenta repetit ſua propria de aquæ ex diverſis tubi oſtiis effluentis varia copia, quæ non ſatis conveniunt cum legibus in œconomia animali poſitis. Ibidem pondera inivit vitrei in oculo corporis & aquei humoris, fere æqualia, denique lentis cryſtallinæ, quam una duodecima putat ſuperare.

§. DCCCCLIX. *Varii.*

Jan. Hoogvliet *Konſt om wonden te ſchouwen* 1732. 8.* Oeconomiam animalem Boerhaavianam fere totam interponit, quæ dimidium opus efficit.

Amos Lambrechts *manuductio obſtetricantium* Amſterdam 1732. 8.*, ut puto, cum præfatio ſub finem anni 1731. data ſit. Anatomen partium genitalium dedit. Nullas eſſe vulvæ in virgine carunculas ſenſit. Mortis a prima virginum venere exempla habet.

Ej. *Compendium anatomico medicum practicum* Harderovic. 1757. 8. Martin.

Arnold Helvetius *korte ontleeding van het geheele menſchelyk ligham volgens de leiding van* Cornelis *van de* Voorde Amſterdam 1732. 8.* Non eſt Cornelii opus, ſed noſtri; anatome nempe cum aliqua phyſiologia. Pro tironibus.

In G. Smith *principles of ſurgery* London 1732. 8.* agitur de derivatione & revulſione.

John Crawfurd *the cauſes of impotency and frigidity diſcuſſed* London 1732. 8. Pl.

§. DCCCCLX. *Joſephus* Pozzi. *Antonius* Ferrein.

Joſephi Pozzi, *Jacobi* fil., Profeſſoris Bononienſis & Academici, *orationes duæ; accedit epiſtolare commerciolum anatomicum* Bonon. 1732. 4.* In *commerciolo* varia peculiaria reperias, de pilorum & unguium fabrica, quos ex tendinibus naſci vult; de capſula Glissoniana, quam muſculoſam facit; de glandulis pericardii, lienis; de ſucco glandularum bronchialium, quem pericardii ſucco ſimilem facit. Motum muſculorum arteria ligata non deſtrui. Non renaſci erutos avium oculos lentemve cryſtallinam. Cerebrum avium minorum

majus eſſe, quam vulgo putatur. De muſculorum varietatibus. De thymo. Orationes minoris ſunt momenti, earum altera eſt de adquirenda facultate anatomica.

In *Comment. Bonon.* T. I. agit de vermiculo cicadæ.

In T. II. P. I. decerptæ ex libro modo dicto adnotationes repetuntur. Vita viri prodiit Florent. 1753.

Antonius FERREIN, Profeſſor anatomes Pariſinus & Academicus, quem nuper amiſimus. In XII. *quæſtionibus* Monſpel. 1732. 4.* & in *ſelectis noſtris Chir.* T. V. propoſitis, reperitur duodecima, *quinam ſint præcipui, quomodo explicentur & curentur lentis cryſtallinæ morbi.* A lentis ſitu mutato ſtrabiſmum fieri. Membranam poſterius firmiter vitreo corpori, lenti laxius adhærere. De luſcitate etiam & duplici viſione egit.

Lego etiam duos novos motus cordis conſideraſſe, rectum quo ad pectus accedit, & ab eo recedit; & motum converſionis, quo totum cor ſe antrorſum convertit. Illum motum tribuit ſinubus venoſis antrorſum pellentibus, hunc ſinui ſiniſtro, magis quam dexter, ob eminentes vertebras educto. Lego hic elementa latere novi de voce ſyſtematis.

EJ. & *Petri Antonii* l'EPINE *Non ergo fiſtulæ lacrumali cauterium actuale* Pariſ. 1738. 4. & in *ſelectorum anatomicorum* T. IV. Lacrumarum vias deſcribit.

EJ. *Ergo mechanica actio pulmonis in fluida eſt in tempore exſpirationis* Pariſ. 1738. 4., & in *noſtris ſelectis* T. IV. Organum deſcribit reſpirationis, & rete vaſorum lymphaticorum pulmonum ſuperficiale valvulis deſtitutum. Quieſcere pulmones pleura magno vulnere læſa.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1733. hepatis duplicem carnem diſtinxit, corticalem & medullarem. Vaſa bilaria exteriora, aliqua etiam in diaphragmatis facie inferiori deſcripſit. Dixit de rete lymphatico pulmonis.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1738. vaſa arterioſa pellucida uveæ tunicæ Academiæ demonſtravit. Eadem in *Mém. de* 1741. confirmat.

Eodem anno 1741. agit de ſuis in larynge experimentis. Glottidis ligamenta chordas eſſe, quarum tenſione varii ſoni varii generis producantur. Nihil ad eam varietatem conferre arctationem glottidis. Vocem cujusque animalis per aërem in aſperam arteriam impulſum produci.

In *Mém. de l'Acad.* 1744. Duos dedit commentarios de oris apertione & de muſculis eam regentibus. Utique caput a muſculo biventre retrorſum duci, dum maxilla inferior deſcendit, contra MONROUM. Etiam quando maxilla firmiter retinetur, os poſſe aperiri. Ad deglutitionem biventrem nihil facere. In fibris cordis motum obtinere progreſſivum.

In *Mém. de* 1749. Primum de fabrica renum in homine & animalibus, avibus etiam potiſſimum. Albis fieri vaſculis nulla arte replendis. Porro lobi

renis eorumque vaſa ſerpentina, inter quæ parenchyma eſt: vaſcula urinifera in paucos ampliores ductus confluentia, ut integer faſciculus unum BELLINIANUM ductum efficiat.

In *Mém. de l'Acad.* 1766. de inflammatione hepatis, quod facit ſenſile.

In *Mém. de* 1767. de hermaphroditis. Non alios admittit quam feminas, duasque deſcribit, quæ videntur utique feminæ fuiſſe, clitoride nimia.

§. DCCCCLXI. *Varii.*

Vir pius pariter, & ingenio eminens clinicus, irreparabilis amicus noſter, *Paulus Gottlieb* WERLHOF de febribus & præcipue intermittentibus librum dedit Hanoveræ 1732. 4.* & 1745. 4.* & nuper 1775. 4.* excuſum, clinici quidem argumenti. Paſſim tamen ad phyſiologiam ſpectant placita viri, de cauſa menſium, tum in STAHLIANAM ſectam, monita, quæ motus vitales animæ tribuit.

In *Comm. Lit. Nor.* 1734. *hebd.* 14. agit de cauſa, quæ ſanguinis de funiculo umbilicali fluxum moratur.

Hebd. 27. de aëris cum vapore humido in ſanguinem ſuſceptione.

Hebd. 38. aliqua ad urſi anatomen.

Caroli GIANELLA *ſaggi di medicina theoretico pratica* Venet. 1732. 8.* Practici argumenti; admiſta tamen aliqua de fluidorum & ſolidorum æquilibrio, de partium conſenſu.

EJ. *Epiſtola ad* MORGAGNUM *de legendorum librorum medicorum ratione inſtituenda* Venet. 1746. 8. Hiſtoria aliqua anatomicorum.

EJ. Diſſ. *non ſemper ex cadaverum ſectione colligi poteſt, rectene an perperam ſit curatio morborum inſtituta* Patav. 1755. 4.*

Franceſco CANNETTI *de machina humana* Veron. 1732. Poema non inelegans.

P. C. FANTANI *la ſcimia non e ſpecie vera d'huomo* Veron. 1732. 8. HEIST.

Franciſci CLIFTON *ancient and modern ſtate of phyſick briefly conſidered* London 1732. 8.* Paris 1742. 8. 2. Vol. Empirice autor contra utilitatem anatomes & ſyſtemata medica dicit. BOERHAAVII tamen ſyſtema optimum vocat. Anatomes mala hiſtoria.

EJ. HIPPOCRATES *upon air, waters and ſituations* London 1734. 8.* Notæ fere ad emendandum textum.

In *Theatro critico Benedicti* FEYOO Tom. V. Madriti 1732. excuſo agitur de nova arte phyſiognomiæ.

In T. VI. ib. 1734. de ſatyris, tritonibus, nereidibus.

In *Epiſt. eruditarum* Vol. I. Madrit 1742. egit de transfuſione ſanguinis, de influxu imaginationis maternæ in fetum. In VI. reſpondet ad conſultationem de monſtroſo infante.

In

In *Epiſt.* III. Madrit 1750. 4. *del diſcubrimiento de la circulacion de la ſangue hecha per un Albeitar Eſpannol* (REYNA.)

Id. *Epiſt.* IV. edidit 1753. 4. *in qua da ſe noticia y in comendoſa la doctrina del famoſo Medico Eſpannol* D. FR. SOLANO *de* LUQUE.

Antonius de MONRAVA Y ROCCA, Academicus edidit, *oracoens phiſico anatomico medico Chirurgicas* Antverpiæ 1732. 4.

EJ. *Critico deſterro das anatomias falſas* Lisbon. 1739. 4.

EJ. *Tratado proeemial anatomico fiſiologico* Lisbon. 1744. fol. 2. Vol.

Conyers MIDDLETON oratio *de novo phyſiologiæ explicandæ munere ex* J. WOODWARD *teſtamento* 1732. 4.* Laudes WOODWARDI.

EJ. *Miſcellanea works* London 1752. 4.* Mumiam deſcribit Cantabrigienſem, ſola ſuperſtite cute cum oſſibus, reliquis conſumtis, mero aſphalto fartam.

§. DCCCCLXII. *Varii.*

Godofredus SELLIUS primum in *Commerc. Lit. Nor.* 1732. *hebd.* 52. agit de teredine marina lignoperda, muci ſimili animale: de duabus ejus beſtiolæ teſtis ora ſecante lignum incidentibus, & de fortiſſimis muſculis eas teſtas dirigentibus; de vaſe per longitudinem corporis deducto, carne fibroſa, ovulis.

EJUSD. *De teredine marina* opus Utrecht 1733. 4.* & Belgice ib. eodem anno. Accuratius de muſculis teſtarum lignum effodientium. Ova incredibili numero 13 388 000. Liquor, quo animal lignum mollit. Cor, ejus duæ arteriæ, vena unica. Androgyna eſſe animalia, & in ſe ipſis concipere. Vaſa interna. Eruditum & verboſum opus.

Hendryk UYLHOORN *nodig denkbeeld van het nooit beſchreevene ongemak ſpina bifida* Amſterdam 1732. 8.* Bona icon & deſcriptio deficientium ſpinarum oſſis ſacri & lumbalium. Putat hoc malum oriri a curvatura complicatæ ſpinæ dorſi, in præcipiti fetus inverſione nimis efficaci.

EJ. *Tweede vertoog over de ſpina bifida tot tegenantwoording van Abram* TITSINGH Amſterd. 1733. 8.* Acriter reſpondet non blando ſcripto TITSINGHII. Negat ab imaginatione materna malum ſibi dictum fieri; a complicata ſpina dorſi eſſe fuſe confirmat.

EJ. *Oſteologia* Amſterd. 1769. 8.* A diſcipulis editæ breves prælectiones.

Abraham TITSING *heelkondige verhandelingen van de ſplytingen van de ruggegraad* Amſterdam 1732. 8.* Spinam bifidam non eſſe a curvata dorſi ſpina, ſed eſſe hydrocephalon, & ſæpe ab imaginatione materna oriri. Icones collectitiæ.

EJ. *Diana ontdekkende de dwaasheid der voordmeeſter* Amſterdam 1750. 4.* In Tomo II. anatome eſt & phyſiologia, quæ nihil habet proprii.

EJ. *Cypria &c.* Amſterdam 1742. 4.* pene totam anatomen continet.

In EJ *ruſtuuren* narratur de virgine imperforata, cui vagina a ſanguine retento diſtendebatur. F. A.

F. A. de GARSAULT *nouveau parfait Marechal, où la connoiſſance generale & univerſelle du haras, des operations du cheval, avec un dictionnaire de Cavalerie* Paris 1732. 4. 1755. 4.* la Haye 1741. 4. IDEM SNAPII opus Gallice verterat cum titulo *anatome generale du cheval* Paris 1734. 4. BUR. Hic propria ſua habet; dentium & palati iconem ſuam & pedis. Deinde aliqua de ætate, venere & generatione, hermaphroditis, hippomane, equilibus. Equos adnotat vix abdomine reſpirare. Cerebri miram eſſe parvitatem, quod vidi &c. Pulſus equorum ſolis in febribus percipitur, duplo & triplo lentior, quam in homine.

In *Abb.* PLUCHE *ſpectacle de la nature*, cujus Tomus I. Paris a. 1732. 12.* prodiit, tomo quinto anni 1746. 12.* continetur œconomia animalis; tum aliqua optica.

In Tomo I. agitur de inſectis, apibus, muſcis, avibus, quadrupedibus. Paſſim flores rerum carpit.

Le dictionnaire univerſel des arts & des ſciences de M. C. nouvelle edition, Paris 1732. fol.

Umſtändliche Nachricht von der Plage der Seewürmer Regenſpurg 1732. 8.

MORFONAGE *de* BEAUMONT *Apologie des bêtes, où leurs connoiſſances & raiſonnement prouvés contre le ſyſteme des* CARTESIENS. Poema. Paris 1732. 8.

Portrait de l'eſprit de l'homme où traité de l'influence de l'eſprit de l'homme ſur le corps Anvers 1732. 12.

§. DCCCCLXIII. *Ad* VAMPYROS.

Enormis hoc anno numerus libellorum ad hæc prodigia pertinentium prodiit. Ecce aliquos.

Anonymi autentiſche Relation von den Vampyren Leipzig 1732. 8.*

Eines Weimariſchen Medici Gedanken von den Vampyren Leipzig 1732. 8.*

Gottlob Henrich VOGT *Kurzes Bedenken von den actenmäßigen Relationen von den Vampyren* Leipzig 1732. 8.*

Ejus etiam auctoris eſt, *der eingeſchlichene aber wieder ausgemerzte Theil des Menſchen, nebſt der Quelle vieler Irrthümer von den Temperamenten* Leipz. 1732. 8.*

PUTONEI *beſondere Nachricht von den Vampyren* Leipzig 1732. 8.

EJ. *Hiſtoriſche und phyſicaliſche Beſchreibung einer Art höchſtſchädlicher Seewürmer* Leipzig 1739. 8.

Viſum repertum über die ſogenannten Vampyren Nürnberg 1732. 8.

V. S. G. E. *Curieuſe und wunderbare Relation von den in Servien ſich erzeigenden Blutſaugern oder Vampyren* 1732. 8.

Chriſtoph Friderich DEMEL *philoſophiſcher Verſuch, ob nicht die merkwürdige Begebenheit in Nieder-Ungern aus den Principiis Naturæ zu erklären* 1732. 8.

Nunc

Nunc tota fabula obſolevit, cujus unicum fundamentum in quibusdam cadaveribus incorruptis videtur poni.

§. DCCCCLXIV. *Diſputationes.*

J. Hieronymi KNIPHOF, Profeſſoris Erfordienſis, diſp. *de phyſiognomia tamquam parte ſemeiotica* 1732. 4.*

Ej. *De M. S. præcipue medicis &c.* Erford. 1745. 4.*

Ej. *De tranſpiratione inſenſibili* 1748. 4.

Ej. *De optima oſſium in ſceleto artificioſo jungendorum ratione* 1749. 4.*

Ej. *De reſpiratione* 1751. 4.

Ej. *De capite reniformi fetus partum facilitante* Erford. 1752. 4.*

Ej. *De pilorum uſu* 1754. 4.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* III. *obſ.* 76. de præparatione organi auditus.

J. Chriſtian STOCK, Profeſſoris Jenenſis, *de cadaveribus ſanguiſugis, oder ſogenannten Vampyren* Jena 1732. 4.

Ej. *De anima rationali* Jenæ 1732. 4.

Ej. *De corpore humano* Jenæ 1732. 4.

Ej. *De homine DEI conditoris teſte* Jenæ 1733. 4.

Ej. *Lienis humani fabrica* 1748. 4.*

Ej. *De maſſæ ſanguineæ depuratione* 1749. 4.

Ej. *Judicium de ſanguine e vena ſecta emiſſo* 1749. 4.*

EJUSDEM *De ſtatu ſalivalium humorum naturali & præternaturali* Jenæ 1755. 4.

Ej. *De ſtatu meſenterii naturali & præternaturali* 1755. 4.

Ej. *De ſudore CHRISTI ſanguineo* Jen. 1756. 4.*

J. Chriſtoph. POHLII, Profeſſoris Lipſienſis, *de hominibus poſt mortem vulgo ſic dictis Vampyren* Lipſ. 1732. 4. PL.

Ej. *De obeſis & veracibus eorumque vitæ incommodis* Lipſ. 1734. 4.

Ej. *De reſpiratione ſana & læſa* Lipſ. 1738. 4.*

Ej. *De defectu lienis & liene* Lipſ. 1740. 4.*

Ej. *De ſaliva & ejus ortu ex parotide* 1741. 4.*

Ej. *De fibra ſenili* 1746. 4.*

Ej. *De hydrope ſaccato cum hydatidibus* 1747. 4.* In utero fetus ſemeſtris, chorio ad uterum adhærente. Hydatides ex lymphaticis vaſis. Redit in *Act. Nat. Cur. Vol.* VIII. *obſ.* III.

Ej. *De motu muſculari ſanitati reſtaurandæ conveniente* 1749. 4.

In *Act. Erudit.* 1749. deſcribit etiam lienis novem enormis molis ſaccos in hydropica aqua plenos.

Ej. Progr. *de chylificatione* Lipſ. 1758. 4.*

Ej. *De dura matre partim oſſea facta* 1764. 4.*

Ej. *De excretionum univerſalium moderamine* 1764. 4.*

Ej. *De morbis contextus celluloſi in genere* 1765. 4.*

Ej. *De contextu celluloſo fabricæ oſſium varietatem efficiente* 1767. 4.*

Ej. *De motu humorum in contextu cellulari corporis humani* Lipſ. 1767. 4.

Ej. *De communicatione cellularum contextus celluloſi* Lipſ. 1768. 4.

Ej. *De apta muſculorum diſpoſitione & deciſione* 1772. Progr.

In progr. agit de fetu humano, in chorio & amnio intra uterum viſo.

Obſſ. anatomicas etiam dedit de ureteribus, papillarum numero &c.

Andreæ Caroli GROSSE *verum univerſæ medicinæ principium in ſtructura corporis humani mechanica reperiendum* Hall. 1732. 4.*

Chriſtian BERNHARD *de nutritione per funiculum umbilicalem* Hall. 1732. 4.*

Jacob HUTTER *ſenectus ipſa morbus* Hall. 1732. 4.*

Petri MULLER *de jure prægnantium* Jen. 1732. 4.*

Hactenus huc referas *Burc. Gottl.* STRUVII diſſ. *de partu ſuppoſito & cuſtodia corporis feminarum illuſtrium* Jen. 1732. 4.

J. Friderich HERELIUS *de primario uſu pororum in corpore humano* Altdorf. 1732. 4.*

Ej. in *Emmenologiam* FREINDIANAM ib. 1735. 4.*

Joh. Caſpar. HAFERUNG *parabola de lacte & cibo* Wittebergæ 1732. 4. ſi huc facit.

Daniel Reinhold MELZER & *Cl. B.* HUHN *de natura humana motrice* Regiomont. 1732. 4.

Antonii BIRR, viri eruditiſſimi, *de requiſitis in demonſtratione anatomica ſpec.* I. & II. Baſil. 1732. 4.*

J. F. WILPERT *de neceſſitate & utilitate anatomiæ pathologicæ* Baſil. 1732. 4. HAENEL.

J. Henr. DUMMELIUS *de ætate ſenecta & fato ſenum* Baſil. 1732. 4. PLATN.

Philippus CLEARKIUS *de Chamo maledicto*; in collectione diſſ. *theol. phyſiologico* Leid. 1732. fol.

R. KELDERMAN *de pulmonis humani fabricæ uſu primario* Utrecht 1732. 4.

J. Caſpar

J. Caſpar SCHMID *de vomitu matutino* Leid. 1732. 4.

Bernardi FELTMANN, phyſici Ruppinenſis, viri eruditi, *comparatio plantarum & animalium* Leid 1732. 4.*

Franciſci CHICOINEAU, Cancellarii Monſpelienſis, *Quæſtiones medicæ XII.* Monſpel. 1732. 4.*

Mich. PROCOPE & *Renati* BEGUYER *Ergo ſanguinis partes tenuiores in venis, quam in arteriis* Parif. 1732.

Hyac. Th. BARON fil. & *Caſpar* COCHON *du* PUY *Ergo in triplici corporis cavitate diverſus ſanguinis circuitus* Pariſ. 1732.

Lud. Mar. POUSSE fil. & *J. de* DIEST *Ergo ab exquiſita bilis ſecretione perfecta digeſtio* Pariſ. 1732.

J. B. L. CHOMEL fil. & *J. Alb.* HAZON *Ergo præcipuum reſpirationis organum diaphragma* Pariſ. 1732.

Achill. Fr. FONTAINE & *Gilb.* BOULLAND *E. a ſaliva digeſtio* Pariſ. 1732. 4.

Rob. Hub. LINGUET & *Adr.* MALAVAL *E. a placido inteſtinorum motu perfecta chyli digeſtio* Pariſ. 1732.

J. Bapt. THOMAS & *Fr. Felicit.* COCHU *E. cauſſa vitæ cauſſa mortis* Pariſ. 1732.

Phil. CARON & *Anton. Joh.* DAVAL *E. humoribus quibuscunque eadem ſedes & origo eſt, illique quod incolunt organo naſcuntur* Pariſ. 1732.

Georgii GRIEVE *de ſecretione* Edimburg 1732. 8.

§. DCCCCLXV. *Diaria anni* 1733.

In *Phil. Tranſ.* n. 428. *Ambroſius* HANKEWITZ de phoſphoro urinæ, potius chemici argumenti.

Conrad SPRENGEL & *Guilielmi* MAITLAND varii faſti emortuales.

In appendice *Mém. de l'Acad. des Sciences* Cl. LAMORIER non ob valvulam œſophagi, ſed ob parvam vim muſculorum abdominis equos non vomere. EJUSD. ſunt pluſculi libelli in *Mem. de l'Acad. de Montpellier* 1737. EJUSDEM bonæ notæ eſt commentatio *ſur l'union qui ſe fait des arteres avec les nerfs aprés les amputations pour determiner la cauſe mecanique des douleurs, que l'on croit ſentir dons pluſieurs parties du corps, qui en ont eté ſeparées.* Ingenioſus vir incidit truncatos artus, reperit in nervo quaſi foveam factam ab arteria incumbente nervo, cumque eo conjuncta, & ipſum ſuo pulſu deprimente. Ab ea pulſatione dolores explicat, qui percipiuntur in artubus amiſſis. Experimento facto ſtuporem ſibi fecit in humero, brachio, femore, diutius autem infantum nervos comprimere neceſſe eſt. Idem ſenſus fit a preſſo nervo, qui a torpedine. Eadem experimenta fecit in hominibus, quibus truncati artus, & in parte ſemper inferiori, quam ſit locus preſſionis, inque digitis aut pedibus jam amiſſis. Dolent in febre ob pulſus majores, qui non dolebant

lebant ſani. Nulli aut imaginarii fiunt dolores in mammis pene ablatis, quia nulla arteriarum cum nervis eſt coalitio. Anatomen etiam dedit ſepiæ.

Ej. Organum peculiare canis carchariæ, cribri vitrei cerebro ſubjecti, & mucum in cutem depluentis. *Hiſt. de l'Acad.* 1742.

J. Theophil. Michaelis mulier barbata *obſ.* 127.

In *Vol.* III. *Act. Nat. Cur. obſ.* 88. *J. Sebaſtian* Albrecht nævum dicit ſcroto ſimilem in cervice fetus.

In *Comm. Litt. Nor.* 1734. gemelli capitibus connati.

Ejusd. *Delineatæ ſapientiæ & providentiæ Divinæ in aliis corporis partibus ab aliis diverſis temporibus demonſtratæ, nunc ex capite humano & ſitu ejus partium concinno ordine* Coburg. 1750. 4.

In *Ann.* IV. *Act. Nat. Cur. obſ.* 13. Lamdoideæ ſuturæ duo crura tranſverſa ſutura conjuncta.

Obſ. 50. inciſa puerpera, in cujus utero poſt editum gemellum alter ſupererat.

Obſ. 103. Uvula bipartita.

Obſ. 104. Gemelli valde maligni incrementi. Cæterum veri ſunt humani fetus, quos noſter putat canum habere ſimilitudinem.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* V. *obſ.* 21. pericardium cordi connatum.

Obſ. 22. infans abſque artubus.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VII. *obſ.* 102. agnus cyclops.

Vol. VIII. *obſ.* 124. ancyloſis vertebrarum equi.

Nov. Act. Vol. II. *obſ.* 21. fetus biceps, quadrimanus, quadrupe, cum anatome, alterius tamen a noſtro fabricæ.

In *Vol.* III. *Act. Nat. Cur. obſ.* 97. *J. Georg.* Brebis fetus contortus.

Obſ. 98. fetus alter maturus, alter imperfectus.

Benedicti Duvernoi & *J. Chriſtophori* Maji uterus & vagina duplex. *Comm. Lit.* 1733. *hebd.* 25.

J. Andreæ de Segner, Profeſſoris Halenſis, Ill. adfinis noſtri, de diaphragmate diſſ. cum icone, *obſ.* 47.

Idem *de actione inteſtini coli* Jen. 1733. 4.* & in editione Germanica *Bernardi v.* Nieuwetydt, ternatas deſcripſit valvulas, quæ fæcum lapſum ſuſtineant, & eas contractæ promoveant.

Ejusd. Libera verſio libri Nieuwetydtiani *vom rechten Gebrauche der Naturlehre* Jen. 1746. 4.* Icones paſſim melioribus mutatæ, diaphragmatis icon Cl. editori propria. Tum calculi poſiti, ad definiendum, quantus motus a muſculo abſque effectu edatur. De actione inteſtini coli ut in prioribus.

In *Act. Liter. Suec.* 1733. H. D. Spöring de ſingultu retulit, ex preſſa vena aut arteria oriente.

Hoc

Hoc anno cœperunt edi *Medical eſſays, and obſervations publiſhed by a Society at Edinburgh*, cujus ſex tomi editi ſunt, ſæpe recuſi, etiam Edinb. 1752. 8.* Gallice 1740. 8. vertente Cl. DEMOURS & Amſterdam (certe T. I.) Compendium fecit Cl. LEWIS; *Eſſays of Edinburg abrigd* London 1746. 8. 2. Vol. Magna pars eſt MONROI. In T. I. *Johannes* GIBSON defendit nutritionem fetus per os, & vim nutritiam amnii.

Jacob CALDER duo exempla rariora habet, aliud inteſtinorum nudorum, cum deeſſent abdominis involucra, alterum ani clauſi.

T. III. *obſ.* 29. menſium per ulcus malleoli fluxus.

David LAGNAC de magna parte amiſſi oſſis tibiæ reparata.

In *Mém. de Trevoux* 1733. M. Nov. P. AUGUSTUS . . . . . S. J. originem Nigritarum CAINO tribuit, quem DEUS colore novo ſignaverit.

§. DCCCCLXVI. *Guilielmus* PORTERFIELD,

Jatromathematicus, bonus ſcriptor de STAHLIANA ſecta. In *Eſſays of a Society at Edinburg* 1733. agit de vi, qua oſſa reſiſtunt ponderibus ea transverſim fracturis.

EJ. de motubus oculorum externis in T. III.

Et in T. IV. de internis.

EJUSD. Inſigne opus *a treatiſe on the eyes the manner and phænomena of viſion* Edinburg 1759. 8. 2. Vol.* Anatome oculi, etiam comparata, cum calculis nonnullis & phænomenum adnotationibus. Duos nervos opticos non miſceri. Melius duobus oculis nos videre, unicum tamen punctum diſtincte perſpicere. Solam conſuetudinem facere, ut eodem tempore uterque oculus moveatur. Pupilla in ſenibus arctatur, neque noſter credit WHYTTIO, eam ex ſola conſuetudine diſcere in tenebris anguſtari. Non duo objecta nos videre, quod non poſſint duæ ſenſationes ſimiles eſſe. Lentem cryſtallinam penicillum radiorum opticorum non valde arctare. De luce, de radiorum penicillo & depicta imagine. Utique, ut paulo prius dictum eſt, oculum internum mutari; id fieri a corpore ciliari.

Tomus II. ad phyſiologiam ſpectat. Oculum unice remota ſpectare aptum, egere mutatione ut videat propiora. Ab animæ imperio hos motus fieri dudum ſe ante WHYTTIUM vidiſſe. Sed etiam omnes in corpore humano motus in principio voluntarios eſſe, ſenſim ita fieri ſpontaneos, ut non neceſſe ſit, expreſſa voluntate eos ab anima imperari. Animam ad fines prævisos motus ciere, neque eſſe ſuperfluum ens, quale ſit WHYTTII anima. Fibræ retinæ latitudinem metitur. Utique in oculis non perfectis poſſe extra retinam ſedem punctorum atrorum eſſe. Etiam ad remota pupillam aperiri. Experimentum MARIOTTI repetiit. Flabellum avium muſculum eſſe. De diſtantia nos ex conſuetudine judicare. In presbyopibus & myopibus poſſe utique macularum ſedem eſſe in aqueo humore.

§. DCCCCLXVII. Browne Langrish,

Medicus. Ejus *the modern theory and practic of phyſik* London 1738. 8.* quæ editio ſecunda eſt, cum priorem ignorem. Ad rem noſtram facit, quod ſanguinis & urinæ analyſes dederit, eorumque humorum ſales & olea, viresque cohæſionis in ſano homine inque ægroto comparaverit. Pro ſectione jugularis, venæ. Oleorum & ſalium portiones ad pondus definivit, qui in variis morbis pro urinam decedunt.

Ej. *Phyſical experiments upon brutes* London 1746. 8.* Tres ſunt partes, quarum ſecunda & tertia huc facit. In ſecunda agit de venenato aquæ lauro-ceraſi in corpus animale effectu: ſanguinem floride coccineum reddit, tenerumque facit coagulum, pulſumque ad 132. auxit. In tertia parte vim vaporis ſulfuris expertus eſt, totum innoxium. Aëre in venam inflato canem occidit.

Ediderat Londini 1733. 8. *a new eſſay on muſcular motion, founded on experiments and* Newtonian *philoſophy*. Non legi, ſed utique Ejusdem viri *Croonian Lectures* London 1748. 8.* tamquam ſupplementum *philoſophicarum tranſactionum* excuſas. In P. I. elementa deſcribit muſculi. De glutine partium ſolidarum, cujus magna pars eſt aër fixus. De vi contractili fibrarum, renitente vi impulſi humoris, deque perpetuo inde nato renixu. P. II. De fabrica conſpicua muſculi. Fibras non eſſe veſiculares. A veſiculis nullam decurtationem ſecuturam, quas æquum eſſet perinde in longitudinem expandi. Muſculi contracti molem minui. Vim muſculoſam eſſe ab æthereo ſpiritu, qui vim adtractilem elementorum fibræ augeat, ut in acervum ſe colligant. In III. P. agitur de ſingulis muſculis, & de cauſa alterni motus in corde. Ad eum motum aliquid conferre motum duræ matris. Experimenta aliqua ad motum cordis, ejus ventriculorum areas &c.

§. DCCCCLXVIII. *J. Jacobus* Huber,

Primus meus Baſileæ & Bernæ diſcipulus, inde Profeſſor Göttingenſis meusque inciſor, denique Profeſſor & Archiater Caſſellanus. Non quidem longa, bona tamen aliqua opuſcula anatomica reliquit.

Ejus *Poſitiones anatomico botanicæ* prodierunt Baſileæ 1733. 4.* De veſicula fellea.

Ej. Diſp. *inauguralis de bile* Baſil. 1733. 4.* cum experimentis nonnullis & admiſtorum liquorum effectibus.

Ej. *De medulla ſpinali* Götting. 1739. 4.*

Et Ejus *de medulla ſpinali & ſpeciatim de nervis medullæ ſpinalis* ib. 1741. 4.* Bonæ diſſ. potiſſimum poſterior laborioſe nata, cum egregia icone.

Ej. *De hymene* ib. 1742. 4.* bene, tum de valvuloſis ſinubus mucoſis, de columnis vaginæ & rugis, quas numerat quatuor. Hæ diſſ. cum critica recenſione eorum conjunguntur, quæ prius de his rebus dicta fuerant.

Ej. *De viris vis maternæ, ac imprimis imaginationis in mulieres gravidas indeque*

que in embryones effectibus Caſſel. 1743. 4.* Conceptus ſedem eſſe in ovario. Fetus fabricam ab humoribus maternis poſſe turbari, etiam ab imaginatione.

Ejusd. *De nervo intercoſtali; de nervo octavi & noni paris deque acceſſorio* ib. 1744. 4.* De ganglio cervicali ſuperiori, & vaſculis parvis ejus ſedis. Nervum ſexti paris non creſcere ab accepto intercoſtali. Duæ radices nervi intercoſtalis. Nihil a quinto ad intercoſtalem venire.

Ej. *De foramine ovali* Caſſel. 1745. 4.* cum ejus corniculis, valvula, officio.

Ej. *De monſtris* Caſſel. 1746. 4.* Porcellus capite breviori & rotundiori; ei proboſcis, oculus unicus. Alius porcellus informis. Puer, quem & vidimus, macula piloſa, ex terrore, ut putabatur. Cæterum pro monſtris per accidens pugnat, & pro efficacia imaginationis maternæ.

Ej. *De aëre atque electro œconomiæ animali famulantibus & imperantibus* Caſſel. 1748. 4.* Eſſe in ſuccis noſtris elaſticum aërem per pulmonem advenientem.

Ej. *Obſervationes circa morbos nonnullos epidemicos per reciprocum aëris humani & athmoſphærici commercium illuſtratos* Caſſel 1755. 4.* Pro aëris elaſtici in ſanguinem commeatu.

Ej. *Obſervationes aliquæ anatomicæ* Caſſel. 1760. 4.* Septum pellucidum, ejus duas laminas, & caveam deſcribit. Venam portarum per proprium ſepti tranſverſi foramen in venam cavam ſe inmiſiſſe. Arteria ſpermatica dextra ex phrenica nata. Duæ pelves renales, cum duobus ureteribus. Redeunt iſta in *obſ.* 101. *Vol.* III. *Nov. Act. Nat. Cur.*

Ej. in *Phil. Tranſ.* n. 492. cadaver veſicula fellea deſtitutum.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* VI. *obſ.* 76. icon hymenis parabolici.

Vol. VIII. *obſ.* 24. anus clauſus, ut ſuſpicatur, ex imaginatione matris.

Vol. IX. *obſ.* 102. Veſicula fellis duplex. Eam in fetu ſubinde ultra marginem hepatis eminere. Aqua in veſicula limpida, loco bilis.

Vol. X. Faſciculus rarior muſculi pectoralis. Secundum caput ſartorii. Pyramidales muſculos in feminis nunquam deſiderari.

In *Act. Helv.* T. III. de muſculo ſubcrurali in capſulam articuli genu inſerto.

§. DCCCCLXIX. *Chriſtoph Gottlieb* Buttner,

Profeſſor Regiomontanus, diligens anatomicus. Ej. *De vaſis hæmorrhoidalibus, præcipue in abdominis viſceribus conſpirantibus* Regiomont. 1733. 4.

Ej. *De hydropis veri cauſa proxima* ib. 1734. 4.

Ej. *De peritonæo* ib. 1738. 4.* & in *ſelect. noſtr.* T. I. deque ejus velamenti propaginibus celluloſis aliisque.

Ej. *Kurzer Beweis der vermehrten Glückſeligkeit eines Landes durch ein erbautes Theatrum anatomicum* Königsberg 1738. 4. quod ipſe exſtruxit.

Ej.

Ej. *Homo microcoſmus mundorum optimus* Regiomont. 1747. 4.*

Ej. *Daß ein Kind mit dem aus der Bruſt gewachſenen und heraushängenden Herzen und fehlenden Herzbeutel leben könne* Königsberg 1747. 4.* Cordis nudi de pectore penduli exemplum.

Ej. *Anatomiſche Anmerkungen bey einem mit heraushängenden Herzen lebendig gebohrnen Kinde* Königsberg 1752. 4.* Prior libellus hic recuſus eſt addita altera diſſ. *de fetu bicipite quadrimano tripede*, accurate diſſecto. Vaſa magna mirifice conmiſta, ut conſtet primigeniam fuiſſe aberrationem a ſolita fabrica, cum alter fetus ab alterius corde ſua vaſa habuerit.

Ej. *Erörterung, die Lungenprobe betreffenden Frage* Königsberg 1765. 4.* 1768. 4.* Ligatura funiculi umbilicalis omiſſa poſſe fetum vita privari. Omnino pulmonem natantem vel ſubmerſum demonſtrare, fetum vel vitalem natum eſſe, vel mortuum.

Ej. *in vielen Jahren geſammelte anatomiſche Wahrnehmungen* Königsb. 1769. 4.* Priores duo libelli hic redeunt, & præterea aliquot exempla fetuum abſque cerebro editorum, quorum alicui etiam reliqui præter caput ventres erant aperti. Partus monſtroſus valde difformis, cui caput cum pectore confuſum, nullum cor, nullæ arteriæ, ut neceſſe fuerit a matris ſanguine hujus fetus ſanguinem promoveri. Fetus in tuba reſidens cum ſua placenta, matri ſuæ funeſtus, cum tuba ſubito rupta eſſet. Ej. *Seltene Wahrnehmung eines aus der Zunge hervorgehangenen Fleiſchgewächſes* Königsberg 1770. 4.* Linguam e proxime vicinas partes deſcribit.

Ej. *Beſchreibung des innern Waſſerkopfes und des ganzen Beincörpers einer bis ins 31. Jahr kranken Perſon* Königsberg 1773. 4.* Oſſa triquetra nimis copioſa, ſceletus curvata &c.

§. DCCCCLXX. *Varii.*

Jacobi DENYS *verhandelingen over het ampt der Vroedmeeſters en Vroedvrouwen* Leiden 1733. 4.* Bonus liber, non gratus lectu & miræ prolixitatis, multa vero habens propria & accurate ſcripta. Pelvis deſcriptio uteri, & graviditatis. De molis, de monſtris, quæ multa hic deſcribuntur; de aquis, de partu. De ſignis partus ex oſtio uteri ſumtis. Bona alia ad ſitum fetus, vim uteri contractilem, placentam, funiculum. Vaſa lactea in fetu nuper nato.

Pieter DUPUY *vermaakelikheten omtrent de vryheit der heelkonſt* Leid. 1733. 8.* etiam ad anatomes hiſtoriam. Cochlidem auris non bene vertit *lepuels wyzze*, quaſi a cochleari ſimilitudo ſumta eſſet.

Giuſeppe del PAPA *Trattati vari fatti in diverſe occaſioni* Firenza 1733. 4.* Sola huc pertinet diſſ., qua demonſtrat, vapores non poſſe ex abdomine in caput adſcendere.

Ej.

Ej. *De præcipuis humoribus, qui in corpore humano reperiuntur* Florentiæ 1733. 4.* Leid. 1736. 4.* Recentiorum collecta placita.

Una prodiit H. Barbati *de ſero & ſanguine* l.

Franc. Joſ. Grienwald *album Bavariæ jatricæ* Monach. 1733. 8* ad hiſtoriam.

Jean Rousset, hiſtorici, *obſervations ſur les vers de mer qui percent les vaiſſeaux, les piliers des jettées, & les eſtacades* la Haye 1733. 8. Bur.

J. Chriſt. Heysen's *Diluvium Francofurtanum magnum, mit Beſchreibung von den Seewürmern in Nord-Holland* Frankfurt 1733. 4.

Ej. *Neue Beſchreibung des übelberüchtigten See- oder Pfalwurms* Nürnberg 1733. 8.

Chriſtian Gottlieb Troppanegger's *deciſiones medico forenſes* Dreſd. 1733. 4.* Aliqua huc pertinent, de funiculo umbilicali exque eo funeſta hæmorrhagia, de impotentia &c.

Ej. *De adjumentis ſanguinis regreſſu ad cor* Lipſ. 1741. 4.* Agit de ſanguinei circuli a reſpiratione mutationibus.

Edmond Chapman *Eſſay on the improvement of midwifry chiefly with-regard to the operation* London 1733. 8. 1735. 8.* 1759. 8.* Vix aliquid habet anatomici, pene practicus liber. Exemplum infantis in utero liberi.

M. J. *Spiramina or reſpiration, being chiefly the arguments of* J. B. Helmont *diſcovering certain uſes of the lungs not commonly obſerved, and aſſerting that they have not the alternate motion, that in general is aſcribed to them, but that in a ſound man they are porous pervious to the air and conſtantly at reſt* London 1733. 8.

Some obſervations whereby Boerhaave's *vindicated* London 1733. 8.

Joſeph Rodriguez *de* Abreu, Luſitanus filius medici, *Hiſtoriologia medica fundata e eſtabilida nos principios de G. E.* Stahl *e ajuſtada ao uſu practico deſta.* Pars I., in qua phyſiologia, Liſbon. 1733. fol.

J. Chriſtoph. Harenberg *vernünftige und chriſtliche Gedanken über die Vampires oder blutſaugenden Todten* Wolfenbüttel 1733. 8.

Joh. Alexander Mischel a. 1733. 8. edidit verſionem operis J. G. Duvernoy: & eodem anno Berolini 1733. 8. verſionem ſplanchnologiæ Garengeoti. Deinde Hamburgi 1744. 8.* *Inſtitutionem anatomicam cum methodo ſecandi.* 8. 2. Vol. ex Winslowo & Lieutaud Germanice.

J. Adam Delsenbach *kurzer Begriff der Anatomie, worinn die vornehmſten Stücke der Oſteologie und Myologie &c.* Nürnberg 1733. fol.* pro pictoribus. Addit ad naturam picta eſſe omnia, & video per muſculos lineis punctatis oſſa expreſſa, ut quid cuique muſculo ſubſit diſtingui poſſit.

Th. Berkmuller *microcoſmus* Aug. Vindel. 1733. 12.

EJ. *Account of the mechaniſme of the globe of the eye* Lond. 1730. 8. MURR. EJUSD. *Le mechaniſme, où nouveau traité du globe de l'oeil avec l'uſage de ſes parties* Paris 1738. 8.* Aliquam oculi anatomen habet & opticen vulgatiorem. Pro chorioidea, contra retinam. Ligamentum ciliare negat moveri; cæterum nupera PETITI inventa habet. Bibliotheca ophthalmica corruptiſſima. Latine prodiit 1737. 8. Hiſpanice Madrit 1738. 8. 1750. 8. Luſitanice 1738. 8. Germanice recuſus eſt cum titulo *Künſtliche Zuſammenſetzung des Auges* Frankfurt 1750. 8.*

EJ. *Verſuch über die Bewegung der Mäuslein der Augenkugel* Lisboæ Luſitanice 1740. 8.

EJ. *Impartial enquiry into the ſeat of the immediate rogan of ſigth* London 1743. 8. Germanice Roſtock 1750. 8. Latine 1734. 8. MURR.

EJ. *Tr. über die Beſchaffenheit und Schönheit des Auges* Lipſ. 1744. 8.

EJ. *Theſes von einer anatomiſchen Probe* Frankfurt 1751. 8.

EJ.

EJUSD. *Tr. von der Beſchaffenheit des menſchlichen Auges* Suecice Stokholm 1753. 8. MURR.

EJ. *Explicatio modi viſionis* Neapoli 1756. 4. Italice MURR. Venet. 1754. 8. MURR. Danice 1753. 8. ID.

DEVAUX *œuvres de chirurgie*, nempe fere verſiones. Inter eas FREINDIUS eſt *de menſtruo fluxu* Paris 1736. 12. HEISTERUS, alii.

§. DCCCCLXXXIX. *Antonius* COCCHI. *Car.* TAGLINI.

Solebat ſe a patria vocare MUGELLANUM, ut ab *Antonio Cæleſtino* COCCHI Romano facilius diſtingueretur. EJ. *De uſu artis anatomicæ oratio* Florent. 1736. 4.* 1761. 4.* aliis nonnullis adjectis. Aliqua excerpta de hiſtoria anatomica. ERASISTRATUM & HEROPHILUM cadavera humana negat incidiſſe. Lego ejusdem tituli libellum Florent. 1736. 4. prodiiſſe, ſed auctore *J. Antonio* PINI.

EJ. *Dell' anatomia, oratio* Fiorenza 1745. 4.* Utilitatem oſtendit anatomes in medicina; & de hiſtoria aliqua dicit. Fragmentum APOLLONII Citienſis.

EJ. *Diſcorſi Toſcani* T. I. Firenza 1761. 4.* T. II. 1762. 4.* Priora hic redeunt, cum vita auctoris, & præfationibus, quas addiderat ſermonibus L. BELLINI vir eruditus & humaniſſimus.

EJ. *Dei vermi cucurbitini dell' uomo* Piſa 1768. 8.* In catenam coaleſcere: Cæterum virum naturæ peritum phyſicum vidiſſe duos ejusmodi vermes ſe comprehendiſſe & cohæſiſſe.

Caroli TAGLINI, Profeſſoris Piſani, l. 2. *de aëre ejusque effectibus* Florent. 1736. 4.* Phyſici magis argumenti, quod tamen ad phyſiologiam accedat, ut ea quæ de ſono nitroque aëreo dicit. Non poſſe ſimul ſugi & deglutiri.

EJ. *Lettere ſcientifiche ſopra vari dilettevoli argumenti* Firenz. 1747. 4.* Huc referas epiſtolam ultimam, in qua quærit, cur odoramenta olim omnibus grata, nunc multis, potiſſimum feminis, moleſta ſint. Negat vere nocere, & imaginariæ teneritudini tribuit, quæ de non perceptis queruntur, neque veras illas eſſe ſinit vulgo dictas averſationes ab idioſyncraſia natas.

§. DCCCCXC. *Varii.*

Servatii Auguſtini VILLERS *inſtitutionum medicarum* l. 2. *complectentes phyſiologiam & hygieinen* Lovan. 1736. 4.* Ex paucis neque optimis auctoribus collectum opus.

Samuel SCHAARSCHMIDT *diſquiſitio, num pulſus in cordis diaſtole vel in ſyſtole ſit* Berlin 1736. 4.*

EJ. *Kurzer Begriff und Betrachtung des menſchlichen Körpers vom* Prof. HENRICI *in die Feder dictirt* Zerbst 1736. 8.* Vix putem vere ex HENRICO eſſe, plurimum enim hic auctor BOERHAAVIUM ſequitur. Pleraque pathologica ſunt aliqua de fibris & humoribus phyſiologica.

EJ.

Ej. *Mediciniſche und chirurgiſche Nachrichten* Berlin 1738. 4.* & porro ſex tomi, quorum ultimus prodiit a. 1748. Pleraque practica ſunt, aut chirurgica intercedentibus explicationibus phyſiologicis. Intercedunt anatomica aliqua, ut in T. I. de aëre & reſpiratione: de calculi in rene ſiniſtro generatione ob venæ longitudinem facili. De ſternutatione. T. V. motus cerebri a ſanguine arterioſo. T. VI. de oſſiculo Luz, putato fundamento corporis humani: de reſpiratione, rebus non naturalibus &c.

Ejusdem *Abhandlung von der Geburtshülfe* Berlin 1752. 8.* curante E. A. Nicolai. Multa in phyſiologia repetuntur. De incremento fetus, non veri calculi. Valvula ad utrumque ductus venoſi finem gratis poſita. Sanguinem ad unam tertiam in pulmone denſari.

Ejusd. *Phyſiologia* Berlin 1751. 8. 2.Vol.* edente E. A. Nicolai. Hiſtoria aliqua medicinæ. Plerumque cæterum Boerhaavium ſequitur. Cor agere duobus fibrarum ductibus, ut conſtringi poſſit & viciſſim laxari. Arterias venasque habet pro tubo bicruri In reſpiratione cum Hambergero ſentit. In generationis negotio multum tribuit muſculis erectoribus. Valvulam ponit ad venæ umbilicalis in cavam inſertionem. Cl. Nicolai tractatum de ſenſu ipſe adjecit.

Chriſtoph. Heinr. Keil *anatomiſches Handbüchlein* Leipzig 1736. 8. Trew. 1747. 8.* 1756. 8. nunc reperio etiam 1730. 8. prodiiſſe. Compendium pro tironibus.

Anton. Philipp. Queitsch, præter *tabulam iſagogicam ad ſtudium anatomiæ* Francof. 1734. & *tabulam iſagogicam ad ſtudium phyſiologiæ*, dedit in *ſelectis Francofurtenſibus* 1736. T. I. diſſertationem tripartitam de ductu thoracico, & ejus adminiſtratione. Aliam de eodem ductu in porco viſo.

Ejusd. *Anatomiſche Nachricht von der groſſen Speiſeſaftsröhre in der Bruſt* Francof. ad Viadr. 1740. 4.* cum non mala tabula ex homine depicta.

In eodem T. I. *ſelectorum Francof.* duas diſſ. dat, n. 5. 6. de tenacitate vitæ.

In eodem *ſelect. Francof.* T. II. n. 1. habet eandem iconem ductus thoracici, & agit de glandulis cæcis (ſ. conglobatis).

In n. 2. de iconibus ductus thoracici judicat. Salzmannianam carpit.

In n 4. quæſtiones aliquas anatomicas & phyſiologicas ſibi proponit, de panniculo carnoſo, rete mirabili &c.

In T. III. n. 4. agit de modo adminiſtrandi hepar.

In T. IV. de pectoris brevitate, viſcerum cum pleura concretione. Oſſium memorabilia: de prudentia anatomica: de tunicis uteri & glandulis morboſis.

Ejusd. eſt *corporis medicinæ archetypus* Francof. ad Viadr. 1737. fol.* Argutula multa & parci uſus.

Erhart Knorre *chirurgiſcher Wegweiſer* Nürnberg 1736. 8.*

Michael BORBON ſcripſit *flumen vitale, quatuor liquidorum diſſertationibus, chyli nempe, ſanguinis, bilis & lymphæ illud conſtituentium elaboratum, quinto de inſtrumentis reſpirationis, eorumque uſibus* Saragoſſa 1736. 4.

Bernard LOPEZ *de* ARAUJO *diſſ. de fetus nutritione in utero* Madrit 1736. 4.

G. BARROWBY *ſyllabus anatomicus prælectionibus annuatim habendis adaptatus* London 1736.

Catalogus von den anatomiſchen Præparatis, ſo ſich auf dem Königl. Amphitheatre zu Coppenhagen befinden Hafniæ 1736. 8.

§. DCCCCXCI. *Diſputationes.*

Lud. Mich. DIETERICHS *περι των σπερματιζοντων ζωων* Götting. 1736. 4.* præſide ILL. SEGNERO.

EJ. *Duorum cadaverum maſculorum ſectio anatomica* Ratisbon. 1743. 4.

EJUSD. *De theſi* BOERHAAVIANA „*functio lege mechanica fit, & per eam tantum explicari poteſt* Ratisbon. 1745. 4.

EJ. *De fratribus Italis ad epigaſtrium connatis* 1749. 4.* Minoris fratris partes poſteriores ſolæ nudæ erant.

J. Henr. BECKER *de natura corporis humani* Hall. 1736. 4.*

EJ. *Unterricht von den Temperamenten* Bremen 1739. 8.

Henrich Chriſtian LEMKER *de cordis dilatatione* Luneburg. 1736. 4.

Abraham NITSETI *examen ſcripti* GÖLICKIANI *ſub ſpiritus animalis merentis exſulis nomine divulgati* Gedan. 1736. 4. PL.

Gottlieb METIUS *de conſtruendo ſceleto* Erford. 1736. 4.*

J. Leonhard ETLINGER *de corporis humani nutritione* Altdorf. 1736. 4.*

ID. in *Comm. Lit. Nor.* 1738. *hebd.* 36. gemellos inæquales, poſteriorem validiorem deſcribit.

Chriſtian Philipp. GLASS *de admirando ſanguinis circuitu medicinæ vero fundamento* Hall. 1736. 4.* integer liber cum nonnullis CASSEBOHMII inventis. Nullum eſſe cordis tendinem.

EJ. *de inflammatione oſſium* ib. 1737. 4.*

Joh. Zachariæ PETSCHE eſt *ſylloge obſervationum anatomicarum* Hall. 1736. 4.* eximia diſput. a nobis recuſa. Auctor diſcipulus CASSEBOHMII hic plurimas ſuas in univerſa anatome adnotationes edit; Muſculorum varietates. Angiologica hoc tempore nova & copioſa, alia. Vaſa lymphatica cerebri, oculi.

C. VERBRUGGE *de morbis elementorum ſanguinis humani* Leid. 1736. 4.

Friderici WINTER, poſtea Profeſſoris & Archiatri diſſ. *de motu muſculorum* Leid. 1736. 4.* & in *ſelectis noſtris* T. III. Simpliciſſimam cauſam muſcularis motus propoſuit: majorem eſſe vidit contractionem, quam mathematici admittant; vanas hypotheſes rejecit; de ductu pancreatico, allantoide egit.

EJ. *De certitudine in medicina practica* Franeker. 1746. fol.* Ab irritabilitate fibræ motus in corpore animali cauſam explicat, etiam a morte ſuperſtite, etſi multa nervi addant.

EJ. *De motu vitali & irritabilitate fibrarum* oravit eodem anno.

Nic. STUMPHIUS *de cerebro* Leid. 1736. 4. PL.

G. van HEYNINGEN *de mente humana* Leid. 1736. 4.

Corn. Leonh. van AMSTERDAM *de cibi, potus & condimentorum conſideratione medica* Leid. 1736. 4.*

J. NELSON *de renibus, ſecretionibus & diabete* Leid. 1736. 4.

Barth. Herm. de MOOR *in Aphoriſmum* HIPPOCRATIS 28. Sect. VI. *Eunuchi neque calveſcunt, neque podagram patiuntur* Leid. 1736. 4.

J. van STRYDONK *de actione ventriculi* Utrecht 1736. 4.*

F. C. QUEYSEN *de muſculorum ſtructura & uſu* Harderwic. 1736. 4.

J. Jac. MELON *de chylificatione* Duisburg 1736. 8. B. BOEHM.

Caſp. Anton von MATT, Helveti, *de mediaſtino & ejus morbis* Baſil. 1736. 4.*

Frid. Wilhelm KUHN *pars I. ſcrutinii auditus in ſtatu naturali conſiderati* Regiomont. 1736. 4.*

Caroli PAYEN & J. MIDY *Ergo eadem eſt oſſium, quam aliarum partium nutritio* Pariſ. 1736. 4.

Bartholomæi MURRY & *Guid. Andr.* GARNIER *Ergo hiemalis tranſpiratio perfectior* Pariſ. 1736.

§. DCCCCXCII. *Diaria anni* 1737.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1737. dicuntur cryſtalli tartari, quæ de cranio effloruerant, quod merſum fuerat in vas fæce vini plenum. Idem in aliis oſſibus vidi, ſub acetum demerſis.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* IV., quod prodiit a. 1737. DIDACUS REVIGLIAS egit de venere & generatione culicum.

Frider. Ignatius LOSPICHLER de gemellis in abdomine per ſex annos geſtatis.

J. Gottfried BUCHNER *obſ.* 69. aliqua de animalibus monſtroſis Voigtlandiæ.

Vol. VI. *obſ.* 81. ovum inſolitæ figuræ.

Vol. VII. *obſ.* 86. equus cornutus.

Otto Philipp. WILDUNG *ab* HARTUNG *obſ.* 76. de gemellis ab imo capite ad umbilicum uſque connatis.

Georg. Leopold HOYER *obſ.* 97. femina barbata, vir imberbis.

Obſ. 98. Æthiops natus, ut putat, ex terrore.

J. Georg. HASENEST *obſ.* 146. viſcerum concretio, etiam cordis cum pericardio.

EJUSD. *Mediciniſcher Richter, oder acta phyſico medico forenſia* Anſpach T. I. 1755. 4.* Caſus ſunt medico legales, ſincero plerumque judicio addito, neque, ut ſæpe fit, ad gratiam captandam ficto. Plurima ad vitam fetus pertinentia. Fetum duodecimeſtrem recte repudiat. Impotentia ab imperfectis genitalibus.

Tomus II. a. 1756. 4.* Fuſe de infanticidio & funiculo non ligato. Num homo vivus ſuſpenſus fuerit, num mortuus.

T. III. 1757. 4.* De maſticatione mortuorum, de ſudore poſt mortem.

T. IV. 1759. 4.* De ſignis graviditatis. Fetus octimeſtris rejicitur.

In *E. N. C. Vol.* VI. *obſ.* 10. fetus monſtroſi ex vi imaginationis maternæ, inter eos fetus inteſtinis effuſis nudisque.

In *Comm. Lit. Nor.* 1743. *hebd.* 8. de partu ex duobus infantibus per occurrentes pelves coaleſcente.

In appendice *E. N. C.* 1737. *Franciſcus Antonius Ferdinandus* STEBLER de vampyris, ad depravatam imaginationem relatis.

In *Comm. Lit. Nor.* 1737. *hebd.* 1. 2. *Wolfgang Hannibalis* LANGE gravidæ feminæ inciſio: ovulum de ovario pendens.

Juſtinus David Frider. HAMMER *hebd.* 10. tres ventres in fetu aperti.

J. Ludw. HOMMEL, olim proſector noſter, varietates arcus aortæ expreſſit *hebd.* 21. Solers omnino inciſor, niſi eum mors immatura abripuiſſet.

Anno 1739. *hebd.* 16. muſculum uteri depictum dat.

Anno 1743. *hebd.* 10. duæ in eodem inteſtino imaginationes.

Ib. *hebd.* 36. duo exempla renis alterius in pelvem delapſi; cum vaſorum icone, etiam penis & veſicularum ſeminalium.

Eodem *Vol.* de communicatione inter venas crurales, renales, & uretericas.

Apud STÆHELINUM in theſibus a. 1751. editis oſtendit ſanguinem & aërem de matre in fetum & viciſſim pelli poſſe.

J. Conrad TRUMPH, Medicus Goslarienſis *hebd.* 33. Manus deformis.

In *Satyris Sileſiacis* anni 1737. experimenta exſtant facta catulis nuper natis, ſub aquam demerſis. Diutius vixerunt, quam canes adulti, pulmo vero aquam non recepit.

Deinde in *ſpec.* III. deſcribitur vir cum rima in perinæo, ſi fides eſt figuræ, androgynus, pene, clitoride, teſtibus & vulva præditus.

De fetu gravido.

Et de ranis caudatis.

In *ſpec.* IV. *Car. Wilh.* SACHS de barba a morte creſcente.

§. DCCCCXCIII. *J. Godſchalk* WALLERIUS. HANOWIUS. ZINANNI.

Cl. WALLERIUS phyſicen equidem magis coluit & chemiam. Aliqua tamen ad rem noſtram contulit.

In *Act. Lit. Suec.* 1737. exemplum adtulit, ubi urina omnino in ſanguinem rediit, & ſuis dotibus conſpicua per vaſa ſalivalia egeſta eſt.

In *diſp. de utilitate philoſophiæ naturalis in medicina* Upſal. 1748. 4.* aliqua huc faciunt.

EJ. *De ſiti naturali & morboſa* Upſal. 1746. 4.*

EJ. *De convenientia microcoſmi cum macrocoſmo* 1764. 4.

In *Comm. Acad. Reg. Scient. Suec.* T. XXI. duobus libellis agit de terra animali. Vitreſcentem eſſe in humoribus, ut in vitello & albumine ovi: calcariam in teſtis, tamen ut ejus pars vitreſcat. Sanguinis bubuli terra vitreſcit, cornuum terra calcaria eſt. Calx animalis difficulter liqueſcit.

In *hydrologia eller waturiket* Stokholm 1748. 8.* Gallice Paris 1753. 8. 2.Vol. humores animales in ſex claſſes diviſit, noſtras, præter quas ſanguinem & ſpiritus numeravit.

Michael Chriſtoph. HANOW, Prof. Gedanenſis, *erläuterte Merkwürdigkeiten der Natur* Danzig 1737. 4.* Hebdomariæ a. 1736. prodierant ſchedulæ phyſici argumenti. Inter ea eſt volatus hiſtoria cum inſtrumento, etiam cum anatome. De hominum incremento & decremento. De voce animalium.

Deinde ab a. 1739. cum titulo *Danziger Erfahrungen und Nachrichten* multæ philyræ prodierunt, quas denique *J. Daniel* TITIUS præfixo titulo *Seltenheiten in der Natur und Oeconomie* conjunctas edidit Lipſiæ 1753. 1755. 3.Vol. 8.* Ejus collectionis tomus alter ad plantas pertinet, primus totus ad animalia & hominem. Pleraque auctor per menſuras & externum habitum expedivit. Multa & commoda ad faſtos emortuales adtulit. Monſtra aliqua, inter quæ puer abſque cerebro & cranio. Magna clitoris. Partus poſt matris mortem. Animalia inſoliti incrementi. Ovum geminum: ventriculus anſeris plumis ornatus. Cancrorum exuviæ, & lapidis cancri in ventriculum reſumtio. De polypis: eos utique prolem alere, eique de parte ſuæ prædæ cedere.

Tomus III. eſt priorum ſupplementum a. 1755. excuſum. Rariora animalium genera. Penna gemella; chelæ cancri difformes. Num polypi dudum noti fuerint. Ovarium percæ ſingularis fabricæ.

In diario *Verſuch und Abhandlungen der Naturforſchenden Geſellſchaft zu Danzig* T. I. vim quam flatus humanus in diſtendenda veſica & elevandis ponderibus

ribus exercet, per experimenta æſtimavit, argentum nempe vivum in tubulum flatu coegit promoveri, ita confecit, vim flatus tertiæ & quintæ parti preſſionis atmoſphæræ æqualem eſſe.

Deinde *phyſices elementa* WOLFIANA perficienda ſuſcepit. Eorum Tomus IV. ſ. ultimus Hall. 1768. 4.* prodiit, quo egit de regno animali. Animam putat corpus regere & ſtruere. Irritabilem naturam ſeparat a ſentiente, & poſt mortem ſupereſſe adgnoſcit. Motus vitales obſcuris animæ ſenſationibus tribuit. De ſenſibus in certis animalibus paucioribus. Microſcopica animalcula vera eſſe animalia. Nulla abſque ſenſu animalia eſſe. Denique anthropologia. Evolutio Cl. viro non diſplicet. Hybridibus animalibus fidem adjicit. De cerebri functionibus & reliqua phyſiologia.

Opuſcula a J. D. TITIO edita Hall. 1762. 4.* non puto huc facere.

Joſephi ZINANNI (vel GINANNI) *delle uove e dei nidi degli uccelli* Lib. I. Venez. 1737. 4.* & *oſſervazioni giornali delle cavallette*, una excuſæ. Ova multarum avium cum temporibus incubationis & excluſionis. Subinde avis aliqua deſcribitur. Locuſtarum plenior eſt hiſtoria, cum aliqua anatome, exuviis, venere, ovis. Multa in SCUFONIO corriguntur. Icones nitidæ.

EJ. *Opere poſtume* Venez. 1755. fol.* Plantas equidem ſolas titulus promittit, centum & quatuordecim tabulis æneis expreſſas. Cum vero earum permultæ ſint de claſſe zoophytorum, omnino Cl. viri contra nuperorum polyporum ſyſtema objectiones audire oportet. Corallia plantas eſſe, quarum fibræ utique a trunco ad ramos non interruptæ continuentur. Flores MARSIGLIANOS eſſe verrucas ſeptem glandulis conſpicuas, quarum quæque ſex ſtrias habet, & una media major eſt. Ex quaque verruca tubulos continuos in planta intima continuari, de quibus aquam & demum lac exprimas, & eas omnes verrucas in cortice cohærere. Ab Eſchara marina Imp. ſe ramos deciduos ad Sempervivi modum vidiſſe vegetare.

§. DCCCCXCIV. F. M. DISDIER.

Franciſcus Michael DISDIER, Chirurgus, & in Academia pictorum inciſor. *Hiſtoire exacte des os, où deſcription complette de l'oſteologie* Lyon 1737. 12. 1745. 12.* 1750. 12.* 1759. 12. 1767. 12. hic plenius cum triginta non optimis tabulis (PORTAL) quæ in mea editione nullæ ſunt: ipſum compendium bonum, ad ſenſum WINSLOWI. Belgice Roterdam 1770. 8.

EJ. *Sarcologie, ou tr. des parties molles; 1. partie myologie* Paris 1748. 12.* Minus bene quam reliqua volumina.

EJ. *Sarcologie, ou tr. des parties molles; 2. partie ſplanchnologie* Paris 1753. 12. 2. Vol.* Pleraque iterum ex WINSLOWO: Coli valvulam habet pro ſphinctere. Hepar pro varia plenitudine inteſtinorum ſitu alio eſſe alioque. Hymenem defendit, & ſanguinem vidit ex uteri floccis fluentem. Pericardii unicam eſſe membranam. Falces cerebri ſe mutuo ſuſtinent & tendunt. Falx cerebelli dex-

dextrorſum declinat, ut ſiniſtra cavea major ſit. Rimam membranæ tympani RIVINIANAM admittit. Quatuor, & nimis adeo multos, muſculos mallei habet.

EJ. *Sarcologie &c.* P. III. *deſcription exacte des vaiſſeaux du corps humain* Paris 1756. 12.* Arteriæ non emendatiſſimæ, & fere WINSLOWIANÆ. Recurrentes cubiti quatuor. Bronchiales arteriæ ad auriculas cordis ramos dant. Pelvis arteriæ aliquanto meliores, quam WINSLOWIANÆ.

P. IV. *de nervis* & P. V. *de glandulis*; iſtæ non bonæ, cum imaginariis glandulis ſeparantibus humorem aqueum &c.

Horum eorundem operum compendium eſt *deſcription ſuccincte des viſceres, des vaiſſeaux, des nerfs & des glandes* Paris 1753. 12.* pro tironibus ſcriptum.

EJ. *Expoſition anatomique, ou tableaux anatomiques de differentes parties du corps humain executées par* ETIENNE CHARPENTIER Paris 1758. fol.* Tabulæ ſunt triginta, pleræque ex EUSTACHIO & aliunde compilatæ, nulla auctori propria, & muſculi ſubcutanei leviter pro pictoribus aut ſtatuariis indicati. An has vult PORTAL p. 293.

§. DCCCCXCV. *Chriſtian Gottlieb* LUDWIG,

Lignicenſis Sileſius, HEBENSTREITII in itinere Africano comes, inde Profeſſor Lipſienſis, amicus noſter, quem non dudum amiſimus, totum artis medicæ ambitum ſuis operibus illuſtravit.

Præſide WALTHERO diſputavit *de deglutitione* Lipſ. 1737. 4.*

EJ. eſt *de vomitu navigantium* 1738. 4.*

EJ. *De tunicis arteriarum* 1739. 4.* Non deponere in cerebro tunicam muſcularem.

EJ. *De cuticula* 1739. 4.* & in *noſtris ſelectis*. Pro theoria BOERHAAVIANA.

EJ. *Decas quæſtionum* 1740. 4.* Pleraque phyſiologici ſunt argumenti.

EJ. *De glandularum differentia* 1749. 4.*

EJ. *Panegyricus* WALTHERO *diebus* 1747. 4.*

EJ. *De ortu & ſtructura unguium* 1748. 4.* quam diſſ. recudimus. Reticulum MALPIGHII abire hic in celluloſam telam. Tendines extenſorum tenui propagine in unguis radicem produci, & in ipſam cutem. Ab indurato perioſteo fila aliqua in unguem exire.

EJ. *De humore cutem inungente* 1748. 4.*, quam etiam recudimus. Omnes pilos oriri ex pinguedine. Celluloſa adipe ebria ambit cylindrum pili, ut noſter aliquem adipem cum pilis per eadem foramina putet erepere.

EJ. *De victu animali* 1750. 4.*

EJ. *De cortice dentium* 1753. 4.* In acido liquore primam partem oſſeam ſolutam fuiſſe; demum corticem, in terram calcariam, educto glutine dilapſum. Is cortex jam adeſt, quo tempore dens intra gingivas latet, & in adulto homine perpetim nutritur.

EJ.

Ej. *De natura fibræ animalis elaſticæ per ejusdem geneſin & morbos declaranda* Lipſ. 1755. 4.*

Ej. *De phyſiologia per phænomena pathologico therapeutica illuſtrata* 1755. 4.*

Ej. *De callo femoris ejusque fractura* 1755. 4.* Articulum femoris in pelvi conſiderat & ejus ligamenta.

Ej. *Obſervata in femina, cui oſſa emollita erant* 1757. 4.* Caput naturalem firmitatem retinuerat, cum vertebræ & pelvis oſſa mollia facta eſſent, tum artuum; hæc etiam pertenuia.

Ej. *Obſervatio, qua bilis cyſticæ via declaratur* 1758. 4.* Bilem omnino in hepate naſci, inde per cyſticum ductum in ſuam veſiculam venire.

Ej. *De ſitu partium imi ventris præternaturali* 1759. 4. & *de cauſis ejus ſitus* 1759. 4.* In priori varietates potiſſimum inteſtinorum & omenti recenſit.

Ej. *De fallaci judicio vulgi ſuper vim imaginationis maternæ in fetu obſervatam* 1759. 4. quam rejicit.

Ejusd. *De ſanitate ſenili* 1759. 4.*

Ej. *De læſa oſſium nutritione.*

Ej. *De membrana epicrania muſculis in eam inſertis* 1760. 4.* Separat eam membranam & a frontali muſculo & ab occipitali, quos ipſos diſtinguit, & a tendinibus muſculorum extenſorum capitis ſuam membranam deducit, ad uſque jugum continuatam. In eam occipitales muſculi & auriculares ſe inmittunt.

Ej. *Obſervationes quædam angiologicæ* Lipſ. 1764. 4.*

Ib. 1767. *duæ arteriæ radiales*, quarum altera ab interoſſea alias ex axillari. Non magni facit recurrentes, quas tamen deſcribit.

Ej. *De plexibus nervorum abdominalium atque nervo intercoſtali* 1772. 4.

Majores etiam aliquos libros edidit. *Inſtitutiones phyſiologiæ* prodierunt Lipſiæ 1752. 8.* in uſus auditorii ſui. Univerſum corpus ex celluloſa tela fieri; nullum in thorace aërem eſſe; coſtas etiam ab internis intercoſtalibus muſculis detrahi: retinam ſedem eſſe viſionis: amnii liquorem alere. Porro vaſorum ſanguineorum contractionem ad circuitum ſanguini requiri: novas fibras ex concreſcente ſucco gelatinoſo generari; utique oſcillare fibram nerveam; proprias eſſe vias ſudoris. Icones etiam phyſiologicas addidit.

Nuper cepit edere *adverſaria medica*. In eorum *adverſariorum* parte II. appendices inteſtinorum dixit.

In P. III. de evolutione partium firmarum & fluidarum corporis humani, harum etiam potiſſimum.

P. IV. de errore loci ſeri ſanguinis in alios ductus ſecretorios abſcedentis. Spinæ dorſalis deſcriptio & deformationes.

T. II. P. I. de monſtris variis, quæ negat ex vitio maternæ imaginationis naſci. A defectu alimenti ſæpe provenire.

P. II. de ſpina dorſi naturali & deformi.

P. III.

P. III. progr. de oſſibus emollitis. GREDINGII obſervationis ſuo loco dicemus.

In T. III. P. I. de viribus corporis humani, fibra ejusque contractione, atque ex ſuccis gelatinoſis compactione.

In P. II. de reſorbtione ex tela celluloſa.

In *Medicinæ forenſis inſtitutionibus* Lipſ. 1765. 8.* aliqua huc faciunt; pulmonum experimentum, cui L. multum tribuit. De partus temporibus. Neglectum funiculi vinculum funeſtum eſſe.

Commentarios etiam cepit ab a. 1752. edere de rebus in ſcientia naturali & medica geſtis. In iis præter librorum indicia etiam paſſim adnotationes aliquæ & demum Cl. virorum vitæ reperiuntur. Prodierunt tomi XIX. cum parte XXmi & duobus ſupplementis.

In *Epiſtolis* ad me datis n. 169. negat dari duos fibrarum cordis ductus. In *Ep.* 176. de corpore reticulari agit, quod viſci ſimile ſit & ad pigmenti modum diffluat, ab alcohole tamen confirmetur. In Ep. 183. de muſculo epiglottidis a ſtylopharyngeo nato, quem WALTHERUS viderit. Contra funiculos, quos WINSLOWUS dixit a gula ad diaphragma ire (ramo nervi phrenici.) Teſticulum alterum nullum & tantum veſtigium fuiſſe epididymidis. Zygomaticum minorem nullum fuiſſe, ſed faſciculum utique SANTORINI ab orbiculari palpebrarum deſcendentem, & cum inciſſore muſculo coeuntem. Corrigator ab orbiculari diverſus & a frontali. Faſciculus a ſtylopharyngæo ad tonſillam. Chorii laminæ. Camera oculi poſterior æqualis anteriori.

§. DCCCCXCVI. *Andreas* PASTA. *Alii.*

PASTA, MORGAGNI diſcipulus, Medicus Bergomenſis. EJUS *epiſtolæ duæ, altera de motu ſanguinis poſt mortem, altera de cordis polypo in dubium revocato* prodierunt Bergomi 1737. 4.* In priori epiſtola agit de motu ſanguinis etiam poſt mortem per ſuum pondus acti, ut ſe in partes inferiori loco ſitas conferat. Experimenta habet in canibus & in humanis cadaveribus facta. Hæc breviter, fuſiſſime vero in polypos ante mortem natos ſua dubia profert.

EJ. *Diſcorſo intorno al fluſſo di ſangue dall' utero delle donne gravide* Bergomi 1748. 8.* Eas hæmorrhagias eſſe a ſanguine arterioſo de oſtiis erumpente, quæ effundendo ſanguini menſtruo deſtinata ſint. Non vult hæmorrhagias parturientium educto fetu levari.

Recudi fecit hoc opus 1751. 8.* multo auctius. Ex ſanguinis coacti fere grumis fieri molas & polypos. Cum RUYSCHIO vetat ſecundam violenter evellere, & naturæ auxilium mavult exſpectare.

EJ. Diſſ. *ſopra i meſtrui delle donne* Bergomi 1757. 4.* Fuſe de menſibus. In Italia minus præcoces eſſe puellas. Pro plethora cæterum & contra fermentationem. Menſes vetularum periculo non carere. Pleraque practica.

J. Franciſci le FEVRE, Profeſſoris Veſuntini, *opera* Veſuntione 1737. 4. 2. Vol.* In primo tomo de venæ ſectione agit, SYLVAM fere ſecutus, & per eam

eam venæ ſectionem ſanguinem in ea corporis parte ait accelerari, cujus vena inciditur. In altero integram phyſiologiam tradit, BOERHAAVIUM fere ſecutus.

Jean BANIERES *de la lumiere & des couleurs* Paris 1737. 12. De oculi fabrica, viſu, coloribus chamæleonis, quos ad ſpeculi modum a reflexis corporum vicinorum coloribus naſci putat.

BOUILLIER *Eſſai philoſophique ſur l'ame des bêtes* Amſterd. 1737. 12. 2.Vol.

Chriſtian Philipp BERGER's *Verſuch einer gründlichen Erläuterung merkwürdiger Begebenheiten in der Naturhiſtorie* Lemgo 1737. 8.* De homine, cui ex odore medicamenti alvus ſolvebatur: de lacte pro menſtruis fluente. Num ſuperfetatio locum poſſit habere. Vampiros eſſe morbum epidemicum.

VALISNERII etiam opus de generatione vertit & notas adjecit.

EJ. *Abhandlung vom Umlauf des Geblüts, welchen* HARVEJUS *gefunden* Frankf. und Leipz. 1737. 8. GUNZ. (annon J. G. NEUMANN.)

Charles FONTENETTES, Medici Pictavienſis, diſſ. *ſur une fille de Grenoble, qui depuis quatre ans ne boit ni ne mange* Poitiers 1737. 4. unicum folium. Alium annum lego, & puto rectius, 1747. 4.

Opus neotericum medicum de adſtricto & laxo juxta HIPPOCRATIS *mentem*, SANCTORII *obſervationes &* BAGLIVII *experimenta* Valent. 1737. 4. CHIV.

Ant. Ludovicus MEDINA Y CAMPION, Medici Hiſpalenſis, *Triumfo della major doctrina i carta apologetica contra la diſſertation de la nutricion del cuerpe humano eſcrita por D. Manuel de* YGLESIAS Madrit 1737. 4.

Didacus ZAPATA *y* BALLESTEROS *reſpueſta critico phyſiologica anatomica, nel impreſſo intitulado triumfo de la major doctrina en defenſa de la diſſertacion de D. Manuel de* YGLESIAS Hiſpali 1737.

PLAN *d'une hiſtoire generale des maladies, ou l'on rendra raiſon de tous les changemens, qui peuvent arriver au corps humain* Beziers 1737.

Anatomy epitomiſed Lond. 1737. 8.

Franc. Joſeph OVERKAMP *ſyſtema theoretico practicum* Nürnberg 1737. 8.

EJ. *Mechaniſmus ſ. fabrica inteſtinorum tenuium* Würzburg 1745. 4.*

EJ. *De mutatione eſculentorum & potulentorum* Würzburg 1743. 4.*

EJ. *Collectio diſputationum inauguralium Lugduno Batavarum* Francofurti 1767. 4.* Inter eas anatomicæ bene multæ, etiam HERMANNI BERNARDI *de eo quo differt circuitus ſanguinis fetus, ab illo hominis adulti*, ſed neglexit editor annos addere.

§. DCCCCXCVII. *Diſputationes.*

J. Matthiæ GESNER, viri eruditiſſimi. ψυχαι HIPPOCRATIS Götting. 1737. 4.*

& in Comment. Göttingenſibus. Ex L. de diæta primo ſeminum per univerſum diſperſionem, introitum in corpus animale, evolutionem in animal, regreſſum in mundum inviſibilem doctiſſime exponit.

Chriſtian Andreas KOCH *de proportione ſolidorum ad fluida in corpore humano* Götting. 1737. 4.*

Nicol. Wilhelm CUHN *de lacte inſonte* ib. 1737. 4.*

Gunth. Ant. Heinrich ALBRECHT *de natura ſe ipſam nunc vindicante, nunc deſtruente*, ib. 1737. 4.*

Heinrich Gottlob KESLER *de tono partium corporis humani* Pr. SCHULZIO Hall. 1737. 4.*

Georg. Philipp. WILL *de uſu lactis antidoto* Altdorf. 1737. 4.

J. Jac. KIRSTEN *de phyſiologiæ ortu & progreſſu* Altdorf. 1737. 4.*.

EJ. *De nutritionis impedimentis* Altdorf. 1742. 4.*

EJ. *De exſiſtentia liquoris gaſtrici, imprimis contra* LIEUTAUD ib. 1764. 4.*

EJ. *De uvula ejusque uſu* 1764. 4.*

Gottlieb FRIDERICI *monſtrum humanum rariſſimum* Lipſ. 1737. 4.* Hernia ingens cerebri & pedes contorti.

J. Jac. RITTER, amici noſtri & diſcipuli, *de poſſibilitate & impoſſibilitate abſtinentiæ a cibo & potu* Baſil. 1737. 4.* Contra hiſtoriolam *Chriſtinæ* KRAZER.

EJ. De fetu cum exomphalo nato *Eph. Nat. Cur. Vol.* VI. *obſ.* 12.

Vol. VIII. *obſ.* 88. iterum de exomphalo congenito.

J. Wolfgang TRIER *de vita fetus humani in utero* Francof. ad Viadr. 1737. 4.

Jac. de MAFFE' *de oculi conſtructione* Leid. 1737. 4.* Ex ALBINI placitis.

R. FORSTER *de homine ut perpetuo mobili* ib. 1737. 4.

Theodori ABEL diſp. *de vomitu* ib. 1737. 4.

Guil. CADOGAN *de nutritione, incremento & decremento corporis* ib. 1737. 4.*

J. van den BERGH *de mammis* ib. 1737. 4.

Joſ. Moſes BENDIEN *de renibus eorumque adfectibus* ib. 1744. 4.*

Mich. BENEDICTUS *de ventriculo humano* ib. 1737. 4.*

Henrici DOORSCHOOT *de lacte* Leid. 1737. 4.* & in *ſelectis*: habet GAUBII egregiam lactis analyſin.

J. BARTSCH, infelicis in Surinamiam peregrinatoris, *de calore corporis humani hygraulico* Leid. 1737. 4.*

J. Honorati PETIOT *univerſæ phyſiologiæ conſpectus mechanicus* Monſp. 1737. 8.* præſide *Ant.* FIZES. BOERHAAVIANUS.

In *animadverſionibus* eod. anno editis *Franc.* LAMURE exprobat, ex meis operibus ſuas ſumſiſſe prælectiones p. 31, quod ego nolim adfirmare.

Ej. *Ergo conficiendæ bili a meſenterio oleum, ex fæcibus liquor alcalinus* Pariſ. 1752. 4. Pr. MILLIN *de la* COURVAULT.

MONRO (puto JOHANNIS) *oratio* HARVEJANA Londin. 1737. 4.

Lud. Jac. PIPEREAU & *Laur.* FERRET *E. ſolus nervorum liquor alibilis* Pariſiis 1737.

Gabriel Anton. JACQUES & *Ant.* FERREIN *Non ergo ſanitas a ſolidorum & fluidorum æquilibrio* Pariſ. 1737. 4.*

Claud. de la VIGNE & *Mich. Philipp.* BOUVART *E. perſpirationi & ſudori reliquæ excretiones vicariæ* Pariſ. 1737. 4.*

J. Damian CHEVALIER & *Caroli* DIONIS *E. a diverſa cauſa moventur cerebrum & dura meninx* Pariſ. 1737. 4.

Cl. BRUNET & *Mich. Joſ.* MAJAULT *E. a diverſo glandularum ſitu ſecretiones diverſæ* Pariſ. 1737. 4.* Ex ſitu glandulæ ſanguinem lenteſcere poſſe, quo levior in ea humor ſecernatur, & viciſſim.

Cl. Ant. RESTARD & *Mich. Philipp* BOUVART *Non ergo aptiores ſunt ad reſtaurandum ſeniorum animalium carnes* Pariſ. 1737. 4.*

Emanuel Mauritius DUVERNEY & *Ged. du* RABOURS *E. tritus chyloſin juvat* Pariſ. 1737. 4.

§. DCCCCXCVIII. *Diaria anni* 1738.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1738. D. BAZIN ad anatomen erucarum aliqua confert. Negat perire oleo inunctas, cordis motum deſcribit.

Ej. ſunt *obſervations ſur les plantes, leur analogie avec les inſectes, l'accroiſſement du corps humain, & la cauſe pour laquelle les bêtes nagent naturellement* Strasb. 1741. 8.* Pro evolutione & ovis. De fiſtulis ſpiritalibus inſectorum & malis, quæ earum obſtructionem ſequuntur. Contra circuitum humorum in inſectis. Calor piſcium ad thermometrum demenſus. De natatu & incremento animalium.

Ej. *Hiſtoire des abeilles, & hiſtoire des inſectes* Paris 1747. 1751. 12. 4.Vol.* & ipſum excerptum ex REAUMURIO. Apes ſolitariæ maſculæ ſunt & feminæ. Bombylii, ut vocant, tres apum ſexus retinent. Sic veſpæ. Mater primas parit operarias. Culicis branchiæ, quas deponit, quando ex aqua emerſit. Inſtrumentum ſonorum cicadarum. Libellarum ſingularis venus. Aphides virgines pariunt. Erucarum evolutio, anatome, phyſiologia. Medulla ſpinalis oſcillans; proboſcidis mira fabrica.

Ej. *Lettres au ſujet des animaux appellés polypes* 1745. 12. PORTAL.

In ead. *Hiſt. Acad.* 1745. *Comes de* BIEVRE de placenta in utero retenta.

In *Comm. Lit. Nor. hebd.* 4. *Conradus Dietericus* BRUNS articulationem coſtarum cum ſterno pro re nova deſcribit.

Hebd. 45. Anonymus de lunæ in corpus humanum poteſtate.

D. G. MESSERSCHMIDII accurata anatome cameli Bactriani reperitur in *Comm. Acad. Petrop.* T. X. *anni* 1738.

§. DCCCCXCIX. *Franciſcus* BOISSIER,

Gallorum more dixit ſe a villa DE SAUVAGES. Aletenſis, Profeſſor Monſpelienſis, jatromathematicus, STAHLII ſectæ acriter addictus, ut tamen plerumque mitiori ſtylo adverſarios refutaverit, olim HAMBERGERI per multos annos amicus. EJUS numeroſiſſima ſunt vel opera vel opuſcula.

EJUS *theoria febris* Monſpel. 1738. 12. Neapoli 1740. 8. Gallice excuſa cum HALESII *hæmaſtaticis* Genev. 1743. 4.* Vires cordis metitur, negat poſſe a nervis eſſe, quorum liquor ſuam celeritatem ab ipſo corde habeat, longe minorem, quam quæ contractionem cordis producere valeat. Oſtendi olim, Cl. virum omittere vires ſtimuli, qui in corpore animali motus producit multo majores, quam a pondere & velocitate corporis ſtimulantis ſperes. Rectius refutat theoriam BELLINI, qui velocitatem ſanguinis, per obſtructa vaſa non fluentis, in vaſis liberis augeri docebat ex neceſſitate mechanica. Sed idem phænomenon a corde minus depleto pendet, hinc acrius ſtimulato, & perinde violentius in obſtructa vaſa inſurgente. His vero aut ignoratis, aut rejectis, nihil ſupereſt noſtro, niſi ad animam confugere.

EJ. *Theoria inflammationis* Bourg S. Andeol 1743. 12.* & ipſa recuſa eſt cum *Stephani* HALES *hæmaſtaticis* Genev. 1743. 4.* Iterum BELLINIANAM ſanguinis ab inflammatione accelerationem refutat. Experimenta recenſet facta ad computandam ignis in ſerum ſanguinis efficaciam. Pulſus theoria; dilatationem arteriæ ab impulſo ſanguine facit perexiguam, quod non reſpondet experimento in vivo animale capto. Sic reliqua ſymptomata inflammationis mechanice interpretatur. Febrem eſſe optimum remedium obſtructionis. Non a ſtimulo cor accelerari. Aeſtimatio preſſionis lateralis. Obſtructio vim cordis minuit, & celeritatem in trunco. Ex trunco & ex ramis eamdem ſanguinis copiam exire.

EJUSD. *Somni theoria* Monſpel. 1740. 4.*

EJUSD. *Diſſ. in qua vulgatæ de febrium cauſis hypotheſes examini ſubjiciuntur* Monſpel. 1740. 4.*

EJUSD. *Motuum vitalium cauſa* Monſpel. 1741. 4.* Eadem, quæ & alibi pro origine eorum motuum ab anima argumenta.

EJUSD. *Adnotationes ad hæmaſtatica Stephani* HALES Genevæ, ut dixi, excuſa Gallice 1743. 4.* Italice vertente *Angela* ARDINGHELLI. KEILII, JURINI, HALESII calculos conciliat, quibus hi viri potentiam cordis exprimunt. Arteriarum contractiones ad tertias reducit. Adhæſiones humorum animalium per experimentum metitur. FERRENII de vaſis pulmonum hypotheſin refutat; venas in vitulo putat eſſe valvuloſas. Arteriæ dilatationem computat, quam facile credas aortæ dilatationi æqualem eſſe; nam & dexter ventriculus debilior eſt,

eſt, & pulmonalis arteria. A contractis vaſis calorem non augeri (utique ſi frictioni debetur, & pulſuum idem eſt numerus). Maximam ad accelerandum pulſum in corde actionem requiri.

Ej. *De vaſorum capillarium ſuctione* 1747. 4.* Eam diſp. *Joſephus* Brun reſp. ſibi tribuit.

Ej. & *des* Hais *de hemiplegia per electricitatem curanda* Monſpel. 1749. 4.* Cauſa motus in animale eſt anima, primum inſtrumentum ſuccus nerveus electricus: cum ex diſſecto nervo conus lucidus erumpat. Senſus eſt refluxus nervei ſpiritus. Motus acceleratio per voluntatem nata. In agendo fibras nerveas electricam vim expertas a ſe invicem recedere. Muſculum excitata electricitate contrahi, & ſua actione defungi.

Ej. Diſſ. *ſur la nature & la cauſe de la rage* Toulouſe 1749. 4.* 1759. 4.* & inter *chefs d'oeuvres*. Venenum canis rabidi humores noſtros ſpiſſare; electricum eſſe ut ſpiritus nervei, horum motum augere, ſenſum adeo incitare, ut fere intolerabilis ejus ſit efficacia.

Ej. *Conſpectus phyſiologicus* Monſpelii 1751. 4. *R. Ludovico Honorato* Soullier. *Franciſci* eſt Lamure, etſi titulus noſtrum nominat.

Ejusd. *Pulſus & circulationis theoria* Monſpel. 1752. 4.* Admittit fibras in arteriis rectas, quæ reſectam arteriam retrahant. Arteriam aortam anterius duriorem eſſe. Motus venarum a reſpiratione. Vaſa minora pariter & tenuiora fieri & anguſtiora. Muſculum utique majore portione contrahi, quam ex calculis poſitis ſequatur. Summam luminum omnium arteriarum tantum octuplam eſſe luminis naſcentis arteriæ aortæ. Auriculas factas eſſe ad minuendam reſiſtentiam redeunti ſanguini a corde oppoſitam. Cor prius dilatari, quam ſanguine diſtendatur. In ſyſtemate truncum vaſculoſum plus dare aquæ, quam ramorum ſummam, & minus aliquanto, ſi pars ramorum claudatur. Non pulſare venas, quia celeritas ſanguinis nunc deſiit minui.

Ej. Diſſ. *ſur les medicamens qui affectent certaines parties du corps humain plustôt que d'autres & ſur les cauſes de cet effet* Bourdeaux 1752. 4.* a Manetto etiam italice verſ. & in *chefs d'œuvres*. Effectus medicamentorum pendere ab anima, ut ſuum bonum quærente. Mechanice agere per adhæſionem, quæ eſt in ratione punctorum contactus. Maxime agere medicamenta in ea viſcera, quorum pondus medicamenti ponderi proximum eſt. Latine prodiit Lipſiæ, *de medicamentis, quæ certas partes corporis humani præ aliis adficiunt* Lipſ. 1755. 4.*

Ej. & *Rudolfi Jeremiæ* Raisin *embryologia* Monſpel. 1753. 4.* Multa peculiaria. Pondera viſcerum fetus comparata cum ponderibus viſcerum adulti hominis: omnia vero in fetu pro portione majora ſunt; caput duplum, cor inſigniter majus. Parum ſanguinis per pulmonem in fetu fluere: renes ſuccenturiatos veros renes eſſe, & verum ſecernere lotium, id autem venæ cavæ reddere.

Ej. *Theoria tumorum* 1753. 4.* De facilitate, qua fibra ſe extenſioni præbet; eo magis autem reſiſtere extenſioni quo magis eſt extenſa, & debere ut

 porro

porro extendatur, pondera augeri in majori ratione, quam extenſiones. Nervum minus ſe retrahere quam ſanguinea vaſa: minora vaſa facilius rumpi. Iterum non tumeſcere ligatam arteriam. Multum tribuit laqueis arteriarum nervoſis.

Inter *diſſertations ſur le mouvement des muſcles* Berlin 1753. 4.* excuſas, n. 20. videtur noſtri eſſe auctoris, ex electricis experimentis, ex repetito argumento a parvitate nervorum cordis, aliunde. Negat vinculum aortæ injectum paralyſin facere. Fila muſculoſa in contractione a ſe invicem recedere, ut in experimento viderit, poſtquam actionem electricam receperunt. Muſculum agentem ad partem decimam intumeſcere.

Diſſertation dans laquelle on recherche comment l'air ſuivant ſes differentes qualités agit ſur le corps humain Bourdeaux 1754. 4.* & in *chefs d'œuvres.* Cutem non ultra partem vigeſimam quintam abſque dolore diſtendi. Nullum in ſanguine eſſe aëris indicium. Non putat vivi poſſe in aëre, cujus calor ſanguinis noſtri calorem ſuperet. Duodecuplo pulmonis molem minui, ſi accurate inaniveris. Non valde in pulmone ſanguinem premi. Aërem thoracicum admittit. Pulmonem eſſe ſanguinis diverticulum.

Hanc & diſp. *de actione medicamentorum Xaverius* MANETTI Florentiæ 1754. 4.* excudi fecit Italice verſas, notisque illuſtratas.

EJ. *Phyſiologiæ anatomicæ elementa* abſque anno edita mecum communicavit olim ILL. *J. Samuel de* BERGER. Non poſſe in machina aliam præter animam cauſam motus eſſe. Vires arteriarum ad venas faciebat nimias. Eamdem eſſe vaſorum in adultis & fetubus proportionem, numero vaſa in adultis ſuperare. Cæterum ſectio tantum prima erat de fibris & vaſis. Inde, ut puto, nata ſunt *Phyſiologiæ elementa* edita Avenione 1755. 12.* Non adgnoſcit equidem hoc opuſculum Cl. AUCTOR: conſentiunt tamen ejus & FRANCISCI noſtri hypotheſes. Utique reperias menſuras & pondera iisdem numeris expreſſa; utique animam pro cauſa motus habet. Vivas vires per quadrata velocitatum metitur. Fibram ventriculi rumpi, ſi ad ſeptuplum extenderis: ſerum ſanguinis rubro cruore gravius eſſe. Venas quintuplo arteriis debiliores eſſe. Arteriam pulmonalem vena ſodali minorem eſſe. Maximum ſanguinis de corde expulſi ſaltum a minimo non valde differre. Valde decreſcere celeritatem ſanguinis per vaſa minima moti. Fibras cordis rectas admittit, & coſtas ab internis intercoſtalibus deprimi. Sanguinem in pulmone parum condenſari. Duplo plus humoris per pulmonem exhalare, quam per cutem. Fuſe ſpiritum eſſe electricum: medullam cerebri leviſſimam inter partes corporis. Omnes muſculos perinde irritabiles eſſe & robuſtos. Muſculos ſpontaneos etiam a voluntate moveri. Cerebelli nullam eſſe prærogativam. Secretionem ex theoria HAMBERGERI exponit: Vaſcula ſecretoria in fetu nihilo eſſe minora quam in adulto. Semen maſculum viſcidos humores ovuli reſolvere. Erectionem panis eſſe a ſanguine arterioſo uberius irruente. Inſtinctum eſſe facultatem cognoſcendi individua per ideas confuſas.

EJ. *De reſpiratione difficili* Monſpel. 1757. 4.* Celerius inſpirationem perfici,

fici, quam exſpirationem. Pro cauſa detumeſcentis inter inſpirandum cerebri ſanguinem in pulmonem receptum habet. De neceſſariis viribus ad efflandum, quando glottis anguſtior eſt.

Ej. *Theoria doloris* Monſpel. 1757. 4.*

Ej. *De aſtrorum influxu in hominem* ib. 1757. 4.

Ej. *De viſione* ib. 1758. 8.

Ej. *Theoria convulſionis* 1759. 4.* Convulſiones & ab anima eſſe, & ad proprios fines cieri, etſi obſcurus ſenſus ejus eſt mali, cui ſuperando deſtinentur. Vim vivam tamen a mortua ſeparat.

Ej. *Pathologia methodica*, *ſ. de cognoſcendis morbis* Editio III. omiſſis prioribus Lyon 1759. 8. 12.*, & multum auctius *Noſologia methodica &c.* Genevæ 1763. 8. 5.Vol.* Iterum pro animæ poteſtate pugnat etiam ſpontaneos motus regente. Quamque etiam corporis partem ſibi convenientia curare, noxia depellere vult. Mechanicam theoriam pene ſpinoſiſmi ream facit. Irritabilitatem omnino cum elatere & cum ſentiendi facultate confundit. Iterum arteriam ligatam negat intumeſcere. Venæ inciſionem utique ſanguinis per arterias ejus partis motum accelerare. Omnem machinam $\frac{23}{27}$. ſui motus amittere, quod de fibra humana dici omnino nequit. Animam vires non prodigere, & ad actiones vitales ſervare. Pulſum in valde ſenibus inſigniter lenteſcere. Iterum motum cordis non eſſe a ſpiritibus, cum ſanguis in cerebro 5230. lentius moveatur, quam in oriente aorta. Pulſus bene numerat. In pleuritide pleuram non pati. Corticem cerebri inſenſilem eſſe. Iridem irritatam non contrahi. Nullas in retina venas eſſe.

Nupera & poſthuma editio Lyon 1768. 4. 2.Vol.* paſſim aucta eſt curante *J. Antonio* Cramer.

Ejusd. *De animæ imperio in cor* Monſpel. 1760. 4.* In Cl. Eberhardum. Iterum Catholicum medicum non poſſe non Stahlium ſequi. Omnem ab anima motum eſſe. Reſiſtentiam cordis vires minuturam fore, niſi animæ voluntas eas intenderet. Contra vim ſtimuli. Contra theoriam irritabilitatis; hic aſpere. Animam, ut Stahlius, ſapientem facit.

Ej. *De ſuffuſione* ib. 1760. 4.* Maculas ex conſuetudine evaneſcere; hanc eſſe cauſam, cur in Mariotti experimento nullam videamus maculam. Rete arterioſum pulſans retinæ. Coruſcatio a ſpirituum electricorum oſcillatione. Canalem Petiti ſpiritibus repleri.

Ej. *De amblyopia* 1760. 4.* Hic de viſu nocturno a tenerrima retina, & diurno ob retinam obtuſe ſentientem; de myopia diſſertatio.

Ej. *De anima rediviva* ib. 1761. 4.

Ej. *De viribus vitalibus* Monſpel. 1769. 4.* Non citatur in *vita auctoris*.

In *Mém. de Montpelier* 1743. 4.* de aëre in ſanguinem reſorbto agit, qui prius in humoribus noſtris diſſolutus ſit.

In

In *Mém. de Montpelier* 1745. agit de cancris, qui ſceletos nitidas parent.

In *Sw. Acad. Handlingar* T. XII. directionem obliquam muſculorum intercoſtalium externorum ad levandas coſtas optimam eſſe docet.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences de Berlin* T. XI. a. 1755. de legibus motus ſanguinis agit. Aortam ampliorem eſſe, quam KEILIUS fecerit; hinc celeritatem ſanguinis ad 50. pedes in minuto primo reduci. In minimis arteriis ſupereſſe vigeſimam partem celeritatis trunci. De pulſu in vaſis longis, etiam cylindricis. Nullam eſſe in venis preſſionem lateralem.

In *Journal de Medecine* 1755. T. II. reſpondet recenſioni ſuæ verſionis *hæmaſtaticorum*, quæ *in B. raiſonnée* T. 34. excuſa exſtat. Non vult animam cor regere tamquam muſculum voluntarium. Animam multos eodem tempore motus imperare: chordarum oſcillationes numerare, motus producere quorum non ſit conſcia. Irritabilitatis in mortuis effectus ſuperſtiti vitæ tribuit. Aſpere in WERLHOFIUM, qui in vim medicatricem animæ ſcripſerat.

In eodem *Diario* T. V. pugnat contra SCHREIBERUM, vim motricem animæ refutantem.

In *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* I. n. 36. quærit, quare in arteriis pulſus ſit, nullus in venis. Celeritatem a corde acceptam in ſanguine arterioſo eundo minui, celeritatem vero augeri, quam accipit a contractis arteriis: ita in minimis arteriis has duas potentias exæquari.

A morte viri edidit *chef d'œuvres de Sauvages* Cl. GILIBERT Lyon 1771. 12. 2. Vol.* Editor notas aliquas adjecit. Feminas debere ſuos fetus ſuo lacte alere: lac nutricis facile fetum morbis etiam turpibus inficere, & ei alioquin nocere.

Elogium IDEM addidit, tum RATTIUS proprio libello.

§. M. *J. Godofredus* BRENDEL,

Adami fil., *Godofredi de* BERGER nepos, noſter olim collega, Jatromathematicus, clinicus celebris & gratioſus. EJUS *de valvula* EUSTACHII lib. Götting. 1738. 4.* cum icone ejus valvulæ caudatæ.

EJ. *De Chyli ad ſanguinem publico privatoque commercio per venas meſaraicas non improbabili* 1738. 4.*

EJ. *De auris humanæ concha* 1747. 4.* Foramina ſinus auditorii pro nervis mollibus parata, cochlea, ſcyphus.

EJ. *De auditu in apice conchæ* Götting. 1747. 4.* & in *noſtris ſelectis.* Nempe de cochlea, cum iconibus. Nucleus ellipticus, cortex ejus & interior natura, ſcyphus ſupremi nuclei: in apice nervi nuclei auditum fieri.

EJ. *De pulſu febrili* 1747. 4.* I. II. eum pulſum per lineam curvam exprimit, ut lenteſcat in frigore, in æſtu acceleretur.

EJ. Progr. LEEUWENHOECKIANORUM *globulorum ſanguineorum rationes ſextuplas expendens.* Oſtendit non reſpondere numeros boni ſenis rigori mathematico. Progr. I. & II. prodiit Götting. 1747. 4.*

EJ.

Ej. *De phoſphoro urinario* 1747. 4.*

In J. A. BORELLI *propoſitionum* 41. L. II. Götting. 1747. 4.* cenſura.

Ej. *De maximo & minimo in corpore humano* 1747. 4.*

Ej. *De motu cordis* LANCISIANO *non plane improbabili* 1748. 4.* Cor non totum inaniri.

Ej. *Fabrica oculi in fetubus abortivis obſervata* Götting. 1752. 4.* Lentis cryſtallinæ corticem exteriorem rubere, aliquantum & vitreum corpus, tum retinam.

Collecta redeunt in *opuſculis mathematici & medici argumenti* Göttingæ 1769. 4.* a Cl. viro H. Aug. WRISBERG editis.

§. MI. *Varii.*

ROBERT SMITH's *compleat ſyſtem of optiks* Cambridg. 1738. 4. 2. Vol.* Gallice vertente P. PESENAS; etiam Germanice cum additamentis A. G. KÆSTNERI viri ill. Altenburg. 1755. Huc referas librum I. ſ. popularem, quo de lucis coloribus & lentium vitrearum uſu agitur. JURINIANA diximus.

Wilh. J. BURTON *treatiſe on non naturals* York 1738. 8.* Huc pertinet c. 6. de digeſtione ciborum ejusque organis: c. 7. de adfectibus animi: c. 5. de ſomno & vigilia; c. 4. de motu muſculari. BOERHAAVIUM ubique ſequitur.

Ej. etiam eſt *account of the life and writings of* H. BOERHAAVE London 1743. 8.*

ID. De fetu, cui urina exibat per ſpongioſum tumorem ſupra os pubis poſitum. In *Eſſays of Edinb.* T. V. P. I.

Ej. *Eſſay toward a new ſyſtem of midwifery* London 1751. 8.* Prima pars operis eſt anatomici argumenti, & deſcribitur fabrica partium genitalium, incrementum ovi humani & fetus. Menſuras dat pelvis; ſinus mucoſos uteri admittit; liquorem amnii negat alere, negat etiam placentam cum utero cohærere. Contra OULDII ſitum pueri in partu lateralem. Fetus per ſua incrementa, etiam aperto abdomine.

Placidi de PUZZOLIS l. *de organo viſorio* Rom. 1738. 4.* Ex BRIGGIO.

Petri ARTEDI *Ichthyologia*, edente *Carolo* LINNÆO Leid. 1738. 8.* Huc pertinet phyſiologia ichthyologica, in qua partes piſcium definiuntur, & horum adeo animalium anatome traditur. Deinde in ſpecierum piſcium deſcriptione paſſim etiam viſcera recenſa invenias.

Eliæ COL *de* VILLARS *cours de chirurgie dicté aux ecoles de medecine* in T. I. Paris 1738. 12.* continet anatomen & phyſiologiam; ſed plenam effervefcentiis & cribris.

Sic in *Dictionnaire François Latin des termes de medecine & de chirurgie* Paris 1741. 12.* partes corporis humani definiuntur.

In *Barbaræ* WIEDEMANNIN, obſtetricis Auguſtanæ, *Anweiſung chriſtlicher Hebammen* Augſpurg 1738. 8.* aliqua uteri anatome reperitur.

Alberti SCHULTENS *oratio academica in memoriam Hermanni* BOERHAAVE Leid. 1738. 4.* Summi phyſiologi & optimi viri bene meritæ laudes.

Traité de la communication des maladies & des paſſions la Haye 1738. 8.* Omnia ad corpus refert, quæ ſunt animæ, ipſam voluntatem & ſuperbiam. A lacte corrupto & morbos omnes & vitia oriri. Voluptatem eſſe deſiderium laxandarum fibrarum tenſarum. Vitia eſſe a fibris tenſis. Vaccæ lac materno præfert, ut quieti animalis, nulloque animi motu agitati. Auctorem lego dici *l'Abbé* MOREAU *de* St. ELIE (*y*).

A new eſſay on the nerves and the doctrine of animal ſpirits, by D. BAYNE alias KINNEIR London 1738. 8.* & ſecund. editum. 1739. 8.* Succum nerveum reſorberi inter fila nervorum parallela, ſic diſtendere nervos, ex ſua natura elatere deſtitutos. Nullos dari ſpiritus animales, qui ſenſuum ſint medium. Reliqua practica.

STUART'S *anatomy and ſurgery* London 1738 8.

Jeremie de POURS *le raccourciſſement des jours; ou examen, ſi en cet âge accourci nos jours peuvent être prolongés & accourcis, ou s'ils ſont determinés* Amſterdam 1738. 4. MARTIN.

Huc etiam poſſis referre *Guilielmi* KERSEBOOM *verhandeling tot en proeve om te weeten de probable meenigte des volks in Holland en Weſtvriesland* Haag. 1738. 4.

A. 1740. 4. acceſſit *obſervatien waarin getoont word wat is een gelyktydigkeit dewelke vereiſcht word in alle calculatien die tot voorwerp hebben de probable leevens kragt van perſoonen van eenigen voorgeſtelden ouder* ib. 1740. 4.

Derde verhandeling over de probable menigte des volkes in de Provincie van Holland &c. Haag. 1742. 4. cum prioribus duabus diſſ. Calculator: numerum hominum in Hollandia & Friſia occidentali æſtimat ad 980000: eos in claſſes ſecundum ætates partitur, ut erui poſſit, quot annorum ſpes ſit cuique ſupervivendi, & quantum adeo fenus erogatæ pecuniæ cuique poſſit quotannis ſolvi. Numerum civium prodire, ſi partus annuos per 35. multiplices. Conjugia 100. dare liberos 325. Puerum biennem vivere Londini annis 37. Londini etiam & Lutetiæ incolas noſter numerare tentavit, ſed omnino recte oſtenſum eſt in *Phil. Tranſ.* n. 450. baptiſmos Londinenſes multos omitti.

In B. RAIS. t. 34. p. 402. numerum incolarum urbis Romæ conputat, & æſtimat in univerſum ad 35plum nativitatum.

Ad eamdem quæſtionem pertinet *Vertoog bewyzende dat de faculteit, om de renten te mogen nemen op lyven by verkiezing zonder eenige diſtinctie &c.* 1737. 4. SÜSMILCH.

J. van der BUCH *Vervolg op de aantoning, wegens de faculteit geeving in de Holl. Lottery tot converſie van de dertig jaarige prysrenten en lyfrenten* Dordrecht 1738. 4. SÜSMILCH.

IDEM

(*y*) Penelope I. p. 83.

IDEM BUFFONII & HALLEYI calculos comparavit. Præfert priores tabulas, quæ ſpem vitæ metiuntur. Paſſim tamen BUFFONIUM lapſum eſſe.

Johannis L'ADMIRAL, pictoris, *icon duræ matris in concava ſuperficie viſæ* Amſterdam 1738. 4.* & in *convexa* ib. 1738. 4.* cum iconibus pictis; Arterias tenuiſſimas expreſſit, quæ nudo oculo meræ videntur maculæ.

EJ. *Icon membranæ vaſculoſæ ad infima acetabuli oſſium innominatorum* Amſterdam 1738. 4.* Hæc ex RUYSCHIO.

EJ. *Icon penis humani cera præparati* Amſterd. 1741. 4.* Sinus mucoſos exteriores MORGAGNO dicit ignotos. Auctorem non addit.

Bernard ROUTH *ſur la maniere d'inhumer les morts* Paris 1738. 12.

Poſſes *auream catenam Homeri* Lipſ. 1738. 8.* & alias excuſam huc referre, oſſ. hypotheſes de generatione.

Thomas SHAW *travels and obſervations relating to ſeveral parts of Barbary and the Levant* Oxford 1738. fol.* De mumiis veris pice conditis; de mumiis ex cadaveribus in arenis arefactis. Hyſtrices ſpicula non projicere.

§. MII. *Abraham* KAAUW,

Nepos ex ſorore BOERHAAVII, ab a. 1736. ſurdus, inciſor diligens & veterum lector adſiduus, Profeſſor demum Petropolitanus. EJUS *perſpiratio dicta* HIPPOCRATI *per univerſum corpus anatomice illuſtrata* Leid. 1738. 8.* Utiliſſimus libellus. Pleuræ nexus, ſaccos, celluloſas vaginas & productiones hic reperias; Pericardium; exhalationem in magna cava inque cellulas; integumentorum univerſalium anatomen, tum unguium, pilorum: inhalationem ex cavis majoribus, ex celluloſa iterum tela; folliculos ſebaceos, uterum: omentum, meſocolon, pericardium: vim contractilem veſicæ, ejus vim inhalantem, arteriarum vim exhalantem, tranſitum aquæ per ventriculi poros. Vaſa lymphatica pulmonis. Omenti duæ laminæ. Papillæ circa ductum STENONIS: vaſa lymphatica ventriculi; & modus, quo ea in univerſum conſpicua redduntur. Nerveas fibras transverſas muſculorum refutat. Ad aquam pericardii, ad vaſa cordis exhalantia, adverſus fibras ejus rectas &c. De modo, quo perioſteum ſe habet ad articulationes. Sed omnia, quæ bona habet, non poſſunt recenſeri.

EJUSD. qui nunc dicebatur KAAUW BOERHAAVE, *impetum faciens dictum* HIPPOCRATI *per corpus conſentiens obſervationibus & experimentis paſſim firmatum* Leid. 1745. 8.* Veterum de anima humana opiniones: hypotheſis peculiaris de hominis ex vermiculis ſeminalibus origine, de eorum animalculorum in epididymide ortu, exitu, partu: alia de venenorum operatione. Multa bona de fabrica & motu muſculorum, de nervorum motu, de effectu læſi cerebri ejusque partium, de ſomno & ſomniferis, de animi pathematibus. Fibram muſcularem non facit nerveam. Laqueis arteriarum nervoſis utitur ad exponendos effectus pathematum animi. De opii effectubus in cane. Experimentum HOOKIANUM. Pro evolutione. Paſſim meis uſus eſt (z).

(z) P. 429. 474.

In *novis Commentariis Academiæ Petropolitanæ* T. I. de hominibus pro androgynis habitis, etiam de ejus generis animalibus. Non dari veros androgynos, ſed mares eos eſſe, quorum fiſſa ſit urethra, aut feminas.

Ej. *Adnotationes anatomicæ.* Elephanti pericardium ad pleuram adnatum: idem inter duas laminas celluloſam telam habet. Ex ſpiſſato glutine celluloſam vitioſam generari. Duram cerebri membranam membrana vitio nata obductam fuiſſe.

In T. II. muſculi aliqui pectoris inſoliti.

In T. IV. de partium corporis humani cohæſione, digna tractatio: terra ſunt & gluten. Fibræ muſculorum ſemper rectæ, neque in iis quidquam ſimile nervorum. Omnia vaſa celluloſa tela obvolvuntur. Fibræ oſſium elephantinorum nihilo craſſiores, quam in aliis animalibus.

Ej. *Hiſtoria anatomica infantis cui pars corporis monſtroſa* Petropol. 1754. 4.* minute & accurate. Puer termino ſimilis, pede unico, nullis genitalibus, colo inteſtino in cæcum ſaccum terminato. A violentia aliqua malum ortum fuiſſe ſuſpicatur.

Ej. *Hiſtoria anatomica altera infantis cujus pars corporis inferior monſtroſa* Petropoli 1757. 4.* Pariter termino ſimilis, cæco inteſtino bifido. Muſculi alii proprii, alii varie deformes.

§. MIII. *Claudius Nicolaus* Le Cat,

Chirurgus Rothomagenſis, vir ingenioſus, minime diffidens ſibi, in hypotheſes novas pronus, in anatome alias inventis clarus, alias minus accuratus, acris cæterum adverſarius.

Ej. in *Hiſt. de l'Academie des Sciences* 1738. duæ ſunt obſervationes, altera de vena coronaria unica, in ſubclaviam inſerta; altera de azyga vena utrinque in quamque cordis auriculam inmiſſa, quæ adnotatio valde eſt improbabilis.

Ej. *Traité des ſens* Rouen 1740. 8. & eodem anno Amſtelodami cum titulo Rouen*, & 1742. 8. Pl. porro Amſterdam 1744. 8. 1760. 8. Quatuor priores ſenſus breviter dicuntur, neque figuras laudes narium, neque aurium, minus multo mirificam figuram baſeos cerebri, in qua originem nervi intercoſtalis, rete ciliarium nervorum, alia mire deformia & a natura aliena ſunt. Plura in oculo præſtitit. Membranam fuſcam intus ſcleroticæ tunicæ adplicatam primus dixit. Coronam ciliarem fieri nervoſis papillis. Multa optica experimenta fecit, eorum aliqua paradoxa. Anglice etiam prodiit.

Idem *Deſcription d'un homme automate dans lequel on verra executer les principales fonctions de l'œconomie animale, la circulation, la reſpiration* Rouen 1744. in *Mém. de l'Acad. des belles lettres, & des beaux arts de Rouen.*

Ej. *Recueil de pieces concernant l'operation de la taille* Rouen 1752. 8.* Huc pertinent tabulæ, quibus eæ partes humani corporis exprimuntur, quas neceſſe eſt incidere, ut calculus eximatur. In iis non probes, quod a latere tan-

ta pars proſtatæ adpareat, quod iſthmus urethræ anguſtiſſimus ſit, & ſubito plicatus, vaſa parciſſime expreſſa, urethra quaſi cellulis diviſa. Tela aponevrotica, quæ celluloſa dicatur. Ut inteſtina veſicam urgeant. Pavimentum aponevroticum pelvis.

In *Journ. des Sav.* 1750. Nov. epiſtola exſtat contra MEKELIUM ſcripta, qua ſuam baſeos cerebri iconem defendit.

Diſſ. qui a remporté le prix de l'Academie de Pruſſe ſur le principe de l'action des muſcles Berlin 1753. 4.* Hic iterum vera miſta incertis. Revinctam aortam paralyſin feciſſe, recte. Experimentum in nervo phrenico factum, eodem eventu, qui BELLINO tribuitur; hoc nimium. Spiritum animalem eſſe eumdem, qui ſpiritus rector plantarum, præter quem alius viſcidæ naturæ ſuccus in nervis ſit, qui idem herniam ſpinalis medullam replet, & in ſemine animalium redit. Fibras muſculorum intus celluloſas eſſe, & ex nervis fieri. Theoria motus muſcularis STENONIANA eſt, tantum ut anima propria vi liquorem nerveum rarefaciat, quo rhomboidea ſpatia repleat, & in rectos angulos obliquos illos mutet. Animam cominus id facere, non ex cerebro. Arteriam addere ſpirituoſi quid, quod in fibras effuſum dilatationem augeat. Aquam impulſam eo ipſo modo muſculum dilatare. Neceſſariam eſſe ad motum muſcularem connexionem cum corde. Eſſe in quoque muſculo penum ſpirituum, quæ aliquamdiu abſque reparatione ſuperſit, & motui faciendo ſufficiat. Ex membranis cerebri muſculorum oriri membranam, &c.: ultimum filamentum a pia matre factum eas fibras colligere.

Inde contra inſenſilem naturam duræ membranæ tendinumque, contra experimenta in brutis animalibus facta. Aliqui in vulneribus obſervati eventus, quos hypotheſi ſuæ putat favere. Hæc priusquam noſtra vidiſſet feſtinus præmiſit.

In *Mercure de France* 1756. varia. De ſomno. Obſervationes in polypis factæ.

In Collectionis FABRIANÆ *ſupplemento* addidit *diſſertazione ſeconda intorno la ſenſibilta della dura e pia madre &c.* Bologn. 1759. 4.*, neſcio an prius alibi excuſam. Cerebrum non dolere; Chirurgum *le* BLANC dolorem in ſua dura meninge percepiſſe. Aliqua pro ſenſu pericranii. Efflorescentem de pericranio carnem dolere, conjunctivam oculi tunicam ſentire, quod quidem ipſe docueram. De tendine incertum experimentum: ſic in capſula articulationis: alius CATII homo, dum magnus tendo diſſecabatur, nihil ſenſit, & in univerſum fatetur ipſe, ſæpe ſe nullum in iisdem partibus ſenſum reperiſſe, in quibus nullum repereramus. Nervum in latam membranam dilatatum ſenſum amittere. Contra irritabilitatem. Motus diſſecti cordis eſſe a ſenſitiva anima, quam Eccleſia adoptaverit.

Lettre à Mr. BIANCHI ibidem. Infuſo in tendines oleo vitrioli canes doluiſſe. Aliqua experimenta parum diſtincta.

In *Mém. de l'Acad. des Scienc. belles lettres & arts des* Rouen egit a. 1763. de ſomno.

Traité de l'exiſtence, de la nature, & des proprietés du fluide des nerfs &c. idem cum paulo priori opuſculum, paſſim auctum. Animam vegetabilem & corpoream atque mortalem neceſſe eſſe admitti. Adjecta eſt diſſertatio *ſur la ſenſibilité des meninges, des tendons, l'inſenſibilité du cerveau, la ſtructure des nerfs, l'irritabilité* HALLERIENNE Berlin 1765. 8.* Contra noſtra, quæ manifeſto non vidit, toties & Gallice excuſa. Multa nobis tribuit, nunquam a nobis prolata, & noſtras reſponſiones ubique aut ignorat aut prætermittit. Experimentum adfert viri, qui ſenſerit dolorem ſuum inter laminas duas duræ matris ſediſſe: ut is vir eam mali ſedem diſtinxerit non docet. Meningi mala tribuit, quorum aliæ erant & potentiores cauſæ. Iisdem meningibus ſenſum tribuit, aufert cerebro, quod in cetis ſit merum oleum, (ſed id oleum, firmiori quam in quadrupedibus, cerebro piſcium circumfunditur). Fuſe videtur ZINNIUM refutare, cujus ipſiſſimam theoriam repetit, duram nempe membranam in celluloſam telam reſolvi, quæ nervum obvolvat. Experimenta aliqua laudat, ſæpe ex narratione accepta. Tendinibus paronychiæ dolores tribuit, qui ſunt nervorum. Sed denique ipſe fatetur, ſe tendines hominum & animalium inſenſiles vidiſſe, celluloſam telam ex nervis ortam inſenſilem eſſe, duram membranam cerebri poſt perforatum cranium inſenſilem reperiri. De cerebri vulneribus agit, quaſi neque ego dudum, neque HOUSSETUS, ſedem definiviſſemus, quam vulnerare oportet, ut convulſiones naſcantur. De irritabili natura pauca profert, & abſque experimentis, & animæ convulſiones inputat, quæ in partibus animalibus a corpore ſeparatis cientur.

Sepiæ anatomen prælegit in *Academia Rothomagenſi* a. 1764. quam non puto prodiiſſe.

Nouveau ſyſteme ſur la cauſe de l'evacuation periodique du ſexe Amſterdam 1765. 8.*, quæ diſſertatio prius in Diario *Journal de Medecine* T. 20. edita fuerat, tamen ut LE CATIUS hic objectionibus D. BONTE fuſe reſpondeat. Multa a vero aliena, ut aorta inferior in maribus mare duplo ſuperiori major, in femina minor: chylus in primis vaſis lacteis non albus. Hypotheſis eſt, menſes oriri a phlogoſi venerea, quam perinde ſit ab atonia deducere, aut a nimia tenſione. Spiritum ſeminalem fermentatum habet, alias hypotheſes.

Traité de la couleur de la peau humaine en general, de celle des Negres en particulier, & de la metamorphoſe de l'une de ces couleurs dans l'autre Amſterdam 1765. 8.* Aethiopem animalem hunc nigrorem facere, qui ſit fuſcus ſuccus nerveus. Nam ex nervis pilos, ungues, glandulas ſubcutaneas, rete MALPIGHII oriri. Cerebrum Aethiopibus ſubcæruleum eſſe, ſanguinem non nigrum. Etiam atrum pigmentum chorioideæ tunicæ eſſe a papillis nerveis. De cuniculis albis.

Annum ignoro in quo pro gigantibus ſcripſit. Recuſa eſt diſſ. in *Allgem. Magaz.* T. VI.

Parallele de la taille laterale avec celle du lithotome caché Amſterd. 1768. 8.* Partes per quas inciſio ducitur, ſed negligenter delineatæ. De modo, quo cellulæ veſicæ urinariæ generentur.

Traité

Traité des ſenſations & des paſſions Paris 1767. 2.Vol.* Collectio diverſorum libellorum: 1. excerptum ex LE CATII operibus. 2. Oratio de utilitate anatomes. 3. De partibus ſolidis corporis animalis. Celluloſam fere telam fibras componere. Icones aliquæ hypotheſin auctoris expreſſuræ. 4. De partibus fluidis: globuli BOERHAAVIANI; reſinoſæ in ſanguine partes. Calor ſanguinis eſt fluidum cauſticum. Fluidum animale ſenſitivum, motivum, conſervativum. Omnes partes corporis animalis ſenſu donatæ ſunt & phantaſia. Spiritus putredinem a corpore arcet: oritur ex aëre, & per reſpirationem recipitur. In meningibus ſedes eſt animæ & ſenſus. Glandula eſt finis nervi, qui finem arteriæ obvolvit. Ganglia vicarii ſunt cerebri, glandulæ gangliorum. Dolor fit a ſpiritu ſenſorio ex ictu ſenſus in motum excitato, ex quo tumeſcit, craſſior fit, motorium ſpiritum reddit inertem. In ventriculo gaudium reſidet. Putes hæc prius Rothomagi 1739. prodiiſſe, ſed eam editionem non vidi.

Tomus II. eſt *tr. des ſens*, nihil mutatus, ſed adjectæ *remarques & additions*, in quibus varia in ILL. MEKELIUM profert. Aſpera nimis defenſio iconis baſeos cerebri, ut errores partim ſculptori tribuat. Injuſte in ZINNII measque icones, & præter omnem veri ſpeciem. MEKELIO novam radicem nervi intercoſtalis in ductu pterygoideo natam ſubripere tentat. Oculorum congelatorum menſuræ. Pro ſede viſus in chorioidea tunica. Verum eas partes corporis auctor nunquam recte vidit. Lentem cryſtallinam ab exſiccatione convexam in ſenibus reddi, male. Senes qui convexum vitreum abjecerunt.

La theorie de l'ouie ſupplément à cet article du traité des ſens Paris 1767. 8.* CATIANORUM operum longe præſtantiſſimum, ob iconum potiſſimum nitorem & parciores hypotheſes. Non ideo ſubtiliſſima eſt anatome, ut male viderit nervum pterygoideum: alterum ad duram membranam euntem, ſed verius ad nervum durum tendentem, reperire non potuerit. Nomina plerumque mutat. Multa nova putat dudum notiſſima, ut laxationem membranæ tympani ad fortes ſonos.

Cours abrégé d'oſteologie Amſterdam 1768. 8.* Vix quidquam proprii habet, præter ſeparationem oſſium faciei ab oſſibus maxillæ ſuperioris.

Vita in Journ. des Sav. edit. Belg. 1769. Febr. Rouen 1769. & a VALENTINO ſcripta *Eloge hiſtorique* Paris 1769. 8.* Elogium in quo etiam ibi victoria LE CATIO decernitur, ubi certo verum, a ſe adgnitum, ob hypotheſin preſſit.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1739. membranam novam fuſcam oſtendit, quæ ſcleroticam oblinit; membranas oculi tamen ab optico nervo deducit.

De polypis aliquid ſcripſit in Lipſienſi promtuario *Allgem. Magazin* T. III. recuſum, quod nihil continet proprii.

In *Phil. Tranſ.* n. 460. figuras dedit foraminis ovalis in adulto homine pervii. Motus antiperiſtalticus.

N. 489. de vitulis connatis. Venæ umbilicales duæ per canalem communem conjunctæ.

N. 491.

N. 491. de vaſis vitreis ſulco inciſis, in quem operculum adaptat, pro conſervandis in ſpiritu frumenti animalium partibus.

Vol. 47. verus proceſſus peritonæi herniam faciens.

Vol. 56. de magno fragmento oſſeo decem pollicum amiſſo & reparato.

Vol. 57. Fetus non accurate inciſus, in quo cor deficiebat, & caput, & pleraque viſcera, inferiores vero ſub umbilico partes ſe recte habebant. Motus ſanguinis videtur a matre eſſe, & vena umbilicalis in aortam fetus aperiebatur.

EJ. *Diſcours ſur l'Anatomie Bibl. Françoiſe* T. XXV.

§. MIV. *Diſputationes.*

J. Baptiſta SYLVESTRE *de ſymphyſi* Leid. 1738. 4.

Abr. WESTERHOF *de cadaveribus auctoritate publica luſtrandis* Leidæ 1738. 4.

J. de MESLON *de liene* Leid. 1738. 4.* Cellulas eſſe vaſa venoſa.

Bernhard ZIEGLER *de ſaliva* Leid. 1738. 4.

J. BAERT *de obſtructione ab errore loci a ſanguine humano ſano* Leid. 1738. 4.

Otto ZAUNSCHLIFFER *hiſtoria pilorum in homine* Leid. 1738. 4.

Alexandri KELLER *hiſtoria ſanguinis humani* Leid. 1738. 4.* De prima evolutione pulli, deque ſanguine in eo animalis ſtatu pallente, inde rubeſcente, demum rubro.

Petri IMCHOOR *de ventriculi fabrica & uſu* Leid. 1738. 4.*

Quirini CAPPELE *de ſingultu* Leid. 1738. 4. PL.

Henr. Battus KAECK *ad aphoriſmum* HIPPOCRATIS 33. *Sect.* VI. Leid. 1738. 4.

J. v. ARUM *expoſitio aphoriſmi* HIPPOCRATIS 16. *Sect.* V. Leid. 1738. 4.

P. C. van der MARK *de oculi fabrica* Duisburg 1738. 4.

Andreæ OORTMAN *de dentibus* Trajecti 1738. 4.*

Henricus HASSEL *de homine microcoſmo* Abo 1738. 4. HE.

J. Georg ZUMPE *centuria theſium miſcellanearum qua dubia vexata ex omnibus medicinæ partibus proponuntur.* Præſ. G. DETHARDING Haſn. 1740. Haſniæ lego reſpondentes diſputationum eſſe auctores.

Frider. Wilhelm JAHR *ſyſtema influxus phyſici reſtitutum* Witteb. 1738. 4.*

Michael MORGENBESSER *de vomitu* Lipſ. 1738 4. docta diſſ. Pr. WALTHER. Conf. p. 88.

Polyc. Friderici SCHACHER *de aëris efficacia in corpus humanum* Lipſ. 1738. 4.*

EJ. *De lacte virorum & virginum, num illud nutriendo infanti ſufficiat* Lipſ. 1742. 4.*

Lego etiam ejus eſſe diſp. *de nutritione recens natorum ſine uſu lactis matrum ac nutricum* Lipſ. 1742. 4. HELLER.

J. Andreæ

J. Andreæ UNGEBAUER *de dentitione ſecunda juniorum* Lipſ. 1738. 4.*

EJ. *De oſſium trunci corporis humani epiphyſibus ſero oſſeis viſis, eorumque geneſi* Lipſ. 1739. 4.* bona diſp.

J. Henr. KESSELRING præſide J. SCHULZE, *de lithiaſi, ſiniſtro magis quam dextro reni infeſta* Hall. 1738. 4.* ad vaſa renalia.

J. Chriſtoph. LIBERTUS *de mechaniſmi in corpore humano abſentia* Erf. 1738. 4.*

J. Rud. GEYMULLER *de ſero lactis* Baſil. 1738. 4.*

Franc. LUPICHIUS *de riſu* Baſil. 1738. 4.*

J. Georg. MAURER *de pulſu cordis* Altdorf. 1738. 4.*

Chriſt. Alb. Goth. GRUNER *de periodici motus ſanguinis primâ cauſa ſpecimina II.* Altdorf. 1738. 4.*

EJ. *Conſilium ſcribendæ bibliothecæ phyſiologicæ* Altdorf. 1741. 4.*

Michael ADELBULNER *de pulmonum fabrica* Altdorf. 1738. 4.

J. Michael SCHWARZ *de membranarum & tunicarum corporis humani numero* Argentorati 1738. 4.*

Franc. Georg SACHS *theſes medicæ miſcellaneæ* Argentor. 1738. 4.

J. Phil. GRAVEL *de ſuperfetatione* Argent. 1738. 4.* Hiſtoria uteri duplicis.

J. Frid. KNOLLE *de luxatione artuum ſuperiorum* Argent. 1738. 4.* Etiam anatomen habet. Capſulare ligamentum in cubito inſertum accipere proprium muſculum, qui id ligamentum adſtringat.

J. Frid. RAVESTEIN *de diverſa ſanguinis circulatione per tres ventres* Argent. 1738. 4.*

Mich. Joſeph MAIAULT & *Ludov. Guil.* le MONNIER *Ergo muſculorum momentum a longitudine & diſpoſitione fibrarum* Pariſ. 1738. 4.

Nicolai CAMBRAY *de vita corporis humani* Monſpel. 1738. 8.* Mechanice vaſcula minora a tubi majoris ſanguine elidi. Cordis vis eſt a liquido nervorum cordis fibras oblique ſecantium. In tubulo nerveo diametrum augeri ſupra punctum interſectionis, quando minuitur in ea ſede a vi fibram relaxante. Ita hoc fluidum coacervatum in fabrica muſculari arteriæ cauſam eſſe contractionis & dilatationis, quæ eam ſequitur: ita ſanguinis circuitum perfici. Apparatus mathematicus abſque anatome & experimento.

§. MV. *Georgius Auguſtus* LANGGUTH,

Profeſſor Wittembergenſis, præter diſputationes nihil edidit, ſed eas plurimas. EJ. *Communis ſenſorii hiſtoria* Lipſiæ 1738. 4.*

EJ. *De luce ex preſſione oculi* Witteberg. 1742. 4.

EJ. *De motu periſtaltico inteſtinorum* ib. 1742. 4.* Nullum eſſe in ventriculo, œſophago, inteſtinis craſſis.

Ej. *De circulatione ſanguinis* I. II. Witteberg. 1743. 4.*

Ej. *Polypus infantis rachitici* ib. 1744. 4.*

Ej. *Arteria ab officio cordis æmulo remota* ib. 1744. 4.*

Ej. *De fractura patellæ & genu* ib. 1745. 4.* De ligamento patellæ.

Ej. *De uſu ſiphonis anatomici parum anatomico* ib. 1746. 4.* Directionem aquæ introrſum aut extrorſum perſudantis non demonſtrare tunicarum numerum, facere poros aliquos inorganicos. Wolfii machinam aliquantum emendavit.

Ej. *De humoris ſaccati per ſolos renes expulſione* ib. 1747. 4.* Nerveam veſicæ tunicam diſtinguit a villoſa: exponit ut aqua per eam tunicam tranſeat.

Ej. *De fetu ab ipſa conceptione animato* 1747. 4.*

Ej. *De pilo parte corporis non ignobili* 1749. 4.*

Ej. *Embryonem trium cum dimidio menſium deſcribit* 1751. 4.* Menſuras & faciem externam.

Ej. *De nutritione fetus per ſolum umbilicum* 1751. 4.*

Ej. *De officio matris prolem lactandi* 1752. 4.*

Ej. *De oculorum integritate in prima puerorum ætate ſollicite conſervanda* 1754. 4.

Ej. *De animo ſanitatis præſidio atque cuſtode optimo* 1758. 4.

Ej. *De nonnullis odoratus admirabilibus* 1762. 4.*

Ej. *De incrementis futuri populi* 1764. 4.

Ej. *De vena fonte hæmorrhoidum non ſatis limpido* 1768. 4.*

Ej. *De venoſarum hæmorrhoidum vindicatione* 1768. 4.*

Ej. *De modo regenerationis vaſor.* P. I. *generalis* 1772. 4.*

§. MVI. *Joachim Fridr.* Henkel,

Chirurgus Berolinenſis. Ej. *Epiſtola de nonnullis ſingularibus circa nervos opticos* Hall. 1738. 4.* Molliſſimos nervorum eſſe, quod thalami humore irrigentur. In retina eſſe ſubſtantiam medullarem & cryſtallinam, hanc humorem vitreum ambire, capſulam lentis cryſtallinæ facere.

Ejus diſp. *de cataracta vera* Francof. ad Viadr. 1744. 4.* præſide Cartheusero. Aliquas Præceptorum habet obſervationes, ut vitrei corporis oſſei.

Ej. *Sammlung mediciniſcher und chirurgiſcher Anmerkungen* Tom. I. Berlin 1747. 4.* Paſſim aliqua anatomica intercedunt, ut in II. *Samml.* vertebralis arteriæ ex arcu aortæ origo.

T. II. varietates atlantis; proceſſus transverſi vertebrarum cervicis fere bipartiti.

T. III.

T. III. 1748. de oſſe mobili in articulo genu, de maxilla inferiori deformi, & vitioſe cum ſuperiore maxilla conjuncta.

T. IV. ib. 1749. 4.* multa habet ad oculi fabricam. Retinam capſulam lenti cryſtallinæ impertire: de ſede cataractæ in lentis capſula: de ejus lentis fabrica. Pulſus rariſſimus. Spina bifida abſque hydrope.

T. V. 1750. 4.* habet exemplum capſulæ lentis opacæ. Foramina vertebrarum in transverſis proceſſibus ſe bipartita vidiſſe.

T. VII. 1760. 4.* Placenta intime utero adnata: alias ad os uteri internum adhærens. Duo dentes inciſivi connati.

T. VIII. 1763. 4.* Duo exempla ſpinæ bifidæ. Puella utrinque atreta & varie deformis. Cor lardo quaſi obductum & adipoſis appendicibus.

Neue mediciniſche und chirurgiſche Wahrnehmungen Samml. I. Berlin 1769. 8.* Inter eas partus aliqui difformes, atretus anus, & hypoſpadias. Funiculus umbilicalis perbrevis. Fetus abſque capite, cerebro, viſceribus, brachiis imperfectis. Fetus abſque cranio, cerebro, medulla ſpinali, nervis abſque medulla præditus. Gemelli inæquales ſecundis connexis. Placenta ſupra os uteri adnata.

Samml. II. Berlin 1772. 8.* Fetus capite inconſpicuo. Gemellorum duæ placentæ connatæ, duæ ſeparatæ. Puer natus oſſibus mollibus. Agnus capite difformi, longa proboſcide, coſtis quinque ad os ſacrum connatis, pelvibus duabus, pedibus ſeptem.

§. MVII. *Diaria anni* 1739.

In *Phil. Tranſ.* n. 453. *Andreas* CANTWELL deſcribit puerum, cui alter ad epigaſtrium adnatus.

Cl. PORTAL citat diſſ. ejus viri *ſur les ſecretions* 1731. 12.

Ej. *Ergo microcoſmi vita motus mere mechanicus* Paris 1749. 4.

Ej. *Ergo ſanitas a debito partium tono* Pariſ. 1763. 4.*

In *Phil. Tranſ.* n. 454. *Johannes* GREEN agit de puella, quæ reſtituta eſt, cum quindecim horæ minutis ſub aquis vixiſſet.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1739. *De la* BORDERIE de femina integros 13. dies, & alias aliquanto breviori tempore dormiente.

Ibid. *François de* BREMONT memorabilem diſſertationem de reſpiratione dedit. In pulmone ipſo facultatem reſidere dilatationis & conſtrictionis. Ejus motus cum pectoris alternos eſſe, & dilatato pectore pulmonem arctari, atque viciſſim. Pectore perforato reſpirationem, etiam vocem, in cane ſupereſſe. Ranas pulmonis ſui dilatationem & conſtrictionem ſub arbitrio habere.

Partem vertit *Phil. Tranſactionum* notas adjecit & parallelas aliarum academiarum adnotationes. Foramen ovale in adulto homine apertum vidit.

In *Comm. Lit. Nor.* 1739. *hebd.* 32. *Philippus* WOLF de analogia fetus viviparorum animalium & oviparorum.

IDEM *Act. Nat. Cur. Vol.* VI. *obſ.* 99. puerum dicit cum dente natum.

In *miſcell. nuove di operette* Venez. 1739. T. II. ſunt *Dominici* BENEDETTI *Elucubrationes anatomicæ* II. *carminibus concinnatæ* I. *de communibus corporis humani integumentis.* II. *de ventriculo & omento.* Seorſim Venet. 1740. 12. MAZ.

§. MVIII. CORNEL. DAVID *de* COURCELLES. BARBAUT.

CORNELII *icones muſculorum plantæ pedis eorumque deſcriptio* Leid. 1739. 4.* Icones ſatis bonæ: oſſa non ſatis nudata, neque ſculptor artificioſus. Aponeuroſin plantæ in duas diviſit, trifidam & quadrifidam. Flexoris brevis digitorum tres tantum partes eſſe. Tribus chordulis tendineis tendines ſublimis & profundi connecti.

Icones muſculorum capitis Latine & Belgice, Leid. 1743. 4.* Hæ icones nitidiores & perpulchre ſculptæ, tantum quod auctor oſſa non ſatis nudaverit, & ſtudium neglexerit, quod ad intelligendos muſculos neceſſario requiritur. Papillas cutaneas mire magnas depinxit.

IDEM aut alter de COURCELLES, Breſtenſis, in *hiſt. de l'Acad. des Sc.* 1743. de muſculo retulit, a condylo interno humeri orto, in tendinem verſo, iterum dilatato in carnis ſpeciem, & inſerto in digiti minimi phalangis primæ baſin.

Splanchnologie ou traité des viſceres, ſuivie de l'angiologie & de la nevrologie par M. Chir. Juré, Paris 1739. 12.* Auctor eſt *Antonius Franciſcus* BARBAUT. Fere ubique compendium dat WINSLOWI, quem etiam tunc ſecutus eſt, quando Cl. viro erraſſe contigit, ut in vaſis pelvis, villo ductuum excretoriorum, venis faciei a jugulari externa deductis. Aliqua de ſuo addidit, de placenta, vaſis umbilicalibus, theoria chylificationis. Ductus hepati-cyſticos admittit. Vidit arterias bronchiales & œſophageas.

J. Nathanael LIEBERKUHN *de valvula coli & uſu proceſſus vermicularis* Leid. 1739. 4.* & in *collectionis meæ* T. I. Meſenterio remoto, vaſis inciſis, ileon rectiorem cum cæco inteſtino angulum facere, inciſis fibris longis totum exire. Varia fabrica in fele, cane, porco. Cæcum inteſtinum factum eſſe, ut colon clauſum ſit.

EJ. Diſſ. *de fabrica & actione villorum inteſtinorum tenuium* Leid. 1745. 4.* Artificioſa manu excelluit, tum in microſcopiis fabricandis, tum in anatomicis injectionibus (*a*), quibus omnes ſuos æmulos ſuperavit: inventor earum injectionum, quæ fiunt vaſis metallo repletis, & parenchymate acri aliquo liquore abſumto nudatis. Villos ſubtiliſſime replevit, oſtendit tegi epidermide, in quoque ſcrobem eſſe profundam, quæ chylum recipiat, & naſcenti vaſi lacteo tradat: eam ſcrobem celluloſa tela repleri. Cuique villo unam eſſe venam, arterias

(*a*) Omnibus præfert ILL. BOHNIUS via lact. n. 13.

terias plures; cuique octo mucoſos ſinus; materiem in arteriolam effuſam, & in ſcrobem majorem lacteam, & in mucoſas minores, & in venas penetrare. Icones pulcherrimæ, rete arterioſum ad microſcopium delineatum exprimunt.

In *Mém. de l'Acad. des Sc.* 1745. deſcripſit ſuam ad circuitum ſanguinis in vivis animalibus, ranis potiſſimum, aptiſſimam menſulam, qua aliquanto mutata multo cum fructu uſus ſum.

Ut vaſa repleantur, cera cum colophonio, & olei terebinthinæ momento; deinde membranæ oleo vitrioli erodantur; gypſo vero circumfuſo & cocto, & deſtructa in calore cera, argentum in gypſum infundatur, docet in *Mém. de l'Acad. de Berlin* 1748.

Index præparatorum anatomicorum a morte viri prodiit fol. magn.* In brevi catalogo tamen plura nova reperias; vaſa eſſe, quæ pro fibris cordis habeantur; pulmones ex variis piſcibus; puer ex compreſſione in utero paſſa monſtroſus, inteſtinum rectum ſtrictura diviſum &c.

Cabinet anatomique, où collection des preparations anatomiques de M. L. Ann. Litt. 1764.

§. MIX. *Joſephus Stephanus* BERTIER,

Pater oratorii, paradoxorum experimentorum auctor, quæ neſcio quomodo fere pleraque aliter ei ceciderunt, quam aliis in arte magiſtris. Et primum *Diſſ. ſur cette queſtion, ſi l'air de la reſpiration paſſe dans le ſang* præmium retulit, & excuſa eſt Bourdeaux 1739. 12.* Utique aëris elaſtici partem in ſanguinem recipi, quæ ſit in ſpatiis inter lobulos. Experimentum HOOKIANUM. Reſpirationem cauſam eſſe circuitus ſanguinis. Aërem internum in ſanguine minus denſum & elaſticum eſſe; hanc eſſe cauſam, cur externus aër denſior & valentior pulmones ſubeat, & ipſum ſanguinem. Recepti aëris partem in reſpiratione exire de ſanguine, quod calidior ſit & magis elaſticus. Cor inter inſpirandum exhauſtis vaſis aërem in pulmonem trahere. Sanguinem cauſam eſſe motus muſculorum. Contra ſpiritus animales. Motum periſtalticum non eſſe naturalem.

Cum in eam diſſ. Anonymus animadvertiſſet, reſpondit noſter in *Journal des Savans* 1742. * aërem inflatum ex aſpera arteria in venas penetrare.

EJUSD. *Phyſique du corps animé* Paris 1755. 12.* Utique aërem in ſanguinem venire, ſeque bullas in junioribus animalibus vidiſſe. Pulmonem tamen clauſum eſſe & aërem retinere, ne in cavum pectus exeat. Aerem in venam inflatum per aſperam arteriam exiiſſe. Ideo in eodem aëre diu non poſſe reſpirari, quod pars aëris amittatur. Ex grumo ſanguinis ſe aërem premendo eliſiſſe. Aërem tenuem ſanguine receptum circuitum obire. Non a voluntate reſpirationem cieri, & ſupereſſe quando pectus apertum eſt. Cum ſiniſter ſinus nimis anguſtus ſit, neque capiat ſanguinem dextri ventriculi, partem aëris exhalare de pulmone, quo ſpatii ſit ſatis. In ſanguine calorem raritatem facere: ita propelli ſanguinem, uti ſpiritus vini in thermometro adſcendit, & tota quinta

ta parte ſanguinum rareſcere. Cor eum motum adjuvare. Porro in nervis viſcidum quidem ſuccum, nihil vero ſpirituum nomine dignum habitare. Nervos tamen fibras contrahere, in ſerras mutare: a ſanguine vero muſculum moveri, ut funis humectatus contrahitur. Motus a ſenſu mechanice abſque animæ nutu cieri. Ut ſanguis caleſcat. Contra motum periſtalticum: eum in ſano animale nullum eſſe.

In *Journal des Savans* 1764. Dec. habet experimenta, ex quibus conſtat, utique irritato nervo a cerebro ſeparato, tamen muſculum in convulſiones cieri.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1750. contra motum periſtalticum, quem putat poſt mortem demum ſubnaſci.

§. MX. *Lis de pulmone fetus.*

Cum ea lis multis ſcriptis agitata fuerit, ea ſcripta conjuncta dicemus.

Bernardi IDEMA, Medici, *gedagten over het dryven en zinken der longen* Leeuwaarden 1739. 4.* Primum eſt ſcriptorum eriſticorum, quæ de ea lite prodierunt. Defendit nihil certi a natatione pulmonum ſequi: poſſe fetum in ipſa vagina reſpiraſſe, inque ea vagina periiſſe, ita fieri, ut pulmo pueri natet, qui tamen nunquam plene in lucem editus fuerit.

Roelof ROUKEMA (*b*) ſcripſit in BERNARDUM *Natuurlyke ſtellinge dat een dryvende long een onfelbaar teeken is, dat zodanig kind geleeft heeft* Amſterdam 1739. 4.* Fetum non adeo ſubito ſpiritum ducere, neque in vagina ducere poſſe, ſed neque aliquo a partu tempore. Nationem ergo pulmonis certo vitam fetus demonſtrare; non perinde certo ad mortem fetus in utero ex ſubmerſo pulmone concludi poſſe. Sua & RUYSCHII experimenta profert.

Reſpondit *Bernardus* IDEMA *vervolg der gedagten* Leeuwarden 1739. 4.* Fetum utique in partu varia conari, & pectus ſuum dilatare, experimentis confirmat & ratiocinio.

Peter IDEMA, Medici, *korte en beſcheidene aanmerkingen tegens en over de gedagten en den vervolg der gedagten van B.* IDEMA Leeuwaarden 1740. 4.* Negat infantem plorare, dum in lucem editur.

Hendrik CROESER (*c*) *kort ontwerp vervattende de waare oorſaak der eerſte inademing* Groning. 1740. 4.* Pro *Bernardo* IDEMA. In pectore maturi fetus naſci vaccum ſpatium, ut continuo aërem externum irrumpere neceſſe ſit, quamprimum ei aditus conceſſus eſt. Utique adeo fetum in vagina reſpirare poſſe, & interire, ejusque pulmonem natare; neque ROUKEMAM certum ſignum proponere, ex quo fetum, ante partum mortuum, a fetu ſeparet poſt partum mortuo, ſed prius quam reſpiraverit.

Bernardi IDEMA *nareeden agter de gedagten over het dryven en zinken der longen* Leeuwarden 1740. 4.* Poſt CROESERI ſcriptum, cui magnas laudes tribuit.

R. ROU-

(b) Idem quem diximus p. 39. (c) Diximus p. 164.

R. ROUKEMA *aanmerkingen over het kort ontwerp van* J. H. CROESER Leeuwaarden 1741. 4.* Aſpere CROESERO reſpondet. Per ſua experimenta, nullum dari pulmonem inter & pleuram vacuum ſpatium.

EJUSD. J. H. CROESER *ander betoog en berigt der beteekenis van een dryvende en zinkende long* Groning. 1741. 4.* Aſpere ſatis in *aanmerkingen Rulofi* ROUKEMA animadvertit. Vacuum ſuum ſpatium defendit, eo fere argumento, quod puer in tranſitu per vaginam vagiat. Non bene adſeruiſſe adverſum ſibi medicum, ægre ſe nuper nati pueri pulmonem poſſe aëre replere.

B. IDEMA *noodige tuſschen inſpraak over het dryven en zinken der longen* Leeuwaarden 1741. 4.* Acriter ROUKEMAM refutat, PETRUMque IDEMA.

GORTERI libellum vide p. 169.

§. MXI. *Varii.*

Non differemus *Petri* IDEMA *ontleed en natuurkundige verhandeling van het oog* Leeuwaarden 1741. 4.* Diſſertatio cum adnotationibus paſſim collectis. Mireris virum negare, adnatam tunicam trans corneam produci. Retinæ jura defendit.

EJ. Partus fetus ſemeſtris capite truncati.

Oeconomy of human frame upon the principles of new philoſophy London 1739. 8.* Auctor ingenio non caret, ſed hypotheſin nimium ſequitur. Totam machinam animalem in motum ciet & regit per vaporem, qui in vaſa lactea reſorptus, & cor verſus erumpens, inque arterias, ab ambeuntibus corporibus reſiſtentibus retropellatur, pene abſque cordis actione. Eumdem vaporem cerebrum adire, in ſpiritum fieri, & varia ſub ſpecie humorum ſecerni.

Nicolai GRANITI, patritii Salernitani, *dell' antica e moderna medicina teoretica e pratica meccanicamente illuſtrata* Venez. 1739. 4.* Medicus & Theologus. In Libro I. continetur phyſiologia, in qua regnantes ſub finem prioris ſeculi opiniones producit.

Richardi HELSHAM *a courſe of lectures in natural philoſophy* Lond. 1739. 8.* edente *Bryano* ROBINSON. Nitidi & juſti ingenii mathematicus viſionem & auditum deſcribit, ipſumque oculum, cujus corneam tunicam putat cum JURINO a muſculis oculi convexam reddi, & a retina adeo removeri, quoties objecta nimis vicina ſunt. Menſuras habet diſtantiarum inter partes oculi, & experimenta optica. Vitrorum utriusque generis naturam & effecta conſiderat.

Reſponſa pro veritate clariſſimorum Italiæ & Gallice medicinæ Profeſſorum ſuper judicio obſtetricum de mulieris virginitate Rom. 1739. HEIST.

Benjamin ROBINS *remarks on* SMITH's *compleat ſyſtem of optiks, and* JURIN's *eſſay upon diſtinct and indiſtinct viſion* Lond. 1739. 8.

Reſpondit *Jacobus* JURIN in *remarks upon diſtinct and indiſtinct viſion publiſhed at the end of* SMITH's *ſyſtem of optiks* Lond. 1739. 8.

ORTIZ BARROSO *la anatomia luciente entorcha que tanto illuſtra la medicina*

cina luce mas a preſencia de las negras ſombras, que ſe la operen? Sevilla 1739. 4.

Philippi MAY *Chiromantia & phyſiognomia medica* Dreſd. 1739. 8. liber ut puto vetuſtus.

La curioſité fructueuſe Paris 1739. 8. Etiam de anatome agit.

Chriſtoph Benj. SEMBDENS *Unterſuchung von dem Nutzen und der Nothwendigkeit der Anatomie in den höhern Wiſſenſchaften* Dreſden 1739. 4.

Louis de SANTEUIL *les proprietés de la medicine par raport à la vie civile* Paris 1739. 12.* Anatomen chirurgis adſignat.

BOUGEANT S. I. *amuſement philoſophique ſur le langage des betes* Paris 1739. 12. BUR.

Lucii Franciſci ANDERLINI *il anatomico in Parnaſſo o ſia compendio delle parte del corpo umano eſpoſto i verſi* Peſaro 1739. 4.

J. H. BECKER *kurzer Unterricht von Temperamenten* Bremen 1739. 8.

§. MXII. *Diſputationes.*

J. Jac. v. DOEBELN & J. LECHE *de mumia Ægyptiaca* Londin. Scanor. 1739. 4.* Exempla corporum incorruptorum. Multas mumias noſtris temporibus a Judæis parari. Veræ mumiæ piſſaſphalto conditæ, exinde aſſatæ, tum demum linteis obductæ, in iis os cribroſum integrum fuiſſe.

J. Chriſtoph. SCHUTZER *de fabrica & morbis ligamentorum uteri* Hardervic. 1739. 4. HAENEL.

W. WILHELMI *de commercio mentis cum corpore* Leid. 1739. 4.

Melchior VASSENS *de ſudore & inſenſibili tranſpiratione* Leid. 1739. 4.*

Aegidii v. LIMBURG *de corpore conſentiente* Leid. 1739. 4.

Cornelii HERSTATT *de ſanguine* Leid. 1739. 4.*

J. v. REVERHORST *de fabrica & uſu linguæ* Leid. 1739. 4.* & in *ſelectis noſtris*. Fabrica papillæ & involucrorum linguæ.

J. KENNION *de ſitu & ſtructura renum* Leid. 1739. 4.*

Georg. SEGER *de ortu & progreſſu bilis cyſticæ* Leid. 1739. 4.* & in *ſelectis noſtris* T. III. Experimenta fecit in vivis animalibus. Bilem ex hepate in veſiculam per ductum cyſticum regurgitare.

Guil. BRITTEN *de hepatis fellea & bilis natura* Leid. 1739. 4.*

Abraham TERSIER *de vita & morte* Leid. 1739. 4.*

Jac. Nicol. van GENT *organum tactus* Groning. 1739. 4.*

J. W. WERNER *de deglutitionis mechaniſmo* Hall. 1739. 4.*

J. SULZER *de aëris abſque exhalationibus conſiderati in corpore humano effectibus* Baſil. 1739. 4.

Ant.

Ant. Ludov. PORTEFAIX *de ſingultu* Baſil. 1739. 4.*

J. Henr. WINKLER *de anima corporis organici architecta* Lipſ. 1739. 4.

EJ. *Quam mirabiles ſint, quamque neceſſariæ in animalibus parvitates* 1739. 4.

EJ. *Philoſophiſche Verſuche von dem Sinn und Weſen der Seele der Thiere* Leipzig 1745. 8.

EJ. *Anfangsgründe der Phyſic* ib. 1753. 8.* De plantis etiam & animalibus & de motu muſculorum ad D. BERNOULLI ſenſum. De œconomia animali; de animæ officiis, ſomno, generatione.

EJUSD. *De ſoni celeritate* 1764. 4.* Acutorem tamen celerius progredi, & in aëre calido.

EJ. *De ratione audiendi per dentes* ib. 1759. 8.

EJ. *Qua ratione ignis & materia electrica inter ſe differant* 1767. 4.*

EJ. *Tentamina quæſtiones & conjecturæ circa electricitatem animantium* ibid. 1769. 4.* Scintillas de fele ſurgentes utique electricas eſſe, hominis pilos minus.

Carl Gottlob KESLER *de liquido nervoſo ejusque effectu in corpore, ex harmonia corporis & mentis deducendo* Erford. 1739. 4.*

EJ. *Die Bewegung der electriſchen Materie, als die würkende Urſache der Bewegungen und Empfindungen im lebendigen Körper* Landshut 1748. 8.* Spiritus animales ab electrica materia rarefieri, ita muſculos diſtendere.

J. Frid. FLEISCHMANN *de dura matre* Altdorf. 1739. 4.*

Georg Matthias BOSE egit *de anatomia ranæ in vacuo exſtinctæ* in *otiis Wittebergenſibus* Witteberg. 1739. 4.* Tumefactus pulmo &c. Ironiam eſſe audio.

Frid. Chriſtian STRUVE *de inediæ noxa & utilitate* Hall. 1739. 4.* præſide F. HOFMANN.

Car. Wilh. KOLB *conſideratio oſſium recentium* Hall. 1739. 4. præſide J. H. SCHULZE.

J. Gerh. DUISING *anatomen in cadavere humano indicat* Marburg. 1739. 4.*

J. Sebaſtian IDLEBER *de vitalis principii quidditate & communicatione* Würzburg. 1739. 4.*

A. GONNET *de temperamentis* Argent. 1739. HAEN.

J. Jac. BELLETETE & *J. Ludwig* CLAUDE *de* BACLOY *Ergo dura meninx habet motum a ſe* Pariſ. 1739. 4.*

Mich. Philipp. BOUVART & *J. Exuperius* BERTIN *Ergo oſſa innominata in gravidis & parturientibus diducuntur* Pariſ. 1739. 4.* adductis exemplis.

EJ. *Conſultation ſur une naiſſance tardive* Paris 1765. 8.* Contra *le* BAS, BERTIN, & PETIT. Loci ſcriptorum, ab adverſariis citati, acriter excuſſi ut appareat, non reſpondere abutentium voluntati, neque probabile eſſe, uxorem a moribundo marito impregnatam fuiſſe.

EJ. *Letres pour ſervir de reponſe a un écrit, qui porter pour titre letre a* M. BOUVART Paris 1769. 8.* Partus neceſſitatem eſſe a feceſſione placentæ, ut matris ſanguis in eam ſubire nequeat, eamque depellat. Utiliter ſanguinem de umbilicali arteria mitti. Animalibus certum pariendi tempus eſſe. *Guilielmum* LAMOTTE nimis credulum eſſe, abſurdam hiſtoriam feminæ Pecquigny. Auctoritates pro certo partus tempore.

Joh. MIDY & *Leander* PEAGET *Ergo ventriculi motus confert ad elaborationem chyli* Pariſ. 1739. 4.*

Laurent. PERRET & *Lud. Alex.* VIEILLARD *Ergo ſenium a fibrarum rigiditate* Pariſ. 1739. 4.*

§. MXIII. *Gottwald* SCHUSTER, *&c.*

Phyſicus Chemnizienſis, clinicus, ut tamen paſſim anatomen adtigerit. EJ. *De geneſi quadrugeminorum vivorum non tamen diu vitalium, cum hiſtoria rara mulieris, duplices gemellos enitentis* l. Chemniz. 1739. 4. PL. recuſus in *thematibus difficilioribus & notatu dignis* Chemniz. 1741. 4.* Agit etiam de ſuperfetatione, de ſecundis, de temporibus partus legitimis, ubi negat, ejusmodi quadruplicem fetum potuiſſe perfectum in lucem edi. Syſtema ovorum contra HANNEMANNUM tuetur.

Deinde *de pericardii liquore* Chemniz. 1740. 4.* Exempla pluſcula hujus humoris vere in humano corpore viſi. Vaſa lactea in nuper nato homine. Eadem in *E. N. C. Vol.* VI. *obſ.* 46.

EJ. *Commentationes* Chemniz 1741. 4.

EJ. *Mechaniſmus circuitus ſanguinis ſtabilitus & ruinoſus* Chemniz 1752. 4. BUCHN.

EJ. *Mediciniſches Journal*, cujus pars I. Chemniz. prodiit 1767. 8.*, & cujus pars quarta ibid. a. 1768. 8.* excuſa eſt, partim ad clinicam praxin facit, partim ad medicinam forenſem, & paſſim aliqua ad phyſiologiam facientia continet. Atretæ. De poſthumo 43. hebdomade nato dubie reſpondetur. De organiſmo.

In T. V. 1770. 8.* iterum pluſculæ fetuum a matribus occiſorum inciſiones, pulmonum experimenta, ſanguinis ex non deligato funiculo jacturæ.

EJ. in *Act. Nat. Cur. Vol.* VII. *obſ.* 47. humor aqueus oculi reſtitutus.

In 2. *layette* Chemniz 1774. 8.* methodum incidendorum ob quæſtiones medico legales cadaverum docet.

EJ. *Diſſertationes de febribus, una de ſecretione fluidi nervorum, ipſius indole, motu ac uſibus* Rom. 1740. 4.* Edidit *Felix* ROSETTI.

Altera diſſertatione defendit BOERHAAVIANOS ſpiritus.

§. MXIV. *Diaria anni* 1740.

Phil. Tranſ. n. 456. *Thomas* SHELDRAK de fetu difformi pedibus breviſſimis ventre prolixo.

Johannis

Johannis BARTRAM, Medici Americani, de acervo dentium minorum ad radicem dentium veneniferorum viperæ caudiſonæ poſito.

N. 457. *Henricus* BAKER de ſcarabæo per tres annos cibo carente.

Ej. *The microſcope made eaſy* London 1743. 8. 1744. 8.* nihil auctus. Multum utitur LEEUWENHOECKIANIS, & pauca habet propria: de ſanguinis circuitu aliqua, de animale rotifero, polypo. Arteriam habet in venam reflexam.

Ej. *Employment for the microſcope* London 1753. 8.* Pars magna ad animalia pertinet. De proteo; de animalculo paſtæ farinaceæ; de polypis variis & inter eos de polypo pennato, faſciculato, infundibuliformi, ramoſo, aliis minoribus inſectis. Ovum intra ovum, ſive vermes aquatici in uno ovo incluſi, quorum quiſque proprium habet involucrum. Dentes araneæ perforati. Cuivis generi animalium diſtinctas ſenſationes eſſe.

Vertit HOUTTUYN Belgice Amſterd. 1755. 8. & aliqua de polypis adjecit. Gallice prodiit Paris 1754. 8.

BAKERUS etiam in *Phil. Tranſ.* n. 471. aliqua profert de polypis ſiccatis.

N. 4. deſcribit oſſa elephanti in Anglia reperta.

T. XLIX. P. I. De viro undique de toto corpore longis verrucis efflorescente. Dejicit eas verrucas, ſed renaſcuntur. Id vitium in filios tranſiit.

Ej. *Eſſay on the natural hiſtory of the polype* London 1743. 8. Gallice vertente P. DEMOURS Paris 1744. 8.* Collegit, quæ ipſe vidit, aut una *Jacobus* PARSONS & H. MILES. Anum polypo tribuit, quem ei TREMBLEYUS negat. Dentes habere & prædam mordere, ut ſanguine manet: brachia hinc convexa eſſe, inde concava. Experimenta TREMBLEYI repetiit, non omnia, nam neque polypum invertere potuit, nec duos polypos cruentatos ſibi adplicare, ut coaleſcerent.

EJUSD. De microſcopiis LEEUWENHOECKII relatio.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1740. ſudor dicitur unius genæ, ob epidermidis defectum.

François AUBERT egit de foramine ovali aperto in adulto homine.

In *Hiſt. de* 1742. EJUS eſt deſcriptio ventriculorum cerebri.

Contra D. NAVIER etiam aliqua ſcripſit *de peritonæo*, ad quæ ille acerrime reſpondit. Tum *Reponſe aux écrits de M.* NAVIER *ſur le peritoine* 1751. 4.

In *Act. Nat. Cur.* T. V. a. 1740. excuſo, *obſ.* 48. *J. Car.* ACOLUTHUS dixit de deformi manu, ex terrore, ut putat.

Tobias Ferdinandus PAULI *obſ.* 62. pro cerebro & cerebello maſſa ſanguinea.

Obſ. 63. Menſes in fetu.

Obſ. 49. *J. Chriſtoph.* KUHNST Sal marinus ex animalium oſſibus.

Obſ. 134. *J. Jacob* TREYLING partus veſicularis.

Obſ. 131. Lac in mammis nuper nati.

Obſ. 133. Gemelli coccygibus connati.

In *Comm. Lit. Nor.* 1740 *hebd.* 50. præmatura fontis pulſatilis abolitio funeſta.

In *hebd.* 19. de KIRCHII cadavere diu incorrupto & ſudante.

In *Miſcell. Berolin.* T. V. a. 1740. *J. Henrich* POTT, celebris chemicus, acidum humorum animalium elementum confirmat.

EJ. *Abhandlung vom ſonderbar Feuerbeſtändigen und zartflüßigen Urinſalz* Berlin 1757. 4.* bona experimenta ad ſal fuſile lotii.

In *Contin.* VI. *Miſcell. Berolin. Theodorus* SPROEGEL, celebris medicus, refert de homine abſque oculorum uſu nato; qui reſtituto viſu, cum admiratione vivida omnia corpora diſtinguebat, colores dividebat in obſcuros & vividos, diſtantias æſtimabat.

In T. XII. *Comment. Acad. Petrop.* ſpectante ad a. 1740. J. C. WILDE aliquas obſervationes anatomicas cum Academia communicavit. Vena cava adſcendens duplex. Venæ jugularis externæ luſus. Duplex vena ſine pari. Muſculus adfinis recto pectorali veterum. Tendinum extenſorum manus nimius numerus. Appendiculæ vermicularis gyri, cum valvula in ejus inſertione. Vaſa capſularia.

In *Act. Soc. Lit. Upſal.* 1740. 4.* *Herman Dieterich* SPÖRING bonam dat anatomen vituli bicollis.

Nova Academia Scient. Suecica anno 1740. primum tomum ſuorum laborum *ſ. handlingar* edidit, in quo equidem nihil eſt anatomici argumenti.

In *Journ. des Sav. M. Septembr.* & *Oct.* reperitur *diſſ. dans laquelle on examine les preuves ſur lesquelles le P.* BERTIER *etablit le paſſage de l'air de la reſpiration dans le ſang.* Anonymus eum tranſitum rejicit; negat aërem ex bronchiis in ſpatia interlobularia ire. Denſitatem ſanguinis arterioſi non eſſe ab aëre. Pulmonem bene inflatum manere diſtentum, etiam in ſpatio vacuo.

§. MXV. *Cliſton* WINTRINGHAM,

Vir acuti ingenii, Regius Britannorum archiater, Jatromathematicus & experimentis feliciter uſus, atque ratiocinio. EJUS *experimental inquiry on ſome parts of the animal ſtructure* prodiit London 1740. 8.* Arterias venasque variorum animalium accurate dimenſus, impulſo demum aëre diffidit, cujus pondus calculo exploravit. Ita conſtitit, arterias in univerſum pro portione craſſitiei tunicarum facilius rumpi, venas tenacius reſiſtere. Inter arterias, eas, quæ organa ſecretoria adeunt; inter venas eam, quæ ad portas it, impulſo aëri potentius reſiſtere, deinde venas muſculares. Arterias muſculorum ubique firmiores eſſe. Ramos ubique truncis ſuis eſſe validiores. Porro arterias uteri eſſe majores & debiliores, venas in feminis minores & duriores, unde propenſio ad ſtagnationem ſanguinis in utero. Pauca hæc ex multis.

De

De oculo. Corneam tunicam debere convexiorem reddi. A magnitudine pupillæ mutata, objecti viſibilem magnitudinem non mutari, neque eam magnitudinem ex angulo viſorio ab anima æſtimari &c.

Ejusd. *Inquiry into the exility of the veſſils in human body* Lond. 1743. 8.* Stamina in corpore animali dari primigenia, ad quæ adplicatæ particulæ alimenti nutritionem faciunt. Incredibilem eſſe parvitatem molis ſolidæ in fetu, neque ſuperare granum diviſum per 29. cifras, quarum prima eſt 9. Partis ſentientis molem etiam infra hanc parvitatem eſſe. Ab his tamen ſtaminibus identitatem perſonæ pendere; ſtaminibus amiſſis ex bono ſanguine malos humores gigni.

§. MXVI. *Milcolumbus* Flemyng,

Medicus & poeta, olim noſter amicus. Ejus *nevropathia*, *ſ. de morbis hypochondriacis & hyſtericis* L. III. Eboraci 1740. 8.* In præfatione *Georgium* Cheyne refutat, & pro ſpiritibus dicit contra eos, qui nervos ſolidos faciunt. Experimentum profert ſuum, ut oſtendat, lac ſero ſanguinis levius eſſe. Malum, de quo canit, laxitati nervorum & coctioni debilitatæ tribuit.

Italice prodiit Rom. 1755. 8. vertente J. B. Moretti.

Ej. *The nature of the nervous fluid, or animal ſpirits demonſtrated* London 1751. 8.* Non poſſe nervorum naturam elaſticam admitti, neque oſcillationem: Supereſſe ut ſpiritus admittantur. Aetheri in actione muſculorum multum tribuit. Celeritatem ſpirituum non facit maximam, fere trecenties minorem celeritate ſoni.

Ejusd. *Syllabus of the contents and order of a courſe of lectures on the principal parts of the animal œconomy* London 1752. 8.* Auctores indicat laude dignos, & prima elementa phyſiologiæ: multum tribuit telæ celluloſæ.

Ejusd. De *Franciſci* Solani *inventis circa arteriarum pulſum* Lond. 1753. 4.* de dicroto, inciduo & intermittente pulſu, quorum ſignificationes mechanice interpretatur.

Ejusd. *Introduction to phyſiology being a courſe of lectures upon the moſt important parts of animal œconomy* London 1759. 8.* Fere ubique nobiſcum ſentit, niſi quando a Boerhaavio diſſentimus; ut in tempore, quo arteriæ coronariæ replentur, quod cum Præceptore noſtro aliud facit a tempore, quo reliquæ arteriæ diſtenduntur. Pro Solani pulſibus. Veſiculas fibræ muſcularis retinet. Ideo longævos eſſe piſces, quod lacteis venis deſtituti, nihil patiantur a meſenterii exſiccatione. Paſſim pathologica admiſcet.

In *Phil. Tranſ.* T. 49. P. I. oſtendit, utique fetum liquorem amnii deglutire, & lingua uti. In fetubus enim vaccinis ventriculum pilis propriis plenum reperiri & inteſtina; non in cane, cujus pili nimis firmiter cuti hærent.

§. MXVII. *Franciſcus* Roncallus,

Aut Roncallo Parolini, ut mavult ſe vocari, comes, medicus Brixienſis. Non ſatis novi an huc referam ejus *diſſertationes quatuor*, quæ Brixiæ

 1740.

1740. 4. max.* prodierunt. In earum ſecunda agitur de homine invulnerabili: in tertia de miraculo acuum in cadavere repertarum.

Ejusd. *Europæ medicina a ſapientibus illuſtrata* Brix. 1747. fol.* Epiſtolæ ſunt a variis ex univerſa Europa medicis miſſæ, in quibus equidem potiſſimum ſtatus medicinæ & morborum continetur, tamen paſſim aliqua huc faciunt, ut de anatomes in nonnullis civitatibus cultu. Anatome Veneta a medicis collegiatis exercetur.

Chriſtian Wilhelm Kæstner *mediciniſches Gelehrten-Lexicon* Jenæ 1740. 4.* Vitas habet medicorum: aliqua etiam de libris. Literaria potius, quam ad res ipſas facientia.

Ejus *breve compendium hiſtoriæ medicæ artis* prodiit Hall. 1748. 8.*, cum titulo *Kurzer Begriff der mediciniſchen Gelahrtheit*, & amplior aliquanto *Bibliotheca medici* Jen. 1746. 8.*, qua etiam anatomes hiſtoria continetur.

Jac. Smith *prælectiones phyſico-medicæ inſtitutioniſticæ* Prag. 1740. 4.

§. MXVIII. *Benjamin* Hoadley. *Alii.*

B. Hoadley, elegantis ingenii vir, poëta etiam comicus, Medicus Londinenſis, celebris Epiſcopi filius. Ejus *three lectures on the organs of reſpiration* prodierunt Londini 1740. 4.* cum prælectæ fuiſſent a. 1737. in R. Collegio. Magno ingenio deteriorem cauſam defendit. Aërem in omnibus humani corporis caveis reperiri: ſic in pectore, a cujus aëris alterna compreſſione & relaxatione vires reſpirationis explicavit. Machinula etiam ſuam ſententiam declaravit, & experimenta in vivis animalibus fecit.

Ej. *Oratio anniverſaria* Harveji Lond. 1742. 4.

Gaetano Petrioli, medici, ut ſe vocat, Romani, ſed omnino chirurgi; *Rifleſſioni anatomiche ſulle note del S. G. Maria* Lancisi *fatte ſopra le tavole di* B. Eustachio Rom. 1740. fol.* *Rifleſſioni aggiunte* & *omiſſioni* Ej. ibid. Lancisium olim ſua opera uſum carpit, non ideo oneri par, quod ſuſceperat, neque anatomicarum divitiarum Eustachii dignus interpres: vidit in Eustachio, quæ vir Ill. non dixerat, non vidit, quæ vere depinxerat.

Ej. *Tabulæ anatomicæ a Petro* Berrettino Cortonenſi *delineatæ a* G. P. *notis illuſtratæ* Rom. 1741. fol.* De ipſo opere diximus p. 340. Literas adjecit & interpretationem Gajetanus.

Ej. *Dubii Anatomici circa le rifleſſioni aggiunte da M.* Winslow *alle note da* Lancisi *ſopra la tavola* XXV. *dell* Eustachio Genov. 4°.

Ej. *Le otto ſtadere che ponderanno gli abbagli del* Chermesio *di* Fulcet *preſi nella riſpoſta che fece a dubii dottiſſimi del S. G.* Petrioli Venez. 1746. 4.* Petriolus ſcripſerat *dubii anatomici* contra Winslowum, cujus viginti errores noſter indicabat. Reſponderat in *riſpoſta alli dubii anatomici del Ceruſico Reale*

Reale e Arcade anonymus auctor, quem noſter medicum & Poetam *Firmanum* D. ROCCA vocat. Reſponderat iterum in *commento univerſal* PETRIOLUS. Anonymus iterum CHERMESIUS, quem COCCHIUM nunc vocat PETRIOLUS (*d*) ſe tuitus erat. Iterum inſurgit iſte, aſpero hoc ſcripto: ſchedas anatomicas parum juſtis artibus ad COCCHIUM perveniſſe, ad eum ſatyras in SECTANUM pertinere, ei plagii culpam impactam eſſe. Se contra demonſtratis LANCISII erroribus, tamen a viro ſummo in amicitiam eſſe receptum, eique gangliorum fabricam (erroneam), & fontes liquoris pericardii (pariter erroneas) oſtendiſſe. Cæterum totus liber pauci eſt, & PETRIOLUS in arcu aortæ minute ſe agitat. Teſtantur tamen, PETRIOLUM multa pro LANCISIO cadavera incidiſſe, muſculorum fabricam, nervum intercoſtalem, vaſa pericardii liquorem fundentia docuiſſe.

EJ. *Compimento delle rifleſſioni ed omiſſioni anatomiche ſopra li commenti fatti dal* S. LANCISIO Rom. 1750. fol.

EJUSD. *Apologia anatomica contro la difeſa del* S. NICOLO GIRARDI *ſoſtenuto dal* D. BASSANI *della dottrina di* E. BOERHAAVE Rom. 1753. 8.* Editionem Londinenſem BOERHAAVIANARUM inſtitutionum adgreditur, cujus tabulas nonnemo erat interpretatus, quem noſtro placet BOERHAAVIUM eſſe, qui dudum erat mortuus. Contra eas interpretationes CAJETANUS ediderat *diſpute anatomiche*, quas non vidi; reſponderat ut alias dixi, NICOLAUS GIRARDI. Noſter aſpere & cum plurimis convitiis litem urget. Defendit quartum tegumentum univerſi corporis: tamen expoſitionem tabularum Londinenſem BOERHAAVII eſſe: recte ſe ſplenicam & cœliacam arteriam dixiſſe, quam alii vocant cœliacam & meſentericam. ALBINUM etiam minus recte EUSTACHIUM interpretatum eſſe, quam quidem BOERHAAVIUM. Tamen EUSTACHIUM vaſa lactea depinxiſſe, & ex glandulis conglobatis ductus conſpicuos liquorem pericardii deducere. SANTORINUM ex EUSTACHIO ſua habuiſſe. Partem foraminis optici in oſſe frontali eſſe: diaphragma a duabus imis coſtis non oriri. Nullum latum tendinem a biventre ad os hyoides ire &c.

J. Chriſt. EHRLICH *vernunftmäßige Abhandlung von der Vortreflichkeit des Menſchen* Stargard 1740. 4. GUNZ.

§. MXIX. *Petrus* DEMOURS,

Medicus ocularius, vertit & edidit *Eſſays de la Soc. d'Edimbourg* Paris 1740 ad 1747. 12. 7.Vol. & Amſterdam 1741. 8.*

In Tomo I. addidit obſervationes aliquas anatomicus, primam de ſalamandræ fecundatione. Marem ſemen effundere, repetito, non quidem in uterum aliquem. Tum occaſione my..riaſeos de theoria viſionis agit. Uveæ tunicæ fibras anteriores circulares admittit, poſteriores rectas. Pupillæ ſtatum naturalem eſſe dilatationis.

In

(d) *Apologia* p. 67.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sc.* 1741. deſcribit bufonem marem, qui ante amplexum ova de femella exprimebat.

Ibid. tunicam corneam pellucidam negat a ſclerotica naſci, a qua in calida ſecedat. Fabrica celluloſa corporis vitrei per congelationem demonſtrata. Eæ cellulæ communicant.

In *Mém. preſentés* T. II. iridis fibras non eſſe carneas, ſed tenſas a circularibus reſilire elatere ſuo, & pupillam dilatare; contractionem eſſe contra naturam iridis; nam in ſomno pupillam dilatari.

Cum *Ant.* PETITO, cujus amicus fuerat & adjutor, in litem incidit occaſione morbi in oculo, qui poſt inoculationem in puero ſuperfuit. Ea occaſione ſcripſit noſter *Lettre à M.* PETIT Pariſ. 1767. 8.* Deſcribit hic etiam a D. DESCEMETS dictam membranam, quæ corneæ interiora obducat, capſulam lentis cryſtallinæ obtegat, quæ cartilagineæ ſit indolis, & caveat, ne aqueus humor a cornea pellucida tunica reſorbeatur.

In *Journal de Medecine* T. XXXIII. contra D. DESCEMET defendit, ſuam membranam diverſam eſſe ab ea, quam is medicus dixit.

§. MXX. *Varii.*

Giuſeppe LARINI *tratt. ſopra le qualità delli denti* Firenz. 1740. 4.* Aliquas dentium varietates habet.

Anonymi dilucidationes uberiores de origine animæ & malo hæreditario, quam LEIBNIZIUS *in theodicea primum tradidit* Holm. 1740. 8.* Editionem priorem non vidi, ſed iſta uberior eſt. In parte priori tota hiſtoria generationis continetur. Vermiculum ſpermaticum dare animal primi generis, ſ. monadem, quæ ſenſim in animam rationalem perficiatur. Id animal ex aëre advenire, ad πανσπερμιας ſyſtema. Reliqua methaphyſica.

Emanuel SWEDENBORG *œconomia animalis in tranſactiones diviſa Prima de corde* Londini & Amſtelod. 1740. 4.* abſque auctoris nomine. Primum anatomen præfigit, ex bonis auctoribus collectam: proprium caput habet de marina teſtudine, aliud de circuitu ſanguinis in fetu, aliud de formatione pulli in ovo, deinde ſubjungit phyſiologiam, hanc ſuam & omnino mirificam. In ſanguine ſpiritus habitat animalis, non materialis. Globulus ſanguinis fit cubo ſalis marini, tamquam baſi, cui adaptantur undique variæ ſalinæ particulæ & ſulphureæ. Sanguis etiam ab innumeris corculis cerebri & cerebelli promovetur, adque cor remittitur, inque vaſis minimis celerius fluit, & ab oſcillatione arteriæ promovetur. Extimam arteriæ membranam fieri in venæ intimam. Sanguinem in ſinubus cerebri a nervorum conpreſſionibus actuari, quæ eo perveniant. Cauſam circuitus eſſe alternam vim fibrarum auriculæ, & ſanguinis venoſi.

EJ. *Tranſactio ſecunda de cerebri motu & cortice & anima humana* Amſterd. 1741. 4.* Cerebri motum eſſe voluntarium & a corde oriri. Aërem per proceſſus mammillares ad cerebrum venire & ejus corticem. Sphæras ejus corticis eſſe corcula,

corcula, quæ in motum cieant eam, quam mens imperat, fibram, & in eam liquidum tenuiſſimum impellant. Id liquidum in ſanguinem, & ad cerebri corticem redire: ſpiritum corporeum eſſe, ſed immortalem, & proprium ſuum corpus ſtruere, etiam alia corpora animaturum. Anſeris cerebrum noſter diſſecuit.

EJ. *Regnum animale anatomice, phyſice & philoſophice perluſtratum.* P. I. *de viſceribus abdominis* Haag. 1744. 4. P. II. *de viſceribus pectoris* ib. 1744. 4. P. III. *de cute, ſenſu tactus & guſtus, & difformis organicis* Londin. 1745. 4.

EJ. *De animi & corporis commercio* 1769.

J. H. MAUCLERC *the force of the imagination in pregnant women conſiderd* Lond. 1740. 8. Germanice Argentor. 1740. 8.* BLONDELLUM ſæpe vix ſerio refutat, excitati ſcriptor ingenii. Defendit hiſtoriolas, quas ille nolebat recipere. In *appendice* refutat refutationem opuſculi TURNERIANI, & explicationem hœdulorum JACOBI, quam BLONDELLUS dederat.

Benjamin MARTIN *new ſyſtem op optiks* London 1740. 8.* Habet etiam fabricam & uſum partium oculi.

§. MXXI. *Diſputationes.*

Moſes COHEN *de ſingultu* Leid. 1740. 4.

Peter RATELL *de fabrica & uſu ventriculi* Leid. 1740. 4.

Jac. v. LINDER *de integumentis corporis communibus* Leid. 1740. 4.*

Friderici Bernardi ALBINI *de deglutitione* diſp. Leid. 1740. 4.* & in *meis ſelectis.* Fratris de deglutitione placita recenſet.

IDEM apud *van* WAERT *de utero gravido*, uteri ſitum obliquum, & placentam alieno loco adnatam vidit.

Leonhard PATYN *de omento* Leid. 1740. 4.*

P. LUCHTMAN's *de anatomicis ſeculi XVIII. incrementis* Leid. 1740. 4.*

Abraham MORRENVLIET *de adfectibus nervorum* Harderwyck. 1740. 4.*

Chriſtoph. Frider. FALK *de utilitate tranſpirationis* diſſ. I. Regiom. 1740. 4.*

Abraham LEVIN *de vi imaginationis in vitam & ſanitatem naturalem* Hall. 1740. 4.*

Chriſtian Bernard von SANDEN *de cutis externæ morbis* præſide SCHULZIO Hall. 1740. 4.* Ampliſſima diſp. Negat venas reſorbentes.

. . . . HAUPT *de ſale mirabili perlato urinæ* Regiomont. 1740. 4.

Franc. Car. CONRADI *de inſpectione cadaveris occiſi a ſolis medicis peracta vitioſa nec ſufficiente ad pœnam ordinariam irrogandam* Helmſtätt 1740. 4.

Joachimi Friderici BOLTEN *de gangliis generatim* Hall. 1740. 4.

EJUSD. *ad* LINNÆUM *epiſtola de novo quodam zoophytorum genie* Hamburg 1771. 4. maj.* Verum animal, ore donatum & ano, & inteſtinis, aliisque etiam

etiam ſacculis & fiſtulis, abſque corde aut ſexum exprimentibus particulis. Ex mari Boreali, fretoque Davis adlatum eſt, ubi fundo maris adhæret lapidibusque, ex quodam quaſi ſtipite prægnatum. Idem novum theatrum anatomicum Hamburgenſis aperuit.

Frid. Lebegott PITSCHEL *de axungia articulorum*, præſide *J. Frider.* BAUER Lipſiæ 1740. 4.* & in *noſtris ſelectis.* Bona diſputatio cum multa enumeratione glandularum articularium, & icone ejusmodi glandulæ malleolis adjacentis.

EJ. *De hydrocephalo interno* Lipſ. 1741. 4.* bona diſp.

Georg. Chriſtian. HAHN *de tranſitu chyli ex ventriculo ad ſanguinem* ib. 1740. 4.*

J. Ehrenfried THEBESIUS *de ſomno & ſigno* Lipſ. 1740. 4.*

IDEM *Hebammenkunſt* Leipzig 1759. 8.* Anatomen partium genitalium dat, pelvis menſuras, etiam ligamenta. Uterum in parturiente femina tenuem reperit. Dari & allantoideam membranam, & urachum patulum. Signa graviditatis ex oſtio uteri ſumta. Icones non bonæ.

J. Caroli PUSCHER, præſide HEBENSTREITIO, Diſſ. *de morbis a pervigilio* Lipſ. 1740. 4.* Theoriam habet ſomni & vigiliæ.

Erhard BASS *de obeſitate nimia* Erford. 1740. 4.*

Car. Frid. SATLER *de mechaniſmi in corpore humano exſiſtentia & veritate* Altdorf. 1740. 4.*

J. Chriſtian KLUG *de nervorum uſu & differentia* Argent. 1740. 4.*

J. Guil. HESSE *de partu gemellorum* Argentor. 1740. 4.*

Erneſt Henrich KECK *de dolorum, præcipue ad partum, cauſis, illorumque cura rationali* Argentorat. 1740. 4.*

J. Wilhelm KOCH *de conſenſu menſium cum hæmorrhoidibus* Gieſſ. 1740. 4.*

J. Lud. BAUDE *de la* CLOY & *Petri* LALOUETTE *Ergo lien idem munus hepati præſtat ac pulmones univerſo corpori* Pariſ. 1740. 4.

Lud. Guil. le MONNIER & *Joſ. Maria Fr. la* SONE *Ergo in macilentis liberior, quam in obeſis circulatio* Pariſ. 1740. 4.

Ludov. Alex. VIELLARD & *Petri Joſeph* MACQUER *E. ab imminuta ſanguinis celeritate in capillaribus facilior quæcunque ſecretio* Pariſ. 1740. 4.*

Lud. PEAGET & *Natalis Mar. de* GEVIGLAND *E. muſculorum intercoſtalium & diaphragmatis actio partim voluntaria, partim ſpontanea* Pariſ. 1740. 4.* & in *noſtris ſelectis.* A ganglio ſemilunari natum nervum phrenicum habet.

Benj. Ludov. Lucas de LAURENBERT & *Sylv. Ant. le* MOINE *Non ergo demerſorum vitæ fomes ultimus reſpiratio* Pariſ. 1740. 4.*

§. MXXII. *Joſephus Exuperius* BERTIN,

Academicus, aliquamdiu principis Moldaviæ Archiater, Rhedonibus vivit. EJUS Diſp. *Ergo cauſa cordis alterni motus multiplex* Pariſ. 1740. 4.* & in *noſtris ſelectis.*

ſelectis. Coronarias arterias in cordis ſyſtole repleri; cor impulſa cera liquida ad motum revocari.

Ej. & *J. Fr.* Isez *E. non datur imaginationis maternæ in fetum actio* 1741. 4.*

Paulo poſt cum *Antonio* Ferrein litem ſuſcepit. Dodartio addictus nova inventa Ferreinii refutabat, qui chordas in larynge muſicas, non formam ponebat, per quam aër elideretur. Primam edidit epiſtolam *lettre à M. ſur le nouveau ſyſteme de la voix*, la Haye 1745. 8.* Noſter monet, non omnes Academicos teſtimoniis ſuis Ferreinii experimenta probaſſe. Labia glottidis non eſſe chordas tenſas, quæ molles membranæ obducant. Labia humana, in quibus nihil tenſum ſit, tamen manifeſto in ſibilo diverſos ſonos producere. Laryngis motus non eos eſſe, quos F. dixerit.

Inde, cum & *Antonius* Ferrein reſpondiſſet, & ejus amici, prodierunt *Lettres ſur le nouveau ſyſteme de la voix & ſur les arteres lymphatiques* 1748. 12.*, quarum vel ipſe Bertinus auctor fuit, vel aliquis amicorum. Ad communem diſcipulum Gunzium ſcribit, videri Ferrenium tæniam (ruban) ipſum in larynge ſubpoſuiſſe; non videri quinque Academicos cauſæ Ferrenii faviſſe. In alia epiſtola negatur chordas glottidis non eſſe liberas, quæ humidæ ſint; eas urgetur, urgendo glottidem arctiorem reddere; in avibus earum locum conchas oſſeas minime tremulas tenere: certiſſime in aliis inſtrumentis muſicis foramina arctata tonos reddere acutiores. Porro uveæ membranæ arterias non ſanguineas Hovii & Ruyschii, non Ferrenii, eſſe inventum; denique ne id quidem ſatis certum eſſe, dari in uvea membrana ejuſmodi arterias.

Habeo deinde ex illuſtris Senaci dono *fragmentum oſteologiæ particularis, latine* 8. *editum* paginarum 192, quod nunquam videtur abſolutum fuiſſe; certe Portalius non habet. Verum aliquot poſt annos prodiit *traité d'oſteologie* Paris 1754. 12. 4.Vol.* egregium certe opus. In longa præfatione agit de communibus oſſium adfectionibus & de articulationibus. Glandulas mucilaginoſas habet duorum generum, vel in capſulis irretitas articulorum, vel in adipe aliquantum remotas. Sulcum bicipitis muſculi membranoſo ſeptulo a cavea articulationis diſtingui. Medullæ majorem partem in cellulis epiphyſium naſci, aliquam in medio oſſis corpore. Nullam dari medullæ communem membranam, nullum internum perioſteum. Aliquas exiguas fibras nervoſas oſſium cavum ſubire putat, non tamen quod eas viderit. Perioſteum trans articulationum capſulas produci negat. Pleraque oſſa nunquam fuiſſe membranacea. Cranii tamen oſſa nunquam cartilaginea eſſe. Pro ſucco oſſeo: cartilagineum oſſis corpus in medio incipit oſſeſcere. Vaſa oſſium in cellulis libere pendere, neque reticula facere. Majorem medullæ partem in epiphyſi parari, inde in magnum oſſis tubum confluere, aliquid addi a vaſculis cylindri medullaris. Venas oſſium arterias non comitari, valvulis deſtitui. Obliquas vaſorum canales pro vaſis factos eſſe, quo pauciores laminæ dividantur.

In T. II. oſſa capitis ſollicite deſcribuntur, multo quam ab alio quocunque auctore minutius. Oſſis ſincipitis alibi interiorem laminam longiorem eſſe, exterio-

teriorem alibi, interiorem tamen primam oriri. Foſſa jugularis dextra pene ſemper major. Arteriola comes nervi noni. Ramulum nerveum, quem vir Cl. putat per hiatum FALLOPII in duram membranam ire, certum eſt ad ſecundum ramum Quinti paris pergere. Ramulum a duro nervo ex aquædụctu ire in canales ſemicirculares. Cornicula ſphenoidea hic dicuntur, alibi fuſius deſcripta. Quartum ex ordine & ſupremum os turbinatum vidit. Appendix oſſis turbinati, vulgo ſuperioris. Sphenoideas caveas in MORGAGNI conchas aperiri. Per os naſi venulam tendere, per quam ſinus duræ membranæ poſſis inflare. Eſſe ubi nullum ſit os unguis; eſſe ubi ejus proceſſus cum oſſe turbinato inferiori coeat. Arterias dentales ſuperiores putat ſe primum dixiſſe, noſtris arteriarum hiſtoriis non viſis. Laminam adſcendentem oſſis ſpongioſi inferioris ſæpe cum oſſe unguis, vel cum maxillari principe, conſervere, etiam cum oſſis ethmoidis lamina. Recte articulationem inferioris maxillæ deſcribit. De dentibus fuſe: oſſeam laminam primam eſſe, ex ea cremorem efflореſcere, qui in vitrum conſiſtat. Dentes lacteos radicibus non carere. Dentes hominis adulti creſcere, ſed lentius. Arteriolæ minores tympani. Sex rami ab ophthalmica in cranium redeuntes (plerumque pauciores). Arteriolæ tentoriorum cerebelli. Sinus intus cellulis oſſis plenus, in quem ramulus arteriæ ophthalmicæ ſubeat. Arteriolas plerorumque nervorum comites & parietales dicit. Ophthalmicam ex carotide externa venire recte negat. Nervos & arterias ductus pterygoidei non ſatis perſpexit. De oſſibus ſupernumerariis ex ſucco concreto ortis Variabiles cranii figuræ.

Non poſſumus Cl. virum per reliquos tomos perſequi, quorum tertius ad truncum corporis & ad artus ſuperiores pertinet. Quartus ad inferiores artus.

In quarto etiam cartilagines habet interarticulares, & ipſius laryngis, tum aurem.

Habet Cl. PORTAL Cl. BERTINI *Conſultation ſur la legitimité des naiſſances tardives* Paris 1764. 8. Pro variabili tempore partus.

Inter *Commentarios Academiæ Regiæ Scient.* a. 1744. deſcribit cornicula ſphenoidea.

In alio *commentario* fabricam renis proponit, glandulas inter faſciculos ductuum uriniferorum poſitas: urinæ ſecretionem duplicem, & per eas glandulas, & per ductus abſque glandulis ex arteriis natos.

Ib. anno 1746. anatome ventriculi equini, qui ab humano non longe recedit. Ligamenta duo cutanea, & duo tendinea, quæ duorum oſtiorum ſtomachi diſceſſionem impediunt. Fibræ muſculares ab œſophago deſcendentes, partim undique ſparſæ, partim ad pylorum tendentes, aliæ ambeuntes oſtium œſophagi. Intimæ cæcum finem ventriculi circulis ambeunt concentricis. Membrana villoſa ad dextrum ventriculi finem tonſi ſerici ſimilis. Sphincter in oſtio œſophagi, a quo, tum etiam ab obliqua gulæ inſertione, vomitus impeditur.

EJ. De inſcriptionibus tendineis muſculorum rectorum abdominis. Conjungere rectum muſculum cum obliquis, & facere, ut in eamdem actionem conſentiant.

In

In *Mém. ann.* 1753. fuſe rem nobis prius dudum dictam ornat; venam nempe umbilicalem hepatis lobo ſiniſtro in fetu ramos dare; ad eam venam ſinum venæ portarum fere pertinere: hepar fetus ab eadem umbilici vena majorem partem ſui ſanguinis habere, prægrandem eſſe, ſenſim imminui, inque adulto homine iterum grandeſcere.

Ib. 1759. de circuitu ſpirituum animalium. Magnam eſſe corticem inter cerebri & renum analogiam, & perinde videri, ſuccum aliquem in cortice renis ſecerni, qui in medullam veniat.

Ib. 1761. deſcriptio fibrarum ventriculi humani, noſtræ ſimillima. Imputaverant mihi Academici, me anno demum 1751. ventriculi muſculos in *primis lineis* deſcripſiſſe: ſed candide eam accuſationem revocaverunt, qui eamdem fabricam in editione 1747. dixerim.

In *Mém. de* 1763. de alterna ſanguinis in hepate ejusdemque magnis venis congeſtione. In valida inſpiratione ex venis hepaticis ſanguis uberius in cor exprimitur, contra quam in exſpiratione. Quare ſanguis in venis hepaticis inter exſpirandum congeritur, evacuatur inter inſpirandum. Tranſverſum abdominis muſculis inſpirationis accenſet.

In *Comment.* a. 1765. Porro de circulatione ſanguinis per hepar. Anaſtomoſes majores venæ portæ & umbilicalis cum vena cava. Venas inter utramque eam magnam venam, unius etiam lineæ diametrum habentes, ſe vidiſſe: & majuſculas arterias in mediocres venas apertas.

In *Mém. de* 1766. agit de ductu lacrumali & de glandulis lacr. in variis animalibus, nimis cæterum acriter ſcripſit, cum meæ voces alium omnino ſenſum admittant.

In *Epiſtolis ad me* anno 1747. de arteria ſcribit, quæ per tubam, pharyngis muſculos, & tonſillas diſtribuitur, & per varia foramina cranii penetrat, non deſcripta. De hepate. Differre ſe a me, quod ego ramum ſiniſtrum venæ portarum admittam, quem ipſe non credat quidquid ab ea vena habere. *Epiſt.* 352.

Hiſtoria carotidis, quam paravit (*e*), nunquam prodiit. Sed nunc maxime operum anatomicorum Cl. viri plena editio promittitur.

§. MXXIII. *Diaria anni* 1741.

In *Phil. Tranſ.* n. 460. *Guilielmus* BROMFEILD, chirurgus regius, de femina agit, quæ novem annis partum ventralem circumgeſtaverit.

In ejus *caſes and obſervations* London 1772. 8. 2.Vol.* paſſim anatomica exſtant, ut articulatio humeri cum ſcapula. Iconis oſſium capitis. Sulcus in oſſe maxillæ ſuperioris extra orbitam, de quo monet vir Cl. ne habeatur pro ſacci lacrumalis nido. Oſſa inſenſilia eſſe; ad eorum fabricam aliqua. Icon veſicularum ſeminalium, cum ductu deferente non ſatis celluloſo. Glandulas conglobatas a conglomeratas non differre, & in nonnullis animalibus conglobatas eſſe, quæ in aliis conglomeratæ

(e) Nunquam HOMMEL *Comm. Lit. Nor.* 1741. p. 241.

meratæ, iſtas factas eſſe ad evitandam preſſionem. Hepar in animalibus ſalientibus eſſe multifidum. In rene duas membranas eſſe, quas calor ſeparet: ſe in ſuperficiem renis corpuſcula ſubrotunda manifeſta vidiſſe. Veſicæ anatome. Veſicæ muſculus longitudinalis, & prope proſtatam fibræ transverſæ. COWPERI glandulæ.

T. KNIGTH de pilis per urinam egeſtis.

Henrici MILES circuitus ſanguinis in ſalamandra aquatica viſus.

N. 469. IDEM de anguillarum aceti ore. Semen bidentis pro peculiari animale depinxit.

N. 477. de effluviis electricis hominis & animalis.

N. 461. *Joſeph. Ignatius de* TORREZ exemplum dedit cordis inverſi, apice deorſum ſpectantis. Recuditur in *Mémoires des Savans etrangers.*

ROBERTI Epiſcopi in Cork, & aliorum relatio, de ſceleto viri variis adpendicibus deformi, cujus omnes articulationes per ancyloſin coaluerant.

IDEM Epiſcopus de viro lactente.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1741. puer ultra modum procerus.

De lamiæ ampliſſimo rictu & dentibus. VAUCANSONI anas deglutiens, digerens, excernens.

In *Actis Societatis Regiæ Scientiarum Upſalienſis* anni 1741. *J. Fridericus* GRONOVIUS anatomen dat ſalmonis. Adpendices pyloricæ 62. Sic anno 1742. & 1744 — 1750.

IDEM in *Phil. Tranſ.* n. 466. nuntium ad Regiam Societatem miſit, de nuper inventa polyporum ex fragmentis regeneratione.

In *K. Swensk. Wet. Acad. Handlingar* t. II. anni 1741. J. M. GRAABERG bufonem vivum deſcribit, medio in ſaxo repertum.

In *Comm. Lit. Nor.* 1741. *hebd.* 41. J. P. MODEL, celebris pharmacopœus, agit de oleo animali DIPPELII, qui equidem commentarius chemici magis eſt argumenti.

In *Sel. Francof.* T. II. n. 2. hernia umbilicalis congenita deſcribitur.

In *Sat. Sileſ. Gottlieb* OLLSNER deſcribit penem bipartitum in puero, ſ. ſemiduplicem.

§. MXXIV. *Jacobus* PARSONS,

Medicus Londinenſis. EJUS *mechanical and critical enquiry into the nature of hermaphrodites* London 1741. 8.* Opus fere collectitium, in quo ex temporum ordine plurima exempla androgynorum recenſentur. Androgynos qui putantur, eſſe feminas magna clitoride. Quam ipſe vidit Aethiopiſſam putes utique eo pertinere.

EJUSD. *Deſcription of the urinary human bladder and the parts belonging to it with anatomical figures* London 1742. 8.* Germanice Norib. 1759. 8.* Gallice Paris

Paris 1743. 8. Princeps ſcopus fuit diſſuadere uſum medicamenti lithontriptici STEPHANIANI, circa ea tempora celeberrimi. Præmiſit autem aliqua anatomica. Veſicam ſuperne latiorem pingit, ut in puero ſe habet. Planum fibrarum longarum anterius & poſterius exprimit, in feminis in vaginæ ſphincterem, in viris in proſtatam inmiſſum. Ad ejus plani latera duas latiores quaſi cellulas delineat. Ut naſcantur adpendices in veſica &c.

EJ. *The Croonian lectures on muſcular motion* Lond. 1745. 4.* cum *Tranſactionum Philoſophicarum* volumine. Tres lectiones. Refutat ſcripta priorum: fibras muſculorum dicit eſſe tubulos, per intervalla intumeſcentes. Aërem, qui ſit ſpiritus nerveus, has fibras replere, ſed celerius, quando voluntatis imperium accedit: ita cellulas breviores fieri & latiores, & aërem intervalla replentem comprimi. Eum ipſum aërem, quando voluntas remittit, tum ſanguinem etiam diſtentis fibris eliſum, cellulas fibrarum in priorem anguſtiam reducere. Multum hæc cum BOERHAAVII theoria conſentiunt.

In *tertia prælectione* de utero, tubis & ligamentis rotundis agit, tribus ut putat muſculis. Tunc feminam parere, quando cervicis craſſities adeo diminuta eſt, ut contracto utero reſiſtere nequeat, quæ fere eſt *Antonii* PETIT hypotheſis. Tubam periſtaltica vi ovum adducere; ſerpentinam eſſe in virgine, in femina gravida rectam: ſuperfetationem non poſſe fieri, cum in graviditate tubæ non poſſint ad ovarium pertingere. Ligamenta rotunda facere, ut uterus ſe æquabiliter contrahat.

EJUS *human phyſiognomy explaind in the Croonian lectures on the muſcular motion of the year* 1746. 4.*, quæ appendix eſt *Philoſophicarum Tranſactionum* ejus anni. Scopus eſt viro Cl. oſtendere, qui muſculi in quoque animi adfectu agant, & in facie potiſſimum. Negat orbicularem palpebrarum muſculum oculum claudere, & id officium unice fibris tribuit, quæ ſunt in palpebra ſuperiore. Neque obliquis muſculis oculi rotationem relinquit, quæ a ſolis rectis pendeat. Negat in utroque oculo cognominem muſculum utrumque eodem tempore poſſe contrahi. Buccinatorem habet pro organo cachinni, cutaneum pro oris apertore. Inde tranſit ad phyſiognomiam, quam repetit a multa actione ejuſdem muſculi, unde robur ſuperius adquirat, & etiam tunc aliquantum agere videatur, quando is prævalens adfectus animum nunc non agitat, inque homine læti ingenii muſculi gaudii indices videantur conſpectiores, etiamſi mens nunc nullo gaudio adficitur. Quietem animi adgnoſci, quod nullus muſculorum faciei reliquis prævaleat. Venerationem ex oculo ſurſum verſo diſtingui, & ex actione conſentiente muſculorum oculos levantium & palpebras. In deſiderio ruborem accedere, & oculos ad deſideratum objectum conflecti. Non omnes cæterum adfectuum characteres accurate expreſſos fuiſſe credas, neque deſperationem, neque averſationem, neque contemtum. In riſu oculos cum ore mutari, & os aperiri, dum oculi clauduntur. Lacrymis non putes copiam humorum ſtagnantium minui. Myopes melius legere libro ad latus poſito, recta enim ſi præ ſe habuerint, dolere agentem utrumque adductorem oculi.

EJ. *Philoſophical obſervations on the analogy between the propagation of animals and that of vegetables* London 1752. 8.* Belgice *de over eenkonſt tuſſchen de voorteeling der dieren en gewaſſen* Haag. 1753. 8. Opiniones hominum de animalium generatione recenſet. Refutat vermiculos ſeminales, & BUFFONII vires adtrahentes. In matre ſemen reſidere. Auram ſeminalem ova fecundare. De animalculis microſcopicis. Non interire in calore aquæ fervidæ. Secundaria germina in polypis evolutionem præſtolari. Secretionem fieri adtractione ſuccorum analogorum. Dentes & cornua gaudere germinibus ſecundariis, illos etiam ternis; ſic in chela cancri. Polypum differre a ſalice, quod cum quavis ſecundaria organiſatione vivum ens conjunctum ſit. Vulnus liberare germen, quod etiam abſque vulnere ſe evolviſſet. Mollibus & multis periculis obnoxiis animalibus potiſſimum ea ſecunda germina data eſſe. Animæ immortalem & immaterialem naturam defendit.

In *Phil. Tranſ.* n. 469. agit de Phoca, ejus partibus externis, & bicorni utero.

In n. 470. de rhinocerote, cum pulchris iconibus. Penis bifurcatus retrorſum euns, ex vagina quadam erumpens. Proboſcis exigua ſed utilis. Plicæ opportunæ cutis.

N. 483. puella, quæ diſtincte loquitur, corpore linguæ amiſſo.

In n. 485. de dactylo, quem tamen non pro pholade habet, & mavult chamam vocare, cum duas nec plures teſtas habeat. In ſaxo duro cuniculos ſibi effodit.

N. 489. de fetubus humanis ad pectora connatis. Aortæ per canalem conjunctæ, inteſtina confluentia.

In *Vol.* XLVII. de Phocarum claſſe agit, & aliqua de inteſtinis valde ſimilaribus phocæ vulgaris habet.

IDEM contra novam PEYSSONELLII hypotheſin, corallia ſtrui a polypis.

Firmas particulas, in areolas retis membranacei depoſitas, facere teſtas aſtacorum, quæ in aceto molleſcant: hoc ante HERISSANTIUM.

De feminis magna clitoride. Omnes fetus femininos eo pertinere.

T. XLIX. P. I. de ovo, cui cornu ex latere enatum eſt.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LV. Aethiopes albos vidit, ex nigris natos parentibus.

In *Vol.* LVI. de animalibus amphibiis. Foramen ovale apertum habere.

IDEM de aſpera arteria nonnullarum avium incurvata & reflexa, & de pulmone atque aſpera teſtudinis arteria.

§. MXXV. *Antonius* PETIT,

Clinicus, anatomicus & obſtetrix, vir egregius.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sc.* 1741. de ſubmerſis experimenta fecit. Infecta

poſt

poſt 50. etiam horas refocillari poſſunt; canes ne tria quidem minuta vixerunt, aves quatuor, aquaticæ ad decem. Homines ſæpe poſſe ad vitam revocari, quod non conſtanter ſub aquis merſi maneant: conſuetudinem facere, ut urinatores 15. minutis edurent: tribuit etiam aliquid foramini ovali.

IDEM Paris 1753. 8. 2.Vol.* edidit *Anatomie chirurgicale de Mr.* PALFYN *refondue & augmentée par* A. PETIT. Magna pars operis, noſtri eſt; oſſa tota & icones oſſium fere omnes, quæ bonæ ſunt & nitidæ: reliquas partes anatomes inſigniter idem reformavit. Claviculos GAGLIARDI rejicit. Vidit juvenem 20. annorum, cui oſſium epiphyſes diſtinctæ manſerant. Habet os frontis digitum craſſum. Exemplum in quo anno ætatis viceſimo epiphyſes nondum cum oſſibus conferruminatæ fuerant. Callum & oſſium formationem tribuit laminis induratis perioſtei Eſſe ubi infanti nulla ſagittalis ſutura ſit. Oſſa turbinata inferiora cribroſo oſſi accenſet; cornicula ſphenoidea oſſi cribroſo. Negat ductus inciſivos apertos eſſe. Articulationem maxillæ inferioris deſcribit, ut RAVIUS. Foramen in ſterno habet pro veſtigio oſſis inmaturi. Sternomaſtoideos muſculos caput putat extendere. Glandulas in vaginis tendinum digitorum nullas admittit. Paſſim a WINSLOWO diſſentit. Venarum fibras muſculoſas rejicit. Mammariæ ramum ad pericardium habet. Arterias pelvis melius deſcribit, quam WINSLOWUS. Succum putat, ſe de nervi medulla expreſſiſſe. Ligamentum ciliare opinatur nervorum eſſe plexum. Nervos cordis parvos facit. Rete MALPIGHII monet eſſe faciem internam epidermidis. De mutabili ſitu lienis, qui ventriculum ſequitur. Muſculos uteri non admittit. Quadratum menti a cutaneo *Joſephi* LIEUTAUD ſeparat. Metacarpeus ab oſſe unciformi natus. Ligamenta inter muſculos brachii anterius & poſterius. Infundibulum ſolidum eſſe. Hymenem confirmat. Capſulam cryſtallinæ lentis fieri a membrana vitrea.

EJUSD. *Recueil de pieces relatives à la queſtion des naiſſances tardives* Paris 1766. 8. 2.Vol.* Prima pars hujus collectionis eſt „ *Memoire ſur la cauſe & le mechaniſme de l'accouchement.* Suecice *afh. om mechaniſmen af barna — förloſningar* vertente H. SCHUTZER Stokholm 1768. 8. Subtilis ingenii opus. Partum fieri a viribus diaphragmatis & muſculorum abdominis, cum muſculoſa vi uteri conjunctis. Ejus uteri fibræ nullum certum quidem ductum ſequuntur, in univerſum tamen uteri fundum detrahunt, dum oſculum undique diducunt. Fibræ cervicis uteri ab ejus incremento ſurſum ducuntur, & ſuper uterum ſparguntur, ita craſſities uteri conſervatur, cervicis vero craſſities minuitur. Partus fit, quando fibræ cervicis omnes diſtractæ ſunt, cumque cedere nequeat quidquam, nunc uterus incipit irritari. Contractionem uteri placentam depellere, continuo ſi vivida fuerit.

Inde argumenta contra partus ſerotinos refutantur.

Sequitur *conſultatio* favens partubus ſerotinis, ob diverſam irritabilitatem feminarum: ob exempla etiam annui partus & octodecimeſtris.

In ſecundo tomo BOUVARTI epiſtola refutatur. Fere totum hoc volumen occupatur in partuum ſerotinorum exemplis. Inter ea ſunt exempla partus 14.

 & 22.

& 22. menſium. Contra cauſam partus a diſtracta placenta & impedito in ea circuitu ſanguinis repetitam.

Ej. Diſp. *E. in ſua ſyſtole cor decurtatur* Pariſ. 1746. 4.*

In *Journal de Médéc.* 1758. P. I. de oſſiculis novis inter oſſa temporum, verticis & ſphenoideum. (*Fontes* ſunt anteriores inferiores.

Ej. *De novis ligamentis*, ut putat, uteri, plicis nempe peritonæi.

Ej. *Deux conſultations medico-legales.* De ſignis nuperi puerperii. Vidit hymenem poſt falſas graviditates integrum. De lactis a puerperio confluxu in mammas.

Arteriam coronariam ventriculi ampla anaſtomoſi in hepaticam inſeri vidit *Dict: Anat. Chir.* 1771. p. 389.

§. MXXVI. *Philippus Conrad.* Fabricius,

Profeſſor Helmſtadienſis, medicus, inciſor, herbarius, ſimplicis vir vitæ & philoſophicæ. Ej. *Idea anatomiæ practicæ exhibens modum cadavera humana ſecandi* prodiit Wezlariæ 1741. 8.* Culter anatomicus, natus ex Cl. viri in noſodochio Argentinenſi laboribus. Nuperrimæ, potiſſimum Winslowianæ, anatomes artificia docet, injectiones etiam & nervorum hiſtoriam: interſpergit etiam adnotata propria. Oſſa pubis diſcedere negat. Maſtoideum muſculum ad cartilaginem enſiformem uſque produci vidit.

In *commentatione de animalibus quadrupedibus, avibus, amphibiis piſcibus & inſectis Wetteraviæ* Helmſtatt. 1749. 8.* aliqua huc faciunt, ut de ranarum primordiis, in quibus tamen retrograda Merianæ reformatio locum non habet. Ex ſcarabæi generatione putat vir Cl. ſententiam Leeuwenhoeckianam probabilem reddi.

Ejus *Sciagraphia hiſtoriæ phyſico-medicæ Butisbacii cum ſylloge obſervationum anatomico chirurgico medicarum* Wezlar. 1746. 8.* Hymenem conſtituit; diſcrimen utriusque ſexus in oſſibus pubis negat conſtans eſſe: vertebras in ſuſpenſis luxari non putat &c.

Ejus *Sammlung einiger mediciniſcher Reſponſorum und Sections-Berichte* Helmſtätt. 1754. 8.* Reſponſa, ut vocant, medico legalia. A funiculo umbilicali non ligato funeſtæ hæmorrhagiæ. Virum unico teſticulo præditum non eſſe ad conjugium inutilem, recte reſpondetur.

Zweyte Sammlung Helmſtätt 1760. 8.* Potiſſimum judicia continet de infanticidiis. Utique pulmonem, quem aër nunquam ſubiit, fundum petere, etiam in mediocri putredine; magis corruptum natare. Vaſa magna inania fuiſſe, cum vaſa umbilicalia non fuiſſent ligata.

Utraque ſylloge conjuncta rediit Hall. 1772. 8.* variis reſponſis aucta. Ex funiculo non ligato manifeſta hæmorrhagia. Putreſcens pulmo natat, abſoluta putredine ſubſidet.

Ej.

Ej. *De autopſiæ utilitate & præſtantia* Helmſtatt 1748. 4.* Non poſſe ex iconibus veram corporum, potiſſimum etiam inciſorum, cognitionem obtineri.

Ej. *Programma ad anatomen anni* 1749. Helmſtätt 1749. 4.* Trium cadaverum ſingularia. Coſtæ 26. cum vertebris 26. Vaſa lactea in puero, & varietates vaſorum.

Ej. *Programma ad anatomen anni* 1750. Helmſt. 1750. 4.* Trium etiam cadaverum ſingularia. Brunneri glandulæ conſpicuæ: appendix inteſtini: cor ad pericardium adnatum.

Ej. *De cognitione anaſtomoſium vaſorum præcipuorum neceſſaria* Helmſtatt. 1750. 4.* in phyſiologia & in medicina forenſi.

Ej. *Propriæ cautiones in ſectionibus & perquiſitionibus cadaverum humanorum pro uſu fori obſervandæ* ib. 1750. 4.*

Ej. *Obſervationes nonnullæ anatomicæ* Helmſt. 1751. 4.* Subclavia dextra ex trunco aortæ nata. Senii veſtigia & indurationes variæ.

Ej. *Dubia circa novum ſyſtema evolutionis vaſorum cutaneorum naturalis in morbo variolarum contingentis* Helmſt. 1751. 4.* Contra Hahnii hypotheſin.

Ejusd. & Kuhn *de ſuppreſſæ tranſpirationis cauſis morbisque præcipuis ex eadem ortis* Helmſt. 1756. 4.*

Ej. *Obſervationes aliquæ anatomicæ nuperis ſectionibus collectæ* Helmſt. 1754. 4.* Muſculus plantaris longus duplex. In fetu colon cylindricum, abſque cellulis eſſe. Lien inſolitæ molis. Appendix veſicæ, ciſterna chyli. Bronchiales arteriæ duæ: Arteria brachialis duplex. Pulmo putridus natans.

Ej. *Sylloge obſervationum anatomicarum ab a.* 1754. *ad* 1759. *in theatro anatomico Helmſtadienſi factarum* Helmſt. 1759. 4.* Magna clitoris, inteſtina præter morem brevia. Pulmo adulti ſubſidens, & ren lobulis factus. Arteria pulmonalis, quam aorta, latior. Quatuor rami arcus aortæ. Proſtatæ Bartholini. Infantum inteſtina etiam decies proprio corpore longiora. Suturæ cranii ſibi impoſitæ.

Ejusd. *Programma indicans adnotationes in puero varioloſo factas* Helmſt. 1760. 4.* Nullum puſtularum ultra pharyngem veſtigium, neque in celluloſa tela puſtulæ.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* X. *obſ.* 36. adnotationes variæ. Carotis dextra ex trunco aortæ. Veſiculæ de utero decedentes.

§. MXXVII. *J. Daniel* Schlichting,

Medicus Amſtelodamenſis, qui Chirurgiam etiam exercebat.

In *Comm. Lit. Nor.* 1741. *hebd.* 1. deſcribit luxationem oſſis innominati a ſacro, quæ a partu fit.

Ej. *Siphilidos mnemoſynon criticum, of gedanken over ongemaaken door't gebruyk der teel deelen oorſpronklyk* Amſterdam 1746. 8.* De lue venerea alias.

Anatomen hic tradit partium genitalium non eximiam, icones collectitiæ ſunt, niſi propria viro eſt icon hymenis. Gonorrhœam recte ponit in ductibus mucoſis. Ejusmodi in vagina ductus defendit. Muci in naribus & ore organa deſcribit, quæ lues infeſtat. Glandulas inguinales aponevroſi tamquam vagina ambiri.

Ej. *Traumatologia novantiqua*, *of vernieuwde wondheelkonſt &c.* Amſterdam 1748 4.* Vulnera tendinum, etiam ad dimidias inciſorum, non vult periculoſa eſſe. Non in ſola celluloſitate pus generari &c. Suturarum varietates.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VI. *obſ.* 24. Tendo ad dimidium diſſectus abſque ſymptomate.

Obſ. 26. Singularis morbus, in quo ex brevitate ligamenti epiglottis erecta.

Obſ. 27. menſes in puella ſeptenni per uterum, cutem aliasque partes.

In *Comm. Lit. Nor.* 1744. *hebd.* 52. & uberius in *Mém. des Savans étrangers* motum cerebri deſcripſit, ut in exſpiratione deſcenderet, vulneratum etiam undique palpitaſſe.

Nov. Act. Nat. Cur. Vol. I. *obſ.* 85. 86. exempla hymenis perfecti & menſes retinentis.

Edidit etiam J. VERBRUGGE *examen* (*f*) Amſterd. 1748. 8.* & aliquas notas addidit, anatomicam & phyſiologicam partem emendavit & correxit. De vaginis tendinum flexoriorum ortis ab armillis carpi.

PLEVIERI obſtetricium opus edidit, notulas adjecit, monuit, ne inter uterum & fetum vacuum ſpatium admittatur.

§. MXXVIII. *Petrus* BARRERE,

Medicinæ Profeſſor Perpinianenſis aliquamdiu in Cayenna inſula vixerat. Edidit Pariſiis 1741. 4.* ſuo nomine non addito, libellum *diſſertation phyſique ſur la couleur des Negres, de la qualité de leurs cheveux, & de la degeneration de l'un & de l'autre.* Epidermidem Aethiopum nigram eſſe, cutem ex rubra nigram: bilem eſſe nigerrimam, ab ea videri ſudorem eſſe pinguem & fætidum, quo cutis Aethiopum obducitur, & ipſum denique etiam cutis colorem. Ab eo pingui & unguinoſo cutis humore etiam criſpitatem eſſe pilorum. Has ſingulares ejus gentis notas cum ſemine in fetus tranſire.

Ej. *Diverſes obſervations anatomiques tirées de l'ouverture d'un grand nombre de cadavres* Perpignan. 1751. 4.* Pathologici potiſſimum argumenti, varias morborum cauſas indicat, de quibus per extiſpicium conſtitit. Inter eas pus viride a cupro tractato. Editio altera multo plenior ſucceſſit ib. 1756. 4.* Cor pericardio adnatum &c.

§. MXXIX. *Varii.*

MARTIN, Medici Monſpelienſis & Avenionenſis, *traité de la phlebotomie & de l'arteriotomie* Paris 1741. 12.* Omittimus practica. Hactenus pro SYLVA pugnat,

(*f*) p. 562.

pugnat, venæſectionem derivare, ſ. ſanguinis motum verſus eam partem accelerare, cujus vena inciſa eſt, hinc venæ jugularis ſectionem in gravioribus capitis morbis nocere.

J. Burchardi SCHLERETH, Profeſſoris Fuldenſis, *Inſtitutiones medicæ ſuccinctis theſibus comprehenſæ notisque uberioribus illuſtratæ* Fuldæ 1741. 4.* Paſſim tamen etiam in bonos fontes incidit.

Philippi Maximiliani DILTHEY *obſervationes anatomico phyſico medicæ* Herborn. 1741. 8.* Sectiones fere medico legales.

J. Lud. HOCKER in V. tomo *mathematiſcher Seelen-Luſt* agit de cantu avium.

BUNON, Medici dentarii, *diſſ. ſur le prejugé très pernicieux concernant les maladies des yeux, qui ſurviennent aux femmes groſſes* Paris 1741. 12.* Non periculoſam eſſe dentis canini evulſionem. Nervis dentium nihil eſſe cum oculi nervis commune.

EJ. *Eſſay ſur les maladies des dents* Paris 1743. 12.* De modo & ordine, quo dentes prodeunt. Dentes primos radicibus non deſtitui: ut iis novi dentes ſuccedant deleta radice.

EJ. *Experiences & demonſtrations pour ſervir de ſuite & de preuves à l'eſſay ſur les maladies des dents* Paris 1746. 12.* Practicus utique homo; varia tamen adnotat, ut de inæquali craſſitie vitrei corticis dentium.

Conrad ZUMBAG *de* COESFELD *de pulſibus & urinis* Leid. 1741. 12.

Antonius Cæleſtinus COCCHIUS, Romanus, Ejus eſt *lectio de muſculis & motu muſculari* Rom. 1741. 4. maj.*

Connoiſſances parfaites des Chevaux — avec une inſtruction ſur les haras Paris 1741. 8. BOISS.

Idée générale de l'homme conſideré comme le ſujet de la phyſiologie 1741. HOUS. An la CAZE primum forte tentamen.

François Paſgual VIRREY *y* MANGE *inſtitutiones medicinales o Phyſiologica ſegun el ſyſtema de acidos y alcalinos* Madrit 1741. 8. CAP. de VIL. recuſum cum *chirurgico manuel* ib. 1749. 4.

§. MXXX. *Diſputationes.*

Andr. HERRINGA *de motu muſculorum* Leid. 1741. 4. PL.

Henricus KYPER *de humore pericardii* Leid. 1741. 4.*

Joſias VERHEL *de alimentorum in ore ac ventriculo* χυλοποιήσει Leidæ 1741. 4.*

Joachim HOFMEISTER *de organo auditus ejusque vitiis* Leid. 1741. 4.*

J. MARTIN *de fato ſenili* Leid. 1741. 4. PLATNER.

Dionyſ. Apel *de oculi humani fabrica* Leid. 1741. 4. Id.

Franc. Tiberius Bonvoust *de ſaliva* Leid. 1741. 4.*

J. Chriſtian Menz, præſide J. C. Puchler, *de ſaliva non temere exſpuenda* Lipſ. 1741. 4.*

David Henrich Volprecht *de ſaliva ejusque ortu ex glandula parotide* Lipſ. 1741. 4.*

Chriſt. Frid. Schulz *de ſicca corporum animalium conſervatione* Lipſ. 1741. 4.*

Jonas Szent Petri *de conſervatione corporum* Hall. 1741. 4.*

Chriſtiani Thomasii *de concubinatu vom Beyſchlaf* Hall. 1741. 4.

Wolfgang Jacob Lochner *de præcipuis ſanguinis qualitatibus ad nutritionem corporis humani facientibus* Altdorf. 1741. 4.*

Henrich Aug. Gerlach *de actione & reactione in corpore humano æquali conſervanda* Erford. 1741. 4.*

J. Philipp. Zaunschleiffer *jus graviditatis & gravidarum* Jen. 1741. 4.

Benjamin Friderich Erhardt *de ſudore imprimis nimio* Argentor. 1741. 4.* Collectio.

Philipp. Henrich Boecler *de ſomni meridiani ſalubritate* Argent. 1741. 4.

Ejusd. *Theſium medicarum decas.* Pr. J. Boecler Argent. 1741. 4.* Aliquæ phyſiologicæ & anatomicæ.

Ej. *De thyreoideæ, thymi atque ſuprarenalium glandularum in homine naſcendo & nato functionibus* Argent. 1753. 4.*

Ej. *Oratio extollens procerum & medicorum Argentoratenſium in Anatome merita* Argent. 1756. Port.

J. Boecler *an nitrum ſanguinem coagulet an reſolvat* Argent. 1741. 4.*

J. Georg Eisenmann & Moseder *Theſes medicæ anatomicæ* 1741. de lacte virginum. Experimenta pulmonum natantium & ſubſidentium.

Ej. Eisenmann & Lauth *quæſtiones varii argumenti* Argent. 1742. 4.* Pluſcula experimenta in ranis facta, & alia anatomica.

Conrad Ludwig Zoel *de reſpiratione ſana & morboſa* Rinteln 1741. 4.* præſide J. H. Furstenau.

J. Rudolph Rhan *de more ſternutantibus ſalutem apprecandi, ejusque origine* Tiguri 1741. 4. Leu. alii 1742.

Jac. Nicol. Marcard *de generatione caloris & uſu in corpore humano* Götting. 1741. 4.*

J Lud. Chriſtoph. Beringer *theſes ſelectiores philoſophico phyſiologico medicæ* Heidelberg 1741. 4. He.

Jac. Henr. Balthasar *de homine* Greifwald. 1741. 4. He.

J. Franc.

J. Franc. ZELLER *Diſſ. de bile & ejus uſu medicamentoſo* Prag. 1741. 4.

Frid. de BUCHWALD & *Chriſtian Ludov.* MOSSIN *theſium decades de muſculo* RUYSCHII *in fundo uteri* Hafn. 1741. 4.* Pro RUYSCHIO contra LEPORINUM. Non ſemper quidem, aliquando tamen fibras uteri facile conſpici. Placentæ ſedem incertam eſſ. In femina ſecundas abſque malo per annum retentas fuiſſe.

Guſt. HARMENS *exſiſtentiam ſpirituum animalium adumbrat* Lundin. 1741. 4.*

EJ. *De uſu & noxa bilis genuinæ & vitiatæ* Lundin. 1746. 4.*

EJ. *De vera ratione ſecretionis corporis humani in genere* Lundin. 1758. 4.*

Wilh. Bernh. NEBEL *de ſynovia* Heidelberg 1741. 4.

Lud. LAUGIER *de natura & cauſis fluiditatis ſanguinis ... de lactis natura & uſu* Monſp. 1741. 8. Idem ut puto libellus p. 133. cum præſide *Ant.* MAGNOL dictus.

Nicolai ANDRY & *Franc. David* HERISSANT *Ergo ab impulſu ſanguinis in arteriam pulmonalem reſpiratio ſpontanea* Pariſ. 1741. 4.* & in *noſtris ſelectis.* Hypotheſis ſingularis.

IDEM (*Franc. Dav.* HERISSANT) in *Hiſt. de l'Acad.* a. 1741. egit de reſpiratione. Pulmonem in exſpiratione dilatari (nempe de pectore expelli, non adeo aperto pectore collabi). De minori dilatatione pulmonis, quæ fit ab arteria pulmonali.

EJ. De labio leporino ſingulari cum defectu oſſium turbinatorum inferiorum.

EJ. HERISSANT *E. ſecundinæ pulmonum præſtant officia* Pariſ. 1743. 4.* & in *noſtris ſelectis.* Negat fetum ſanguine materno ali.

EJ. *De fabrica cartilaginum.* Laminas in iis tenues, in equis rete reperit. *Mémoir. de l'Acad.* 1748.

IDEM in avibus aquaticis utique etiam ſuperius roſtrum mobile eſſe.

ID. *Mém. de* 1749. de dentibus canis carchariæ ſibi ſuccedentibus.

In *Vol.* XLVII. *Tranſ. Philoſ.* ſi huc vis referre, de veneno Americano, & de vulneribus eo inflictis.

Mém. de l'Acad. 1752. de cuculo. Ejus voracitas a magnitudine ventriculi pendet, qui membranaceus eſt, & totum abdomen replet.

In *Mém. de* 1753. de inſtrumento vocis in quadrupede inque ave. Equus & aſinus membranam habet glottidi incumbentem, quæ per exeuntem aërem in tremores alternos cietur. Alia mulo eſt fabrica. Ad ventriculos laryngis. De larynge inferiori avium.

Ib. *Hiſtoire* ejus anni. Pulſus nullus, cor vacillans & laborans; pericardium toti ſiniſtræ caveæ thoracis æquale.

IDEM de pullo, cui inteſtina in femur deſcenderant.

IDEM anno 1754. de organo, in quo vitreus dentium cortex paratur. Veſiculas eſſe in folliculo ſubnaſcentes & gluten fundentes.

Idem de inteſtinis ſtruthiocameli: duæ cæcæ appendices; cellulæ in colo. Ductus pancreaticus ab hepatico diſſitus. In ventriculo muſculoſo calculi.

In *Hiſt. de* 1756. de fetu 27. menſe ſectione cæſarea extracto, cum interim mulier concepiſſet.

In *Mém. de* 1758. Oſſa ope acidi mineralis diſſolvit. Ita reperit duplicem in iis naturam eſſe, membraneam vaſis plenam, & terram cretaceam. Non putarem a noſtris differre, qui vaſa cum ſua celluloſa tela undique oſſa percurrere perſuademur, niſi vir Cl. doceret, omnino laminas oſſium naturam membranaceam & cartilagineam retinere. Terra oſſium cum acido nitroſo abit in nitrum baſi cretacea.

In alio commentario de exiguis burſulis perioſtei in alveolari textu oſſium ſedentibus, & de earum cum perioſteo externo continuitate. Quatuor nunc elementa oſſis numerat, & prioribus gluten addit, atque telam ex perioſteo continuatam. Terram cretaceam in lotio vidit.

In *Mém. de* 1766. eamdem fere fabricam reperit in teſtis animalium marinorum; celluloſam nempe telam, quæ teſtæ fundamentum eſt. Neque teſtam ergo ex glutine naſci. Ea tela acido adſperſo, ſoluta calcarea terra, nudatur.

Petrus Marais & *Hyac. Theod.* Baron Paris 1741. 4.* & in *ſelectis noſtris. Ergo dum contrahitur cor, dilatantur arteriæ coronariæ.* Contra Boerhaavium. In cordis ſyſtole ſanguinem de inciſa arteria coronaria altius exſilire.

Petri Joh. Burette, eruditi viri & magni librorum collectoris, & *Theodori* Baron Jun. *E. dum cor contrahitur dilatantur arteriæ coronariæ* Pariſ. 1741. 4.*

Antonii Pepin & *Matthiæ* Arragon *Ergo a mutuo ſanguiferorum lactiferorumque uteri vaſorum nixu menſtrua mulierum purgatio* Pariſ. 1741. 4.* Ad fabricam uteri, ad ejus vaſa lactifera.

Joh. Herment & *Abr. Fr.* Leo *de* Villars *E. ſanitas potius a fluidis quam a ſolidis* Pariſ. 1741. 4.*

Raymund Jacob Finot & *Jacob. Fr. le* Chat *de la* Sourdiere *E. bilis circulatio multiplex* Pariſ. 1741. 4.*

Petri le Tonnelier & *Ludov. Ren. du* Bois *E. nutritio tantum in minimis vaſis* Pariſ. 1741. 4.*

Phil. Caron & *Car. Fr.* Boutigny *des* Preaux *E. a vario fibrarum contextu & elatere diverſa temperies* Pariſ. 1741. 4.

Urbani Leaulte' & *Urbani de* Vandenesse *E. ut omnium ſecretionum cauſa tritus, ſic materia lympha* Pariſ. 1741.

Benjam. Ludov. Lucas *de* Laurembert & *Car. Lud.* Liger *E. aër ſanguini admiſcetur per pulmones* Pariſ. 1741.

Leandri Peaget & *Juliani* Busson *Ergo ſanguis in fetu a dextra in ſiniſtram cordis auriculam per foramen ovale tranſit, non ſecus* Pariſ. 1741.

Ludov.

Ludov. Alexandre VIELLARD & *Andr.* CANTWEL *E. ſecretionum diverſitatis cauſa multiplex* Pariſ. 1741. 4.*

Lud. Guil. le MONNIER & *J. Stephan.* GUETTARD *E. ex vaſorum figura & origine facilior aptiorque fluidorum diſpenſatio* Pariſ. 1741. 4.* Arterias cylindros eſſe, non conos.

§. MXXXI. *Diaria anni* 1742.

In *Phil. Tranſ.* n. 462. *Eduard* NOURSE veſicam urin. in aliquot cellulas continuatam deſcribit.

N. 464. C. WARWICK de puero pene difformi, cæco, cui lotium in ſpongioſa carne ſupra pubem excernebatur.

N. 466. R. CAMPBELL de viro integris 18. annis aqua ſola vitam ſuſtinente.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sc.* 1742. de caſtratione piſcium in Anglia inventa.

Ibid. *Bernardus de* JUSSIEU, botanices ſumma peritia celebris, PEYSSONNELLI inventum ornat, qui corallia animalculorum opificium eſſe primus docuerat, quæ ſententia nunc vulgo recepta eſt.

In *Journal des Sav.* 1742. Mai. contra *Petrum* BARRERE objicitur, bilem non atram eſſe, ſed flavam.

In *Actorum Acad. Naturæ Curioſorum Vol.* VI. anno 1742. excuſo *obſ.* 11. *J. Hartmann* DEGNER refert de puella piloſa.

Obſ. 66. *Johannes v.* WOENSEL: vitioſe formati digiti, ex terrore, ut putat, materno.

Obſ. 86. Dens apri inſolitæ magnitudinis.

Obſ. 88. *Gottlieb Henrich* KANNEGIESSER, Prof. Kilon., uteri oſtium concremento carnoſo clauſum, ut ſanguis menſtruus retineretur.

EJUSD. *Inſtitutiones medico legales* Hall. 1768. 8.* Hymenem negat, pulmonum experimentum dubium reddit & difficile. Quinto menſe naſci vitalem fetum. Imaginationem maternam ad monſtra facere. Poſſe cerebrum etiam extra caput alicubi latere.

EJ. *De tubuloſa nervorum natura* Kiel 1749. 4.*

EJ. Diſp. *de ſignis virginitatis læſæ, & integræ* tria ad minimum progr. Kiel 1757. 4.*

In appendice ad A. N. C. N. *Vol.* VI. *Tobias Henrich* HAEHNE de annis climactericis, eorumque veris in corpus humanum effectis.

In *Eſſ. of a Soc. at Edinburgh* T. V. P. I. *Johannes* GEMMIL de concremento gelatinoſo in tuba reperto.

In *Act. Lit. Upſal.* 1742. *Ernſt Friderich* BURCHARD cocci Polonici metamorphoſes deſcribit.

Ej. *Diſputationes de peculiari oſſe ſeſamoide ad os frontale reperto* Roſtock. 1742. 4.

Ej. *De arteria palatina* Roſtock. 1746. 4. He.

Ib. *Satyrar. Sileſ. ſpec.* VIII. D. A. B. C. epiſtolæ. Inter eas eſt de ſurdis mutisque loqui diſcentibus.

Mala icon duorum uterorum cum vagina unica.

In *Daniel Auguſt* Gohl's *Berliniſche Sammlungen nützlicher Wahrheiten wöchentlich herausgegeben* Berlin 1742. 8. reperias de modo quo ſurdi audiunt, admiſſo bacillo, cujus alter finis loquentis ore continetur, alter inſtrumento ſonanti adplicatur.

§. MXXXII. *Theophilus de* Bordeu.

In Bearnia natus, clinicus Pariſinus. Ej. *chylificationis hiſtoria* prodiit Montpell. 1742. recuſa Pariſ. 1752. 12.* cum tr. *recherches ſur les glandes.* Glandulas molares Heisteri inter præcipuas glandulas ſalivales numerat. Negat a maſſetere parotidem glandulam premi; negat ſalivam aperta maxilla excerni (quod tamen evidentiſſimum eſt in Whartoniano ductu, de Stenoniano nemo dixerit). Ductus tribuit glandulæ thyreoideæ, verſus aſperam arteriam tendentes. In digeſtione Boerhaavium ſequitur.

Ej. *De ſenſu generice conſiderato* Monſpel. 1743. (ut putes ex *avis de l'Editeur*, non 1742.) recuſa cum *recherches ſur les glandes.* Nervorum rugas ponit, quæ in ſenſu ampliari poſſint & minui.

Ej. *Recherches anatomiques ſur la poſition des glandes & ſur leur action* Paris 1751. 8* Non a preſſione aliqua glandulas exinaniri, ſed a ſtimulatione nervorum ſuorum; qua occaſione noſter fere repetit, quæ in prima theſi dixerat. Ductus ex thyreoidea glandula in aſperam arteriam ducentes iterum putat ſe vidiſſe. Sic ex D. Pestre teſtimonio ductum ex thymo verſus aſperam arteriam ducentem adeſſe conjicit. Ab averſo in pulmonem ſanguine incrementum thymi putat ſupprimi. Pancreas a pleno ventriculo premi; renes in reſpiratione urgeri negat (iſtud contra experimenta). Fuſe de epiglottide ejusque glandulis. Ductum inciſivum tamen lacrumas tranſmittere. Glandulas nervis abundare (omnino præter rem, cum non alia pars corporis humani pauciores nervos nacta ſit). In ſomno omnes ſecretiones ceſſare. Glandulæ cuique ſuam eſſe vitam. Nervum contractionem arteriæ augere & ſecretionem. Denique ad Stahlianam ſententiam inclinat.

Ej. *E. omnes organicæ corporis partes digeſtioni opitulantur.* Præſide D. Lavirotte Pariſ. 1752. 4.* Celluloſam telam ſubcutaneam eſſe machinam contractilem, quæ humores contra ventriculum urgeat, quos viciſſim ventriculus diſtentus reprimat. Nervos inter has duas actiones medios agere &c.

Ej. *Ergo aquæ Aquitaniæ minerales morbis chronicis* Pariſ. 1752. 4.* Inflammationes habere confuſa centra connatarum cellularum; materiem ejus concrementi

crementi ſuccum eſſe alibilem non ſatis extenſum. Contra experimenta in vivis animalibus facta, quod utique ex iis tendines & ligamenta ſenſu carere videatur.

Ej. *Recherches ſur le pouls par raport aux criſes* Paris 1756. 12.* Nova hic plurima. A *Franciſci* SOLANO novis pulſibus incitatus vidit, eum virum longe citra verum ſubſtitiſſe. Ipſe primo pulſum irritationis, arctum & ſiccum, & pulſum coctionis, expanſum admittit, iſtum ſemper ſalutarem. Deinde pulſum criticum vel ſuperiorem facit, in quo unicus ictus in duos celerrime ſe ſubſequentes pulſus dividitur; vel inferiorem: demum ſeparat pulſus inæquales iniquis ſe intervallis ſequentes. Superior porro per ſua ſigna, hic non repetenda, diſtinguitur in gutturalem, pectoralem, cephalicum, naſalem. Inferior iterum inteſtinalis eſt, iſte intermittens, alius emeticus, menſtruus &c. Pulſus etiam alii ex duobus generibus componuntur, naſali & gutturali, & ſic porro. Multo plura omittimus. BOERHAAVIO iniquus in univerſum, & irritabilitati, quæ ex methodicis renovata ſit. Anglice London 1765. 8.

In nupera editione Pariſ. 1768. 12. 2.Vol.* inque ſecundo volumine, multa admiſcet, & teſtimonia producit doctorum de ſuis pulſibus. Noſtrum unice diſtulimus.

In *recueil des piéces, qui ont concouru pour le prix de l'Academie Royale de Chirurgie* T. III. Paris 1759. 4.* agit de ſcrophulis, quas ab acido deducit, in humoribus monticolarum abundante, & ex multo lactis uſu nato.

Recuſa eſt cum ſequenti libello

Recherches ſur le tiſſu muqueux & l'organe cellulaire Paris 1766. 12.* Germanice Wien 1772. 8. Non poſſis certe probare, quod vir Cl. totam hanc hiſtoriam ita tradat, ut putes a nemine prius fuiſſe traditam. Et tamen dudum dignitas celluloſæ telæ, & magnarum, quas in componendo animali corpore ſuſtinet partium; & origo ex gelatina; & coalitus in membranas & naturales & vitio natas; & conjunctio cellularum perpetua, & exhalatio in eas cellulas, & motorum per eam telam corporum fluidorum & ſolidorum itinera a KAAUWIO aque nobis dicta fuerant. Reliqua facile adgnoſcimus THEOPHILO propria; ut originem temperamentorum, [ſi humores nervos & muſculos excluſeris); vim contractilem, ſi ſupra lentam & inconſpicuam vim aliquid efficacius velis; bipartitionem corporis humani & arterioſi ſyſtematis, & inteſtinorum. Phrenicas vires Cl. *de la* CAZE alias dicemus. Cæterum ex gelu fibras ambeunte celluloſum textum naſci docet: inter duas quasque fibras nervoſa filamenta plurima eſſe, & ad vaginæ modum fibras ambire, vaſisque carere. Per ſpatiola cellularum humores ire & redire, flatum easdem vias percurrere. Ali a juxta poſitione ſucci nutritii. Vaginæ exteriores, celluloſæ, magnarum membranarum. Sacci celluloſi artuum. Vaginas aponeureticas primum naſcentes merum eſſe textum celluloſum. Vaginæ celluloſæ in ſe invicem reagunt, & viciſſim ſe trahunt. Obſtructones & congeſtiones fieri motu humorum per celluloſas telas impedito. Eas telas a vaſis & nervis ſenſum habere & motum. Inter vaſa nervosque, atque inter reſiſtentem celluloſam telam, perpetuum eſſe antagoniſmum, & vaſorum atque nervorum

vim in celluloſa tela perire. Ejus eſt tonus. Antagoniſmus inter diaphragma & pleuram, atque peritonæum: totas eas membranas cum ſuis celluloſis alterne diſtrahi.

Ej. *Recherches ſur quelques points d'hiſtoire de la medecine* Paris 1764. 12.* Hiſtorica hic tradit, deque medicis celebrioribus liberrime judicat.

In Mém. preſentées à l'Acad. T. II. de modo, quo oſſa maxillæ ſuperioris compoſita ſint, ut inferiori reſiſtant.

In *Journal œconomique* 1758. litem intendit *Franciſco*, THIERRY viro optime meriti, ob oſtenſam celluloſæ telæ dignitatem. Se de ea annis 1751. 1752. 1754. ſcripſiſſe. Sed nos & noſter A. SCHOBINGERUS annis 1747. & 1748. fuſe de ea tela egeramus, & multo quam THEOPHILUS magis per ſingula.

§. MXXXIII. *J. Gottlieb* KRÜGER,

Profeſſor Hallenſis & Helmſtadienſis, vir excitati ingenii, phyſiologica aliqua ſcripſit. Ej. Diſp. *de ſenſatione* Hall. 1742. 4.*

Ej. *Theoria phyſica tubulorum capillarium ad corpus humanum adplicatorum* Hall. 1742. 4. Reſp. *A. Samuel* HAMBACHER.

Ej. *Naturlehre zweyte Theil, oder Phyſiologie* Hall. 1743. 8.* 1748. 8.*, quæ poſterior editio aucta eſt. Belgice cum notis *D. van* GEESCHER Amſterdam 1764. 8. SANDYFORT. Noſtris placitis paſſim uſus in nuperiori editione multa emendavit, ſuam aëri thoracico datam fidem, muſculorumque intercoſtalium internorum vim detrahentem, antiquavit. Experimenta WOODWARDI operi inſeruit. Icones collectitiæ. In T. III. ſ. pathologia agit de corporis & animi motubus. Proportiones partium.

EJUSD. *Grundriß eines neuen Lehrgebäudes* Hall. 1745. 8.* Mediam inter STAHLIANOS & mechanicos viam init. Motus etiam vitales ſenſationes aliquas ſequi, & eorum motuum cauſam animam eſſe, etſi ejus poteſtatis non conſcia eſt ſibi. Hactenus vero a STAHLIO diſſidet, quod animæ prævifos fines rejicit, præter unicum ingrato a ſenſu ſe liberandi deſiderium: ſed etiam ſecretiones aliasque functiones corporis animalis de animæ imperio eximit. A ſtimulo ergo cauſam motuum in animalibus derivat. (Verum ſtimuli abſque anima agunt in plantis, in nuper mortuis animalibus, & in eorum partibus de corpore ſeparatis.)

Ej. *De phyſiognomiæ in re medica utilitate* Hall. 1745. 4.*

Ej. *Neue Lehre von den Gemüthsbewegungen* Hall. 1746. 8.* Temperamenta reſtituit, deducit a nervorum tenſione majori minorive, & a conjunctis motubus celeri cum debili, aut robuſto &c. Accurate hæc compoſita temperamenta dividit, & cholerico melancholicos a melancholico cholericis ſeparat. Omnes animi adfectus, etiam ſuperbiam, a corporis conſtitutione derivat. Humores negligit. Neque videntur nervi ad ullas oſcillationes idonei eſſe.

Ej. *Betrachtung einiger Thiere* Hall. 1746. 8.*, quæ editio altera eſt. Teleologia

ſeologia oculorum, ventriculi, generationis, aliarum functionum animalium. Ranarum vim maſculam in pollice eſſe: ad brachium canalem ab utero ducere.

Ej. & Brand *de refrigeratione ſanguinis in pulmonibus* Hall. 1748. 4.* Chyli in vaſa lactea reſorbtionem mechanice explicat.

Ej. *Diæt oder Lebensordnung* Hall. 1751. 8.* Multa huc faciunt, & princeps lex, quod poſt omnem ſenſationem aliquis motus ſequatur. Cor perpetuo micare ex ipſa micandi conſuetudine. Vim motricem ab anima in corpus dari. Nævis credulus incredibilibus, lunæque in feminarum menſes imperio.

Ej. *Gedanken von Erziehung der Kinder* Hall. 1752. 8.* Multa huc faciunt. Pro affectuum animi materni imperio in fetum. Suffocari ſubmerſos, quod venæ pulmonis arteriis anguſtiores ſint. Variolas non eſſe efflorescentiam cutis &c.

Ej. Diſſ. *de differentia elateris, toni, contractionis vitalis, voluntariæ, ſenſibilitatis & irritabilitatis* Helmſtätt 1754. 4.*

Ej. *De lege naturæ, quod in corpore humano ſpaſmum excipiat atonia ſpaſmo proportionata* Helmſtätt 1754. 4.*

Ej. *De ſomno morborum matre & fetu* ib. 1754. 4.

Ej. *Verſuch einer experimental Seelen-Lehre* ib. 1756. 8.

§. MXXXIV. *J. Petrus* Sussmilch. *J.* Bruhier.

J. P. Sussmilch, Paſtor Berolinenſis & Regi a conſiſtorio, vir ſtudioſus & boni ordinis amans, de vitæ humanæ ſtadiis, & mortium partumque vicibus fuſe egit in l. *Göttlicher Verordnung bey der Vermehrung des menſchlichen Geſchlechts* Berlin 1742. 8. & multo auctius 1761. 8. 2.Vol.* Magno labore collegit faſtos emortuales undique diſperſos, potiſſimum etiam Boruſſicæ ditionis. In pagis rationem morientium ad viventes facit 1. 42: in magnis urbibus ut 1. ad 25. Conjugiorum rationem ad pueros inde provenientes, indeque ſequentia generis humani incrementa ad calculos revocat. De annis vitæ humanæ. Feminæ viris longæviores ſunt.

Jacob. Johannes Bruhier, Winslowianam diſſertationem de incertis mortis ſignis auxit & in eam commentatus eſt. Titulum operi fecit *Diſſ. ſur l'incertitude des ſignes de la mort* Paris 1742. 12.* T. I. & T. II. 1745. 12.* 1749. 12. 2.Vol.* Germanice vertente Cl. Jantke Hafniæ 1754. 8.* Suecice Stokholm 1752. 8. *om dödes tekners owisheit* vertente *Olao* Tillæo, adjectis exemplis Suecicis. Anglice London 1746. 12. Diſputatio Winslowiana hic redit Latine & Gallice excuſa, deinde numeroſa exempla hominum, qui revixerunt. Sic in T. II. innumeri homines falſo pro mortuis habiti, & reſponſiones ad aliquas objectiones.

Ej. *Mémoires ſur la neceſſité d'un reglement general au ſujet des enterremens & embaumemens* Paris 1745. 12.* Tertium nycthemerum exſpectari debere.

Ej. *Addition aux Mémoires &c.* Nova exempla hominum, qui male pro mortuis habiti, in loculis, demum in ſepulchro ad ſe redierunt.

Editio 1749. ordine differt. In Tomo I. vis immenſa eſt exemplorum hominum, qui vivi ſepulti fuerunt; & varii morbi, in quibus facilius errari poteſt: auxilia denique, quibus homines ad vitam revocantur. Non poſſe niſi a putredine mortem adgnoſci, quo VESALII infortunium & adfines hiſtoriolas refert. Maſticationem mortuorum ad vivorum hominum ſepulturam revocat. Neque ex pulſus, neque ex reſpirationis defectu, neque a ſenſu ad irritationes ſurdo de morte nos certos fieri. Legis formulam dat ad evitandam vivorum inhumationem rogandæ. In Tomo II. pro ſuis ſæpe vix fidem merentibus exemplis pugnat. Iterum de reſtituendis ſubmerſis. Paulo minus in recipiendis narrationibus difficilis fuit. Suſcitata, quæ octo integris diebus frigida fuerat.

In editione Germanica redit WINSLOWI diſputatio: in ampla præfatione ad objectiones *Antonii* LOUIS reſpondetur, aliquæ hiſtoriæ defenduntur, aliæ aliquantum temperantur, nova exempla adduntur a morte parientium &c.

Cl. BRUHIER in editione, quam curavit libri *Ludovici* LEMERY *des alimens* Paris 1755. 8. 2.Vol.* tractatum addidit proprium *des alimens en general*, de humoribus animalibus, de coctionis alimentorum modo. Deinde in T. II. de elementis corporis humani alentibus, & de animalibus varia.

§. MXXXV. *Varii.*

J. Auguſtus SCHAARSCHMIDT, proſector Berolinenſis, EJ. diſp. *de nonnullis ad motum cordis & circulationem ſanguinis pertinentibus* Hall. 1742. 4.*

IDEM anatomen WINSLOWIANAM in tabularum formam reduxit & edidit *Oſteologiſche Tabellen* Berlin 1746. 8.*

EJ. *Myologiſche Tabellen* 1747. 8.* ſ. muſculi, quos inter HEISTERIANUS Epiſtaphylinus lateralis ab unco pterygoideo natus.

EJ. *Angiologiſ. Tabellen* 1748. 8.* Nimis, etiam erranti WINSLOWO confidet.

EJ. *Splanchnologiſche Tabellen* 1748. 8.*

EJ. *Nevrologiſche Tabellen* 1750. 8.* In critica præfatione contra eos dicit, qui nervos a primo ramo quinti paris ad intercoſtalem accedentes admittunt.

EJ. *Adenologiſche Tabellen* 1751. 8.*

EJ. *Syndesmologiſche Tabellen* 1752. 8.* ſ. ligamenta.

Conjunctim hæ tabulæ prodierunt Germanice Frankfurt 1759. 8. 7.Vol. Latine Moſcau 1769. 8.

EJ. *Verzeichniß der Merkwürdigkeiten, welche bey dem anatomiſchen Theater allhier befindlich ſind* Berlin 1750. 8.* Fetus, quem pro androgyno habet; partus varii monſtroſi & deformes. Hœdus lactans.

EJ. *Anatomiſche Anmerkungen* 1750. 4.* Inter morboſas adnotationes lienes minores.

Edidit etiam CASSEBOHMII *methodum ſecandi & fetus phyſiologiam* 1751. 8.

Gulielmus Jacobus STORM vulgo s'GRAVEZANDE, Profeſſor Leidenſis, edidit Leidæ

Leidæ 1742. 4. 2.Vol.* *elementorum phyſices mathematicorum experimentis confirmatorum*, quæ melior eſt editio. Aliqua habet phyſiologica, ut de viſu & oculi conſtructione & de vitiis viſus. Lentis cryſtallinæ ſitum mutabilem reperit. Phyſica experimenta ad aëris adque luminis naturam pertinentia alias laudabimus.

Ej. *Nouveau traité de phyſique ſur toute la nature, où meditations & ſonges ſur tous les corps dont la matiere tire les plus grands avantages* Paris 1742. 12. 2.Vol. Habet etiam phyſiologiam.

Charles OWEN *eſſay towards the natural hiſtory of ſerpents, their propagations, qualities &c.* London 1742. 4.

J. Henrich ZORN *Petino Theologie, oder Verſuch zur Verwunderung und Verehrung des Schopfers, aus näherer Betrachtung der Vögel*, T. I. Pappenheim 1742. 8. T. II. Schwabach 1743. 8. Ad œconomiam animalem avium.

Ej. *Gedanken über die Mäuſeplage, welche a.* 1742. *verſchiedene Kreiſe betroffen* Dietfurt 1742. 4.

Muſæi imperialis Petropolitani Pars I. *qua continentur res naturales ex regno animali* Petropoli 1741. 8.* Pene totus liber huc pertinet. Pars I. continet præparata ut vocant anatomica, theſaurorum nempe RUYSCHIANORUM catalogum, qui Petropolin advecti ſunt. Rariuſcule adnotatur, quid in quoque *præparato* memorabile ſit. Anthropogonia cæterum pulcherrima. Varia a J. G. DUVERNOY. Monſtra multa. Reliqua pertinent ad animalium exuvias.

In T. II. P. I. Petrop. 1741. 8.* inſtrumenta artium, etiam anatomica.

A philoſophical eſſay on fecundation by a member of the ſociety London 1742. 8.* Procacis juvenis opus: ſemen maris eſſe plenum hominibus maſculis, puellis plenum ovum. In fecundo coitu hos homunciones ſe adtrahere, & ſingulas particulas ſingulis æquali vi adtrahente præditis adhærere.

Joſeph HURLOK *practical treatiſe upon dentition* London 1742. 8.* Dentitionem deſcribit, & ordinem quo dentes prodeunt.

Fielding OULD, obſtetricii viri, *a treatiſe of midwifry* Dublin 1742. 8.* Ad praxin potiſſimum ſpectat. Maxime naturalem partum non eſſe, quando media fetus facies os ſacrum reſpicit, ſed eum in quo mentum humero imponitur. Aliqua ad partium genitalium anatomen.

Die Kunſt ertrunkne Menſchen wieder zu erwecken 1742. 4.* Gallica ſcheda cum notis.

Memoires ſur les glandes thyroides & leurs uſages 1742. Ho. Niſi eſt *Theophili* BORDEU libellus p. 346.

Euſtachio SALVADORE *corſo anatomico* Rom. 1742. fol. SMITH.

§. MXXXVI.

§. MXXXVI. *Caſimirus Chriſtophorus* SCHMIEDEL. *Fridericus Guilielmus* HENSING.

C. C. SCHMIEDEL, Profeſſor Erlangenſis, Archiater Anſpacenſis, vir ILL. diſputavit *de exulceratione cordis & pericardii* Jen. 1742. 4.* & in *ſelectis noſtris*.

Secutum eſt progr. *de varietatibus vaſorum plerumque magni momenti* Erlang. 1745. 4.* Anaſtomoſis inter ramos venæ azygæ & iliacæ, renalis & gaſtro epiploicæ, vaſorum inteſtini recti cum veſicalibus, arteria radialis in humero diviſa. Azygæ venæ icon.

EJ. *De habitu naturali venarum lymphaticarum in hepate* Erlang. 1747. 4.* Iconem dat trunci cum ramis non valvuloſis.

EJ. *De controverſa origine nervi intercoſtalis* 1747. 4.* A canalis carotici integumento ramos venire ad intercoſtalem: eum nervum ganglion in ipſo tranſitu per cranium facere. Ramos a Quinto varios accipere.

EJ. *Pathologia dolorum gravidarum puerperarum & parturientium* Erlang. Erlang. 1750. 4. BOEHM.

EJ. *De nervo intercoſtali* 1754. 4.* Iconem dat ganglii ſemilunaris. Ramos ad tympanum mittere. Rami in collo, in thorace, in abdomine.

Cum JENTY tabulis anatomicis edidit Nürnberg 1761. fol. max.* duas puerperarum inciſiones, in quarum utero multa memoriæ digna vidit. Uterum tenuiorem potius quam craſſiorem. Membranam filamentoſam, quam placentam obvolvit, ejus rete vaſculoſum. Sinus in utero arterioſos. Arteriarum, etiam venarum, uteri manifeſtum cum placenta communicationem.

EJ. *De pulmonibus natantibus* 1767. 4.* Bona diſp. Pulmones mortui nati ſubſident, a putredine enatant, non tamen a primo fetore. Ea occaſione agit de communicantibus ad placentam ex utero arteriolis duorum generum: tum de venis uteri in placentæ ſinus patulis. Placenta & uteri vaſa ceracea materie repleta.

Friderich Wilhelm HENSING, Profeſſor Gieſſenſis, quem 26. annis non majorem mors abripuit, diſp. *de peritonæo* Gieſſ. 1742. 4.* & in *noſtris ſelectis*. Suas & HOMMELII obſervationes habet de proceſſibus celluloſis peritonæi. Ad lienis ligamenta.

EJ. *De apophyſibus corporis humani* 1742. 4.* Bona diſp.

EJ. *De omento & colo* 1745. 4.* Partes omenti, ut nos, diviſit: colicum, omentum pro novo deſcripſit. Coli int. ſitus vitioſus.

Vitam viri dedit *Chr. Frid.* AYERMANN Gieſſ. 1745. 4.

§. MXXXVII. *Petrus* TABARRANI,

Bononienſis: EJUS *obſervationes anatomicæ* Luccæ primum prodierunt in *Memorie di Valentuomini* T. I. deinde ſeorſim Luccæ 1753. 4.* auctæ & emendatæ.

datæ. Tres tabulæ ſinuum cerebri. Vena ophthalmica & ejus arcus trans naſum (plures ego reperio), quam putat a ſinu cavernoſo verſus naſum ducere. Jugularem ſinum cum inferiori petroſo conjungi. Circularis ſellæ equinæ ſinus & transverſus. Duos laterales conjungens ſinus. Sanguis circa carotidem exeuntem effuſus. Quatuor ſinus falcis cerebelli. Utique ſinus falcis cerebri plerumque dextrorſum inflectitur. Sinus novus in oſſis petroſi cum occipite conjunctione, etiam cum jugulari ſinu communicans. De arteriæ carotidis flexionibus. De muſculo dorſi ſemiſpinato; bifidum nonnunquam eſſe, & in ſpinas & in proceſſus transverſos lumbalium vertebrarum inſeri. De glandulis mucoſis feminarum & COWPERI. Glandulam, ut BARTHOLINUS, ejusque ductum reperit. Hymenem confirmat. Placentam retentam non continuo nocere. Pili & ſebaceæ glandulæ nympharum; ſinus uteri. Corpus luteum; ductus galactophori, quos non bene ait inter ſe uniri. Valvula EUSTACHII: de dentibus tertio naſcentibus &c. Reliqua pathologica & chirurgica.

In tertio tomo *Atti dell' Academia degli fiſico critici* Siena 1767. 4.* numeroſæ iterum Cl. viri obſervationes exſtant, paulo longioribus periodis expoſitæ. De acetabulo femoris & ligamento terete; fere ut Cl. SCHWENKE. De teſte & tenui membrana, quæ ab albuginea ſeparari poteſt, quæ eadem eſt vaginalis tunica trans epididymidem adveniens. Nervum quinti paris utique ſepto proprio a ſanguine receptaculi diſtingui. Oſſa triquetra. De valvula EUSTACHIANA & coronaria fuſe. Mecum ſentit de umbra illa in EUSTACHII icone, de qua me accuſavit ALBINUS. Foramen ovale a ſiniſtris. Androgynus qui videtur verus. Alter vir urethra fiſſa. Appendix inteſtini. Veri pulli in ventre gallinæ. Spinæ dorſi curvatæ.

Lettere di P. TABARRANI Lucca 1764. 4. Inter eas eſt de lacrumis ſanguineis.

§. MXXXVIII. *Diſputationes.*

J. Caſpar MEZGER *de ſomni natura & cauſis* Leid. 1742. 4.

Balthaſar Johann. HAVER *de principiis corporis humani, ad locum Geneſeos, pulvis es & in pulverem reverteris* Leid. 1742. 4.

Petri JOSSELET *de vomitu* Leidæ 1742. 4.*

Nicol. Frid. Wilh. PRÆTORIUS *de ſaliva* Leid. 1742. 4.*

P. le MONNIER *de conceptu & incremento fetus* Leid. 1742. 4.*

Jac. van VISVLIET *de ſomni natura & cauſis* Leid. 1742. 4.

Franciſci Nicol. NARCISSI *de generatione & receptaculis chyli* Leid. 1742. 4.* & in *noſtris ſelectis.* Nodos habet in vaſis lacteis prægrandes, & prælonga ductus thoracici ultima crura.

J. Cornelii VELSE *de mutuo inteſtinorum ingreſſu* Leid. 1742. 4.* & in *noſtris ſelectis.* Variæ, valde ſingulares, ductus thoracici cum vena ſine pari anaſtomoſes. Duæ in uno rene pelves. Flatus ex veſica in ureterem redeuns.

J. Petri LOBE' *de oculo humano* Leid. 1742. 4.*

J. H. de NORMANDIE *de fabrica pulmonum eorumque uſu* Leid. 1742. 4.

J. Cornelliſſen van de EBO *de fabrica & uſu linguæ* Leid. 1742. 4.*

Samuel KLINGENSTIERNA *de modo viſionis* Upſal. 1742. 4.*

Andreæ WESTPHAL, Profeſſoris, *exſiſtentia ductuum hepatico cyſticorum in homine* Greifswald. 1742. 4.* De experimenti certitudine teſtes aliqui mihi dubia moverunt.

EJ. *De injectionibus anatomicis* Greifswald. 1744. 4.*

EJ. *De* ARISTOTELIS *anatomia* ib. 1745. 4.* Cadavera humana tamen ſecuiſſe videri.

EJ. *De materia lactis* 1764. 4.*

EJ. *De commercio uterum inter & placentam & fetus nutritione* 1771. 4.*

EJ. *De calore naturali aucto & imminuto* 1771. 4.

EJ. *De irritabili* 1772. 4. Ita lego.

Theodor. PYL *de auditu* Greifswald. 1742. 4.

Chriſtoph Henrich KESSEL *de chemiæ ad corpus humanum adplicatione* Hall. 1742. 4.*

Salomon Bernhard WOLFSHEIMER *de cauſis fecunditatis gentis circumciſæ* Hall. 1742. 4.

J. Frid. TSCHEPP *de amputatione femoris non cruenta* Hall. 1742. 4.* Exemplum pulmonis adulti hominis, parvi, contracti, ſubmerſi.

Pol. Frid. SCHACHER *de nutritione recens natorum ſine uſu lactis matrum* Lipſ. 1742. 4.*

Theod. Sigm. HESSE *de conceptione fecunda* Francof. ad Viadr. 1742. 4.* præſide *C. A. a* BERGEN.

J. Caſp. LEDERER *de ſenſibus in genere* Götting. 1742. 4.* præſ. J. A. SEGNER.

Wolfgang Thomas RAU *de nævis maternis* Altdorf. 1742. 4.*

IDEM in *Vol.* IX. *Act. Nat. Cur. obſ.* 32. de vetulis menſtruatis.

In *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* III. a. 1767. IDEM *obſ.* 34. ſpinam bifidam dixit.

J. Joach. SCHOEPFER *de partu octimeſtri* Witteberg 1742. 4. PL.

Georg. Henr. EISENMANN *quæſtiones medicæ varii argumenti R. J. Georg.* LAUTH Argent. 1742. 4.* Experimenta aliqua de nervorum irritatione; de peculiari per hepar ſanguinis circuitu.

EJ. (*J. Georg.* LAUTH) *de glandula thyreoidea* Argent. 1742. 4.*

G. H. EISENMANNI *tabulæ quatuor uteri duplicis* Argent. 1752. fol.* Pulchræ icones uterorum & vaginarum duarum, cum ſimplicibus ovariis, & ligamentis, & ſimplici vulva. Hymenes duo. Superfetatio. Repetit etiam GRAVELII uterum ſemiduplicem.

J. BAR-

J. BARBENES *theſes medicæ variæ* Argent. 1742. 4.* Aliquæ phyſiologicæ.

EJ. *Mechanicus ſanguinis in corpore adulto circulus* ib. 1742. 4.*

J. Frid. MOSEDER *de veſicula fellea* Argent. 1742. 4.*

Benj. GLOXIN *de catameniorum mechaniſmo & cauſis* Monſp. 1742. fol. ut lego.

J. Jaques Louis HOIN, Chirurgi Divionenſis, qui nuper obiit, *Quæſtio an bilis materies in venæ portarum ſanguine.* Præſide D. FITZ MAURIZE Monſpel. 1742.

EJ. *Diſcours ſur l'utilité des paſſions par rapport à la ſanté, avec un eloge de Mr.* PETIT Dijon 1752. 8.

EJ. *Nouvelle deſcription de l'hermaphrodite* DROUART Dijon 1761. 4.* Eſſe feminam, glande cæca, ſed nymphis prædita, & menſes pati.

EJ. *Mémoires ſur la vitalité des enfans* Paris 1764. 4. PORTAL. mihi 8. Requirit ad vitalitatem, ut ſatis perfectus & reſpirationi idoneus thorax ſit & pulmo.

Petrus BERCHER & *Dionyſ.* PONCHON *Non ergo a valvulis inteſtinorum chymi progreſſus determinatio* Pariſ. 1742. 4.* & in *ſelectis.*

EJUS eſt etiam *E. ab uteri ejusque vaſorum perpendiculari ſitu menſtrua mulierum purgatio* Pariſ. 1749. R. MORAND.

EJ. *Ergo ſua cuique ideæ in cerebro fibra* Pariſ. 1763. R. COLLET.

Theod. BARON & *Fr. Nic.* GAUTIER *Non ergo humor perſpirationis eſt excrementitius* Pariſ. 1742. 4. Exhalare ſub cuticula, & maximam partem reſorberi.

Abraham Fr. Leo COL *de* VILLARS & *Guill.* RUELLAN *E. a vorticoſo motu ſanguinis calor* Pariſ. 1742. 4.

Urb. de VANDENESSE & *Jac.* VERDELHAN *des* MOLES *E. a globuloſa ſanguinis parte ad cutem appellentis Aethiopum color* Pariſ. 1742. 4.

§. MXXXIX. *Georg Friderich* SIEGWART,

Profeſſor Tubingenſis, ſubtilis Philoſophus. EJ. *Specimen ophthalmologiæ* Hall. 1742. 4. etiam huc ſpectaverit.

EJ. *Pantometron eruditionis, maxime medico chirurgicæ, novis principiis mathematicis promotum* Pariſ. 1752. 4.*

EJ. *Cor veri nominis antlia hydraulica preſſoria* Tubing. 1754. 4. Tres valvulas arterioſas arteriarum eſſe partes non cordis: unicum efficere anulum.

EJ. *Antagoniſmus fibrarum cordis humani controverſioſus* 1754. 4.* Non dari rectas cordis fibras: cor in actione ſua longius fieri.

EJ. *Tripes Heitersbacenſis* I. 1755. 4.* & II. 1755. 4.* Fetus vitalis, cui inter plorandum tumor cum tertio crure pendet ex imo dorſo. Contra monſtra primigenia.

EJ. *Tibia callo reparata* 1746. 4.* auctoris nomen reſpondenti datur.

EJ. *Anthropotomes hiſtorico chondrologicæ conſpectus ſyſtematicus* 1758. 4.*

Ej. *Fragmenta dynamices* HIPPOCRATICO GALENICÆ *ſparſis monumentis memoriæ prodita* Tubing. 1759. 4.*

In IV. *fragm.* 1761. 4.* irritabilem naturam a ſentiente diſtinguit. Non eſſe qualitatem obſcuram, & a nobis illuſtratam eſſe.

Ej. *Epiſtola in qua homo in ſingulari dualis totus, anceps & duplex, neque eſt ibi ſimplex uti videtur ſimpliciſſimus* ib. 1762. 4.* Diviſio hominis in duas partes per totum, ſyſtemata duo animalia &c.

Ej. *Medicus non anatomicus non medicus, ſed medicaſter, non inutilis tantum ſed pernicioſus plane* Tubing. 1763. 4.

Ej. in *hiſt. mammæ cancroſæ ſanguinem menſtruum fundentis* ib. 1763. 4.*

Ej. *De vaſis ſanguiferis & cordis motu* ib. 1764. 4.

Ej. *Hiſtoria gemellorum coalitorum monſtroſa pulchritudine ſpectabilium* ib. 1769. 4.* Fetus epigaſtriis connati, viſceribus duplicatis, inteſtinis bis coaleſcentibus, bis ſeparatis. Mediam inter theoriam primigeniam eamque ſententiam aperit, quæ monſtra caſui tribuit.

Ej. *De vi imaginationis in producendis & removendis morbis* ib. 1769. 4.

Ej. *An ſub partu humano etiam naturali emoventur innominata pelvis oſſa* ib. 1774. 4.* Negat.

IDEM duo volumina *quæſtionum Medicarum Pariſinarum* a. 1759. & 1760. 4.* edidit, quæ annis prodierant 1742. & 1743.

§. MXL. *Diaria anni* 1743.

In *Phil. Tranſ.* n. 469. *Martinus* FOLKES ex TREMBLEYANIS equidem experimentis agit de polypo aquæ dulcis, ejus cornubus, papillis, ventre mutabili, præda, fetubus de corpore materno prodeuntibus, monſtris & hydris.

N. 470. *Sylvanus* BEVAN de femina, cui oſſa emollita.

Memoria digniſſima ſunt experimenta *Johannis* LININGS, quæ in ſe ipſo cepit in Carolina Auſtrali. Per ea adparet, frigidis menſibus urinam ſuperare, calidis perſpirationem; omnibus tamen computatis urinæ copiam eſſe majorem. Potus cibi pene quadruplus. Excretiones alvinæ cibi potusque trigeſimæ.

IDEM de iisdem experimentis n. 475. De perſpirationis diurnæ ad nocturnam ratione; de lotii ratione ad perſpirationem, ut in prioribus, ut aliquantum lotium ſuperet &c. Perſpiratio nocturna minor eſt. Vir Cl. copioſiſſime mingebat.

Dux in RICHMOND & LENOX de polypo TREMBLEYANO cum ipſo inventore viſo.

Thomas LORD de vermibus hirudinum adfinibus, quorum partes diſſectæ convaleſcunt.

N. 471. Celeberrimus mathematicus MACLAURIN de baſibus cellularum, in quibus apes mel ſuum deponunt, deque parſimonia accuratiſſima ejus figuræ.

GRIFFITH HUGHES de flore animali (polypi adfini ex uno infundibulo numeroſos radios expandente).

IDEM hunc ſuum animalem florem repetit in *natural hiſtory of Barbados* London 1750. fol.* Aliqua ad hominum & animalium naturalem hiſtoriam. Hirundo aliquot menſes in receſſibus rupium tranſigit, etſi hiems hic nulla eſt.

In *Mém. de l'Acad. des Scienc.* 1743. *Antonius* NOLLET quærit, num piſces auditu gaudeant, negatque gaudere. Experimentis phyſicis ſe dederat.

In *leçons de Phyſique experimentale* T. III. Paris . Amſt. 1746. 12.* Organum auditus deſcribitur & depingitur, fere ad *le* CATII mentem, cujus hypotheſes noſter ubique ſequitur. Sic FERRENIUM de voce. Anatomen aliquam dat organi auditus.

In T. V. Paris 1755. 12.* Oculus dicitur & viſus. Non ab experimento nos diſcere erecta videre. De æſtimatione magnitudinis, diſtantiæ. De circuitu ſanguinis ope microſcopii ſolaris viſo (quod nimii facit).

In *Hiſt. de l'Acad.* 1743. os magnum, ut putant, elephanti in Burgundia repertum.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1754. de elephanti hiſtoria naturali aliqua.

Cl. GRANDJEAN *de* FOUCHY, Academiæ a ſecretis, oſtendit calculis poſitis, quam ægre poſſibile ſit, monſtrum 24. digitorum naſci.

BOUILLET aërem aqua miſtum per veſiculas pulmonis in ſanguinem venire.

Claudii PERSON, medici, cor in contractione brevius reddi.

EJUSD. Diſp. *E. veſiculæ felleæ per ductum cyſticum bilis mittitur* Pariſ. 1744. 4.* Reſp. *Ant.* PETIT. Nullas dari glandulas in veſicula fellea, niſi mucoſas, nullos ductus hepati cyſticos. Pro FALLOPII ſententia.

EJ. *Nouveaux élémens d'anatomie raiſonnée* Paris 1749. 8.* pro tironibus. Multum utitur prælectionibus BOERHAAVIANIS & WINSLOWO. De oſſibus & dentibus ſatis bene. Icones compilatæ.

MASTIANI auditus organa ligno expreſſa laudantur.

CRUGER, Chirurgus primarius Danicus, deſcribit uterum duplicem.

Le RICHE, Chirurgus Argentoratenſis, agit de pilis, oſſibus, dentibus in ovario repertis, miro certe phænomeno & ægre explicabili, neque tamen raro.

GARCIN & BRISSEAU de ſenſu deleto cum ſuperſtite motu.

Hoc anno primum volumen prodiit *des Mémoires de l'Acad. Royale de Chirurgie* Paris 1743. 4.* 1743. 12. 3.Vol.* Novam Academiam Rex condiderat, cujus me etiam membrum eſſe voluerunt; ſcopus laborum utique ea medicina eſt, quæ manu medetur: paſſim tamen rerum congenita vincula fecerunt, ut aliqua anatomica in has diſſertationes reciperentur.

Alexander Sigmund Marggraf, celebris chemicus, in *Cont.* VI. ſ. T. III. *Miſcell. Berol.* 1743. 4.* agit de phoſphoro urinario etiam ex ſale fuſili cum phlogiſto parando. Seorſim prodiit *Chymiſche Unterſuchung eines Urinſalzes, welches den Phoſphorus innerlich enthält* Leipz. 1757. 4.

De eodem egit *Mém. de l'Acad. des Sc. de Berlin* 1746.

Idem *Mém. de* 1749. de oleo & liquore acido formicarum.

Johannes Gesner, magni *Conradi* Gesneri digniſſimus ex fratre nepos, ad alia quidem potiſſimum ſtudia animum adplicuit, neque tamen hæc noſtra neglexit. In *Comm. Litt. Noric.* 1743. *hebd.* 8. de monſtro agit, gemellorum circa pectus coalitorum.

Ej. *De Termino vitæ* Tiguri 1748. 4.* De cauſa mortis naturalis, numero mortium & ſpe vitæ in variis ætatibus.

Ej. *Phytographiæ ſacræ generalis P. Practica altera* Turic. 1762. 4.* agit de irritabilitate & ſenſibilitate, indeque naſcentibus viribus plantarum medicis.

In *Theſ. phyſ. miſcell.* Tigur. 1771. 4.* monet, ſenſum non eſſe objecti impreſſionem. Fibrillæ nerveæ tenuitas. Minimum quod diſtinguitur objectum ad diſtantiam octo poll. eſt = $\frac{1}{240}$. lineæ.

In *epiſt.* 348. ad me, experimenta Ferreniana ſibi reſpondiſſe teſtatur.

In *Select. Francofurt.* T. III. n. 1. excuſatur Stahlius, quod anatomen viſus ſit ſpernere.

Eduardi Wium icon viarum lactearum recuditur.

§. MXLI. *Carolus* Bonnet,

Metaphyſicus, ingenii & pietatis laude conſpicuus, vir nobilis, civis optimus, & amicus noſter ſingularis, in alio vitæ genere, plurima tamen ad illuſtrandam phyſiologiam contulit. Eundem diximus aphidum virgineum partum accuratis experimentis confirmaſſe.

M. Martio & Aprili coram *Britannica Societate* prælectæ, & in n. 470. excuſæ ſunt de inſectis adnotationes. Novam partem ſub capite erucarum detexit. Inter eas dari, quæ fæteant; dari tamen etiam ſuaveolentes. Aphides ab ipſa earum nativitate cuſtodivit, & vidit abſque mare vivos edere fetus. Earum feminæ alias vivas aphides producunt, alias fetus involucro incluſos. De verme, cujus diſſecti pars utraque fere in perfectum animal abiit, cui ſuum os eſt, & magna arteria, & inteſtinum. Sed etiam aliorum vermium & lumbricorum terreſtrium diſſectorum partes in nova animalia convaleſcunt. Eruca ſua ova devorans.

Hæc omnia ornatiora & pleniora redeunt in *traité d'inſectologie* Paris 1745. 12.* cujus prima & ſecunda pars eſt. In parte I. legas obſervations ſur les pucerons: aphidum nempe virginum partum, non virginum ſolum, ſed ex virginibus matribus & aviis naſcentium. Incredibili cura hæc omnia geſta ſunt. In univer-

univerſum aphides feminas alis deſtitui, mares alas habere. Sed alia tamen aphidum genera tota fieri feminis, abſque ſuſpicione maris fecundis &c. Vermes illos etiam ex quartis partibus, & quartarum quartis ſui particulis, in animal integrum convaleſcere. Poſſe apta ſectione bicipites reddi. In utroque fine voluntatem eſſe. Etiam novies reſecto capite decimum pertinax redire. Ab exſectione non turbari motum ſanguinis in arteria magna, per quam ſanguis a cauda ad caput fertur. Sponte etiam vermes in partes dilabi, quæ in animalia reparentur. De catena entium, inter quæ plantæ nunc cum animalibus accurate, nullo omiſſo anulo connectuntur. Pulchræ hic icones additæ.

Germanice vertente *Chr. G.* Schuz Brem. 1770. * 1771. 8. additis variis, Condillaci compendio: judiciis de liberis pſychologicis, diſſ. de viribus animæ.

Ej. *Eſſai analytique ſur les facultés de l'ame* Coppenhague 1760. 4.* 1769. 8. 2.Vol. Meditationes Cl. viri ex infortunio natæ, quod oculos ſuos nimio microſcopii uſu debilitaſſet. Ut ex ſenſatione adtentio voluntas & memoria naſcatur. Adſociatio novæ ideæ cum vetuſtiori. Memoriæ idea mechanica, fibræ nempe in eumdem ſenſum repetita flexio, unde fit ut fibra facilius in eundem ſenſum flectatur, quam in alium. Perſonalitas oritur, quando anima & ſui & vetuſtiorum ſenſationum conſcia eſt. Ea placet ſenſatio, quæ in fibra celerrimas oſcillationes faciat, neque tamen nimis frequentes. Anima voluntarie, neque ex neceſſario nexu motum excitat, qui ſenſationi reſpondet: excitat eadem adtentionem, dum hanc ſenſationem omnibus aliis præfert. Voluntas eſt præferentia certo modo eſſendi ab anima data. Libertas; deſiderium; ſigna; voces. Neque enim catenam Cl. viri poſſumus perſequi. Germen inmortale in cerebro latens.

Ej. *Eſſais pſychologiques tirés de l'eſſai analytique ſur les facultés de l'ame* Berlin 1769. 8. Compendium prioris, & Formeyi opus.

Ejusd. *Conſiderations ſur les corps organiſés, où l'on traité de leur origine, de leur developpement, de leur reproduction* Amſterdam 1762. 8. 2.Vol.* Duo opera conjuncta, breve illud & aphoriſticum, idemque antiquius, quo auctor evolutionem defendit. Inter panſpermiam & involutionem ambigit, ex femina tamen fetum provenire poſt noſtra experimenta pro certo admittit. Germen animale cum laxo rete comparat, in cujus areas ſuccus nutritius deponitur. In ſemine maſculo vim eſſe, quæ faciat, ut aliæ partes corporis animalis præ aliis evolvantur, forte quod ſucci ſint in maſculo ſemine ad eas partes alendas aptiores. Inde hybridea animalia. In polypis & animalibus per ſua vulnera renaſcentibus præſtolantia germina admittit, quæ a ſectione uberius nutrita evolvantur. Deinde contra Buffonium. Deeſt in ejus viri hypotheſi ſapientia, quæ partibus novi animalis ordinem impertiat. Contra moleculas organicas. De vermibus in uno ovonovenis.

In nova editione vir Cl. noſtris uſus experimentis oſtendit, ut partes animalis, quæ ſuper alias formari videntur, tantum ex pellucidis opacæ fiant. Evolutio Swammerdamianæ chryſalidis: ejus vis motrix eſt in corde, & in vi irritabili,

bili, vero animalis charactere. Quas BUFFONIUS particulas organicas dixit, ea revera ſunt animalia. Polypus eſt arbor viva, a LEIBNIZIO prævifa. De generatione oſſium.

In T. II. agitur de lumbricis diſſectis & repullulantibus. Pars anterior reparat aſperas arterias, aortam, muſculos, poſterior non item. Vermis aquatici neuter finis, ſed utique pars media redintegratur, & caput ſibi & caudam reparat, vel duo capita cum duabus voluntatibus. Ut in iſtis animalibus, ita in cancro germina latent ad renaſcendum parata. Polypus viva eſt arbor genealogica cum filiis ad nepotibus, & nepos prodit, quando ſectio filium dimovit. Perſonalitas in capite reſidet & voluntas; irritabilitas in omnibus animalis partibus. Aphides æſtivo tempore vivas aphides, ova ſub hiemem pariunt. Polypi dantur ovipari. Contra BUFFONIUM, non potuiſſe papilionem diſſimillimæ erucæ modulum fuiſſe. Polypus campanulatus diſcedit in duos, quorum quiſque confirmatur in integrum animal: alius polypus germinat nodulis, qui ſecedunt, in campanulas abeunt, etiam repetito diviſas & redintegratas, quæ tamen omnes communem truncum habent, & eo moto agitantur omnes. Alius polypus ova parit, quæ matri adhærent, & in ea in polypos abeunt. In muſcæ ſpecie nympha prægrandis pene ſubito ex pulte formatur. Contra epigeneſin. Animalcula minima BUFFONII non minora reddi, ſed utique increſcere. Novum animal vitam concipit ex corde per ſemen maſculum irritato. De mulis, & de modo, quo tympanum in faucibus equæ in tympanum muli perficitur. Contra ſemen femininum. Partes ſuperfluas fetuum monſtroſorum eſſe quaſi inſitas. Nulla germina alienæ fabricæ primigenia dari.

EJ. *Contemplation de la nature* Amſterdam 1764. 8. 2.Vol.* Deſcribit inſecta, animalia, hominem, animam, ejusque functiones. Iterum ſemen maſculum cor ſopitum embryonis irritando ſuſcitare, & certarum partium evolutioni præ aliis favere: inde monſtrorum a natura aliena fabrica explicatur. De inſectis & polypi miraculis. Particulas organicas BUFFONII vera eſſe animalia. De lumbricorum partibus reparatis. WHYTTII diſſecabilem animam rejicit. De induſtria animalium, potiſſimum fibri. Quæritur de experimentis & adnotationibus ad REAUMURIUM miſſis, quæ in alias manus inciderint. Germen ſpiritale ad futuram vitam præparatum.

Italice vertit L. SPALANZANUS Mantuæ 1770. 8. 2.Vol.* & ſuas notas addidit. Hanc editionem Cl. TITIUS Lipſiæ Germanice edidit 1772. 8* & ipſe notis adjecit, quibus ſæpe aliqua monet & emendat. Auglice 1766. 12. 2.Vol. 1775. 12. 2.Vol. Belgice int. G. COOPMAN's Franeker 1774. cum notis.

EJ. *Palingeneſie philoſophique, où idées ſur l'état paſſé & ſur l'etat futur des etres vivans* Geneve 1769. 8. 2.Vol.* Lauſanne 1770. 12. 2.Vol. Iterum de animæ functionibus, ſentiendi modo, in fibras reactione, adtentionis vi fibris moleſta, nexu & revocatione idearum, memoria. Corpora organica omnia naſcuntur ex germine, quod ante fecundationem lentiſſime, poſt eam rapide creſcit. Nulla datur epigeneſis. Polypo ſua, neque diviſibilis eſt anima. Pro in-

involutione. Virtutis germen eſſe in numeroſis fibris ad vera bona pertinentibus. Brutorum animalium memoria. Eorum animas poſſe perfici. Germen incorruptibile hominis in æternam vitam tranſiturum. Tela præformata embryonis. Pro involutione & evolutione. Germina poſſe & tenera eſſe, & durare, argumento polyporum, animalculorum frumenti. Voluntas determinatur a numeroſis fibris unius generis. Memoria revocatur ab actione fibrarum ſimilium. Germen indeſtructibile futuri hominis, intra cerebrum latens. Aliter fibræ virgines ab objecto adficiuntur, aliter pridem adfectæ. Cuique ſenſationis generi propriæ fibræ deſtinatæ ſunt, tamen etiam cum alterius ſenſus fibris connexæ. In germine organa latere poſſunt, alia in vita ſe expeditura. Veſtigia noviter ſubnaſcentis partis cochlearum & lacertarum jam prius parata latuiſſe. Ut regeneretur compoſitum animal & caput cochleæ. Animam corpus ſuum non ſtruere, neque naturam plaſticam. Polypus ab irritabilitate regitur. Animal tubuloſum, cujus tubulus finditur, & quæque medietas completur, etiam repetito. Alia animalcula, quæ per diviſionem multiplicantur. Microſcopica animalcula vera eſſe animalia. Germen futuri hominis in cerebro latet. Fecundatio eſt cordis embryonis ſtimulatio a ſemine facta. A ſemine maſculo certas corporis animalis partes validius nutriri. Omnino embryo a matre advenit. Contra monſtra primigenia. Regeneratio capitis & cerebri cochleæ.

In *recherches philoſophiques ſur le Chriſtianiſme* Genev. 1770. 8.* aliqua de cerebro indeſtructibili intra vulgare cerebrum latente: de reſurrectione corporis.

In *Phil. Tranſ.* n. 487. de erucis: aërem per ſtigmata & adtrahere & emittere, non adeo per poros cutis inconſpicuos. Duo ſtigmata ad vitam alendam ſufficere.

In *Mém. preſentés à l'Acad. des Sciences* T. I. fuſe de tænia. Caput vidit quatuor quaſi cavis calycibus conſpicuum, roſulis in ſingulo articulo quinque & ſex fidis, inter quos lobos foramen eſt. In alia tænia fere duo magna vaſa longa, & mediam fibram albam vidit, tum roſulas & innumeros globulos. Tænias duas facit, longis articulis & brevibus. Tænia unicum eſt animal, capite inſtructum & ductu alimentari. Plures una tæniæ poſſunt in eodem homine nidulari.

In *Mém. preſentés* T. II. de novis partibus inſectorum, & de verruca inter labium inferius & primum par pedum.

In T. V. de reſpiratione erucarum. Per ſtigmata vidit aërem & ſubiviſſe & exiviſſe; quatuor tamen extrema ſtigmata plurimum ad reſpirandum faciunt. Sua etiam 18. ſtigmata papilioni ſunt.

In *hiſtoire naturelle de la reine des abeilles* Haag. 1772. 8.* tres ſunt Cl. viri diſſ. in quibus hactenus SCHIRACHUM ſequitur, ut putet, ovarium apum operariarum inconſpicuum in reginis evolvi poſſe.

Poſt id opuſculum tres adhuc epiſtolæ de eadem vagina apum ad RIEMIUM cum actis eruditorum Belgicæ editionis prodierunt, ægrius vero noſter REAUMURIUM ſuum deſerit. Ib. 1774. Aug. de evolutione & germinibus primigeniis,

§. MXLII. Turberville Needham.

Ex Societate J. vir pius, dictione uſus aliquantum obſcura, multa & memorabilia ad phyſiologiam adtulit.

In *Phil. Tranſ.* n. 411. de granis frumenti ab uſtilagine corrupti (Smutty) agit, in quibus fibras vidit, quæ in aqua motum concipiunt, & per aliquot horas ad anguillularum ſimilitudinem agitantur.

Ej. *Microſcopical diſcoveries containing obſervations on the calamary and its miltveſſels, on the ſupoſed embryo ſole found in the bodies of ſhrimps, on eels and worms breed in blighted wheat, on other particulars relating to the natural hiſtory of animal* London 1745. 8.* Polypus calamarius lactes habet, miræ fabricæ. A morte animalis, ſi aqua irrores, exit de propria vagina cochlea, quæ fortis fili ope cylindricam antliam ſuſtinet. Ejus antliæ embolus per cochleam extrahitur, & de vagina ſua ejicitur. Sepiolas, quæ videbantur, eſſe embryones cancellorum. De Bernacla; eſſe de polypi genere. In lacerta caudas reparari vidit, in ſtella marina brachia. In rajæ ovo nullo a mare fecundato ſe embryonem vidiſſe. Animal rotiferum Leeuwenhoeckii; eſſe polypi genus, quod brachia ſua celeriter rotat. Hoc opus Leidæ Gallice recuſum eſt 1747. 12.

Ej. *Nouvelles obſervations microſcopiques avec des decouvertes intereſſantes ſur la compoſition & la decompoſition des corps organiſés* Paris 1750. 12.* Pars prior eſt id ipſum opus, quod modo citavimus, cum notis translatoris Leidenſis, a quo in Bernacla natura reparabilis polypi viſa eſt: anguillulas idem illas corrupti frumenti pro tubulis habet, qui ab animalculis intus habitantibus moveantur.

Pars II., quæ in *Phil. Tranſ.* n. 490. adnotationibus auctoris aucta redit; multa cum Buffonio communia habet: ſemen eſſe partem alimenti ſuperfluam, quæ in quaque parte corporis animalis *ſpecificationem* ſit adepta. Contra evolutionem: nova vaſa ſanguinea in ſtrumis generari (quæ ſunt vaſa dilatata). In jure carnium, a quo noſter aërem averterat, animalcula naſci ſpontaneo agitata motu, nullis tamen e parentibus orta. Sic in aqua, in qua varia corpora macerata fuerant. Vermiculos ſpermaticos eſſe animalcula ex genere non ſpontaneo. In farina cum aqua trita naſcuntur fila, quæ tumeſcunt, finduntur, edunt globulos mobiles, motu ſpontanei ſimili circumlatos. Quare eſſe in quovis filo plantæ aut animalis vim vegetabilem, quæ ſemiviva fila per putredinem generat poſtquam ſales ſeceſſerunt, exque iis filis prodire animalia ſpontaneo motu agitata, quæ in gelatinam redeant. Ejus etiam generis eſſe animalcula ſpermatica. Omne incrementum fieri a duabus viribus, expandente & reſiſtente, hanc potiſſimum in ſalibus habitare. Animalculorum microſcopicorum duo eſſe genera, alterum deſcendens, plantis propius, non generaturum, partim ſpontaneo motu agitatum, partim non niſi oſcillans. Alterum adſcendit & animalibus nobilioribus propius accedit, ut anguillæ glutinis farinacei, & polypi campanarii. Diſcrimina motus ſpontanei a non ſpontaneo &c. Animalium alia genera ex aliis generari poſſe, ut tæniam ex animalculo glutinis farinacei, anguillæ ſimili.

Ej.

Ej. *Nouvelles recherches ſur les decouvertes microſcopiques de* SPALLANZANI, *avec des notes, des recherches phyſiques & metaphyſiques ſur la nature &c.* Paris 1769. 8. 2.Vol.* Præfatio alterius eſt auctoris, & hiſtoriam continet inventorum microſcopicorum, atque experimentorum ad generationem pertinentium. Tunc Cl. SPALLANZANI quod dicemus opus ſequitur. Inde adnotationes NEEDHAMI. Irritabilitatem eſſe corporum inſitam facultatem a ſentiendi facultate undique diverſam. Vitale in animale corporeum eſſe, ſentiens incorporeum. Zoophyta recte dici. In planta marina unum habitare polypum ramoſum, non rempublicam polyporum. Vitalitatem inferiorem eſſe potentiam ea facultate, quæ ſentit, & iſta animalcula aliqua minime deſtitui, tum ſpontaneo motu, qualia ex ſecali corniculato gignuntur. Vermiculos ſpermaticos non veri nominis eſſe animalia, & ex mortua materie provenire, neque eadem eſſe animalia, quæ ex apicibus fibrarum vegetabilium prodeunt. Animalcula infuſoria per diviſionem minora fieri, non mori; naſci fere ex gelatina, cui vis inſit generatrix; redire in naturam vegetabilem. Animalcula ſpermatica non reperiri in vaſis ſeminis, & demum ex decompoſito ſemine naſci. Polypus arboreſcens, in quo quædam quaſi inteſtina ſunt. Utique cochlearum reſectas partes reparari. Pars altera huc non facit.

§. MXLIII. *Guilielmus* HUNTER,

Chirurgus, vir obſtetricius, inſignis anatomicus, ad LIEBERKUHNII etiam morem metallicis in vaſis præparandis peritus.

In *Phil. Tranſ.* n. 470. aliqua de fabrica habet cartilaginum articularium, quam reperit remoto epichondrio villoſam quaſi reddi, & cartilagines fibris fieri, quæ ad perpendiculum oſſi inſiſtant. Fibrillas transverſas tenuiores eſſe. Vaſcula minima, quorum circulum non oportet cum noſtro vaſculoſo circulo confundere.

Ej. *Medical commentaries* P. I. *containing a plain answer to* P. MONRO *jun.* London 1740. 4.* Diſputatur de teſte, & ejus vaſculoſa fabrica; de lymphaticorum vaſorum natura reſorbente, & de ductibus lacrumarum. HUNTERUS ſe a. 1752. teſtem cum ſuis vaſis argento vivo repleviſſe monet: (nos a. 1745. deſcripſeramus, & in programmate WINKLERIANÆ diſputationi addito, & in *Philoſ. Tranſ.*) MONROUM ſerius & anno demum 1754. & 1755 HUNTERUM ab anno retro 1746. vidiſſe, vaſa lymphatica vaporem ex majoribus corporis animalis caveis, & minoribus ex cellulis reſorbere. Ea vaſa per celluloſum textum facile inflari, neque prius ex arteriis coloratum humorem in vaſa lymphatica tranſire, quam ea ruperit. Non videri quidquam in vaſa rubra reſorberi. Denique HUNTERUM ductus lacrumarum a. 1747. in homine oſtendiſſe, MONROUM anno demum 1753. Membranam pupillarem a viro inventam eſſe, quem noſter non nominat. Ab ea in lentem cryſtallinam tenerrimam membranulam ire, & vaſa eo ducere. Utique ſe jam a. 1746. ſenſiſſe, tendines, perioſteum & duram meningem ſenſu carere: ipſum enim RANBYUM proprium ſibi tendinem abſque ullo ſenſu amputaſſe. Denique de teſtibus. Nos quidem eos in

abdomine fetus habitare, ſerius in ſcrotum deſcendere vidimus, & aliquando peritonæum foramine patuiſſe, per quod teſtis exiret. Accuratius hæc *Johannes* HUNTER, *Guilielmi* frater expoſuit, addidit, ut debilis celluloſa tela cedat, teſtem transmittat, peritonæum vero ſupra tranſitum confirmet. Hæc bonis iconibus exprimit. Aliæ adnotationes utiles intercedunt. Fetus in tuba fallopiana, & funeſta hæmorrhagia. In utero erat membrana decidua, quæ uteri ſit. Hunc de herniis congenitis libellum Gallice vertit G. ARNAULD, & in T. I. ſuorum *Memoires* recuſum dedit London 1768. 4.*

Secutum eſt a. 1764. *Supplement to the firſt part of medical commentaries* 4.* HALLERIANUM teſtis de abdomine exitum POTTIUM ſibi tribuiſſe, ſe hæc dudum etiam docuiſſe. Iterum de lite MONROANA.

In *medical obſervations of a ſociety of phyſicians at London* T. II. London 1762. 8.* aliqua habet de tela celluloſa, quam tamen vaſculis putat fieri. Adipem ſuas proprias habere cellulas, & ex glandulis ſecerni. Non putat hydrargyrum impulſum unquam ex cute exſudaſſe. Singularem errorem ſanguinis vidit, qui ex pertuſa arteria in vicinam venam fluebat. Diſceſſiſſe oſſa pubis in partu non valde laborioſo.

Icones etiam vir ILL. paravit ad naturam uteri gravidi, quarum pluſculas nobiſcum communicavit; quas ut edat omnino publicis votis dignum eſt. Tabulas habemus 25; erunt 36. Uterum exprimunt, ejus in gravidis incrementum, & in puerpera mutationem, fetus ſitum, placentam, vaſa ſerpentina, vaſa venoſa dilatata. Theoriam viri dicemus, cum COOPERI de abortu diſputatione. Plura nolim non conſulto inventore prodere. Nunc legi omnia, ſed non poſſum edere niſi in *auctario*.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LVIII. comparatis dentibus molaribus ad fl. Ohio repertis, negat eas ſceletos eſſe elephanti.

§. MXLIV. *Georgius Ludov. le* CLERC *de* BUFFON,

Vir eloquentia & ingenio conſpicuus, non quidem anatomicus, ut tamen microſcopiis multum uſus, & animalium varietatem contemplatus ſit.

In *Mém. de l'Acad. des Sc.* 1743. agit de coloribus imaginariis, qui oculis obverſantur, poſtquam eos in objectum lucidum direximus; deinde de maculis ex uſu multo microſcopiorum natis, de umbris vere cæruleis, de cærulei & viridis coloris ad candelas confuſione. Impreſſiones in anima diverſas eſſe a corporeis.

Eodem anno egit de ſtrabiſmo, qui ex inæquali utriusque operis robore naſcatur.

Hiſt. de 1744. Vitulus hydrocephalicus, cruribus deſtitutus.

Mém. de 1746. in corporibus luteis animalium ſexus ſequioris ſe perinde, ut in maſculo ſemine, corpuſcula organica reperiſſe.

EJUSD. & D. D'AUBENTON immenſum opus: *Hiſtoire naturelle generale & particuliere avec la deſcription du Cabinet du Roi* Paris 1750. 4.* & annis ſequen-

quentibus, quindecim volumina; tum Pariſ. 1749. & ſequentibus forma 12. Hamburgi Germanice verſum ab anno 1751. 4.* deinde in compendium redactum eſt opus Berlin 1772. 8. Conjungemus Cl. virorum labores, nam phyſica pars eſt BUFFONII, anatomica D'AUBENTONI. Tomus I. non facit ad rem noſtram. T. II. totus eſt BUFFONII. Continet hypotheſin de generatione animalium & l. de hominis hiſtoria naturali. In priori paradoxa illa de formatione animalium placita reperias. Dari materiem organicam, quæ fabricam animalis aut plantæ perpetuet. Eam in corpus noſtrum receptam id corpus alere: quod ſuperfluum ſit, id ad modulum corporis noſtri fictum convenire in ſeminales partes utriusque ſexus, & efficere particulas organicas, quæ habitæ ſint pro vermiculis ſpermaticis: Neque tamen ea vera ſunt animalia, ſed cum ſimilibus particulis alterius ſexus conjuncta, per adtractionem partium ſimilarium, in novum animal abeunt. Vidiſſe ſe, ut in ſemine fila efflorescant, & de iis globuli ſecedant celerrime moti, qui tamen paulatim & mole minuantur, & motum amittant. Similia corpuſcula in corporis lutei feminæ humore reperiri; ſimilia etiam in aqua cum carnibus variorum animalium decocta. Ex abundantibus ejusmodi particulis monſtra fieri.

Hiſtoria naturalis hominis, ejus incrementi, vitæ & mortis alteram partem hujus tomi efficit. Aetates hominis, earumque functiones, pubertas, caſtratio, menſes, ſuperfetatio, proportiones partium, adfectus animi. Hymenem rejicit. De incremento oſſium & oſteogenia; de incrementi retardatione, de proceritate, vitæ duratione, longævitate antediluviana, ex minore denſitate alimenti nata. Tabulæ emortuales D. de St. PRE'. Experimenta catulorum ſub aquam merſorum.

In T. III. agit de ſenſibus, potiſſimum de viſu. Infantem nuper natum inverſa videre. De presbyopibus & myopibus. De auditu: oſſicula auditus accidenti deberi. Manum accuratius tangere, quod ſit in digitos diviſa: hinc prudentiora eſſe animalia, quibus digiti fiſſi. (Sed penis non fiſſus, omni digito accuratius tangit.) De Aethiopibus, de caudatis hominibus, de variis hominum generibus. Atrum colorem eſſe ab æſtu. In rerum primordiis unicum hominem genus fuiſſe.

Majores hic D'AUBENTONI partes ſunt, cuſtodis theſaurorum in horto Regio ſervatorum. Varia ad partes corporis humani contulit: oſſa, oſteogeniam; oſſa morboſa, gibbos, partes corporis humani cera repetas; artem injiciendi, & in ſpiritu eas partes conſervandi. In muria ſceletos albeſcere docet; & fuſe de ſceletis parandis agit. Oſſa WORMII. De injiciendo marmore tuſo. Fetus cum eorum iconibus. Maſculas partes a femininis ſolo ſitu differre ex GALENO repetit. Monſtra varia. Anatome cerea, nimis fuſe. Germanice 1752. 4.

In T. IV. Pariſ. 1753. 4.* BUFFONIUS agit. De animalium hiſtoria naturali. Nullam iis animam eſſe, & memoria deſtitui. Non cogitare animalia, non creſcere eorum facultates, ignorare ſervitutem. Nullam apum eſſe prudentiam. Addit Cl. D'AUBENTON, ſigna a dentibus & mammis ſumta ad conſtituenda genera non apta videri.

Porro ſigillatim Buffonius & eloquenter de equis. Patris partes majores putat eſſe. Anatome ejus animalis a D'Aubentonio inciſi. Ejus ampliſſima inteſtina, cæcum laxiſſimum, nulla veſicula fellis. Papillæ in præputio, ventriculus parvus, vomere neſcius. Hippomanes eſt ſedimentum urinæ fetus. Unicus equo digitus. Dari equos cum duobus dentibus acceſſoriis. Sic aſinus a Buffonio quidem phyſice, a D'Aubentonio anatomice deſcriptus, cum dimenſionibus, ſceletis & viſcerum potiſſimum aliqua hiſtoria. Porro bos, in quo Cl. D'Aubenton ventriculos accurate deſcribit, & ventriculum ſecundum pro parte primi habet. Tauro quatuor ut vaccæ ſunt papillæ. Hippomanes in liquore allantoideæ vaccæ; ea eſt altera quaſi chorii lamina. Fibras cornuum ex perioſteo prodire.

T. V. ovis, capra, porcus, canis. Varia de ovis hiſtoria naturali; de vermibus hepaticis. Anatome & pondera cerebri. Capra Ancyrana promiſſa & ſericea lana. Uberis capræ caveæ lacteæ. Suem utique quatuor habere digitos. Allantoideæ tunicæ exiguam partem a lotio repleri. Membrana propria fetus apri. Dari partes inutiles, ut digitos laterales ſuis (non inutiles, qui muſculos producant). De cane fuſiſſime: cujus animalis integram genealogiam Buffonius dat, in qua gradus tentat adſignare, per quos paulatim canis primigenius ſe in tantam varietatem canum diffuderit. Ut canes in Guinea mutentur & obmuteſcant. Canes cum vulpibus & lupis ſe non miſcere. Cerebrum exiguum. Uberum numerus incertus. Anulus tumidus vaginæ catulæ, qui penem retinet. Dentium numerus incertus.

T. VI. Pariſ. 1756. 4.* Femellam felem marem cogere, ut ſibi ſatis faciat. Fulgorem oculorum eſſe lucem diurnam, quam oculi imbiberunt. Aures pendulas ſignum eſſe vetuſtæ ſervitutis. Hepar omnium animalium ferorum quam cicurum minus eſſe. Felis capite ſemiduplici. Monſtra felina. De cervo eloquentiſſime Buffonius, rei venatoriæ, ut videtur, peritus. Æſtate cervum pingueſcere, & jugulum ei intumeſcere, non ita capreolo. Cornua a ſuperfluis fieri particulis organicis, eſſe pene vegetabilia ut lignum, & brutis fieri particulis. Solas particulas organicas alimentorum activas eſſe. Cornuum cum oſſe quaſi articulatio, demum coaleſcens. Cervum non ſupra quadrageſimum annum vivere. A bove defectu veſiculæ felleæ differre: quatuor etiam in cervo digiti ſunt. Capreolus moribus differt, non fabrica. Lepus non ruminat, cujus unicus ſit ventriculus. Partes genitales in utroque ſexu valde ſimiles; clitoris præmagna, teſtes diu latentes. Facile concipit lepus femina etiam gravida. De cæco inteſtino accurate, glandulas perinæi. Ut cuniculus a lepore differat. Nullus lepori & cuniculo uterus.

T. VII. Pariſ. 1758. 4.* Multa animalia, inter ea lupus & vulpes. Pro viribus centralibus diaphragmatis: cerebrum non eſſe niſi organum ſecretioni ſucci nutritii nervorum deſtinatum. Lupus canina habet viſcera, ſed inteſtina ampliora. In lutra nullum eſſe foramen ovale. Mures numeroſi, ſaccus fetido unguine plenus. Melis.

T. VIII. Pariſ. 1760. 4.* Iterum mures. Sorex non mordet. Gliris minoris ſanguis hieme friget. Urſus, Caſtor, in quo BUFFONIUS nullam induſtriam adgnoſcit. Bona anatome veſicularum caſtoreum parantium. Urſus. Porcelli Guineenſis quatuor ad anum glandulæ. Anulus in œſophagi inſertione. Tria cæci inteſtini ligamenta.

T. IX. Pariſ. 1761. 4.* Nulla animalia veteris mundi in America auſtrali reperiri, etſi paſſim videantur eadem eſſe. Omnia animalia novi orbis minora eſſe. Aliqua genera animalium interiiſſe, ut Mamut, ſexies Elephanto majorem belluam. Leoninum genus & Hyænæ, nunc deſcribuntur: duæque civettæ cum odoramenti ſacculis. Leonis inteſtinum ſenſim verſus cæcum inteſtinum anguſtatur. Veſiculæ ad anum.

T X. Pariſ. 1763. 4.* Animalia parum nota; moſchata tria, muribus adfinia. Veſpertiliones vampiri. In Tamandua duo inteſtina cæca.

T. XI. Pariſ. 1763. 4.* Elephanti laudes, cujus ſolertiam BUFFONIUS proboſcidi imputat, in qua ſenſus tactus cum olfactu conjungatur. In elephanti dente pila ferrea reperta. Anatome belluæ. Camelus, cujus gibbos noſter caſui tribuit. Quatuor ventriculi cameli & eorum cellulæ. Unicam bovis ſpeciem eſſe, ovis unicam.

T. XII. Pariſ. 1764. 4.* Rheno: etiam feminam cornua alere, ob alimenti ubertatem. Ibicem eſſe primigenium hircum, non probabiliter. Vacca Barbarica propius ad bubulum genus ſpectat, ob felleam veſiculam. Hyſtrix ſpinas non jaculator.

T. XIII. Pariſ. 1765. 4.* Iterum modulos ſuos internos repetit, viresque formatrices duas, adtractricem, & elaſticam, quæ & ipſa prioris genus eſt. Animalia quædam rariora. *Pigrum*, eſſe animal imperfectum, qualia multa fuerint, ſenſim exſtincta, ut veſtigia ſuperſint tentaminum naturæ diu in generandis animalibus fruſtra laborantis, quæ ſibi conſervandis non ſuffecerint. Phocæ formæ ovale apertum eſſe, grande cerebellum.

T. XIV. Pariſ. 1766. 4.* Simiæ veteris orbis. Non tamen undique animæ vires a fabrica corporea pendere, cum ſimiæ adeo homini ſimiles alia animalia ingenio non ſuperent. Subtiliter de animalium degeneratione: quæ fit a vitæ genere, ab alimento. Inter animalia hybridea majores matris partes eſſe. Pauciſſima facit animalium genera, degenerationes plurimas. Mulus in calidis regionibus nonnunquam generat. Albus color ſumma eſt degeneratio.

Addit D'AUBENTONIUS rariora aliqua theſauri Regii monſtra &c.

T. XV. Pariſ. 1767. 4.* quo hoc opus hactenus clauditur. Fere ad rariora animalia novi orbis, ſimias aliquas, inter eas eſt, cui clitoris prælonga & mira ſalacitas. Iterum aliqua de theſauris horti Regii, & inter eos de mumia pice condita, & pulvere aromatico. De nano Bebe.

In *hiſt. naturelle des oiſeaux* Paris T. I. 1770. 4. max.* cum pictis iconibus, deinde & minori charta 4. & denique 12. De avibus in genere, de earum moribus, voce, incubatione, viſus prærogativa, tum auditus, & pulmonum. De earum colori

colori volatu, plumarum annuo lapſu. Aliqua ad anatomen: avibus rapacibus feminis duo eſſe cæca inteſtina, unum mari. In T. II. 1772. 4. max.* & 4. min. & 12. aliquo ad ſtruthiocameli anatomen: feminam & otidem habere teſtes. Aliqua ad initia pulli in ovo. Eſſe gallinas, quibus veſicula fellis ſua ſit, eſſe quibus nulla. De hybridibus aliqua. Tomus III. Pariſ. 1775. 4.* Cl. GUENEAU opus eſt.

Cl. D'AUBENTON in *Mém. de l'Acad.* 1751. fuſe agit de hippomane. Sedimentum eſſe humoris urinoſi, qui inter allantoideam membranam & amnion equi reperitur; ſimilis in aſino. Allantoidea membrana equi imperfectus ſaccus eſt, quem amnios perficit: in vacca ſaccum facit integrum, habet etiam hippomanes; tum capra.

Pergit in eo labore a. 1752. & dicit de concremento in membrana allantoidea multorum animalium, quod vocant hippomanes.

A. 1756. agit de ſorice, & ea occaſione de animalium varietatibus.

A. 1759. veſpertiliones deſcribit.

A. 1762. de magnis oſſibus in Sibiria repertis: de humero camelopardali in Gallia, & de rosmari oſſibus ad Ohio fl. erutis.

A. 1766. Foramen occipitis in homine pene in medio cranio eſſe, in quadrupedibus fere in parte poſtrema. Cauſa eſt in ſitu erecto & pendulo.

A. 1768. fuſe de ovibus, & earum ventriculis. In contractione evaneſcere reticulum, renaſci in relaxatione. Ruminationem eſſe actionem voluntariam. Iter cibi. In ruminando pila alimentaria ex ſecundo ventriculo in os redit, deſcendit iterum in tertium; in eo, ut ruminationem paſſus, accurate coquiitur.

§. MXLV. *Franciſcus* LAMURE,

Diſcipulus *Franciſci* BOISSIER. EJUS *Theoria inflammationis* Bourg S. Andeol. 1743. 8.* diverſa a diſputatione *Franciſci* BOISSIER (PORTAL.)

EJUSD. *De vero mechaniſmo ſecretionum in corpore humano* 1748. 4.* Diverſitatem humorum ſecretorum repetit a diverſa ſolidarum partium cujusque coli denſitate & firmitate.

EJ. *Quæſtiones Medicæ* XII. Monſpel. 1749. 4.* In I. De motu muſculari. Aortam vix poſſe ligari, quin una nervi intercipiantur. In ſexta revinctis magnis canum vaſis ad LOWERI modum ſe hydropem produxiſſe. Pulſus in febre maligna rarior Q. VII. In octava urachum tamen canalem eſſe defendit. Fetus in utero tamen in allantoideam mingit. Exemplum pueri calculoſi, cui urina per umbilicum exibat. In undecima viſionis dat theoriam, & complanationem lentis cryſtallinæ, quæ ab ætate fit.

Cum in eum libellum animadvertiſſet *Honoratus* PETIOT, tuitus eſt ſe Cl. LAMURE in *examine animadverſionum in parergon de anevryſmate* 1749. 4.* Negat ſe plagii recte poſtulari, etſi arterias ex MONROO deſcripſerit.

EJ. *Conſpectus phyſiologicus* Monſpel. 1751. 4.* Inpreſſum eſt nomen *Franciſci*

ciſci de SAUVAGES, ſed vir Cl. manu ſua meo exemplari adſcripſit, *Franciſci* LAMURE opus eſſe. Phyſiologia, quæ BOERHAAVIANA. Recte cerebelli vulnera negat ſubitam mortem inferre. In aperiendo ore vere caput retrahi.

EJ. *De reſpiratione* Monſpel. 1752. 4. Pro aëre thoracico: pro vi detrahente muſculorum intercoſtalium internorum.

Eadem diſſertatio prodiit cum titulo *Jacobi Petri* DAOUSTENC Lyon 1743. repetita in *noſtris ſelectis*.

EJUSD. & *Fr. de* BORDEU diſſ. *de ſenſibilitate & irritabilitate in corpore ſano* Monſpel. 1757. 4.

EJ. *Sur la cauſe des mouvemens du cerveau, qui paroiſſent dans l'homme & dans les animaux trepanés Mém. de l'Acad. des Sciences*, in commentario anno 1749. inſcripto, ſed demum anno 1753. excuſo. Experimenta fecit ad ſolvendum problema a SCHLICHTINGIO propoſitum: invenit utique cerebrum ab alternis reſpirationis vicibus moveri, & inter exſpirandum intumeſcere. Recte vidit eum motum eſſe a compreſſione thoracis, quæ fit inter exſpirandum. Aërem thoracicum admittit.

Accuſatum fuiſſe adparet Cl. virum, non quidem a me, ſed a ſuis, ut videtur civibus, & plagii paſſim reum factum, qui prælectiones meas ſibi videntur ſumſiſſe & mea experimenta, de his ipſis phænomenis. Scripſit ergo ut ſe purgaret *Lettre de M. de la* MURE *à M.* D'AUMONT *par laquelle il fait voir qu'on ne peut le ſoupçonner d'avoir copié Monſieur* DE HALLER *au ſujet de l'explication des mouvemens du cerveau &c.* Lyon 1756. 12.* Eadem, quæ ego, & ipſe viderat: in theoria aliquantum erat diſcriminis, ut tamen perinde verum ſit, pectus inter exſpirandum comprimi, ut vir Cl. docet, & inter inſpirandum pulmonem ſanguinem ſuum facilius admittere, ut ego. Experimenta fecit 13. manu uſus TANDONII; ego ſupra 50. mea manu. Miſit ſua ad *Academiam R. Scientiarum* 1752. M. Aug. ego prælegi in *Societate R. Scient. Göttingenſi* 24. Aprilis ejus anni. Publicavit ſua, ut potuit fieri, celeriter a 1753; ego anni 1752. ultimis menſibus, cum *totus tomus Commentariorum Göttingenſium* M. Aprili prodierit. Nihil ego de ipſo inaudieram; a me habuit experimenta mea *Franciſcus de* SAUVAGES, & ad me ſcripſit, ſe & LAMURIUM mihi devinctos eſſe, & rem reperire ſe habere, uti ſcripſiſſem. Unum ergo, quod ſibi adſcribit vir Cl. privilegium, eſt in tempore, quod prius experimenta facere ceperit; eam epocham ignoro, quæ ex ejus fide pendet. Injuſtam cæterum in me, nihil ſimile de ipſo meritum, exſcriptorum alienorum fontium accuſationem ſibi permiſit, qui tot alia præter ea viderim, quæ ſunt a LAMURIO dicta, & aliqua viderim rectius, ut id ipſum princeps phænomenon, non adparere motum cerebri, niſi duram membranam de cranio ſolveris. Sinus non bene dixit pulſare. Non bene aërem admiſit thoracicum.

Reſpondi olim & in I. tomo operum minorum, & hæc ſuppreſſiſſem, niſi vir Cl. in *nupero opere* totam ſuam epiſtolam recudiſſet, & præterea ita æquitate mea eſſet abuſus, ut laudaret, quod neſcio quid meorum revocaverim.

Ej. *Poſitiones ex phyſiologia* Monſpel. 1761. 8.

Ej. *Recherches ſur la cauſe de la pulſation des arteres. Mém. de l'Acad. des Scienc.* 1765; paradoxum opus, in quo poſt WEIBBRECHTUM negat a preſſione laterali pulſum fieri; revincta utrinque arteria, ejus pulſare vult, quod vincula inter medium eſt, (hic aliena uſus induſtria). Aortam poſterius non pulſare. Et vidit tamen levem illapſi a quatuor pedum altitudine liquoris preſſionem aortam ad duas lineas dilatare. Cæterum omnia ea dubia oriuntur ab experimentis non ſatis repetitis. Nam & ipſe ſæpe vidi, arteriam non pulſaſſe, vidi contra omnino ſaliiſſe, neque unquam non ſalit cor propius vincta, ut videas a preſſione laterali pulſum eſſe.

Utrumque ſuum commentarium recudi fecit Monſpel. 1769. 8.* ſub titulo *Recherches ſur la cauſe de la pulſation des arteres, ſur les mouvemens du cerveau, ſur la coëne du ſang.*

§. MXLVI. *Julianus* OFFRAY.

Julianus OFFRAY, vulgo *de la* METTRIE, in fano S. MACLOVII natus, omnis religionis publicus adverſarius, homo demum undique leviſſimus.

Ej. ſunt *inſtitutions & aphoriſmes de medecine de* BOERHAAVE *tr. en François avec un commentaire* Paris 1743. 12. 6. Vol.* Verterat prius BOERHAAVII inſtitutiones, & ediderat. Nunc commentarios addidit. In primis voluminibus ex meis fere commentariis (g) ſumſit, & mirificos ridendosque errores admiſcuit, & tamen ipſe mea experimenta ſibi ſumſerat. In ultimis voluminibus brevior fuit, & ſuſpicor aliam eſſe commentatoris manum.

Ej. cum falſo nomine CHARPE *hiſtoire naturelle de l'ame* la Haye 1745. 8.* Animam materialem eſſe, & hominem animal de ſimiarum gente.

Ej. *L'homme machine* Leide 1748. 12.* Hominem machinam eſſe, cum alioquin nulla in rerum natura præter corpora ſubſtantia reperiatur. Animæ nihil in corpore eſſe ſimile. Cogitationem, ratiocinium, voluntatem, eſſe diverſi generis in cerebro motus.

Ejus *l'homme plus que machine* 1748. 12.* DEMETRIUS, nam ita amabat ſe vocare, hic ſe ipſum refutat. Ex mera materia non poſſe cogitationem naſci.

Ej. *l'homme plante* 1748. 12.* merum ludibrium.

Les animaux plus que machines. Contra ILL. TRALLES. Utique impreſſiones ſenſuum in cerebrum penetrare, & corporea in cerebro veſtigia relinquere. Per jocum omnia.

Ej. *Recherches philoſophiques ſur l'origine des animaux* 1750. 4.* Ex terra nata fuiſſe, nunc eam vetulam gallinam deſiiſſe ova parere. Primos homines im-

(g) PORTAL p. 303. Ipſe fatetur DEMETRIUS in *oper. omn.* p. 235.

imperfectos natos eſſe & aliquo viſcere mancos; ſenſim exſtinctis iſtis monſtris ſucceſſiſſe magis durabiles machinas.

Ej. *Ouvrage de Penelope ou machiavel en medecine par Alethejus Demetrius* 1748. 12 2.Vol.* Libellus in omnes fere medicos hujus ævi ſcriptus, potiſſimum quidem in Pariſinos, tamen etiam in BOERHAAVIUM: audaciſſimi & convitioſi in tanta ignorantia hominis. FERRENIUM in primis (*h*) calumniatur. In altero tomo priora videtur retractare, & medicis ſuas laudes impertiri, recenſione in *Bibliotheque raiſonnée* excuſa multum uſus. SENACO nunc ſoli parcit.

Ej. *Oeuvres philoſophiques* 1751. 4.* Priora opuſcula hic repetita. In *ſyſteme des ſyſtemes* ſe denique ipſum depingit, animumque omnem poſteris aperit.

Ej. *Oeuvres du Medecine* Berlin 1751. 4. Practica continent. In tr. *du vertige* aliquæ phyſiologicæ hypotheſes occurrunt, per quas eum morbum conatur explicare.

Ej. *Caracteres des Medecins* 1760. 12. video citari.

§. MXLVII. *Georg Friederich* MEIER,

Profeſſor Halenſis, Philoſophus, neque Medicus, paſſim tamen rem phyſiologicam adtigit. EJUS *Beweis der vorherbeſtimmten Uebereinſtimmung* Hall. 1743. 8.* Influxum phyſicum negat: cum enim actio reactioni ſit æqualis, influxum tamquam cauſam ſui effectus duplum eſſe. Refutat etiam cauſas occaſionales.

Ej. *Verſuch eines neuen Lehrgebäudes von den Seelen der Thiere* Hall. 1750. 8.* & Gallice ib. 1750. 8.* vertente C. F. HELWING. Animam beſtias habere: ad præciſos fines certo agere, formicarum exemplo, quas contemplatus eſt. Non carere intellectu, & duas res clare & eodem tempore percipere: aliqua pariter clare diſtinguere, ut individua ab aliis ejusdem ſpeciei individuis, & genera dignoſcant.

Ej. *Verſuch einer Erklärung des Nachtwandelns* Hall. 1758. 8.* Somnum inter & vigiliam tertium ſtatum admittit, ſoporem, in quo & ſenſationes aliquæ ſuperſunt, & voluntarii motus: ſomnia huc pertinent, in quibus externæ ſenſationes tamen ſuperſunt, etſi cum alienis cauſis fere connectuntur (difficilior reſpiratio cum humili & continuo humiliori fornice &c.) In ſomnambulone homine plures ſenſationes externas ſupereſſe: ſatis validas, quæ poſſint motus aliquos exteriores producere &c. Non cadere ſomnambulonem, quod non metuat.

§. MXLVIII. *Varii.*

G. Maria PIGATI *iſtoria d'un ſomnambulo* Venez. 1743. 8.* De eodem homine ſcripſit REGHELLINUS in *opuſculi ſcientif.* T. XXIV. Mirifice compoſitas & difficiles actiones per ſomnum perpetratas hic reperias, mirum etiam eum hominem

(h) III. p. 243.

minem tactu ſaccharum a pane diſtinxiſſe, ut eo ſolo ſenſu valeret, guſtu intercepto, & auditu, & viſu &c.

Andreas PICQUER, Profeſſor anatomes Valentinus, non quidem inciſor, edidit Valentiæ 1743. 4.* *Medicinam veterem & novam continentem pharmaciam & febrilogiam &c.* Adeſt etiam tractatus de urinis & pulſibus.

EJUSD. *Las obras de* HIPPOCRATE *mas ſelectas* T. I. Madrit 1757. 4. T. II. 1761. 4.* Magnus oſor mechanicorum & BOERHAAVII. Spiritum admittit materialem, valde ſubtilem, qui cauſa ſit caloris: in reſpiratione cum ſpiritu mundi communicet, in eum a morte redeat. Influxus eumdem ſtellarum ſentire, inde morbos fieri. In corpore eumdem ſpiritum ſympathiæ cauſam eſſe, bene notum HELMONTIO. Valde ſibi placet, quod errorem loci everterim.

EJ. *De procuranda veteris & novæ medicinæ conjunctione* Madrit 1761. 4.* Vehemens oſor medicorum mechanicorum, & inventorum nuperorum, ut omnia ad fabulas releget, quæ per thermometrum, perque microſcopium, in phyſiologicis ſunt inventa.

EJUSD. *Inſtitutiones medicæ ad uſum Scholæ Valentinæ* 1762. 4.

EJ. *Diſſertacion contra los mecanicos en la quel pretende dar por ſuſpechos de Materialiſmo Theologico* Madrit 1768. 4. Ita lego.

F. Gabriel FISCHER *vernünftige Gedanken von der Natur, daß ſie ohne Gott ohnmächtig ſeye* Gedani 1743. 8.* Multa metaphyſica, aliqua ad phyſiologiam. Contra vermiculos ſpermaticos; non eſſe primordia novi animalis: pro ovis. Contra harmoniam præſtabilitam. Senſus, generatio, nutritio &c. IDEM LINKIUM de ſtellis marinis edidit.

J. Chriſtoph. RIEGER *introductio in notitiam rerum naturalium & artefactarum, quas ars & natura &c.* Haag. 1743. 4. 2. Vol.* Etſi ad materiam medicam pertinet, habet tamen anatomica varia, ut arcana RUYSCHII, tum adminiſtrationem, qua vaſa replebat, tum denique ipſam materiem ceraceam, & modum, quo partes præparatæ in ſpiritu vini ſervantur. In animalibus aliqua pertinent ad eorum anatomen. Cum litera C totum opus deſinit.

Dale INGRAM, chirurgi, *eſſay on the cauſe and ſeat of the gout* Reading 1743. 8.* Fuſe de celluloſa tela, de oleo in ea contento, inque capſulis articulorum, in ipſo demum liene genito, cujus olei degeneratio ſit cauſa podagræ.

Memoire ſopra la fiſica ed iſtoria naturale di diverſi valentuomini Luccæ T. I. 1743. 8.* T. II. 1744. 8.* T. III. 1747. 8.* nam in quarto volumine nihil eſt phyſiologici argumenti. Collectio eſt diſſertationum, quarum aliquæ anatomici aut phyſiologici ſunt ſcopi, ut *J. Petri* TABARRANI obſervationes, *Jani* PLANCI adnotatio de flamma ex ventriculo bovis erumpente. Aliqua Cl. BOISSIER *de* SAUVAGES de morbis bombycum. P. S. ROUHAULT de la circulation du ſang. In T. II. *Cajetani* TACCONI de hepatis & viſcerum adfectionibus.

In T. III. J. B. BIANCHI de novis in genitalibus partibus.

Jacques

Jacques MENARD *Guide des accoucheurs* Paris 1743. 8. 1753. 8.* Ad partium genitalium anatomen.

J. G. H. M. P. *Lexicon anatomicum Latino-Germanicum* Lipſ. 1743. 8.

Abrah. de MOIVRE *on annuities on lives* Lond. 1743. 8. De vitæ & mortis ſpe.

. . . BECK *von Schwäch- und Schwängerungen* Nürnberg 1743. 4. Non quidem medici.

J. Jac. SCHMIDT, V. D. M. *bibliſcher Medicus* Zullichau 1743. 8.* Anatomen etiam & phyſiologiam tradit.

§. MXLIX. *Diſputationes.*

J. STAM de αἱματοποιήσει Leid. 1743. 4.*

CONWAY JONES *hiſtoria vitæ humanæ* Leid. 1743. 4.*

Henr. de BOSCH *de inteſtinorum craſſorum uſu & actione* Leid. 1743. 4.*

SERVAAS *van de* COPPELLO *de fabrica atque actione glandularum* Leid. 1743. 4.*

Wilhelmi Daniel LILLIE *de auditu* Leid. 1743. 4.*

J. ROEBUCK *de effectibus quarumdam atmoſphæræ proprietatum in corpus humanum* Leid. 1743. 4.*

Franciſcus de RIET *de organo tactus* Leid. 1743. 4.*

J. OOSTERLING *de olfactu* Leid. 1743. 4. PL.

Frideric. de la FOSSE *de aëre vitæ & morborum cauſa* Leid. 1743. 4.*

NIEROP *de libera urinæ excretione* Leid. 1743. 4.

Leonhard SPEISEGGER *de olfactu* Leid. 1743. 4.* Papillæ narium ex ALBINO.

Hugo van der POLL *de partibus, quæ in corpore humano olfactui inſerviunt* Leid. 1743. 4.*

Joſephi ONYMOS *de naturali fetus in utero materno ſitu* Leid. 1743. 4.* & in *noſtris ſelectis.* Potiſſimum contra inverſionem fetus pugnat, quæ ſeptimo menſe fieri dicitur: noſter contra, omni tempore fetum cernuum & pronum in utero ſedēre oſtendit.

J. Benjam. de FISCHER *de modo, quo oſſa ſe vicinis accomodant partibus* Leid. 1743. 4.* Habet varias in variis gentibus craniorum figuras, oſſium fabricam, incrementum, pro ſexu diverſitatem, impreſſiones in oſſa vaſorum, muſculorum, proceſſus eductos.

Pet. Franc. TYSSOT *de circulatione ſanguinis per corpus humanum & tribus hominis principiis* Utrecht. 1743. 4.*

J. Anton. Joſeph. SCRINCI & *Wencesl. Alexius* BUTA *de oſſium natura, inflammatione a frigore & inde orta ſpina ventoſa* Prag 1743. 4.*

EJ. SCRINCI *de organo ſenſu atque objecto tactus* Prag 1749. 4.

Ej. *De principio atque cauſa corpus animale formante, necnon de natura hujus principii* Prag., ut puto, 1756. 4.

Laurentius Anton. DERCUM & autoris *J. Georg. Henric.* HOFMANN *de anatomiæ cereæ præſtantia & utilitate hactenus incognita* Würzburg 1743. 4.*

Andr. Joſ. RUGEMER *de mutatione eſculentorum* Würzb. 1743. 4.

Ej. *Effectus iræ medice conſiderati* ib. 1752. 4.

J. Wibelm TRALLES *de plurium morborum ratione ex inſpiratione ſeri excernendi deducenda* Hall. 1743. 4.*

J. Mich. DUBINSKI *de reminiſcentia vitali quatenus cauſa morborum* Hall. 1743. 4.*

Car. Frid. WALTHER *de guſtatione & ſaporibus* Hall. 1743. 4.*

J. Jac. LAUFFER *de infante ſine cerebro* Hall. 1743. 4.* pr. SCHULZIO.

J. Ehrenfried GEISLER *comm. de ſanguinis per vaſa coronaria cordis in hujus cava motu* Lipſ. 1743. 4.* Et arterioſa oſcula in cordis cava patere & venoſa.

Ej. *Diſp. de uſu vomitoriorum* Lipſ. 1746. 4.* etiam phyſiologica.

Philipp. David KRÆUTER *de commercio animi & corporis rite explicando* Jen. 1743. 4.

Benjamin WOLF GINZBURGER *Medicina ex Talmudicis illuſtrata* Götting. 1743. 4.* Varia de ſemine, partu, aliqua ſatis ſubtilia.

J. Chriſtian LEONHARD *de conſtitutione fibrarum naturali & præpoſtera* Bareuth. 1743. 4.*

J. Friderich JERRE *de reſpiratione* Erlang. 1743. 4.*

Tobias WALTHER *de butyro ejusque uſu* Altdorf. 1743. 4.*

Et *Abhandlung vom Butter* Erlang. 1751. 8.*

Caroli VOIGT *de capite infantis abrupto* Gieſſ. 1743. 4.* Contra diductionem oſſium pubis.

Ej. *De mola, ſ. conceptu fatuo* ib. 1761. 4.* Embryo artubus conſpicuis ſeptuaginta ad minimum dierum, ovum columbino æquale.

Samuel ERNST *de tænia ſecunda* PLATERI Baſil. 1743. 4.* & in *ſelectis noſtris.* Canalis toti catenæ articulorum communis, cum ramis lacteis. Catenam eſſe potius animalium, quam unicum animal; cum animalis anatome, qualis adparet vaſis artificioſe repletis.

Chriſtian WENKER *de virginis per 27. annos ventriculum perforatum habentis hiſtoria & ſectione* Argentin. 1743. 4.* & in *ſelectis meis chirurgicis.* Teſtimonium motus periſtaltici.

Andreæ Joſeph SERON & *Joh. le* MUNIER *Théſ. an ſuppreſſo & immoderato catameniorum fluxui aperientia* Pariſ. 1743. 4.* Theoriam paulum a plethora mutatam proponit, adhibitis ſphincteribus.

J. Ste-

J. Stephani GUETTARD & *J. le* THEULLIER *Ergo nervi canales* Pariſ. 1743. 4.*

IDEM Cl. GUETTARD in *mémoires pour differentes parties des arts & des ſciences* Paris 1743. 4.* aliquam habet anatomen ceti Cachelot. Non credas carere muſculis. De magnis oſſibus effoſſis varia. De polypo in ſicco vivente. In T. II. de fele inter gypſi ſtrata conſervata. De graviditate imaginaria, de ancyloſi vertebrarum in equo. Contra particulas organicas BUFFONII, quæ ſint veſiculæ: ſic animalcula infuſoria.

Julian BUSSON & *Petri Iſaac* POISSONNIER *Non ergo ab origine monſtra* Pariſ. 1743. 4.*

Petri L'ALOUETTE & *Joſ.* LALLEMANT *E. nutrimentum tandem decrementi corporis cauſa* Pariſ. 1743. 4.* Cauſa mortis ex fibra rigida BOERHAAVIANA.

EJ. In *Mém. preſ.* T. I. de glandula thyreoidea. Eam aliquoties aëre plenam reperit, vias, quibus aër ſubierat ignorat. In ea cellulæ.

Caroli Ludovici BOUTIGNY *des* PREAUX & *Ludovici Renati* MARTEAU, *Ergo in qualibet hominis ætate ſuccus idem nutritius* Pariſ. 1743.

Joh. Fr. ISEZ & *Joh. Cl.* MUNIER E. *venæ ſpermaticæ ſtructura ſecretionem ſeminis favet* Pariſ. 1743. 4.* Lentorem facere.

Jac. Frid. le CHAT *de la* SOURDIERE & *Fr.* BERNARD *Non ergo ubique corporis ſanguis idem* Pariſ. 1743. 4.

Ant. BERGIER & *Cl.* PERSON *E. reſpiratio motus ſympathico mechanicus* Pariſiis 1743.

Natalis Mariæ GEVIGLLAND & *Petri* CHEVALIER *E. functionum integritas a ſpiritibus* Pariſ. 1743. 4.

Reperio citari BIDAULT *Non ergo a vomitu facilior partus* Pariſ. 1743.

J. AUGIER *de fecundatione* Monſpel. 1743. 8. PORTAL.

§. ML. *Petrus Joſeph* MACQUER.

EJ. & *Ludovici* PATHIOT *Ergo chylus & ſuccus nutritius ſimili perficiuntur mechaniſmo* Pariſ. 1743. 4.*

EJUS ſunt etiam *Elémens de Chymie pratique* Paris 1751. 12. 2.Vol.* In Tomo II. aliqua de humoribus animalium huc pertinent, de lacte carnivororum animalium & herbivororum. Analyſis butyri, quod oleo conſtat per acorem coacto. Analyſis ſanguinis. Ejus liquor demum cum aliquo tempore aërem ſuum explicat, quando pars alcali volatilis diſſipata eſt. Adipi pariter pinguedo ineſt, ab acore ligata. Sal urinæ fuſilis eſt ſal marinus, ab acido velatus.

§. MLI. *Antonius le* CAMUS.

EJ. ſub *Sylveſtro Antonio le* MOINE defenſæ theſes *E. obliqui oculorum muſculi retinam a cryſtallino removent* Pariſ. 1743. 4.*

EJ.

Ej. & reſpondentis *Bartholomæi Thomæ* TOUSSAINT *le* CLERC, *E. pulſationis defectus in venis ab æquabilitate motus ſanguinis* Pariſ. 1745. Vim arteriarum frangi a vaſculis capillaribus, ut fit in ſpongia.

Ej. *Medecine de l'eſprit* Paris 1752. 12. 2.Vol.* 1769. 4. & 12. 2.Vol. Hiſtoria naturalis animæ, ſenſationes directæ, reflexæ, miſtæ. Sic ratiocinia; ſic memoria. Adfectus animi. Influxus corporum exteriorum in animam: tum generationis, aëris, ciborum, quo loco auctor acoribus favet. Temperamenta.

Ej. *Memoires ſur divers ſujets de medecine* Paris 1760. 12.* Poëtam adgnoſcas. In cerebro ſemen parari, in quo ſint parva cerebra, futuri animalis germina. Semen ſiccatum abire in membranulam; ſic cerebri medullam. Teſtes eſſe ganglia. De pulſu critico etiam narium hæmorrhagiam prædicente, & hæmorrhoides. Chinenſium de pulſu theoria.

Ej. *Ergo a fluido electrico vita, motus & ſenſatio* Pariſ. 1761. 4.* Electricum torrentem in corpore humano oriri ex frictione materiei diverſi generis. Ex cerebro per nervos eum torrentem manare per adipem, qui non ſit electricus. Duo ſucci nervei, craſſior ad motum, tenuior ad ſenſum.

§. MLII. *Joſ. Maria Fr. la* SONE,

Reginæ Medicus, & Archiater, vir Cl. & humaniſſimus. EJUS theſis: *ſtarene poteſt viſio abſque cryſtallino* Pariſ. 1743. 4.* *R. Petro* ARCELIN.

In *Mém. de l'Acad.* 1749. de capſulis renalibus, de glandulis in facie involucri earum interiori poſitis.

In *Mém. de* 1750. de fabrica oſſium, pro DU HAMELIO. Rete eſſe fibrarum durarum, quæ propius continuo ad invicem accedant, ut nihil earum intervalla repleat. Medullam inter laminas oſſis per poros inſenſiles ſe ſpargere.

Porro a. 1751. de dentium ortu ex ſacculo mucoſo, de origine coronæ, de alveolis & cartilagine oſſium tegumento. De filis cartilaginum. Tendineas fibras in os demergi, & ejus naturam induere. Cauſa ſuturarum.

A. 1754. de fabrica lienis. Fibroſum rete admittit, cujus fibras vocat tendineas. Acini inter arterias venasque medii, quos non habet pro vaſculorum glomeribus.

In *Mém. de l'Acad. des Sc.* 1756. de fabrica arteriarum, de celluloſa tela, quam vult fibris fieri ligamentoſis: de tendinea membrana, quæ ei telæ ſit pro fundamento; de muſculoſa tunica, de celluloſa altera ægre conſpicua, & de tunica intima. Celluloſam extimam robuſtiorem fieri, ut ad interiorem accedit; interiorem undique laxam eſſe. Canis arteriæ duriores.

§. MLIII. *Diaria anni* 1744.

In *Phil. Tranſ.* n. 472. *Georgius* AYLETT de ſpina bifida, oſſe nempe ſacro, cujus ſpinæ fiſſæ.

N. 474.

N. 474. *Johannes* MITCHELL de cauſa nigroris Aethiopum. Eſſe in cute craſſa, in qua radii lucis hæreant, neque reflectantur. Ex æſtu cæli ſenſim fuſcam, denique nigram cutem factam eſſe. Redit in *Hamb. Magaz.* T. I.

Joh. BARTRAM Oſtrea Penſylvanica protruſione increſcere, ut tunæ ſolent.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1744. de COUDERE de catulo proboſcide inſtructo, in qua propria oſſa erant.

De Aethiopibus albis, qui ex veris Nigritis naſcuntur.

Puer præter morem procerus, ſed idem ratione pene deſtitutus.

Sanguinis de vena fluxum utique per terrorem inhiberi.

In Tomo VII. *Act. Nat. Cur.* anno 1744. excuſo *Tobias Henrich* HAHENE *obſ.* 11. dat vagitus uterini exemplum.

Obſ. 12. ſcrotum reſtitutum.

Obſ. 13. pulmones undique adnati ſalva reſpiratione.

Chriſtophorus Conradus SICELIUS *obſ.* 80. menſes in vetula vidit.

J. GRASHUYS *obſ.* 130. fuſe de ortu hydatidum ex celluloſa tela.

IDEM in diſſ. *de generatione puris* Amſterdam 1747. 8.* aliqua habet ad celluloſam telam & adipem.

Vol. VIII. *Act. Nat. Cur. obſ.* 81. Pro femina habitus partus vere maſculus.

In *Bibl. Brit.* 1744. Tom. III. aliqua huc faciunt continuata a. 1746. Tom. IV.

In *K. Swenſka Wetenſk. Acad. handlingar* 1744. *Jac.* MOUNSEY de fetu 13. annis geſtato, per inciſionem feliciter exemto. Redit in *Phil. Tranſ.* n. 486.

IDEM *Phil. Tranſ.* n. 486. Muſtelam non in ranam transformari, neque a rana naſci, & ficta eſſe exempla, quibus hæc metamorphoſis adſeritur.

Petrus ELVIUS, celebris Geometra, de faſtis emortualibus & natalitiis civitatis V.

In *Hamburgiſche vermiſchte Bibliotheck*, novo diario, Hamburg 1744. 8. J. F. BOLZEN ſ. BOLTEN contendit, puerum tamen in utero mediisque aquis poſſe reſpirare.

EJ. Hiſtoria fetus in ovario reperti *Hamb. Magaz.* T. I.

EJ. De modo quo apes ceram parant, ibid.

Chriſtian HANDTWIG de ſitu renis dextri in femina præternaturali.

EJ. eſt diſp. *de dormientibus eorumque ſitu* Roſtoch. 1752. 4.

EJ. *De juſta ſomni ſalutaris quantitate & menſura* 1755. 4.

EJ. *De ſalubri ſub ſomno ſitu* 1755. 4.

EJ. *De ſalubri ſub ſomno loco* 1756.

Et plures ni fallor aliæ.

In *Hamburg. vermiſchte Bibliotheck* de pulmone fetus.

In *Eſſays of a Societ. at Edinburg* T. VII. P. II. a. 1744. excuſo *Thomas* ARNOT de pinguibus corporibus, quæ de alvo deceſſerunt.

Johannes STEVENSON de cauſis caloris animalis & effectu pediluvii. Illum tribuit proceſſui, ut vocat, per quem alimenta naturam mutant, imperfectæ nempe putredini. In pediluvio pulſus augeri cum aucto calore. Belgice recuſus eſt l. *Proeve over de oorzaak der dierlyke waarmte en over eenige uytwerkingen der hitte en koude op onze lighamen.* Vertit *Hendrik v.* SOMEREN Haarlem 1764. 8.

William TOSSACK de viro inflato aëre ad vitam revocato.

James ECCLES abſtinentia 35. & 54. dierum.

Thomas STEILL de *Johannæ* YOUNG abſtinentia quinquaginta annorum, ut ſolo ſero lactis viveret.

Jacobi CRAWFORD diſſ. de ſympathiis in corpore humano. Per experimenta nata bona diſputatio. Omnem ſympathiam fieri per nervos vel per muſculos.

Cum hoc anno huic diario finis eſt impoſitus, ſed novis editionibus multum eſt additum.

In quarta, quæ a. 1752. 8. min. 6. Vol.* prodiit, præter minores acceſſiones multum aucta ſunt

Georgii MARTIN experimenta de nervi recurrentis revinctione.

Alexandri MONRO de nutritione fetus.

EJUSD. De arte injiciendi.

EJ. De muſculi biventris actione, contra WINSLOWUM & FERRENIUM.

EJ. De vaſorum ſpermaticorum involucris &c.

Et J. STEVENSON de calore animali.

In *ſelect. Francofurt.* T. III. n. 3. *Philippus Samuel* GIERING ſceleti ſimilem per anum partum deſcribit.

In T. III. n. 5. egit IDEM de bilis cyſticæ collectione & in duodenum fluxu. Negat commodam viam dari ab hepate ad fellis veſiculam, & eo tunc demum bilem admitti, quando duodenum eam porro recipere negat.

N. 6. ibid. IDEM de adminiſtratione hepatis.

In T. IV. valvulas aortæ contendit, oſtia coronariarum arteriarum tegere poſſe.

In hoc tomo paſſim variæ vindiciæ STAHLII adverſus mechanicos reperiuntur, quas puto eſſe A. OTTOMARI GOELICKE.

§. MLIV. *Abraham* TREMBLEY,

Vir nobilis, civis optimus, induſtria incomparabili ad eruenda naturæ arcana uſus eſt. Poſt aliquot obiter fere factas aliorum adnotationes ei debetur miraculum animalis, ut plantæ per deciduos ramos ſe propagantis. Paſſim jam hoc

hoc inventum tetigimus. Sed aliquot demum poſt annos potuit vir Cl. integram ſuam primi polypi hiſtoriam naturalem edere, quæ Leidæ 1744. 4.* prodiit cum titulo *Mémoire pour ſervir à l'hiſtoire naturelle d'un genre de polypes d'eau douce à bras en forme de cornes.* Hagæ Comitum hac experimenta fecit in prima ſpecie trium, quos invenit polyporum, quibus quartus *en panache* acceſſit. In primo commentario deſcribit hæc animalia: in altero eorum mores & vitæ genus, alimenta, horum digeſtionem. In tertio generatio polyporum exponitur, tum germinantia tubercula, decidui fetus, aut matri hactenus ad hærentes, inque matre novos in fetus pullulantes. Monſtra etiam polyporum vidit, brachium unicum, brachia alieno loco enata. Inde ſua in polypo facta experimenta profert. Polypum diſſectum in duo animalia convaleſcere, fiſſum bicipitem reddi, & repetita inciſione abire in hydram multicipitem. Sponte etiam enaſci de animale tubercula, quæ in polypos convaleſcant, & denique de matre delapſa proprium in animal perficiantur. Sed & inverſus & ſecundo inverſus polypus vitalis ſupereſt, & polypus in polypum, ut ramus in ramum ſe patitur inſeri. Tabulæ pulcherrimæ. Pariſiis recuſum eſt opus 1744. 4. 2.Vol.*

In *Phil. Tranſ.* n. 474. alios præter vulgares polypos deſcribit; campanulatos, ramoſos: & tria genera polyporum infundibuli ſimilium.

Hi, ut puto, libelli, *ſur les polypes à bouquet, & ſur ceux en entonnoir* recuſi ſunt Leidæ 1747. 8. cum NEEDHAMI obſervationibus.

In app. n. 483. Ut microſcopium ad polyporum contemplationem poſſit adhiberi. Faſciculoſorum polyporum motum non eſſe veram rotationem. Modus, quo ea animalcula multiplicentur, diviſione & ſubdiviſione. De motu peculiari trunci eorum communis. Alia ſpecies polyporum ex uno trunco naſcentium, flori ſimilis, etiam dividentium ſe & ſubdividentium in nova animalia.

In *Phil. Tranſ.* L. P. I. de diſcrimine favorum apum & plantarum de coralliorum claſſe. Teſtas illas duras eſſe animalis oſſa.

EJ. *Inſtruction d'un pere a ſes enfans ſur la nature & ſur la religion* Genev. 1775. 8. 2.Vol.* In Tomo I. fuſe de animalibus agitur, ut eorum phyſiologia ad captum juvenum proponatur; fuſius tamen polyporum diverſi generis miracula exponuntur. Aptitudo fabricæ in quaque animalium claſſe ad ſuum vitæ genus. De ventriculo, coctione ciborum, nutritione, corde. Conparatio fabricæ animalis cum vegetabili. Accurate pro evolutione, contra epigeneſin. Novum animal matris partem eſſe, ab ea ſuo tempore decedere, in omni genere animalium, in polypo perinde, ut in humana ſpecie. Inſtinctus & induſtria animalium, congenita, neque per experientiam adquiſita. Mirificus confluxus nonnullorum polyporum in unum animal. Societates animalium. Hæc omnia ad fines potiſſimum phyſicos & teleologicos adaptantur.

§. MLV. *Erneſtus Antonius* NICOLAI.

Erneſt. Anton. NICOLAI, KRUGERI diſcipulus, Profeſſor Jenenſis, multa ſcripſit argumenti phyſiologici: *Von den Würkungen der Einbildungskraft auf den menſch-*

menſchlichen Körper Hall. 1744. 8.* De inſomniorum origine ex idearum nexu, ut animæ totum inſtrumentum ejus ſenſationis coram ſit, quam obſcure experitur. Motus in corpore humano oriri ex certis ſenſationibus, aliquid habentibus incommodi. De ſomnambulis: contra animalia a nævis ſtructa. Animam utique oſcillationes tonorum numerare. Auctius recuſus eſt libellus Hall. 1751. 8.*

Ej. *Von dem Nutzen der Muſic in der Arzneygelahrtheit* Hall. 1745. 8.* Adfectus lætos mechanice excitari per tonos certis adfectibus deſtinatos, qui ex iis adfectibus naſcantur, & eosdem viciſſim excitent.

Ej. *Abhandlung vom Lachen* Hall. 1746. 8.* Riſus cauſam eſſe gaudium ex minutiis natum. Ut diaphragma & facies in riſu agant, cum aliqua nervorum deſcriptione.

Ej. *Thooretiſche und practiſche Betrachtungen des Pulsſchlages* Hall. 1746. 8.* Menſura virium utitur LEIBNIZIANA. Pulſus paucos fere BOERHAAVIANOS habet, eorumque cauſas deſcribit. Cur ſanguis per venas lentius quam per arterias moveatur: a preſſione nempe ſola moveri, quæ velocitatem pro menſura habeat: in arterioſum ſanguinem cor ictu inſurgere, cujus menſura quadratum ſit velocitatis.

Ej. *Abhandlung von der Erzeugung des Kindes in Mutterleibe* Hall. 1746. 8.* Deſcribit organa genitalia. Pro vermiculis, quos ipſe vidit: in iis animæ habitant ſ. monades. Earum primæ repræſentationes obſcuræ ſunt; eæ ſenſim una cum corpore fiunt perfectiores. Anima matris harmonice cum fetus anima conſentit; quare a matre in fetum temperamenta, morbi, nævi tranſeunt. Quoties enim ſanguis matris ad aliquam partem corporis uberius fertur, toties etiam ad eamdem partem ſui corpuſculi ſanguis fetus incitatur.

Ej. *Abhandlung von der Schönheit des menſchlichen Körpers* Hall. 1746. 8.* Pulchritudo nititur ſymmetria. Ejus ex DURERO aliisque leges. In omnibus ſenſibus videri cauſam gratarum ſenſationum eamdem eſſe, quæ in auditu obtinet, ut gratæ conſonantiæ numeris facillimis exprimantur.

Ej. *Gedanken von Thränen und Weinen* Hall. 1748. 8.* Nunquam abſque triſtitia nos lacrumari. Viæ lacrumarum. HAMBERGERUM in theoria ſecretionum ſequitur, ſic in reſpiratione.

Ej. *Bemühungen in den theoretiſchen und practiſchen Theilen der Arzneywiſſenſchaft* Hall. 1749. 8.* Pro ſua lacrumalium viarum & reſpirationis hiſtoria. Dolor: ejus ſedes eſt in nervorum involucris. Phyſiognomia, fere ad ſenſum PARSONI oriri, ob majus robur muſculorum ſæpius agentium, inde certas in facie formas prævalere. Unde rubor. De obſtructione: vaſorum minora genera admittit. Contra derivationem & revulſionem, ad HAMBERGERI placita.

Ej. *Gedanken von der Erzeugung der Mißgeburten und Mondkälber* Halle 1749. 8.* De monſtris: caſu naſci, & ex coaleſcentibus vermiculis, ut tamen modum ſe ignorare fateatur, quo caſus eam compoſitorum fetuum fabricam ſtruat.

ſtruat. Dari tamen etiam monſtra primæva, ut ſunt ſedigiti. Multa tribuit viribus imaginationis maternæ.

Ej. *Verſuch eines Lehrgebäudes von den Fiebern überhaupt* Hall. 1752. 8.* HAMBERGERI theoriam caloris ſequitur: pulſus velocitatem ad febris definitionem non pertinere, ſed ſanguinis eſſe per ſales lixivos reſolutionem. Dari ergo in ſanguine ejusmodi ſales. Celeritas ab obſtructione ad BELLINI ſenſum.

Ej. *Abhandlung von den Fehlern des Geſichts* Berlin 1754. 8.* Viſus rationem breviter deſcribit, & in præfatione de ſenſatione in univerſum agit.

Aliquæ Cl. viri diſputationes huc faciunt:

De ſpiſſitudine ſanguinis Hall. 1749. 4.*

De ſenſatione & ſenſibilitate Jen. 1758. 4.*

De dolore in genere ib. 1758. 4.*

Ej. progr. tria, *de ratione ſtructuræ quarumdam auris partium* Jen. 1760. 4.

Ej. de diſp. *de pulſibus* Jen. 1761. 4.*

Ej. *De cauſis pelluciditatis partium corporis humani præſentis & ſublatæ*, Jen. 1763. 4.

Ej. *Progr.* IV. *de pulſu celeri crebro & frequente* 1763. 4.

Ej. *De mixtione corporis humani* 1765. 4.

§. MLVI. *Varii.*

Petropoli hoc ipſo anno anonymum opus anatomici argumenti prodiit, cujus tamen auctores nominari lego, *J. Bartholomæum* HANHARDT Chirurgum, & *Chriſtophorum Jacobum* MELLEN pariter Chirurgum. *Syllabus* dicitur, *ſ. index omnium partium corporis humani figuris illuſtratus.* Icones pleræque collectitiæ ſunt, ex EUSTACHIO multæ, aliæ propriæ, ut minora capitis oſſa, muſculi pharyngis, intertransverſales dorſi, uvulæ, vaſa cordis; hæc ob parvitatem obſcura. Id opus nunc video ab aliis J. F. SCHREIBERO tribui, qui tamen ad me exemplum miſerat, nihilque tribuerat ſibi.

J. Guil. HEYMANN *commentarii in* H. BOERHAAVE *Inſtitutiones medicas* Leid. T. I. 1744. 8.* T. II. 1744. 8. T. III. 1746. T. IV. 1747. T. V. 1750. T. VI. 1752. T. VII. 1754., ut cum actione veſicæ urinariæ deſinat. Interſperſæ BOERHAAVII & ALBINI adnotationes verboſo operi pretium addunt. Pluſcula etiam a nobis ſumſit nec citatis (*i*).

Hervieux de CHANTELOUP *nouv. tr. des ſerins de Canarie* Paris 1745. 12.* Etiam feminæ canunt. Duæ feminæ contubernales ova pariunt. Serinus lentus eſt ad amores cum acanthide, denique tamen eam fecundat, & pulli iterum fecundi ſunt, dantque pulcherrimos nepotes. Veneris maxima vis eſt in abbrevianda vita animalis.

(i) *Götting. gel. Zeit.* 1748. p. 115.

J. Stephanus BERNARD, vir eruditus, edidit Leid. 1744. 8.* *Iſagogen anatomicam*, HYPATUM *de partibus corporis* Gr. & Lat. & icones tres antiquas earum partium. Notas paſſim adjecit; aliquas etiam vir pereruditus *J. Jacob* REISKE.

In epiſtola ad me data abortum intra amnium ſibi viſum deſcribit Ep. III. n. 268.

David STEPHENSON *a new mechanical practice of phyſick* London 1744. fol.* Mirificas hypotheſes clinicas omitto. Digreſſio de reſpiratione huc pertinet. Ejus principem utilitatem ponit in expurgatione aëris, qui nimis diu in corpore animali manſit, & humores noſtros rarefacit. Deinde perſpirationem cutaneam minorem facit, quam pulmonalem, qui alter eſt reſpirationis ſcopus.

Ludovici de CLARELLIS, Prof. extr. Neapolitani, *ſpiritus animales e medico ſyſtemate exturbantur* Neapoli 1744. 4.* Dictio barbara, objectiones plurimæ, quarum multæ non noſtri temporis ſyſtema feriunt. Fibris ſolidis ad ſenſum & motum explicandum utitur. Contra auram ſeminalem; caſtratos ſemen emittere. Motum cordis, quo laxatur, fibris rectis tribuit. De pulſu. Opus immaturum.

PIERQUIN (curé) *œuvres phyſiques & geographiques* Paris 1744. 12. De natatione ſubmerſorum etiam agit, & de hominibus amphibiis. Germina etiam lapidibus & plantis tribuit.

P. T. S. C. *methodica totius corporis humani fabricæ ſciagraphia*, i. e. *Beſchreibung des menſchlichen Körpers in* 5. *Tabellen vorgeſtellt* Görliz 1744. fol. min.

André FROMOND *imperforatæ mulieris utero prorſus carentis obſervatio anatomica* Cremon. 1744. 4. HEIST.

EJUSD. *Fundamenta medicinæ ſolidis phyſico anatomicis principiis ſuperſtructa* Venet. 1744. 8.

M. R., Med. à Lyon, *diſſ. ſur l'origine des Negres* 1744. 12. Alios eſſe homines. Nomen auctori eſſe *Guillaume* REY, PORTAL.

Joh. THORLEY *meliſſologia, or female monarchy being a enquiry in to the nature of the bees* 1744. 8. Germanice vertente ILL. A. G. KÆSTNER Göttingæ 1766. 8.* Paulum enthuſiaſta Reginæ venerationem & cultum deſcribit. Ei breves alæ, neque ad volandum idoneæ, aculeus longus. Fucorum teſtes vidit, & penem, hunc cornu bubalini ſimilem. Dubitat fucos eſſe reginæ maritos, gravidam enim ſe vidiſſe, cum fuci valde juvenes eſſent. Numerum reginarum eſſe 10. ad 12. Apes habere ſermonis genus, quo ſibi ſuos ſenſus aperiant. Reginam filiam a matre avolandi veniam petere, neque ex alveari prodire, niſi conſenſerit.

Gerardi QUAGLIA *de venæ ſectionis uſu* Neapoli 1744. 8.* Contra acidum hoſtile & fermentationes HELMONTIANAS.

LYNCH *the guide of health, the cauſes of old age, the nature and influence of air &c.* Lond. 1744. 8. CHION.

Herman

Herman VENEMA vita *W. Wilhelmi* MUYS Franeker 1744. 8.

Regeln, vom Urin unbetrüglich zu urtheilen Nürnberg 1744. 8.

§. MLVII. *Ern. Jeremias* NEIFELD.

Ern. Jeremiæ NEIFELD *de geneſi caloris febrium intermittentium* Lipſ. 1744. 4.*

IDEM *de ſecretione ſpec.* I. *de ſecretione humorum in genere* Zullichau 1751. 8.* In Polonia medicinam facit. Quærit cur ex uno ſanguine tot diverſi humores naſcantur. Multa a BOERHAAVIO retinuit, ſeries vaſorum; ſecretionem ex ramoſa arteria. Sanguini & adtrahendi vim ineſſe, & aliam electricam. Secretio fit a minori diametro majores globulos excludente. Humores conpoſiti ex ductibus confluentibus. Ad calcaria vaſorum globulos diſſilire, inque minutiores abire moleculas. Minores globulos minus denſos eſſe. Angulorum aliquam eſſe poteſtatem. In vaſis flexis confluere globulos. Sed præterea frictionem moleculas electrica vi imbuere, inde ſe invicem adtrahere: facilius globulos mole & denſitate æquales, minus qui ſecus. Celeritatem eſſe ut diametri vaſorum. Humorem ſecretum in folliculum depoſitum mutari ab exhalante in ejus cavum liquore &c.

T. II. ſecutus eſt a. 1763. Glogaviæ 8.* & agit *de ſecretione humorum in ſpecie.* Aliqua HAMBERGERIANA cum BOERHAAVIANIS conjungit, ut diſſolutionem humorum in vaſis minoribus, adtractionem humorum leviorum ad vaſa graviora; adtractionem etiam habet humoris cujusque ad analogum in colo jam præſtolantem ſuccum. Retinet humorum tenuiorum ſeries cum ſuis vaſis. Sanguinem venæ portarum arterioſo leviorem eſſe, & magis ſpirituoſum. Corporum organicorum in ſemine fermentationem deſcribit: ea corpuſcula in intimis particulis ſanguinis latere: eadem adfuſo nerveo ſucco a nexu reliquarum particularum liberari, ita vitales fieri. Ad exhalationem tamen ignis in frigidiorem aërem exhalatione utitur.

In *primitiis Polonicis* T. I. egit Cl. NEIFELD de manducatione, de deglutitione, de celeritate ſanguinis a variis vaſorum angulis mutata, ad BOERHAAVII placita & MARTINII, quem lentorem putat ad ſecretione diſponere.

In T. II. de celeritate ſanguinis ut cauſa retardante ſecretionum.

In T. III. de poſitione & divaricatione vaſorum, ut cauſa antecedente ſecretionis bilis in ſpecie.

§. MLVIII. *Diſputationes.*

Thomas Balthaſar HAVER *de oſcitatione* Leid. 1744. 4.*

Dominicus HUYBERS *de valvulis, quæ in inteſtinis & in ſyſtemate venoſo ac in corde occurrunt* Leid. 1744. 4.* Celluloſam telam facere valvulam coli, ex ALBINO.

MARK AKINSIDE *de ortu & incremento fetus humani* Leid. 1744. 4.* Vir eruditus & Poëta in litem cum juniori MONROO incidit.

IDEM

Idem in *Phil. Tranſ.* tr. n. 1. Contra vaſa minorum generum dixit: & contra arterias pellucidas. Vaſa valvuloſa eſſe ramuſculos vaſorum confluentium.

Reſpondit ad Monroi jun. objectiones in *notes on the poſtſcript of a pamphlet intitled obſervations anat. and phyſiological* Lond. 1758. 8.* Contra originem vaſorum lymphaticorum ex arteriis. Ex meis ſe ſumſiſſe fatetur.

Joh. Gibson *de utero* Leid. 1744. 4.*

Idem nuper edidit *a treatiſe on continual intermitting & fevers* London 1769. 8.* Varia in medicos mechanicos effundit, fere injuſta.

Chriſtian Swaving *de excrementis ſecundæ coctionis* Leid. 1744. 4.*

William v. Bloemestein *de humorum motu per corporis humani vaſorum ſanguineorum ſyſtema, variisque modis quibus eorum fines ultimo terminantur* Leid. 1744. 4.* Aliqua microſcopica.

Gerhardi Antonii Geymans *de humorum corporis humani natura, uſu & receſſu* Leid. 1744. 4.*

Guilielmi Box *de ventriculi uſu & actione in ingeſta* Leid. 1744. 4.*

Franc. Drew *de uſu lienis* Leid. 1744. 4.* Cellulas rejicit & glandulas.

J. Rogaar *de nutritione* Leid. 1744, 4.* Ex Albino contra naturam celluloſam membranarum.

Aart Mulders *de reſpiratione* Leid. 1744. 4.*

Gisberti Beudt *de fabrica & uſu viſcerum uropoieticorum* Leid. 1744. 4.* & in *noſtris ſelectis.* Pulchra icon veſicæ urinariæ. Sphincterem non ad Boerhaavii ſententiam laxari. Fibras ab uretere ad urethram deſcendere. Celluloſam habet telam veſicæ, & mucoſam; peritonæi habitum ad veſicam, & in varia ætate, veram veſicæ figuram, ſphincterem, vaſa & exhalationem. De ductu putatitio capſulæ renalis.

Eduard Lyne *de urinæ ſecretione in ſtatu naturali & morboſo* Leidæ 1744. 4.*

J. v. Alphen *de excrementis quibusdam cutaneis* Utrecht 1744. 4.* Albinum urgendo materiam facere, ut per exiguos cutis poros eructetur.

Chriſtophorus Gram & *Chriſtophorus* Moe *de motu chyli per vaſa lactea* Hafniæ 1744.

Ejusd. & *Jacobi* Lund *obſervata & cogitata quædam de ſomno ejusque uſu & abuſu* Hafn. 1745.

Alberti Roggenkamp & *Chriſtian* Halkiaer *de viis fluidorum ſub catharſi* Hafn. 1744.

Idem & *Andreæ* Bredal *de muſculis abdominis* Hafniæ 1744. 4.

Petri Engell & *Andreæ* Schiott *de ductibus ſalivalibus in homine* Hafniæ 1744. 4.

J. Mich. Vossi *tortores animi, ſ. de paſſionibus animi corpus humanum mire alterantibus* Prag. 1744. Gunz.

Jac. Frid. BECKER *de ſpeciali ſanguinis in cerebro circulatione* Regiomont. 1744. 4.*

J. Frid. SCHROEDER *de olfactu diſſ. duæ* Regiomont. 1744. 4. B. BOEHMER.

J. KOPP *de partu dubio, quem vidua intra dies luctus enixa eſt* Helmſtätt 1744. 4. Niſi mere juridica eſt.

J. Chriſtian LAUBMEYER *de dentibus* Regiomont. 1744. 4.*

Chriſtian Ern. LOSSII *de viis & motu chyli* Erford. 1744. 4.* P. JUCHIO.

Petrus Stephanus Antonius CAUVINUS *de lacteorum vaſorum fabrica & poſitionibus* Turin. 1744. 4.*

Joſeph de MARCO *de reſpiratione ejusque uſu primario* Monſpel. 1744. 4.

Laurent. CLAVILLARD *de iræ noxa & utilitate* Monſpel. 1744. 4.

Cl. PERSON & *Ant.* PETIT *E. veſiculæ felleæ per ductum cyſticum bilis mittitur* Pariſ. 1744. 4.* Valvulam eſſe in oſtio ductus choledochi; & in veſicula fellea lacunas. Nullos eſſe ductus hepaticyſticos.

Jac. VERDELHAN *des* MOLES & *Paſcaſii* BORIE *E. temperamenti diverſitas a diverſa fibrarum conſtitutione* Pariſ. 1744.

Jac. le THUILLIER & *Jac. Laur.* MAUROY *E. phyſiologiæ baſis mechanica* Pariſ. 1744. 4.

Fr. Sal. Dan. PAULLIN & *Flor. Car.* BELLOT *E. functiones ab aliis mutuo pendent* Pariſ. 1744.

§. MLIX. *Diaria anni* 1745.

In *Phil. Tranſ.* n. 475. *Johannes* FOTHERGILL, ex ſecta Quakerorum, cæterum doctus vir, & celebris medicus. De viro, inflato per os aëre ad vitam revocato.

Aliquot epiſtolæ de puero giganteo.

ID. N. 478. de diaphragmate rupto & viſceribus abdominis in thoracem irrumpentibus.

Johannes STILL de fetu per anum excreto.

STARKEY MIDDLETON de fetu tubario.

N. 476. B. B. & J. COCKSON de puero bulimo laborante, ut intra nycthemerum ſupra ſexaginta libras devoret.

N. 477. *Jacob* SIMON de oſſibus fetus per anum egeſtis.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sc.* 1745. duo fetus dorſis oppoſitis, duobus cordibus.

GABON, Chirurgus, de fetu humano bicipite, tripede, ventriculis duobus, inteſtinis duodenis coaleſcentibus.

In *Commentariorum Academiæ Bononienſis* T. II. P. I., quæ a. 1745. prodiit, & in P. II., quæ a. 1746. *Matthæus* BAZZANUS de experimentis ſuis retulit fa-

ctis in animalibus rubia paſtis, & quorum oſſa de more rubedine tincta ſunt. Perioſtei color non eſt mutatus.

Laurentius BONAZZOLIUS de ſitu inteſtini duodeni: de valvula in appendiculæ vermiformis ad cæcum inteſtinum oſtiolo. Adpendix inteſtini. Renum varietates.

Joſ. VERATTUS P.I. & II. De catella non lactente feles lac extraxerunt ſugendo. Pulmones extracto aëre in aqua ſubſidere.

IDEM ib. de animalibus in aëre non renovato pereuntibus, diminuta aliquantum aëris elaſticitate. Corpuſcula glandularum ſimilia paſſim per viſcera ſparſa.

Vincentius MENGHINUS de hydatidibus cum lotio egeſtis.

IDEM P. II. ejus tomi a. 1746. edita de particulis ferreis repertis in ſanguine variorum animalium, & in oſſibus, hic parce, atque in carnibus, ut in grumo rubro ſanguinis vera ejus ferri ſedes ſit, in homine uberioribus. Globulos ſanguineos non eadem eſſe in omnibus animalibus mole. Pro fibris ſanguinis.

EJ. De via ejus ferri: ad ſanguinem per ſolas venas rubras advenire.

Jacobus Bartholomæus BECCARIUS de abſtinentia diuturna a cibo & potu: ut poſſit ex legibus naturæ exponi, &c.

IDEM & alii Academici de luce dactylorum.

IDEM in T. V. P. I. de lacte ejusque analyſi, de ſaccharo lactis, ſero, caſeo. Ex ſaccharo & acorem igne expulit, & ſalem volatilem ramoſum.

In P. III., quæ a. 1747. 4. prodiit, *J. Antonius* GALLUS fetum maturum deſcripſit, quem chirurgi manus per inciſum abdomen extraxit.

Paul. Balth. BALBI de cicatriculæ in aqua fervida motu.

In *K. Swenſk. Wetenſk. Handling.* 1745. *Samuel* SANDEL de perexigua ſtatura duorum puerorum.

In *Comm. Lit. Nor.* 1745. *hebd.* 52. *Philippus Fridericus* GMELIN, frater *J. Georgii*, & ipſe poſtea Profeſſor Tubingenſis, dedit analyſin aquæ hydropicæ, veræ lymphæ coagulabilis.

IDEM *de rabie canina.* Deſcribit animal moſchiferum.

EJ. *De viis urinæ ordinariis & extraordinariis* Tub. 1753. 4.*

EJ. *De tranſpiratione cutanea hominis ſanitatis præſidio* Tubing. 1760. 4.*

EJ. *De ſero lactis dulci* HOFMANNIANO Tub. 1765. 4.*

Hoc anno *Societas Regia Scientiarum Berolinenſis*, novis legibus & privilegiis ornata, Academiæ nomen adoptavit, porroque ſuos commentarios Gallica lingua cepit edere. In eā collectione varia huc pertinent. Hoc anno Cl. HEINII diſſ. *ſur l'origine des etres animés ſuivant le ſyſtème* D'HIPPOCRATE. GESNERI cogitata porro ornavit, & ab HERACLITO animas illas per aërem obvolitantes repetiit, & ab ipſo PYTHAGORA.

Compendium edidit PAUL Avignon 1768. 4. 2. Vol.

§. MLX.

§. MLX. *Arnauld Eloy* GAUTIER d'AGOTI.

Pictor, hiſtoriam naturalem etiam & anatomen adgreſſus eſt ornare, & experimentis ſuis; & arte *Chriſtophorum le* BLOND, quam imitatus eſt, & quæ quatuor coloribus ex ordine totidem æneis tabulis illitis omnes colores in charta exprimit. Pulchriores tamen alii dederunt ejusmodi tabulas; noſter fuſci quid & obſcuri ſuis in iconibus habet, minus tamen in anatome, magis in plantarum figuris.

Eſſai d'anatomie en tableaux imprimés, qui repreſentent au naturel tous les muſcles de la face, du cou, de la tête, de la langue & du larynx, d'aprés les parties preparées par Mr. DUVERNEY (Chirurgien), *en huit planches.* Paulatim plures ſunt ſecutæ, & exſtant 20. tabulæ myologiæ, Paris 1746. fol.

Octodecim tabulæ *de l'anatomie generale des viſcères* Paris.

Expoſition anatomique pour ſervir de ſupplement. Viginti tabulæ adminiſtrante *du* CHEMIN: pars ſplanchnologiæ & nervi.

Demum *anatomie de la tête* Paris 1748. octo tabulis ad D. DUVERNEY præparationem.

Magnitudo tabularum, & colores, pretium augent; eam etiam laudem meretur auctor, quod nihil exſcripſerit, ſed ad naturam ſua depinxerit. Plerumque tamen longe ab ea ſollicita minimarum partium definitione abeſt, ad quam hoc ſeculo eſt perventum; muſculos ipſos potiſſimum poſt ALBINUM non erat neceſſe noviter delineaſſe; neque demum colores hic quidquam juvant. In capite vaſa ſatis apte repleta, neque mala figura corporis calloſi cum fornice & ſepto lucido, demum arteriolarum duræ matris, quæ tabula reliquis excellit. Nervi aliquanto meliores & viſcera, etiam vaſa cutanea.

Depictum etiam dedit androgynum DROUART, de cujus ſexu litigatur.

EJUSD. *Zoographie ou generation de l'homme & des animaux* Paris 1750. 12.* Omnes de generatione animalium hypotheſes refutat, ovorum etiam potiſſimum. In ſemine virili embryonem, ſed facile adgnoſcendum, aſini, etiam hominis adparere, ſi in frigidam demiſeris: quem etiam fetum in priori opere depinxit, & in ſequente. Fetum naſci ex veſiculis ſeminalibus.

EJUSD. *Obſervations ſur l'hiſtoire naturelle, la phyſique & la peinture* T. I. 1752. 12.* cum iconibus pictis. In præfatione depictum dat aſinum in ſemine maſculo viſum. Duos androgynos dicit, qui viri videntur, & quibus urethra fiſſa erat. In talpa putat ſe ex ganglio nerveo prodeuntem ductum vidiſſe cum deferente conjunctum. Oculos pro re nova habet, toties dictos & delineatos.

T. II. a 1752. Iterum de androgyno DROUART. In cochleis veſiculam ſeminalem in ovarium ſe aperire, neque quidquam penis ſimile adeſſe.

T. III. de arte ſurdos docendi, dum mentum loquentis ad occiput ſurdi hominis admovetur. Aures internæ teſtudinis ex PLUMERIO. In ſanguine puncta eſſe alba, quæ rubra videantur, quando pallido humore ambiuntur. Vaſa lactea teſtudinis cum arteriis hepatis & pulmonis conjungi. De cochleis & earum anatome obſcure. Cor teſtudinis biventre.

T. IV. Ex Cl. EISENMANN uterus duplex. In ranis maribus ſe fetum in veſica intra abdomen reperiſſe. Lentem cryſtallinam objecta neque invertere, neque erecta repræſentare, cum perinde recta videamus, quando ob cataractam ſede ſua depulſa eſt.

T. V. Theoria motus muſcularis, quam *G. Joſepho* DUVERNEY tribuit, aucta hypotheſi GAUTERII, ſpiritus igneos ad cerebrum redire per plexus chorioideos.

T. VI. Exigui momenti: aliqua continet anatomica. In tribus poſtremis tomis nulla eſt tabula picta, & reliqui 74. tomi, quos noſter promittebat omnino interciderunt, poſtquam emtores nummos numeraverant.

§. MLXI. G. VINK. GUATTANI. RUBERTI.

Wilhelmus VINK, lector anatomiæ & chirurgiæ Roterodamenſis, primum, ni fallor a. 1732. ediderat *Beſchryving der beenderen en ſpieren.* Eam editionem non vidi, ſed edidit a. 1745. *Korte en klare beſchryving der beenderen, ſpieren, en bloodvaten* Roterdam 8.* Satis ignotum librum, quo tamen deteriores plurimi in omnium ſunt manibus liceat laudaſſe. In muſculis nihil valde ſingulare reperio, præter vaginæ dilatatorem. In oſſibus: icones aliquas habet, non ſatis diſtinctas, vaſorum perioſtei, dentium demolita maxilla nudatorum &c. Melior pars operis eſt de vaſis ſanguineis: ea enim fere vera ſunt, & ad naturam deſcripta: icones etſi paulo minus diſtinctæ, tamen non contemnendæ, arteriarum capitis, manus, pedis, in ſtrato intimo depictarum & oſſium proximo. Non poſſidebam, quando meas arteriarum hiſtorias ſcripſi, non certe futurum inutile mihi opus, aut laude ſua cariturum.

Caroli GUATTANI, Chirurgi Romani, *hiſtoriæ duæ anevryſmatum* Rom. 1745. 4.* Præter chirurgica habet icones ligneas quidem, minime tamen inutiles, quibus potiſſimum arteriæ per flexum brachii recurrentes, earumque cum ſuperioribus ramis conjunctiones exprimuntur. Tres recte recurrentes habet, a radiali, ulnari, & interoſſea.

In *Mém. des Savans etrangers* T. III. venæ azygæ vulgarem fabricam deſcribit.

Michel Angiolo RUPERTI *lezione ſulla teſta moſtruoſa d'un vitello* Napoli 1745. 4.* brevis libellus. Caput pene integre duplex, abſque anatome.

§. MLXII. *Henricus Joſephus Bernhardus* MONTAGNAT,

Medicus Rhemenſis, FERRENII amicus, ſcripſit Paris 1745. 8.* *Lettre à Mr.* L'ABBE' *d. F.* (*des* FONTAINES) *ſur la critique que fait M.* BURLON *du ſentiment de M. F. ſur la formation de la voix humaine.*

Sed plus eſt nervi in *Eclairciſſemens en forme de Lettre à M.* BERTIN *ſur la decouverte que M.* FERREIN *a faite du mecaniſme de la voix de l'homme* 1746. 8.* Aſperrima epiſtola. Cum FERRENIUS Academiæ ſua glottidis ligamenta vellet demonſtrare & experimenta facere, quibus theoria ſua niteretur, neſcio quis in laryngem tænias rubras introduxit, ut tota res in cachinnos abiret. Teſtes adeo producuntur experimenti Monſpelii facti. Sed etiam octavam ſuperiorem ſonaſſe

ſonaſſe ligamenta, quorum dimidia tantum pars libera eſſet. Avium cartilaginem glottideam utique tremere.

Ej. *Lettre à M.* BERTIN *au ſujet d'un nouveau genre de vaiſſeaux decouvert dans le corps humain* Paris 1748. 8.* Omnino FERRENIUM nova vaſa uveæ lymphatica primum oſtendiſſe. Sed videram & deſcripſeram, cum me Cl. MONTAGNAT tamen pro teſte producat a nemine eſſe viſa, & quinquaginta ante me annis RUYSCHIUS viderat, & RAVIUS, inde ALBINUS Sed neque anulus aut rete tunicæ chorioideæ FERRENII eſt inventum. Inde Cl. M. ſe in BERTINUM convertit; nova ejus cornicula partes eſſe ait oſſis ſphenoidei; vaſa lymphatica pulmonis a FERRENIO eſſe detecta &c. Ubique mira acrimonia in eo ſcripto dominatur.

Cæterum nomen eſſe MONTAGNATI, opus FERREINI PORTALIUS.

Supplement à la lettre precedente ſur les vaiſſeaux lymphatiques.

Iſaac BELLOT, Medicus Burdigalenſis, anonymus edidit *lettres ſur le pouvoir de l'imagination des femmes groſſes* Paris 1745. 12. BUR. Anglice verſ. *Letters on the force of imagination* London 1765. 8. 1772. 8. Italice Venet. 1751. 8. vertente *J. Fortunato* BIANCHINI. BLONDELLUM nimium in eo fuiſſe, quod hiſtoricam fidem omnibus exemplis vires maternæ imaginationis confirmantibus negaverit. Noſter parce anatome uſus, multo ingenio ſuam hypotheſin tuetur. A temerario motu nihil organici fabricari poſſe; nihil a cerebro ad ullam definitam fetus particulam venire: ſanguinem ad nullam partem ſingularem C. H. adfluere, neque voluntati ſubjici. Nihil in vi imaginationis maternæ veri eſſe, niſi contractionem ſpasmodicam abdominis materni, & ſanguinem in aliquam fetus partem, aut nimis parce, aut nimis vehementer ineuntem.

Contra anonymum, qui aliqua in hoc ſcripto carpſerat, tuetur ſe auctor in *Journ. de Trev.* 1746. *Juin.*

§. MLXIII. LOESECKE. KRAZENSTEIN.

J. Lud. Leberecht LOESECKE, Medici, qui Berolini docuit brevisque fuit ævi, eſt diſſ. *de motu ſanguinis inteſtino* Lipſ. 1745. 4.* Negat repulſionem globulorum; motum inteſtinum repetit a diverſitate prticularum diverſos motus ſuſcipientium.

Ej. *Obſervationes anatomico chirurgico medicæ novæ & rariores* Berol. 1754. 4.* Ad anatomica referas novam articulationem in ſcapula natam: membranam tympani duplicem: tum de chorda tympani, ſtapede & muſculis mallei ſingulares adnotationes. Arteriæ pulmonalis in aortam continuatio, pro fabrica minus vulgata datur, quæ eſt conſtantiſſima. In animalibus a rubiæ uſu etiam cartilagines, ungues, plumas tinctas fuiſſe. Germanice Berlin 1761. 8. *Neue und ſeltene anatomiſche, chirurgiſche, mediciniſche Wahrnehmungen.*

EJUS *Phyſiologie, oder Lehre von dem geſunden Zuſtande des menſchlichen Körpers* edente *Chriſtiano Gotthold* SCHWENKE Dreſdæ & Varſaviæ 1762. 8.* Phyſiologia poſthuma multa continet noſtrorum ſimilia. LIEBERKUHNIANAM fabricam vaſorum lacteorum proponit. Cordis motum irritationi tribuit. Vitiis typographicis abundat. Recuſa eſt Dreſden 1767. 8.

Chriſtian Gottlieb KRAZENSTEIN, Medici & Profeſſoris nunc Hafnienſis, *Beweis, daß die Seele ihren Körper baue* Halle 1745. 8.*

Ej. *Fortſetzung des Beweiſes* ib. Animam corpus ſuum ſtruere, argumento reparatarum partium polypi, quas recte negat ab ulla mechanica vi ea concinnitate poſſe perfectas eſſe, & neceſſario gnarum architectum requirere. Symmetriam pulcherrimam corporis animalis idem ſuadere.

Ej. *Phyſicaliſche Briefe* Hall. 1746. 8.* quæ editio tertia dicitur. Sunt aliorum.

Ej. *Theoria fluxus diabetici geometrico more explicata* Hall. 1746. 4.* & in *noſtris ſelectis.* Obſervationes aliquæ, ut vocant, propriæ. A venoſo refluxu impedito malum derivat.

Ej. *Abhandlung von der Erzeugung der Würmer im menſchlichen Körper* Hall. 1748. 8.* Tæniam eſſe catenam inſectorum ſuis labiis ſe comprehendentium. Pro vermiculis ſeminalibus. Eos parere & generare.

Ej. *Von dem Einfluſſe des Mondes und der Witterungen in den menſchlichen Körper* Hall. 1770. 8.* Adtractionem lunæ minuere reſiſtentiam, quam atmoſphæra externo aëri opponit. Menſes tamen a luna pendere, etiamſi variæ cauſæ ejus influxum turbant.

Ej. & *J. Henr.* SCHOENHEIDER (auctor) *de reſtitutione & impotentia motus muſcularis* Hafn. 1768. 8.* Bona diſp. Pulſum naturalem Grœnlandorum 30. & 40. in minuto primo non ſuperare.

Ej. Progr. 1772. fol.* Agit de anatome Aegyptiorum. Taricheutas in anatome potiſſimum ſollicita potuiſſe accuratius verſari, cum odium vulgi fere in Paraſchiſten incubuerit.

§. MLXIV. *Varii.*

Johannes STORCH, qui ſæpe nomine PELARGI uſus eſt, clinicus de STAHLII ſecta. Clinica multa ſcripſit, quæ paſſim aliqua continent ad phyſiologiam facientia. Breviſſime dabo titulos,

Vernünftige Unterſuchung, ob und in welchen Fällen es erlaubt ſeye Säugammen zu halten Frankfurt und Leipzig 1745. 8.

Weiber-Krankheiten T. II. Gotha 1748. 8.* de virginitate, atretis. T. III. 1748. 8.* de ſterilibus, atretis, os uteri alieno loco habentibus. T. IV. 1749. 8.* multa habet exempla abortuum, molarum, ovorum humanorum fecundorum, ſterilium. In virginis ovario dentes 52. & oſſa viſa. Molas partim animæ tribuit, quæ formandis veris fetubus intenta, ſed a defectu fecundationis impedita, interim fingendis molis tempus terit. Ova humana varia, partus veſicarii. In nobili virgine tumor utero adnatus, dentium plenus & pilorum. Monſtroſi partus varii, ſpinæque bifidæ. De partus tempore.

In T. V. De partu ipſo, doloribus, imaginationis maternæ effectibus. Non poſſe duas unius fetus placentas eſſe.

In

In T. VII. ſuperſtitioſiſſimam hiſtoriam habet de viro diabolum lactante, de femina abſque papillis.

In T. VIII. 1753. 8.* de menſibus poſt mortem fluentibus; menſibus vetularum.

Ej. *Unterricht vor Hebammen* Gotha 1746. 8.* unius ſexus gemellos fere unicam ſecundam habere, & viciſſim.

In *theoretiſche und practiſche Abhandlung von Kinderkrankheiten* Eiſenach 1750. 8.* agit de morbis hereditariis, quos tuetur, de molis, fetubus retentis, lingua duplice, palato fiſſo, aliis monſtroſis fabricis, ſpina bifida, nævis, dentitione. Aſperrime in mechanicos medicos.

In T. III. Eiſen. 1751. 8.* aſperrime iterum in medicos mechanicos invehitur.

In T. IV. pariter 1751. 8.* agit de vinculo funiculi umbilicalis, cujus non eamdem ubique facit neceſſitatem.

Lud. Ant. MURATORI *della forza della fantaſia umana* Venez. 1745. 8.* Vir cordatus, laboris patientiſſimus, verique, quoad licuit, amans. De ideis, memoria, ſomno, inſomniis, ſomnambulis, ſtultis, non ſine utilibus adnotationibus. Satis libere ecſtaſes arctis circumſcripſit limitibus. Ediderat a. 1735. 8. l. *dell intendimento umano.*

Lettres d'Eugene à Clarice au ſujet des polypes Strasbourg 1745. 12. An forte BAZINI?

John TENNENT'S *phyſical diſquiſitions on the real cauſes of the bloods morbid rarefaction and ſtagnation* London 1745. 8.* Diſquiſitio III. huc facit. Hactenus huc pertinet. Mirificam theoriam proponit, ut humor aliquis coaguletur, facere, quod in minores particulas ſolutus ſit. Ita ſanguinem ab ictu viperæ caudiſonæ cogi.

Faſciculus diſputationum medicarum HEISTER *de chorioidea:* ONYMOS & ENS Leid. 1745. 8.

De colore ſanguinis ex doctrina medica Perſarum Leid. 1745. 8. cura *J. Stephani* BERNARD.

Jacques DARAN *obſervations chirurgiques ſur les maladies de l'urethre* Avignon 1745. 8.* Paris 1748. 8.* Anglice 1750. 8.* &c. Iconem habet urethræ virilis apertæ cum capite gallinaginis, vivis coloribus expreſſam.

Chriſtoph KRETSCHMER *von den ſogenannten Stuffenjahren* Dreſden 1745. 4. BOECLER.

C. A. G. GRUNER porro laudandi viri, & *J. F.* KESSEL *diſſ. epiſtolica ad E. Andr.* FROMMAN *de hiſtoria motus periodici ſanguinis* Altdorf. 1745. 4. WELL.

§. MLXV. *Diſputationes.*

Richard BROKLESBY *de ſaliva ſana & morboſa* Leid. 1745. 4.*

In

In *Phil. Tranſ.* n. 482. Experimenta facta cum veneno Indico CONDAMINII. Cor diu pulſans poſt caput reſectum.

EJ. ILL. viri exſtat etiam in *Philoſ. Tranſ.* XLIX. P. I. relatio de experimentis, quæ in tendinibus, perioſteo, corde, & inteſtinis fecit, ad inſenſilem & irritabilem naturam definiendam. Ubique mecum convenit.

Tum in *medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians in London* London 1767. 8.* EJ. eſt urina mellei ſaporis.

Adrian STOKE *de calore corporis humani* Leid. 1745. 4.*

Petri PASQUAI *ſigna fetus mortui* Leid. 1745. 4.* Aquas præmaturas videri provenire ex appendice placentæ ſuis peculiaribus membranis comitatæ.

Iſaac BILDERDYCK *de muſculorum actione* Leid. 1745. 4.

P. Chriſt. LUDEMANN *de ſiti* Leid. 1745. 4.*

Philippi d'ORVILLE *fabrica pancreatis* Leid. 1745. 4.* In pancreate, cujus vaſa repleta fuerunt, diſtingui acinos albos, neque per vaſa repletos, celluloſa tela conjunctos.

Abrah. ENS *de cauſa vices cordis alternas producente* Utrecht 1745. 4.* Eam cauſam eſſe in pondere ſanguinis, venas comprimente, ſanguinem retinente. Et nos recudimus.

Cornel. Johannes de FAMARS *de liene ſtructura & uſu* Leid. 1745. 4.*

Benjamin SCHWARZ *de vomitu & motu inteſtinorum* Leid. 1745. 4.* a nobis recuſa. Motus diaphragmatis, & muſculorum abdominis, quo vomitum adjuvant. Motus periſtalticus ventriculi & inteſtinorum, hoc vero & tumultuario, per experimenta in vivis animalibus capta.

Gerh. BODDE *de fluxu menſium* Leid. 1745. 4. TH.

Ambroſ. DAWSON *oratio anniverſaria* HARVEIANA London 1745. 4.

J. Jac. KAMM *theſes medicæ varii argumenti* Argentor. 1745. 4.*

J. David LORENZ *ſingularia circa veſiculam felleam* Hall. 1745. 4.*

Joſeph BORDOLO *de morte ejusque cauſis* Erford. 1745. 4.* Uterus abſceſſibus plenus, in ventre libræ ſex humoris effuſæ.

Chriſtian WILDVOGEL *jus embryonum* Helmſtad. 1745. 4.

Car. Eman. SCHELLENBERGER *de reſpiratione* Wien 1745. 4.*

EJUSD. & *Maxim. Joſeph* LOCHER Wien 1747. 4.* de duplici homine.

EJ. *De muſculorum actione* ibid. 1753. 4.*

Jacob MULLER *Caſus rariſſimus uteri in partu rupti* Baſil. 1745. 4.* Deſcriptio & menſuræ pelvis; uteri fibræ muſculoſæ: earum æquilibrium fetum in utero retinet; exceſſus virium in fundo uteri poſitarum expellit. Mutatio uteri in graviditate per lineas curvas expreſſa.

Georg Ludwig DE MOUGE' *de corde in genere* Baſil. 1745. 4.*

[*Adolph*

Adolph Bernard WINKLER *de ſitu uteri obliquo* Götting. 1745. 4.* diſcipuli olim noſtri opus, & inciſoris. Angulum uterum inter & vaginam intercipi. Cauſæ uteri obliqui & effectus.

EJ. *Diſp. de arteria brachii* ib. 1745. 4.* In theatro noſtro nata, & minime contemnenda diſſertatio.

EJ. *De vaſorum corporis humani lithiaſi* ib. 1747. 4.*

Georg Chriſtian Beat BREHM *de hydatidibus* Erford. 1745. 4.*

Franc. BERNARD & *Nat. Andr. Jo. Bapt.* CHESNEAU *E. frequentiſſima temperamentum mutatio* Pariſ. 1745.

Petri CHEVALIER & *Stephani* POURFOUR *du* PETIT *E. quo accuratior maſticatio eo perfectior digeſtio* Pariſ. 1745.

Petri ARCELIN & *Dion. Cl.* DOUCET *E. dantur vaſa abſorbentia* Pariſ. 1745. 4.

Guillielm. RUELLAN & *J. Fr.* PARIS *Non datur hominis ſtatus perfecte ſanus* Pariſ. 1745. 4.

Cl. BOURDIER & *Barthol.* TOUSS. *le* CLERC *Non ergo in quacumque corporis parte hæmatoſis* Pariſ. 1745. 4.

Petri S. POISSONNIER & *Lud. Gabr.* DUPRE' *Ergo perfectior ſomni tempore chyloſis* Pariſ. 1745. 4.

Joſephi LALLEMANT & *Juliani* HINGANT *E. actio muſculorum a ſolis ſpiritibus* Pariſ. 1745. 4.* & in *noſtris ſelectis.* STENONII experimentum interpretatur, a ſanguinis commeatu arteriis ſpinalibus ſubducto.

EJ. LALLEMANT *mecaniſme des paſſions* Paris 1751. 4.* Unicus animi adfectus, amor. Utriusque ſexus amor a cupidine veneris naſcitur. Adfectus explicat a nerveis fibris in calloſo corpore convenientibus & oſcillantibus. A leni ictu anima parum commovetur, magis a valido. Ut muſica animi adfectus ſuſcitet, quod eorum linguam imitetur. Tremores a corpore calloſo in nervos & muſculos tranſeunt, eosque in convulſiones citant. Sic porro per effectus paſſionum, in abdomine, pectore &c.

Franciſci IMBERT, Univ. Cancellarii, *generationis hiſtoria* Monſp. 1745. 8.* in utroque ſexu.

EJ. *Duodecim quæſtiones* ib. 1749. 4.* De ſingultu. Eadem via perſpirationis & ſudoris tenuioris. Oſſa emollita non ſentire. Nitrum & acetum calorem & fluiditatem ſanguinis minuere.

EJ. *De fibræ natura, viribus & morbis in corpore animali, R. Henrico* FOUQUET ib. 1759. 4.* In *la* CAZII ſenſum.

In *Journ. de Med.* 1756. egit de mediaſtino, idque non quidem accurate ex medio, ſed ſiniſterius, ad perpendiculum tamen de ſterno deſcendere, per ſollicitam inquiſitionem reperit.

Nicolaus SALMON *de fluxu menſtruo* Monſpeſ. 1745. 8.* Contra plethoram.

Sanguinem in ſinubus uteri accumulari; eos ſinus pubertatis demum tempore aperiri, cruorem dimittere.

§. MLXVI. *Diaria anni* 1746.

In *Phil. Tranſ.* n. 478. *Jacob* SHERWOOD de anguillis viviparis glutinis farinacei aceſcentis.

N. 479. *Thomas* KNOWLTON maximæ molis crania & cornua capreolorum.

In *K. Swenſk. Wetenſk. Handl.* 1746. de lactis & butyri rationibus, & ponderibus ſpecificis.

Abraham BAECK de polypis nuper Holmiæ inventis diſſertatio. Polypi alii nudi, alii tubulo clauſi. *Bernhardum de* JUSSIEU polypum vulgarem album ovis appenſis tectum reperiſſe. Polypi criſta caſtrenſi ſeſſili, & mobili, & coralliorum hoſpites, quos etiam Cl. BAECKIUS vidit.

IDEM 1748. Trim. I. de cute Aethiopum. Lamina epidermidis exterior tenuis, pene pellucida: interior mollis, craſſa, vulgo reticulum. Macerata iſta aquam tingit, & ipſa ſolvitur. Cutis alba.

In *Hiſtoire de l'Acad. des Sciences de Paris* 1746. Cl. *le* VACHER cuti adhæſiſſe novum oſſis fragmentum, quo trepani foramen oppletum fuerit.

Ej. Fetus difformis capite deſtitutus.

In T. III. *Mém. de Chirurgie* motum periſtalticum ſe in homine vidiſſe nos docet.

CHABELARD Chirurgus de tribus partubus monſtroſis, quorum priori ventres aperti; cornutus alter, tertius biceps.

B. GUILLERME de fetu per anum educto.

In *Journ. de Trev.* 1746. Avril. Anonymus BELLOTUM de imaginatione gravidarum refutat; cum utero placentam cohærere contendit.

§. MLXVII. *J. Joſeph* SUE,

Chirurgus Pariſinus, Profeſſor, & inciſor induſtrius, fetum in *hiſt. de l'Acad. de Paris* a. 1746. deſcripſit, ſpina bifida, cranii galea deleta.

Tum alterum maximo abdomine, multis ejus partibus duplicatis, duobus uteris, vagina communi &c.

Ej. *Abrégé d'Anatomie du corps de l'homme avec une methode courte & facile d'injecter & de preparer* Paris 1748. 12. 2. Vol. 1754. 12. 2. Vol. abſque nomine. Laudat Cl. PORTAL, & bene uſum eſſe commentariis Academiæ Scientiarum addit: recte etiam ſcripſiſſe de ſuturis, alveolis, oſſe maxillari, viſceribus.

Ej. *L'Anthropotomie, où l'art d'injecter, d'embaumer & de conſerver les parties du corps humain* Paris 1749. 8. 1765. 12.*, quæ editio dicitur multum aucta eſſe; eam ſolam legi. Practicum opus. Olea & balſami ad injiciendum. Uterum

Uterum ante injectionem in frigida, inque aluminoſa aqua indurat. Cera HUNTERIANA cum reſina & terebinthina compoſita. Ut membranæ de repletis viſceribus acido chemico liquore deradantur. Muſculorum adminiſtratio. Siccandas partes crine equino diſtendit. Vaſa forfice ſuadet mundare, periculoſo inſtrumento. Inflata in venam aëre, diſtenta auricula, animal continuo perit.

EJ. *Elémens de Chirurgie* Paris 1755. 12. 2.Vol.* Tomus I. phyſiologiam continet, ſatis ad noſtram ſententiam. In utero deſcribit duo fibrarum ſtrata. Ab exterioribus faſciculi cum tubis & cum ligamentis teretibus continuati. Interni anuli tubarum oſtia ambeunt. Quæ fibræ oſtio uteri propiores ſunt, eæ oblique deſcendunt reticulatæ, & denique oſtium uteri ambeunt, in circulum ductæ. Quatuor denique muſculi triangulares intus ſuperſunt, duo priores, poſteriores duo.

EJUSD. *Traité d'oſteologie traduit de Mr.* MONROO Paris 1759. fol. 2.Vol.* Ad hiſtoriam anatomes & utilitatem cognitionis oſſium. Multas adnotationes ad MONROI laborem adjecit. De SUPIOTÆ oſſibus emollitis; a ſalis marini abuſu factum eſſe. Varietates oſſium. Coſtarum numerus auctus. Os humeri acetabulo terminatum, in ſcapula pro eo tuberculum, & in pelvi nullum. Acromion in duobus adultis hominibus cartilagine a ſcapula ſeparatum vidit. Sic alia utilia. Tabulæ denique pulcherrime ſculptæ, maſculo ſcalpro. Hic cornicula ſphenoidea, & ſola & cum oſſe ethmoide videas. Porro etiam fetus oſſa & ſectiones oſſium variæ. Tabulæ 31. Hæ primæ in Gallia natæ ſunt majoris alicujus operis anatomici tabulæ.

IDEM *de ſectione Cæſarea* Pariſ. 1763. 4.* continet eamdem fibrarum uteri hiſtoriam.

In *Mém. preſentés à l'Acad.* T. I. de viſcerum omnium ſitu inverſo, & a dextris ad ſiniſtra tranſpoſito.

In T. II. inciſiones trium lutrarum. Pluſcula foramina a dextra in ſiniſtram aurem cordis patentia.

EJUSD. Menſuræ aliæque proportiones partium corporis humani in diverſis ætatibus, & oſſium plerorumque.

In T. V. de fibris uteri, quas etiam dicit in *Elémens de Chirurgie.* Primum aliquæ, fere ad veſicæ modum, ſupra fornicem ſupremum uteri ab anterioribus ad poſteriores propagatæ; aliæ iſtas decuſſantes obliquæ. Hæ exteriores. Alterum ſtratum fere ſimile. Interius iterum quatuor muſculi triangulares; duo alii ex oſtiis tubarum propagati in medium uterum. Propius os fibræ horizontales ſunt.

§. MLXVIII. *Petrus* CAMPER,

Profeſſor Amſtelodamenſis, inde Groningenſis, chirurgiæ & anatomes peritia clarus, magni vir ingenii. EJ. Diſputatio *inauguralis prima de viſu* Leid. 1746. 4.* Oculi anatomen opticam continet, mentis de objectis judicia & errores.

Ej. *De nonnullis oculi partibus Diſſ. inauguralis medica* Leid. 1746. 4.*, & in *noſtris ſelectis*. Anulum Petiti pulchre expreſſit, laminas dixit & fibras. Pro retina viſus organo facultatem mutandi oculi nondum innotuiſſe.

Idem anno 1759. 4.* Amſterdam ad Mauricaeum multa utiliter præfatur. Menſuræ pelvis, paulum diverſæ a menſuris aliorum ſcriptorum. Capitis menſuræ, per verticem non latius facit $3\frac{1}{2}''$. Cartilago oſſibus pubis interjecta in medio pultacea eſt & elaſtica: ea oſſa ſe in partu difficili vidiſſe diſcedere. Ligamenta aliqua coccygis. Uteri craſſities varia, ſemidigiti, digiti. Uteri cum vagina acutus angulus, ut anterius labium longius ſit. Verſus partum uterus ſe demergit. Siniſtrorſum inclinatum vidit. Fetus ſitus varius occipite ſiniſtro, dextro, aure ad os pubis, tamen ut linea eadem per columnam ſpinalem, & caput ducat. Fetum ante 7. menſem ſe cernuum dare.

Ej. *Oratio de analogia inter animalia & ſtirpes* Groning. 1764. 4.* Ad anatomes hiſtoriam aliqua.

Ej. *Demonſtrationum anatomicarum L. I. continens brachii humani fabricam & morbos* Amſterdam 1760. fol.* Ipſe maſculo penicillo arteriarum venarum & nervorum truncos expreſſit. De cute aliqua. Nigrum mucum in aqua, ſed lente ſolvi. Vulnerum ſymptomata ad nervos pertinere, non ad tendines: quorum etiam ductum ſequuntur. Ligamenta tendinum in dorſo & vola manus bene. De phyſiologia nervorum. Motum ex irritabilitate ortum per convulſiones vaſorum paralyticorum explicat, & inteſtinorum in cadavere motus. Phrenicum nervum aliquando per foramen aortæ tranſiiſſe. Contra arteriarum vim contractilem. Arterias fere habet quas nos. Omnino tamen arteria radialis, neque rariſſime, ſupra flexionem cubiti oritur. Figura vaſorum flexus cubiti cum noſtra convenit.

Ej. *Demonſtrationum anatomico pathologicarum L. II. Pelvis virilis* Amſterdam 1762. fol.* Pelvis per medium diſſecta, arteriarum trunci expreſſi, nam de ramis ad nos remiſit. Mallet arterias noſtras non ſerpentinas: Pleraque ad chirurgiam pertinent.

Ej. *Epiſtola ad anatomicorum principem, magnum* Albinum Gron. 1767. 4.* Albinum ex uno puncto ſuas tabulas delineaſſe; ita multa tegi aut decurtari: ſe malle ſuas tabulas ad architectorum morem abſque puncto optico delineare. Albinus reponit, ſe ſuum punctum opticum ad 40. pedum diſtantiam remotum ſumſiſſe, ita veritati non noceri. Inſtat Camperus, tamen puncto optico eſſe uſum, ita factum, ut nimis rectas claviculas, nimis humiles ſcapulas pinxerit: ſed neque Wandelaarii artem probat.

Ej. *Leſſen over de thans zwervende veeſterfte* Leeuwaarden 1769. 8.* Deſcribit ventriculos animalium ruminantium, quos etiam in minimo illo Africano capreolo reperit. In me monet de deglutitione boum aliqua: ea mihi non propria ſunt, qui ex Perralto habeam.

An ad virum Ill. facit *de fractura patellæ* diſp.? Groning. 1754. 4.

In

In *verhandelingen der Holl. maatſchappy der wetenſchapp.* T. VI. P. I. anni 1761. 8.* primum iter teſtium in ſcrotum deſcribit, noſtris non viſis, ut noſtra confirmet.

Ej. *De partibus genitalibus bufonis Braſilici Pipa.* Ova perinde in utero ſunt, per tubam reſorbentur, per rectum inteſtinum egeruntur, ut in noſtrate bufone.

In *verhandelingen &c.* T. VII. P. I. agit de vagina, per quam teſtes in fetu ante partum aut poſt eum deſcendunt, per experimenta, ib. a. 1758. facta.

Idem *de organis auditus piſcium:* de canalibus tribus ſemicircularibus, tribusque capſulis cartilagineis, in quibus nervi; demum de ſacco, in quo unum aut duo ſint oſſicula, ſuper quem ſaccum nervi innumeri paulatim breviores extenduntur. Auditum piſcibus non negat.

In T. VII. P. II. agit de lacte & educatione puerorum. Varia notabilia. Capita difformia. De membrana pupillari, quam Albino tribuit: & ſemel in fetu nuper nato clauſam vidit.

In T. IX. P. III. de organo auditus ceti Cachillot. Tria habet ſolita oſſicula & cochleam, nullos canales ſemicirculares. Malleus parum mobilis: cochleæ fere duæ ſpiræ. In crocodilo malleus & membrana tympani eſt, & canales ſemicirculares, cochlea nulla. Cl. Geoffroy paſſim corrigit.

Libellus *de reſtituto naſo* vix huc pertinet.

In *verhandelingen der bataeſſche Ginootſchap* Tom. I. vir Ill. de aëre egit, qui ex pectore & abdomine avium altius volantium, in earum humerum, femur, ſternum, vertebras, coſtas penetrat, ut per ea oſſa inſerto tubulo veſicæ illæ pectorales & abdominales inſtari poſſint. In avibus altiora non petentibus humeri oſſa medullam habent, abſque aëre.

Ibid. agit de inſtrumento, cujus ope ranæ coaxant. Duæ veſicæ ſunt, in quas proxime glottidem per totidem oſtia aër ſubit, quem animal pro lubitu ex veſicis pellere poteſt, contracta, qua obducuntur, muſculoſa tunica.

Ibid. dum veras dimenſiones elaſtici bracherii meditatur, diametros hominis metitur ex Albino & ſtatuis. Rationem diametri transverſæ ad oſſa ilium in viro invenit 10. 7. in femina ut $11\frac{1}{2}$. $7\frac{1}{2}$.

Idem in *hedendaegze letter oeffeningen* T. III. n. 7. junioris elephanti inciſionem dedit. Cerebrum non valde parvum, & ſimile humani. Nullum os cordis, nullæ glandulæ cordis Duvernoy. Magni ſacci coli. Pro veſicula ampliter dilatatus ductus hepaticus. Non mingit retrorſum. Octo & decem renis tubercula, & totidem ureteres. Teſtes ad renes ad peritoneum adhærent.

Idem in eodem Diario IV. n. 2. de invento jam anno 1771. aëris in avium oſſa commeatu. Caveam cranii cum tuba Eust. communicare. In caſuario, & ſtruthiocamelo, avibus non volantibus, nullus ut in aliis avibus aër oſſa humeri ſubit, utique vero in reliqua oſſa, & ex abdomine & in ea oſſa, & in canalem medullæ ſpinalis, inque ipſam maxillam inferiorem. Aëris in

 oſſibus

oſſibus copiam eſſe ut altitudinem volatus. Aviculis nonnullis aërem in oſſa artuum non penetrare, ut paſſeribus.

In diſputatione Cl. J. BUSCH *de mechaniſmo organi vocis &c* Groning. 1774. 4.* dicitur de duabus exiguis cartilaginibus oblongis in ligamentis expertis, quæ ab epiglottide ad capitula cartilaginum arytænoidearum deſcendunt, CAMPERI invento.

§. MLXIX. *Chriſtian Ehrenfried* ESCHENBACH,

Medicus & Philoſophiæ Profeſſor Roſtochienſis. EJUS *medicina legalis breviſſimis comprehenſa theſibus* Roſtoch. 1746. 8.* nuper recuſ. De ſubmerſis; de impotentia, virginitate, graviditate, partu, ſuperfetatione, menſtruis, ſignis ſuffocati pueri.

EJUS *anatomiſche Beſchreibung des menſchlichen Körpers* Roſtock 1750. 8.* Compendium anatomes in univerſum ad WINSLOWIANAM *expoſitionem* concinnatum, etiam ubi W. peccat, ut in oculi arteriis. Aliqua tamen ſua habet CL. E., & ſermone puriori uſus eſt, quam vulgo noſtri ſolent. Valvulam in ſacco lacrumali eſſe: nullam in rene ſuccenturiato caveam. Aliqui muſculi peculiares, ut ex atlantis proceſſu transverſo in partem proceſſui maſtoideo proxime poſteriorem muſculus. Quadratus alter lumborum. Dari veſicæ ſphincterem. Pſoas tertius. Eſſe ubi nervi optici toti ſeparati ſint. Tendinea expanſio a M. ſartorio & ſociis in perioſteum demiſſa. Vaſa lymphatica a convexo hepate pene ſternum adſcendentia. Icones KULMIANÆ.

EJ. *Obſervata quædam chirurgico-medica* Roſtoch. 1753. 4.* Varia memorabilia. Cor dextrorſum verſum. Fetus ventre aperto, muſculis abdominis hiſcentibus. Atreta, urethra ſupra os pubis aperta. Lingua duplex. Contra imaginationis potentiam in producendis monſtris. Cornea tunica bis renata.

EJUSD. *Obſervationum variarum continuatio* Roſtoch. 1755. 4.* Oſſa innominata ampliſſima. Aliqua ad arterias flexus brachii: innominata eſt recurrens radialis. Cranium fetus undique clauſum, inde partus difficilis. Noctambulo. Reviviſcens, quæ mortua putabatur. Utique per plenam putredinem pulmo ſupernatat. Pulſus alio loco tangebatur, quod ſuperiori loco arteria radialis ad dorſum tranſiiſſet.

EJUSD. operis nova & plenior editio eodem cum titulo prodiit, Roſtoch. 1769. 8.* Priora non repeto. Abdomen ſponte apertum, & motus periſtalticus conſpicuus. Penis trifidus & urina ex ſpongia inter pubem & umbilicum. Quadrigemini. Inteſtinorum ordo mutatus, ut colon proxime a ventriculo ſuccederet. Atretæ puellæ ab ipſa natura ſanatæ. Placenta undique ad uterum adnata. Sanguis ex funiculo umbilicali non ligato modo plurimus, modo nullus.

EJ. Progr. *de apparenter mortuis* Roſtoch. 1766. 4.

EJ. *De ſudore Chriſti ſanguineo parere e principiis medicis* ib. 1766. 4.

EJ. *Bedenken von der Schädlichkeit des Mutterkorns* ib. 1771. 8.* Aliqua habet de refocillandis ſubmerſis. Obſcuram reſpirationem ſub aquis ſupereſſe.

§. MLXX.

§. MLXX. *Auguſtus Johannes v.* ROESEL,

Vir non ignobili proſapia natus, pictor artificioſus, inſectorum amator, cepit ab anno fere 1742. inſecta colligere, eorum ova, excluſionem, metamorphoſin, generationem adnotare. Ita natæ ſunt *monatliche Inſecten-Beluſtigungen*, quarum Tom. I. Noribergæ 1746. 4.* prodiit, merorum papilionum. Inde T. II. ib. 1748. 4.* Hic ſcarabæos pluſculos deſcribit; inter eos in nonnullis anatomen & viſcerum fabricam. Tunc locuſtæ, iterum cum utriusque ſexus anatome, genitalium potiſſimum, & in cicadis cantus organi. Hirundines ſub aquis non degere. Aliquæ muſcæ: pulicis fecundatio.

T. III. ibid. 1755. 4* Aliqua ſupplementa; inter ea bombyx. Inſtrumentum ſerici. Larva vorax Ephemeri. Cancri fluviatilis hiſtoria naturalis. Non durum penem habet, ſed verrucam. Contra REAUMURIUM, tunc potiſſimum reperiri lapides cancrorum, quando thorax perfectus eſt; cum eo tempore lapilli creſcant, quo thorax mollis eſt. Teſtis trilobatus & vaſa ſeminalia. Ut thorax dureſcat. Renaſcentes chelæ, monſtroſæ aliquæ atque ramoſæ. De polypis fuſe & plene: ramoſus, in criſtas fiſſus, unico trunco multipartito. Polypi TREMBLEYANI quatuor generum, & eorum diſcrimina, aliaque phænomena: polypos etiam ſua capita vorare. Hydræ polypinæ. Etiam ex diſſecto brachio renati polypi. Contra *Bernardi de* JUSSIEU ova polyporum. Polypi minores varii: ferri equini ſimilis, vorticem in aqua excitare gnarus: tubuloſi, calyciformes, bicornes, gregarii, quadricornes, cylindrici, ovales aliquot generum. Animal globoſum BAKERI, deciduis truncis ſe propagans. Proteus. Serpentuli aquatici, qui diſſecti convaleſcunt, etiam capite reparato & oculis.

T. IV. 1761. 4.* Aranei anatomen continet, de qua BAGLIVIUS deſperaverat, etiamſi tarantula poterat uti. Dentes, oculi, vaſa ſua ſericifera. Reliqua pars operis ſupplementa continet.

Belgice verſum hoc opus nitide prodiit, primusque tomus a. 1768. 4.* abſolutus eſt, cum emendationibus Cl. KLEEMANNI, auctoris generi. In papilionibus vermiculi ſeminales abſque caudis ſunt, non reperiundi in feminis. In erucis omnino duodecim ſunt oculi.

EJ. *Natürliche Hiſtorie der Fröſche hieſigen Landes, worinn alle Eigenſchaften derſelben, ſonderlich aber ihre Fortpflanzung umſtändlich beſchrieben werden* Nürnberg 1758. fol.* cum noſtra præfatione. Splendidum & egregium opus Latine & Germanice prodiit cum tabulis pictis & nigris. Venerem ranarum maximo ſuo labore contemplatus, vidit denique ſemen ex ano maris in ova feminina, aut excluſa, aut nondum depoſita, ejectum fuiſſe. Tumor in pollice, quem MENZIUS pro pene habuit, ad continendam feminam factus eſt. Ovorum ranæ excluſio, girinus, branchiæ caducæ. Mas ſolus coaxat. Appendices adipoſæ circa veneris tempora majores ſunt. Vermiculi ſeminales non caudati ſunt. Ductus a teſtibus in veſiculas ſeminales. Penis, in quem eæ veſiculæ patent. Uterus in rectum inteſtinum apertus. Oviductus prælongi. Ova in ventrem eduntur, inde in uterum. MENZII errores. Sceletos ranæ. Vox ranun-

ranunculi arborei per ſaccum edita, cujus duæ anguſtæ rimæ ſunt. Ova ranarum a mare non fecundata pereunt. Evolutio arborei ranunculi, branchiarum lapſus, artuum initium, viſcera. Sceletos: per penem inflatæ veſiculæ. Vis contractilis ventriculi. In bufone aurantio ſemen pariter in ova ſpargitur. Girini per ſtigma reſpirant abſque branchiis. Viſcera, veſiculæ ſeminales, pulmo inflatilis. Bufonis verrucoſi canalis, per quem venenum, quod putatur, ſudat.

§. MLXXI. *J. Auguſt* Unzer,

Profeſſor Medicinæ Rintelienſis, vir acuti ingenii: Ejus eſt *neue Lehre von den Gemüthsbewegungen* Hall. 1746. 8.* Temperamenta fieri a nervis vario gradu tenſis, celeriter, cum robore, aut cum debilitate; ut lente pariter cum robore aut cum debilitate tremere poſſint. Ex his cauſis, neque ex humorum indole, naſci temperamenta.

S. C. J. S. *Gedanken vom Schlafe und den Träumen, ſamt einem Schreiben, daß man ohne Kopf denken könne* Hall. 1746. 8. In ſomno perfecto nihil animæ repræſentari, inſomnia ex ſomno & vigiliis miſta eſſe. Abſque capite & a morte ſentiri, cum in nervo a capite ſeparato, & a morte animalis, irritatio convulſionem producat.

Ej. *Von dem Einfluſſe der Seele in den Körper* Hall. 1746. 8.* Pro Stahliana hypotheſi & influxu phyſico.

Ej. *Vom Seufzen* Hall. 1747. 8.* Elegans opuſculum. Suſpiria ex corporis adfectione nata, & ex animæ. Sanguinem per pulmonem lentius moveri, hinc coagulari & refrigerari. Suſpirii ſcopum eſſe, ut ſanguis refrigeretur, & retardetur: oſcitationem ad ſanguinem lente motum accelerandum facere, &c.

Ej. *De ſternutatione* Hall. 1748. 4.

Ejusd. *Philoſophiſche Betrachtungen über den menſchlichen Körper überhaupt* Hall. 1750. 8.* Phyſiologia partim phyſica, partim medica, de corpore in univerſum & ejus viribus. Nervis adhuc tenſis fidem adhibet.

Ejus *Sammlung kleiner Schriften* Rinteln 1766. 8. 2.Vol.* De venere luciorum, quæ frictu abſolvitur. Nullum dari in corpore motum, quin animæ obſcura inde perceptio obverſetur. Motus in corpore ad animæ ſenſa ſe accomodare, nullos tamen remotos animæ fines eſſe. De polypo illo colloſſali ſeptentrionis, qui Kraken dicitur. De ſcolopendra, cujus diſſectæ utraque medietas vixit. De forficula, cujus pars anterior poſteriorem devoravit, ſic *Hamb. Magaz.* T. XII.

Ejus *Grundriß eines Lehrgebäudes über die Sinnlichkeit des thieriſchen Körpers* Rinteln 1768. 8.* Non eſſe neceſſarium nexum inter ſenſum nervorum & animæ repræſentationem. Nervi ſenſum mere corporeum eſſe: nempe de ſenſu loquitur, qui in nervo etiam avulſo & de corpore ſeparato locum habet. A ſenſu nervorum in muſculis motum oriri: quo pertinent cordis motus & reſpiratio. Animam

Animam non ubique in corpore præſentem eſſe. Animalia dari anima deſtituta. Corpus animalis eſſe horologium ſentiens, cujus vis motrix ſenſus eſt.

In diario *der Arzt*, cujus prima editio a. 1759. nova Hamburgi 1769. 8.* prodiit, Danice etiam, Suecice, & Belgice verſo Amſt. 1766. 8. paſſim aliqua intercurrunt argumenti phyſiologici. In T. I. de ſomno, deglutitione, corporum conditura. In T. II. de irritabilitate; membranas fatetur ſenſu carere. Nervos etiam extra cerebrum ſentire, abſque conſcientia equidem, tamen cum voluntate. Animam non in toto corpore habitare, & animalia poſſe, abſque anima dari. Pro laqueis nerveis. De nutritione. In T. III. alia lege quam mechanica corpus animale regi. De auditu: lacte, adfectibus animi, ſubmerſis. In T. IV. grana polyporum eſſe ganglia, dari animalia abſque cerebro nullius actionis capacia, quæ conſcientiam requirat. Scintillæ ex hominibus electricæ. DROUARTUM feminam eſſe. T. V. contra eos, qui ad quamque in nervos impreſſionem in anima ſenſationem docent ſequi. In nervis ſenſum internum habitare, per quem muſculos in motum ciunt. Cordis motum tamen a nervis pendere.

In T. X. Oculum cum camera obſcura comparari poſſe, nulla animæ ratione habita. Pro influxu animæ, ut tamen corpus non ideo iners putet. De porcello capite rotundo, & quadam proboſcide: eum habet pro animale ex cane & ſue hybrideo.

In libello *philoſophiſche Unterſuchungen* 1773. 8.* urget, tamen neque abſque nervis ſtimuli effectus ſecuturos, neque abſque nervis cordis motum perfici, neque debere nervos polypis negari, neque bene voluntatis effectus cum animæ actionibus confundi.

§. MLXXII. *Joſephus* MOSCA,

Medicus Neapolitanus, minime vulgaris auctor. Ejus exſtat inſigne opus *dell' aria e di morbi dell' aria dipendenti* Neapoli 8. 4. Vol.* T. I. P. I. 1746. P. I. T. II. 1747. P. II. T. I. 1749. P. II. T. II. 1749. 8. Phyſici quidem potiſſimum & clinici argumenti, multa tamen habet ad rem noſtram ſpectantia.

In T. I. diff. 3. contra BOERHAAVIUM defendit, omnino aërem in pulmone reſorberi, in ſanguinem venire; ab aëre generationem animalium pendere, eamdem eſſe veram ſpirituum animalium materiem. Reſorberi etiam per cutem, recta via in caput venire, inter duram membranam & cranium, per ejus meningis ſyſtolen.

In T. II. diff. 1. iterum aërem vitæ & mortis in animalibus cauſam eſſe, tum motus & ſenſus. Mihi hic aliqua tribuit, quæ ſunt BOERHAAVII. Reliqua fere practici ſunt argumenti.

Cum mecum conqueſtus ſit vir Cl. me aliquas ejus voces in magno opere phyſiologico minus recte citaſſe, comparavi, nihil reperi, quo mihi videatur læſus eſſe, & ſi qua ejus mentem non accurate repræſentantia dixi, de quo quidem

quidem crimine non velim ipſe mihi judex ſedere, caſu aliquo id invito accidiſſe teſtor.

Ejusd. vita Morgagni & *Lud. Ant.* Portii italice Napoli 1765. 8.*

§. MLXXIII. *J. Phil. Laur.* Withof,

Profeſſor Duisburgenſis, medicus & poëta. Ejus ſunt *ad ſyſtema* Leeuwenhoeckianum *commentarii duo: acc. brevis monſtroſorum renum hiſtoria* Leid. 1746. 4.* In priori commentario hypotheſin Leeuwenhoeckii proponit, vermiculos ſeminales vera eſſe juniora animalia, quæ ſola evolutione perficiantur. In altero pro epigeneſi laborat, argumento polyporum, cornuum deciduorum & reparabilium cervi, exuviarum ſerpentum. Pro vi imaginationis maternæ. Mulos pro animalium genere habet, & ab equo diverſo & ab aſino. Demum de tota re ampliat. Renem vidit, qui ex duobus renibus connatus videbatur; renes tamen duo erant, ſola tela celluloſa connati.

Ej. *De aëre in hominis humoribus hærente* Duisburg 1747. 4.*

Ej. *De pilo humano* diſſ. Duisburg 1750. 4.* ex proprio labore nata. De bulbis, qui in nonnullis animalibus ſanguinem continent. De cortice, de pili internis filis, ſ. tubis longitudinem ſequentibus.

In eo argumento perrexit in *Comm. Acad. Götting.* T. II. Cis corticem fiſtulæ celluloſa tela revinctæ; in medio pilo tubulus cavus, ſplendentibus globulis plenus.

Ej. *Nachrichten von dem* Ægidius Corboliensis Duisburg 1752. 4.* tum de ejus viri opere de urinis & pulſibus.

Ej. *De caſtratis commentarii* IV. Duisburg 1756. 8.* Lauſannæ 1762. 8. Eruditum opus, niſi quod neque eunuchos vir Cl. incidit, neque caſtrata animalia. Hiſtoria caſtrationis & collecti effectus. Semen in ſanguinem reſorbtum, acre, ſtimulans, fibras ſollicitans ad contractionem. Inde protruſio barbæ & alia virilitatis privilegia.

§. MLXXIV. *Etienne* Bonnot *de* Condillac. Pernetti.

Præceptor Ducis Parmenſis, vir ingenioſus & in conjecturis audax. Ejus *eſſay ſur l'origine des connoiſſances humaines* Amſterdam 1746. 12. 2.Vol.* Hiſtoria naturalis functionum animæ: ſenſatio probe evoluta, perceptio, memoria, imaginatio. Per fibras medullæ & earum in cerebri flexionem hæc explicat, & memoriam per fibrarum in certum ſenſum ſæpe flexarum facilitatem ad ſimilem flexionem repetendam. Idearum nexus; ſignorum natura, utilitas. Memoria ſignorum eſt. Reflexio, judicium, abſtractio, hiſtorice omnia, ſed acute. Omnem ſenſationem cum conſcientia conjungi, nonnunquam obſcura; fortiorem adtentio ſequitur.

In T. II. origo linguarum, Muſices, ejus effectus. Modus inveniendi: ſed hæc alio fere pertinent.

Ejusd.

Ejusd. *Traité des ſenſations* London (Pariſ. potius) 1754. 12. 2.Vol.* Novum opus. Statuam ſibi ſumit auctor; ea primo unico a ſenſu adficitur, olfactu & odore. Jam a ſolo odore amor & odium naſcebantur, ut odor gratus eſſet, aut ingratus: tum memoria, quando novus odor ſe ſtatuæ imprimit, dum prioris impreſſio ſupereſt. Judicium eſt diſtinctio duorum odorum. Voluptates in animo reſidentes ex revocata impreſſione grati odoris: origo tædii; revocatio idearum; animi adfectus, abſtractio, ut gratia quæ ſola diverſis odoribus communis eſt. Tempus, ſucceſſio impreſſionum. Sed nunc novus ſenſus agit„ auditus, ut inde anima perficiatur, & porro ex viſu. Quare videamus meros in ſuperficie colores. Tactus corrigit viſus ſenſationes, & colores certos, umbrasque certas, ſuas figuras indicare oſtendit. Ideæ mere ſpiritales, & corporeæ aliæ. Omnes ideæ a ſenſatione naſcuntur. Uſus digitorum in tactu.

In T. II. Ut tactus doceat diſtantias uſu metiri, & corrigere figuras & continuitates corporum. Ut anima obruta numero impreſſionem minus vivide percipiat & imaginetur. Ut bonum ex odore & ſapore, pulchrum ex reliquis ſenſibus oriatur. Cur homo in deſerto educatus memoria deſtitutus fuerit. Libertas &c.

Ej. *Traité des animaux, où après avoir fait des obſervations critiques ſur le ſentiment de* Des Cartes *& ſur celui de Mr. de* Buffon *on entreprend d'expliquer leurs principales facultés* Amſterdam (Paris 1755. 12.)* Multa mere eloquenter a Buffonio dici. Contra hypotheſin„ animalia machinas eſſe: omnino ideas ea habere, & inter ſe comparare, & judicare, & meminiſſe. Ipſe deinde auctor de facultatibus animalium. Etiam diſcere animalia & perfici, & artem prædæ capiendæ, aut vitandi periculi, experiendo adquireret. Modulos propoſitos habent, quos imitentur, caſtoris exemplo & apum. Inſtinctum eſſe cognitionem indirectam. Animalia parum abſtrahere, paucas notiones generales poſſidere, pauca ſibi communicare.

Sequitur compendium libri ſui de ſenſationibus. Se primum hominem reduxiſſe ad initia ſuarum ſenſationum & idearum. Ipſa reflexio in principiis mera eſt ſenſatio.

Anton. Joſeph Pernetti *lettres philoſophiques ſur les phyſiognomies* la Haye 1746. 12.* Ingenioſa grataque dictione ſumma rerum percurrit. Animas omnes æquales eſſe; diſcrimen *ab organizatione* naſci. Temperamenta facilibus characteribus adgnoſci. In robuſtis plus eſſe terræ, in teneris hominibus plus aëris & ſanguinis, & pituitæ in feminis. Ciborum aliquam in temperamenta potentiam eſſe, primigenium tamen temperamentum non mutari. Cur in facie potiſſimum phyſiognomia ſedeat; ejus fundamentum in crebra actione eorundem muſculorum poni.

Ej. *Diſcours ſur la phyſionomie & les avantages des connoiſſances phyſiognomiques* Berlin 1749. 8.* Phyſiognomia fit ab eorum muſculorum majori robore, qui dominantis adfectus ſymbola ſunt. Magna oculorum ad exprimendum temperamentum poteſtas. Colorum in cute ſigna, potius nimia. Proceros homines ſtupidos eſſe, nanos viciſſim. Oculi non poſſunt mentiri. Hic multa potius ſupra verum.

§. MLXXV. *David* HARTLEY,

Pius homo, ut tamen omnia ad materiem referret. EJ. *De ſenſus, motus & idearum generatione* Bathon. 1746. 8.* & longe uberius, *Obſervations on man and his frame* London 1749. 8. 2.Vol.* Gallice, *explication phyſique des ſens, des idées, & des mouvemens, vertente Mr. l'Abbé* JURAIN Rheims 1755. 2.Vol. 12. Germanice, nonnullis additis, Roſtock 1772. 8. Omnes animæ functiones ex ſolo corpore mechanice explicat. Organum proximum motus & ſenſus eſt in cerebro, & in medulla ſpinali, quæ tamen ad ſenſationem non pertinet. A corporum nos ambeuntium impreſſione oriri in nervis oſcillationes, quæ aliquamdiu in cerebro ſuperſunt: ea oſcillatio eſt ab æthere, ſequitur rectas nervorum fibras, qui ſolidi ſunt; eas agit in ſimiles tremores, qui in medullam cerebri continuantur, per eam ſe diffundunt, & paulatim debileſcunt. In his vibrationibus diſcrimina ſunt, a viribus, celeritate, ſede cerebri, ductu fibræ nerveæ. Dolorificæ oſcillationes novam in nervea fibra conſtructionem faciunt. Somnus eſt a retento venis repletis ſanguine. Ideæ ſunt impreſſionum ſenſoriarum repetitarum veſtigia, & aptitudo ad oſcillationes primigeniarum oſcillationum ſimiles, dum oſcillationes tardius & tardius evaneſcunt, ob repetitionem, & cerebrum primum tardius ad ſtatum naturalem redit, & denique nunquam. Nexum idearum explicat per mutationem partis cerebri a proximis vibrationibus factam, ex quo fit, ut ab ejus partis ſtatu aliqua ipſa adoptet, & facile ejus oſcillationes admittat, alias difficulter. Adſociationes idearum fiunt a complexione idearum connexarum, quarum aliæ alias in pares oſcillationes cieant. Ideo complexæ ideæ ſæpe adſociatæ tandem reliquas omnes ſuperant. Complexus idearum ſenſoriarum cum motoriis, ut porro ſenſationes motus acceſſorii ſequantur, exemplo ſternutationis. Opium ſomnum facere gratas excitando oſcillationes, quæ ad cerebrum adſcendunt, & reliquas vibrationes opprimunt, ita quietem introducunt. Motus cordis perpetuus a plenitudine ſanguinis, impulſu ſanguinis in vaſa coronaria, perpetuo vibrationum in cor deſcenſu. Ut animi adfectus mechanice operentur. Cauſa primæ reſpirationis & plorationis, quæ omnia mechanice & abſque fine fieri putat. Multæ hic hypotheſes, & demum libertas ab actionibus humanis undique remota. Gratia ſaporis eſt, ab analogia oſcillationum in corpore ſapido, earum roboris, & frequentiæ cum vibrationibus corporis noſtri. T. II. potius ad ethica & theologica pertinet.

Nuper cum nonnullis notis recudi fecit J. PRIESTLEY Lond. 1774. 8. 2.Vol.

§. MLXXVI. *Chriſtlob* MYLIUS &c.

Rei naturali & poeſi addictus, aliqua habet tamen huc pertinentia. EJUS *Sendſchreiben von den Saamen-Thierchen* Hamburg 1746. 4.*

EJ. *Phyſicaliſche Beluſtigungen* T. I. Berlin 1752 8.* Ad nos facit libellus *H. de* RUUYSCHER de coccinella, vero animale: *Petri* LYONNET pro embryonis in ovo delineatione, & MYLII pro ſententia hanc inter & LEEUWENHOEKIANAM media. De ave hybridea ex gallo Calecutico & anate nata.

In

In T. II. Berlin 1752. 8.* Corpora incorrupta. Capreolus cincinnatus.

T. III. 1757. 8.* Ex ſanguine natum fibroſum concrementum. Cuniculorum ſylveſtrium pupillas fuſcas eſſe.

Ej. *Beſchreibung einer neuen Grönlandiſchen Thierpflanze* London 1753. 4.* Animal ex ſtellarum genere. Reperitur etiam in T. III. *der phyſic. Beluſtigungen.*

In *vermiſchten Schriften* Berlin 1754. 8.* varia huc faciunt. Num licitum ſit animalia viva incidere. Cur erecta videamus. De vitæ humanæ diuturnitate.

Johann ANDERSON, Conſulis Hamburgenſis, *Nachrichten von Island, Grönland und der Straſſe Davids* Hamburg 1746. 8.* Non quidem ipſe has regiones adiit, ſed ex variis peregrinatoribus & piſcatoribus notitiam harum regionum ſeptentrionalium minime ſpernendam collegit. Inter ea, quæ ad naturæ hiſtoriam faciunt, quædam huc referas. Ita piſcem monocerotem, ut putabatur, credas vere bicornem eſſe. Ex deſcriptione ceti, cujus *ſperma* in medicinam accipitur, putes eſſe oleum, partim cerebro circumfuſum, partim in celluloſa tela per ipſos muſculos continuatum. De piſcibus veſica natatoria deſtitutis, & per fundum maris reptantibus. De larynge avium marinarum &c.

N. DUYN *over het jaarlyk ſterfſel der menſchen in ſommige Steden van Holland* Haarlem 1746.

§. MLXXVII. *Henrich Friedrich* DELIUS,

Non quidem inciſor, Profeſſor Erlangenſis, varia ad rem noſtram contulit.

Jam anno 1746, & etiam ut puto prius, *Chriſtianus Gottlieb* KRAZENSTEIN ediderat *phyſicaliſche Briefe* Hall. 8.* Inter eas ſunt epiſtolæ duæ ad DELIUM. Polypis utitur, ut oſtendat animam proprium corpus ſtruere. Adjecta eſt epiſtola *Chriſtiani* WOLF de re eo tempore nova. Videntur KRUGERI eſſe.

Reſpondet DELIUS in eumdem ſenſum, & nævis ex terrore materno ortis vim fabricatricem animæ confirmari putat. Vermiculum ſeminalem vivere, nervos poſſidere, ſentire, in ovum receptum ab anima porro ſua ædificari. Nova vaſa ſe vidiſſe ſtrui in vulneribus.

Ej. *Amœnitates medicæ* Lipſ. 1747. 8.* fere practici ſunt argumenti. Appendiculæ defectus. Inteſtini appendix &c

Ej. *Theoria & fecundus in medicina uſus principii ſenſationem ſequitur motus ſenſatione proportionalis* Erlang. 1752. 4.* Non poſſe tenſionem nervorum admitti.

Ej. *Animadverſiones in doctrinam de irritabilitate, tono, ſenſatione, & motu corporis humani* Erlang. 1752. 4.* Nondum viſis noſtris ad ZIMMERMANNI diſputationem objectiones movet: nobis imputat, nos confudiſſe ſentiendi facultatem cum motrice irritabilitate, nos qui accurate utramque vim diſtinxeramus. Dubitat de tendinum, membranarum &c. natura inſenſili. Pro motu duræ cerebri membranæ. DEMETRII impiam opinionem irritabilitati tribuit. KRUGERI quædam ſibi vindicat. Equos tamen vomere.

Octo volumina diarii edidit *Fränkiſche Sammlungen von Anmerkungen der Naturlehre*, *Arzneygelahrtheit*, *Oeconomie*, *und damit verwandten Wiſſenſchaften* T. I. Noriberg. 1755. 8.* Aliqua hic de circuitu ſanguinis in ranis. Globulos ſanguineos anguloſos viſos: nullam ſe oſcillationem vidiſſe &c. De androgyno DROUART: pro femina noſter habet. De ſenſu in faſcia lata viſo (qui a prætereunte nervo potuit ortus fuiſſe). Membrana ſponte ex ſanguine nata. Equos tamen vomere. Duo vitales fetus ſeptem menſium intervallo nati.

T. II. ib. 1757. 8. Iterum pro vomitu equi. Hic & alibi faſti emortuales, quorum aliqui vitioſi. Puellarum connatarum anatome. Giganteus juvenis Magrath octo pedum. Puer ſaccum ſemiperfecto puello plenum de dorſo circumgeſtans. Vapores de corpore humano inflammabiles.

T. III. 1758. 8.* Duram matrem cranio non adhærere. Contra ASCHII de vermiculis ſeminalibus opinionem. De hepatis deformatione memorabili, & magnum hepar. De reviviſcentibus anguillulis glutinis farinacei. Contra irritabilitatem, nullo facto experimento.

T. IV. 1759. 8.* Palatum diviſum. Canities ſubita.

T. V. 1760. 8.* Animalcula, quæ NEEDHAMIUS in jure ab omni aëris commercio ſecluſo viderat, eſſe bullulas. BUFFONIUM non optimis uſum microſcopiis. Pro vomitu equorum. Brachium in ſacco de pueri dorſo geſtatum. LEDERMULLER de cavea in nervis viſa. Cl. de SAUVAGES obſtructionem non facere in ſuis vaſis tumorem. Globuli ſanguinei ovales viſi. Iterum Cl. de SAUVAGES & DELIUS contra SCHREIBERUM pro animæ imperio. De vi contractili arteriarum.

T. VI. 1762. 8.* Muris & unguis talpæ imagines pro nævis & ſympathia hereditaria. Perfectus intra matrem gallinam pullus. In liquore decocto & rite ab aëre ſervato tamen animalcula nata. Oculi in anguillis collæ farinaceæ. Oſſa fetus per anum edita.

T. VII. 1765. 8.* De vermiculis ſeminalibus, omnes caudatos eſſe; vivere ad quartam horam. Ex putredine producta animalcula. Oſſiculum in ovario. Androgynus DROUART pro viro nunc adgnitus, cui fiſſa urethra. Vetula per triduum pro mortua habita, ſenſibus integris.

T. VIII. 1768. 8.* Redit hic diſſ. de ovis muliebribus. Cl. GESNER de bile: diu ſervata moſchum utique olet. Putridam tamen amaram eſſe.

In *Ephem. Nat. Cur. Vol.* VIII. *obſ.* 106. Cl. DELIUS de uvula duplici.

Obſ. 107. ureter duplex.

Nov. Act. Nat. Cur. Vol. I. *obſ.* 24. Secundinæ ſero abſque noxa eductæ.

Vol. II. nævi, ut putat, aliqui materni.

EJ. *Theoria appetitus* Erlang. 1750. 4.*

EJ. *Vena cava vena malorum* 1751. 4.*

EJ. *Cicatrix & callus idea nutritionis* Erlang. 1755. 4.* Experimenta aliqua rubia facta.

EJ.

Ej. *De ovis muliebribus fecundis & ſterilibus* Erlang. 1763. 4.* cum aliquibus adnotationibus.

Ej. *De pulſu inteſtinali* ib. 1764. 4.

Ej. *Experimenta & cogitata circa lixivium ſanguinis* ib. 1764. 4. chemici potius argumenti.

Ej. *De ſcrobiculo cordis ut ſigno* ib. 1766. 4.

Ej. *Peculiaria microſcopica circa ſal ſeri* ib. 1765. 4. Non eſt ad manus.

Ej. *Betrachtungen und Unterſuchungen, welche das Geſchäft der Erzeugung betreffen* Nürnberg 1766. 8.

Ej. *De ſecretionibus una cum aliis theſibus medicis* Erlang. 1767. 4.*

Ej. *De vultu ſereno morientium* ib. 1769.

Ej. *Uteri fabrica controverſa* ib. 1769. 4.*

§. MLXXVIII. *Varii.*

In *Suite des élémens de medecine pratique* hoc anno edita BOUILLET filius agit de preſſione aëris in corpus humanum. Aërem utique in cavum cranium penetrare, ex cerebro muci partem ad nares in coryza deſcendere, abſque experimento.

Angelo NANNONI, Chirurgi Florentini, *delle malatie delle mammelle* Firenz. 1746. 4.* Aliqua partium deſcriptio. Phyſiologica quædam de nutritione.

George LICHTENSTEGER *die aus der Arithmetic und Geometrie geholten Gründe der menſchlichen Proportion* Nürnberg 1746. fol.* Eamdem proportionem inter partes corporis humani regnare, ſive procerum ſit corpus ſive humile, & facile herculem in mercurium poſitis calculis mutari &c.

J. Chriſtian Gerard KNOLLE *Abhandlung von der Verdikung des Blutes in der Lunge* Halle 1746. 4.* HAMBERGERIANUS. Arterioſum ſanguinem canis ſe ponderoſiorem reperiſſe venoſo.

Ej. *Die Würkungen der Luft in den menſchlichen Körper* Quedlinb. 1752. 4.* Pro ſanguinis in pulmone refrigerio & condenſatione. De caloris ortu ex ſalibus alcalinis, frictu globulorum &c. De diverſi ponderis ſpecifici in ſanguine particulis.

Ej. *Vermiſchte Anmerkungen aus der Arzneygelahrtheit* Halberſtatt 1756. 8.* recuſæ cum titulo *ſechs und zwanzig mediciniſche Ausarbeitungen* ib. 1761. 8.* Practici fere generis ſunt.

Eſſai ſur la probabilité de la durée de la vie humaine (*par* DEPARCIEUX) Paris 1746. 4.* Mathematicus & Mechanicus. Multa ſunt alterius ſcopi: ad nos pertinent faſti emortuales monachorum. Verum multa in magnis urbibus locum habent, quæ non poſſis ad univerſum genus humanum transferre. Ita pauci Pariſiis infantes moriuntur, quia permulti exteri adveniunt adulti, infantes vero in rus transportantur, ibi morituri. Vita media infantum Pariſiis eſt 21. annorum, multo

multo tamen, quam in Helvetia brevior. Veſtales monachis vivaciores, & in univerſum viris feminæ. Dimidia pars hominum 28. anno minor eſt.

Ej. *Addition a l'eſſai ſur les probabilités de la in humaine* Paris 1760. 4.

Ej. *De aptiſſimo modo, quo equi trahunt* in *Mém. de l'Acad. des Sc.* Præſtare funes cum terra angulum intercipere. Addere robori pondus hominis trahentis, eumque ſe antrorſum ſponte curvare.

Joh. Jacob WEBER *Abhandlung von der Oefnung des Leibes bey angebohrnen Kindern* Hall. 1746. 8* Aliqua phyſiologica de mutationibus, quæ locum habent in puero nuper nato.

MOUTON *Eſſai d'odontotechnie* Paris 1746. 12.* Omnino dentes evulſos & inſertos comprehendere.

Hoc anno J. MARII *de caſtore* libellus prodiit cum excerptis ex SARRAZINO in *Mém. de* 1704. Pariſ. 1746. 12.

Walter Henrich RIECKE, Chirurgi, *kurzer und deutlicher Unterricht für die Hebammen* Stuttgardt 1746. 8.* Anatome partium genitalium. De placentæ adhæſione varia & de uteri obliquitate.

Lezione ſu d'un vitello a due teſte, colle note di Samuel GULLIVER Napoli 1746. 4. contra RUPERTUM.

Gottfried ENSPÖRNING *caſus rariſſimus de fetu mortuo per quadrimeſtre in utero adſervato & putrefacto* Breslau 1746. 4.

L'art de ſe rendre heureux par les ſonges, c'eſt à dire en ſe procurant telle eſpece de ſonges, que l'on puiſſe deſirer conformément à ſes inclinations Leipſ. 1746. 8.

Paul HIFFERNAN *reflexions on the ſtructure and paſſions of man* London 1746. 8.* nullius momenti.

Georg ADAMS *micrography* London 1746. 4.* Microſcopiorum mercator JOBLOTI animalcula microſcopica recuſa dedit, tum TREMBLEYI polypos & varia ex LEEUWENHOECKIO & HOOKIO.

Etienne CHARDON *de* COURCELLES, Breſtenſis. Ejus eſt *manuel de la ſaignee* 1746. 1763. 12.

Ej. *Abrégé d'anatomie* Breſt. 1752. 8. 4. Vol. BOECL.

Ej. *Manuel des operations les plus ordinaires de la Chirurgie pour l'inſtruction des eleves Chir. de Breſt*, Breſt. 1756. Aquam ſubire in pulmones ſubmerſorum.

§. MLXXIX. *Diſputationes.*

J. Jac. KLAUHOLD *de viſu duplicato* Argentor. 1746. 4.*

J. Auguſt de HUGO *de glandulis in genere*, & in ſpecie de thymo, Götting. 1746. 4.* cum thymi bipartiti & cavi icone. Noſtri olim nobilis diſcipuli & amici, præmatura morte abrepti opus.

Gerhard

Gerhard Rutger HANCOPH *de mola* (oſſeo cortice). Götting. 1746. 4.*

J. Friderich CHRIST *de aquilæ juventa* Lipſ. 1746. 4.* Literaria.

J. Dan. KUNTSCHKE *de ſecretione in genere.* Pr. STENZEL. Witteb. 1746. 4.*

Cornelius GOESSEL *de organis ſecretoriis, ſecretioneque ipſa in genere* Marburg. 1746. 4.*

Caſpar MARTI *de loco præternaturali orificii ductus ſalivalis* STENONIANI *ſanato* Baſil. 1746. 4.*

Paul. WEGELIN *de ſuperfetatione* Baſil. 1746. 4.*

Henricus KINTIUS *de nephritide* Leid. 1746. 4.* Ad vaſa & fabricam renum.

J. C. HIRZEL *de animi læti & erecti efficacia in corpore ſano & ægro, ſpeciatim graſſantibus morbis epidemicis* Leid. 1746. 4.*

Gottfried de XHORE *de ſpiritu rectore in regno animali vegetabili, foſſili, athmoſphærico* Leid. 1746. 4.*

Thomas DICKSON *de ſanguinis miſſione* Leid. 1746. 4.*

Juſtus van den HOEVE *de vita* Leid. 1746. 4.*

Jac. HOOG *de actionibus primarum viarum in morbis* Leid. 1746. 4. BUTTN.

Michael SAUSSINE *de reſpirationis mechaniſmo* Monſpel. 1746. 4.*

J. Antonii BUTINI *de ſanguinis circulatione* Monſpel. 1746. 4.* Melioris notæ diſputatio jatromathematica. De preſſione laterali bene. Non pulſare venas, quod omni tempore eadem ſit preſſio lateralis, fracta in minimis cordis vi impellente. Calculi ad velocitatem ſanguinis a corde acceptam æſtimandam. Calorem animalium a motu progreſſivo eſſe.

EJ. *Lettre à Mr.* BONNET *ſur la non pulſation des veines* Lauſanne 1760. 8.* me edente. Priora repetit. Contra *Franciſci de* SAUVAGES de ea re theoriam, qui velocitatem ſanguinis arterioſi continuo in ſyſtole arteriæ augeri, in diaſtole minui ſcripſerat, donec fiat æqualis. Contra me, qui poſueram ideo venas non pulſare, quod exceſſus celeritatis undæ poſterioris ſupra velocitatem prioris undæ perpetuo minuatur. Verum ſimplicius forte pulſus evaneſcit in ipſis arteriis, quia vis cordis iis elevandis in minimis non ſufficit.

Lorent. Car. BELLOT & *Petr. Auguſt* ADET *Ergo quo longius a corde diſtat organum ſecretionis, eo humor ſecretus ſubtilior* Pariſ. 1746. 4.

Petri BORIE & *Jac.* BARBEU *du* BOURG *Ergo datur organorum vitalium ſomnus* Pariſ. 1746. 4.*

Stephan. POURFOUR *du* PETIT & *Stephan. Lud.* GEOFFROY *E. pro diverſis a conceptu temporibus varia nutritionis fetus via* Pariſ. 1746. 4.

Ant. PETIT & *Car. Fr. de* VALLUN *E. in ſyſtole ſua cor decurtatur* ib. 1746. 4.*

Lud. Gabriel DU PRE' & *Anna Car.* LORRY *Ergo cauſa caloris in pulmone aëris actione temperatur* Pariſ. 1746. 4.*

§. MLXXX. *Diaria anni* 1747.

In *Philoſ. Tranſ.* n. 482. Hydrops cum alter renum deeſſet.

N. 483. *Edward* DAVIS de fetu nato oſſibus omnibus luxatis.

N. 484. *Starkey* MIDDLETON de puero poſt 16. annos de abdomine exciſo.

In palude Lincolnienſi femina incorrupta ab antiquiſſimis temporibus ſervata, cute flexili.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sc.* 1747. urinam tigridis cantharidum eſſe odore, dare ſpiritum ſubtilem hyſtericis feminis ſalutarem.

In *Aſſemblée publique de la S. R. des Sciences de Montpellier* 1747. Cl. ARLET de ponderibus cerebri in variis animalibus egit. In Delphino æque magnum eſt ac in homine, in bove perexiguum.

In *Journal des Savans* 1747. M. D. RODRIGUEZ *de* PEREIRA programma edidit, de duobus pueris ſurdis & mutis natis, quos ſonos articulare docuit. Paſſim video hunc virum ob eam artem laudari.

Ej. *Mémoire ſur un ſourd & muet de naiſſance* Paris 1749. 4. FALCONET.

In *Mém. de mathematiques & de phyſique preſentés à l'Acad. des Scienc.* T. V. anno 1768. edito. IDEM cui laudem perfectioris artis (ſurdos loqui docendi) *le* CAT tribuebat, de eodem agit artificio. Paucos homines perfecte ſurdos eſſe; unice ægrius audire aliquos. Videtur digitis alphabetum conſtruere.

In *Selector. Francofurtenſium* T. IV. huc referas *Bartholdi Ludovici* HUEKEL de vomitu gravidarum & retentione ſecundarum libellum. EJUSD. eſt *Abhandlung vom Schafvieh* Stargard 1745. 8.

GIERING de atreta fruſtra inciſa.

Hoc anno cepit Diarium *Hamburgiſches Magazin*, cujus 27. tomi prodierunt Hamburg 8.* in quibus Britannicarum & aliarum Academiarum opuſcula, paſſim etiam propria opuſcula continentur.

Sic in hoc tomo I. de inſtinctibus inſectorum.

Hoc etiam anno prodiit T. I. *Verſuche und Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft zu Danzig* Gedani 1747. 4.*

In *recueil de pieçes en proſe & en vers de l'Acad. de la Rochelle* Paris 1747. 8. D. M. GIRARD *de* VILLARS agit de zoophytis, cum experimentis in ſtellis marinis inſtitutis.

In T. II. de PATY de nonnullis teſtaceis animalibus.

In T. III. Cl. *la* FOLLIE de Pholadibus. Sex habere ſquamas, & piſcem pene a principio incluſum eſſe.

§. MLXXXI. *Carolus de* GEER.

In *K. Swenſk. Wetenskaps Acad. handling.* T. VIII. vir ILL. Baro *Carolus de* GEER

de Geer polypos quosdam deſcribit faſciculatos, ovales, ad monoculum adhærentes.

Ej. *Om nyttan ſom inſecterna tilſkyndas* Stokholm 1747. 8.*

Ej. *Tal om inſecternas alſtring* Stokholm 1754. 8.* Germanice im *Schwediſchen Magazin* T. I. Contra generationem æquivocam. Pulex aquaticus raro exemplo poſt fecundationem incrementa capit. Ephemerorum venerem vidit vir Ill., quæ Reaumurii oculos fugit & Swammerdamii. Aphides viviparæ ſunt: earum fetus intra ventrem maternum adoleſcunt, & imprægnantur, non ideo virgines. In utroque ſexu alata dantur animalcula, & alis deſtituta. Ova veſparum ſerriferarum creſcunt. Araneæ ſuos pullos non de vorant. De aliis inſectis viviparis. Aſperarum arteriarum in erucis fabrica. Vaſa ſericea, vernicifera: inteſtinum fibris transverſis percurſum & ligamentis. Sphincter coli extremi, & aliæ inteſtini ſtructuræ.

Ej. *Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire des inſectes* Stokholm 1752. 4.* De erucis potiſſimum agit, earumque inimicis, ut muſcis ichneumonibus. Anatome erucæ, inteſtina, ex quibus ſerici materia; in nonnullis duæ veſicæ, in quibus oleoſi quid. Proboſcis reſecta irritabilis. Stigmata etiam in ventre papilionis, tot quot in eruca. Penem vidit, ovorum octo ſeries, ſeminales veſiculas. Quarum chryſalidum evolutionem vir Ill. præcipitaverat, eæ paucioris ævi fuerunt: Evolutionem frigus retardat. Eruca aquatica brachiis munita, olei patiens.

Tomi II. P. I. ſecuta eſt Holmiæ 1771. 4.* Inſectorum anatome & phyſiologia. Proprium ipſis eſt habere muſculos cuti innatos, maxillas ad latera hiantes. Eorum transformatio, unci quibus mas feminam retinet. Aphidum generatio. Vere primo natæ pariunt abſque mare: non ita, quæ per æſtatem natæ ſunt. Nullum inſectum androgynum eſſe. Eſſe quibus ova ſint, ſed intra ventrem matris fetus excludatur. Alimenta inſectorum & habitacula. Hieme erucas cibo abſtinere. Inſecta omnia reſpirare, etiam chryſalides. Stigmata in papilione eadem eſſe, quæ in chryſalide. Eſſe quibus nova pedum paria adnaſcantur. Anatome phryganei, & vaſa ſericifera.

In P. II. Holmiæ 1771. 4.* Ephemeri oculi. Venus Ill. viro viſa, branchiæ. Libellarum venus. Proboſcidis apum quarumdam fabrica. Crabronum penis, Ichneumones; ſpecies cujus penis per 24. horas mobilis ſupereſt. Formicarum hiſtoria, marium in venerem ardor. Venus; venenifer aculeus. Maris & feminæ ſolæ oculos tres minores habent.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sc.* 1748. de veſica ſucco acido plena in eruca ſalicis.

In *K. Swenſk. Acad. handl. trim.* 3., varia de papilionibus. Bronchia ſunt ſemicanales, qui ſe impoſiti claudunt. Octodecim ſtigmata demonſtrat vir Ill. & ortas exinde aſperas arterias.

Idem de aphidibus & de venere ephemeri. Videri aliquot diebus vivere.

Vol. 21. a. 1760. de Oeſtrorum generatione & vita.

Vol. 22. a. 1761. de volvocis papillis, quibus tegitur, fetubus quos continet, qui & ipſi alios fetus contineat. Parere vidit.

In *Mém. des Sav. etrangers* T. I. de acri ſucco, quem eruca expellit: de ſcolopendra, cujus anuli & pedes numero creſcunt, dum animal incrementa capit.

In *nov. Mém. preſentés à l'Acad. des Sc.* 1760. ſ. Tomo III. de ſcolopendra 14. pedum, quæ in ſecunda metamorphoſi duos pedes amittat.

§. MLXXXII. *Antoine* LOUIS,

Profeſſor Chirurgiæ Pariſinus, Academiæ a ſecretis, noſter ſodalis Gœttingenſis. EJUS *eſſai ſur la nature de l'ame où l'on tâche d'expliquer ſa communication avec le corps, & les loix de cette union* Paris 1747. 12.* Utique animam eſſe extenſam. Cogitationem non eſſe de animæ eſſentia, quæ ſit effectus ſenſibilitatis & activitatis. Tangere adeo animam corpus, in quo habitat, ejus recipere impreſſiones, in eo motus ciere.

EJ. *Obſervations ſur l'electricité ſon mecaniſme & ſes effets ſur l'œconomie animale* Paris 1747. 12.* Ab electrica vi menſes ſuppreſſos fuiſſe. Sanguinem de homine in ſtatu electrico miſſum ad occurſum digiti pariter eo in ſtatu conſtituti ſcintillam emittere, cum dolore ad cubitum uſque producto.

EJ. *Poſitiones anatomico chirurgicæ de capite & ejus vulneribus* Pariſ. 1749. 4.*

EJ. *Lettres ſur la certitude de la mort, où l'on raſſure les citoyens de la crainte d'être enterrés vivans. avec des obſervations & des experiences ſur les noyés* Paris 1752. 12.* Diſſuadet cadaverum adſervationem: certa vult mortis ſigna dari, inertiem lapidis infernalis, rigiditatem cadaveris. De ſubmerſis uberius. Perire a deglutita aqua, quæ in aſpera arteria ſpumam agit. Non ſubire in ventriculum aquam. Nihil promtius ſubmerſos refocillare aëre in aſperam arteriam flatu adacto. Contra bronchotomen.

EJ. *Tr. de la cauſe de la mort des noyés* verſ. a *Cornelio* BLAEU prodiit Amſterdam 1760.

EJ. *De partium externarum generationi inſervientium in mulieribus naturali, vitioſa & morboſa diſpoſitione* Pariſ. 1754. 4.* Pro hymene, cujus laciniæ ſunt, quæ dicuntur carunculæ. De oſſium pubis in partu diſceſſione, quam confirmat, & coaleſcere negat: cartilaginem oſſibus pubis interpoſitam intumeſcere docet & craſſeſcere. Non putat nymphas excretionem lotii juvare; in graviditate addit evaneſcere. Conceptio per anum facta, in quem vagina patebat. Lego hanc diſſertationem publica auctoritate ſuppreſſam fuiſſe, neſcio quam vere.

EJ. *Mémoire ſur une queſtion anatomique relative à la juriſprudence, dans laquelle on établit des principes pour diſtinguer à l'inſpection d'un corps trouvé pendu les ſignes du ſuicide d'avec ceux de l'aſſaſſinat* Paris 1763. 8.* Libellus ſcriptus occa-

occaſione miſeræ necis *Johannis* CALAS. Mori ſuſpenſos ob apoplexiam: Si quis vero ab alio ſuſpenſus fuerit, in ejus cervice ſigna eſſe violentiæ: eo luxationem pertinere vertebrarum, quam carnifices Pariſiis rotatione quadam efficiant.

In T. 19. *Journal de Medecine* ad aliquas PHILIPPI objectiones reſpondet.

EJUSD. *Mémoire contre la legitimité des naiſſances pretendues tardives* Paris 1764. 8.* Multæ ex hoc libello lites natæ ſunt. Cum enim vidua, 10. menſe & diebus 17. poſt mortem debilis mariti & ex gangræna pereuntis, peperiſſet, indignatus noſter oſtendere ſuſcepit, certum eſſe & fixum partus tempus in omni regione, omni ætate, omni temperamento, omni demum animale, etiam in pullo. Nihil vitam fetus, nihil pondus ad partum facere. Tunc pari, quando placentæ vaſcula ab utero ſeparantur, & fetus alienum nunc in utero & moleſtum corpus eſt.

EJ. *Supplément au mémoire contre la legitimité des naiſſances pretendues tardives* Paris 1764. 8.* Contra Chirurgum *le* BAS. Certum tempus partus confirmat, conſentientes medicos citat, aliter ſentientes refutat, & exempla contraria impugnat.

EJ. *Recueil d'obſervations d'Anatomie & de Chirurgie pour ſervir de baſe à la theorie des plaines de tête par contre-coup* Paris 1767. 12.* Excerpta fragmenta ex VALSALVA, MOLINELLO, SANTORINO, HEISTERO, aliis. Convulſiones duræ matris ad fabellas refert.

In *Mém. de l'Acad. de Chir.* T. V. negat partes molles regenerari, & de modò quærit, quo oſſa reconciliantur, reticulo nempe materia oſſea repleto, & glutine conjungente partis oſſis diffractas.

§. MLXXXIII. *Andreas* LEVRET,

Celeberrimus noſtra ætate vir obſtetricius, etiam aliarum chirurgicarum adminiſtrationum peritus, ſolers in inveniendis inſtrumentis.

EJ. *Obſervations ſur les cauſes & les accidens de pluſieurs accouchemens laborieux* Paris 1747. 8.* Fere de inſtrumentis agit; tamen etiam de placenta prope uteri oſtium adhærente, tum obliqua & uterum ad ſuas partes trahente; de capitis fetus ſitu vario.

EJ. *Suite des obſervations ſur les cauſes & les accidens de pluſieurs accouchemens laborieux* Paris 1751. 8.* Fetus ſitum obliquum fere oriri a placenta non accurate centro ſuo ad centrum fundi uteri adnata. Cellulæ in utero ut naſcantur, quæ placentam includunt.

EJ. *Explication de pluſieurs figures ſur le mecaniſme de la groſſeſſe & de l'accouchement* Paris 1752. 8. ASTRUC. Sequente libro puto revocari.

EJ. *L'art des accouchemens demontré par les principes de phyſique & de mecanique* Paris 1761. 8.* Ex pluribus conſtat opuſculis. In primo anatome traditur.

ditur. Menſuræ pelvis. Labiorum & clitoridis in partu uſus eſt. Ex carunculis hymenem componi. Menſuræ: angulus obtuſus uterum inter & vaginam interceptus. Placenta ubique adhærere poteſt. Chorii lamina placentam obducit, qua utero obvertitur. Aquam amnii ab argento vivo impraegnari, qua mater uſa eſt. De ovo humano: nimis præcoces facit epochas. Amnios geminis ſemper duplex. Cutis alimentum imbibit. Signa graviditatis incerta. Partum ſolis fibris uteri tribuit, viribusque oppoſitis fundi & cervicis. Tabulæ æneæ, quæ uteri per graviditatem mutationes exprimunt, tum naturales, tum ex malo placentæ loco natas. Menſuræ accuratæ uteri gravidi.

In appendice de placenta vere ad os uteri adnata: de diſſolvendo lacte, caſeo, & coriacea ſanguinis cruſta, per oleum tartari deliqueſcendo natum. Menſuræ fetuum variæ ætatis cum incrementis nimis præcocibus. Secundæ & funiculus nervis & ſenſu deſtituuntur.

EJ. *Abus des regles generales & contre les prejugés qui s'oppoſent aux progrès de l'art des accouchemens* Paris 1766. 8.* Varia miſta. Præfert, & recte, ſeptimeſtri fetui octimeſtrem. De ſuperfetatione ampliat. Pro fetus ante partum præcipitatione. De freno linguæ, dentitione &c. Fetus ſe ipſum in partu adjuvat. Conceptus non obſtante peſſo.

In *Journal de Medecine* T. 37. De pueris lacte alendis. Ut puer ſugat alterne inflatis & compreſſis buccis. Frenum linguæ aliquando omnino ſectione egere. De ligando funiculo. Raro teſtes pueri nuper nati in ſcroto reperiri: ut in tranſitu manu chirurgi expediantur.

§. MLXXXIV. *Antonius* BENEVOLI. *Alii.*

BENEVOLUS, Chirurgus Florentinus. In ejus *quadraginta obſervationibus* aliqua huc pertinent, quæ prodierunt cum *Diſſertazioni ſopra l'origine del' Ernia inteſtinale &c.* Florent. 1747. 4.* Menſes vere in utero viſi. Fetus tubarius. Ulcera per urinam critice ſoluta &c.

J. Chriſtian THEMEL *Hebammen-Kunſt, oder gründliche Anweiſung, wie eine Hebamme vernünftig verfahren ſoll* Leipzig 1747. 8.* Partum naturalem deſcribit. Brevis anatome partium genitalium; graviditas &c. Non inexpertus in arte auctor.

IDEM ab anno 1748. cepit edere *Obererzgebürgiſches Journal* Annaberg 8.* In primo tomo varia, interque ea albus capreolus rubris oculis, qui in cuniculis albis ſolent rubri eſſe. Anevryſma aortæ.

EJ. *Diſp. qua nutritionem fetus in utero per vaſa umbilicalia ſolum fieri contendit* Lipſ 1751. 4.* Fetum deſcribit, natum abſque lingua & maxilla inferiori. Contra eos, qui humorem amnii alere contendunt.

Robertus DOUGLAS. EJUS eſt *Eſſay concerning the generation of heat in animals* London 1747. 8.* Calorem naſci a ſanguinis globulis confrictis contra

parietes

parietes vaſorum ſuorum unico globulo perviorum. Ea vaſa putat a frigore externo contrahi, contra globulos premi, ita frictionem oriri & calorem. Non alibi, niſi in partibus aëris externi tactui expoſitis, calorem oriri, nam calorem humanum 98. gradus FAHR. nunquam ſuperare. In pulmone ſanguinem refrigerari, &c.

Gallice *Eſſai ſur la generation de la chaleur* Paris 1755. 12. 1760. 12.

James HODGSON, mathematici, *the calculation of annuities upon lives deduced from the London bills of mortality* London 1747. 8.

Camilli BARBIELLINI, medici Romani, diſſ. *fiſico anatomica ſopra l'eſcluſione de' fermenti ſtomachici & delle glandole nella villoſa* Rom. 1747. 12.* Non bene cum fermento ſtomachico etiam glandulas ventriculi rejicit.

G. Battiſta SORMENI *lettera al* RANIERI BUONAPARTE *della natura de' moſtri* Lucca 1747. 8. Non legi: occaſione ſcriptum monſtri ibi nati.

Gioachimo POETA *che la natura nell ingeneramento de' moſtri, non ſia attonita ne diſadatta* Napoli 1747. 4. 1751. 4. Non dari monſtra. Non pro monſtro habendum fetum, cui aliqua corporis pars abundet.

Simon BALLERINI *origine dell uſo di ſalutare quando ſi ſternuta* Rom. 1747. 4.

François Nicolas MARQUET *nouvelle maniere facile & curieuſe pour apprendre par les notes de muſique à connoitre le pouls de l'homme, & les différens changemens, qui lui arrivent depuis ſa naiſſance jusques à ſa mort* Nancy 1747. 4.* Paris 1769. 12.* Pulſus numeroſos diſtinguit, inter eos etiam ſuperficialem & profundum. Eclipſatum dicit in urinatoribus ſe adnotaſſe, natum ab aëre in ſanguinem recepto. Dicrotum ad ſyncopem & mortem ducere. Numerum pulſuum ſenum 30., febrientium 300. facit. Eos exprimit notis muſicis, earumque intervallis.

In *nova editione* aliquæ hujus viri adnotationes reperiuntur, ut urinæ vomitus.

M. O. *der allerneueſte und leichteſte Weg zur Anatomie* Leipzig 1747. 8.* Brevis culter anatomicus. Muſculi ex BARTHOLINO, VESLINGIO. Non bene auctor queritur, nullum haberi librum, quo adminiſtrationes anatomicæ doceantur.

Chriſtoph Henrich KEIL *anatomiſches Handbüchlein* Leipzig 1747. 8.* Multæ editiones hujus libri ſunt, etiam antiquiores, ut anni 1736. & 1740. Pro tironibus.

EJ. *Lexicon medico-phyſicum &c.* verſi a I. a S. Amſterdam 1767. 8.

A. MONCERA *Schreiben von der Einbildungskraft der ſchwangern Weiber, bey Gelegenheit einer Miſsgeburt* 1747. 8. GRAU.

Franciſci PIVATI *riſleſſioni ſopra la medicina elettrica* Venet. 1747. 8.* & Gallice Paris 1750. 8. Iterum auctius Venez. 1749. 4. Pro penetratione virium medicatarum alvumque moventium, quæ fit excitato torrente electrico. Varia ejus generis paſſim reperias, quæ in phyſicis dicemus.

§. MLXXXV.

§. MLXXXV. *J. Thomas* GUIDETI,

Archiater R. Sardiniæ. EJUS ſunt *diſſertationes phyſiologicæ & medicæ in duas ſectiones diviſæ* Turin 1747. 8.* Practica alias dicentur. I. de generatione. Semen gallinæ in proprio ſacculo contineri, qui in fetu pone rectum inteſtinum reperitur. Cum gallina violis paſceretur, colorem in vitellum tranſiiſſe. Ova etiam incubata effregit, aliquas adnotationes adtulit. Pullum oleoſo liquore, vitello, ali & lymphatico. Partium ſpermaticarum principium eſſe cerebrum, cor ſanguinearum. Se vidiſſe ſub occipite glandulam conglomeratam ſimilem thymi. II. De nutritione. Dari vias in homine anatomicis ignoratas. Pullus capite truncatus diu ſuperſtes.

§. MLXXXVI. *Varii.*

Matthæi MATY *eloge critique ſur le caractere de grand medecin, où eloge critique de* BOERHAAVE Cologne (Hollande) 1747. 8.* Auctor humaniſſimus MATY, qui nomen ſuum occultavit, ne nimios magni præceptoris adoratores offenderet, ſancti & innocui viri pietatem & excelſum animum veneratur; aliquantum nimiam in eo fuiſſe veterum & chemicorum reverentiam, hypotheſibus nonnunquam indulſiſſe fatetur. Peculiaria ſummi viri inventa non perſequitur.

In T. VI. P. 2. *verhand. der Hollandſche maatſchappy* commentatur ad faſtos emortuales Londinenſes.

Lettere intorno alli inſetti che ſi multiplicanno mediante le ſezioni di loro corpi Venez. 1747. 12.* & in *opuſc. ſcientif.* t. 37. Lumbricorum diſſectorum portiones in integrum animal convaleſcere. Zoophytorum fabrica & incrementi analogia cum vegetabilium incremento. Renaſcentes partes explicantur per ſpiritus in univerſo mundo diſperſos (animas Hippocraticas), qui conantur perpetuo in corpus aliquod irrepere, quod ad eorum evolutionem idoneum eſt. Diarium ſexaginta dierum, quo adnotationes in diſſecto lumbrico terreſtri factæ continuantur.

Melchioris Card. de POLIGNAC *Antilucretius ſ. de Deo & natura* Lib. IX. Pariſ. 1747. 1749. 12. 2.Vol.* Lipſ. 1748. 8.* &c. Poſthumum poema, non ubique legi pediæ fidele, cæterum neque ingenio deſtitutum, neque nitore. L. V. de anima, ejusque cum corpore commercio, motu voluntario. L. VI. contra animam brutorum ex CARTESII placitis. L. VII. de generatione, & contra eam, quæ dicitur æquivoca.

Italice vertente J. P. BERGANTINI Verona 1753. 8. Vertente *Franciſco Maria* RICCI ib. 1751. 8. 2.Vol.

William GOULD *account of Engliſh Ants* London 1747. 8.* Fabrica animalis; ſedes vitæ in thorace, nam capitis jacturam facile fert. Venenum. Tres ſexus, feminæ pariter in quoque examine paucæ, ſed concordes, quas feminæ gregariæ & ſexu deſtitutæ magna cum cura alunt, majori nymphas. Ad hiemem penum nullam convehunt, quam ſopitæ tranſigant.

John BARKER *eſſay on the agreement between antient and modern phyſicians, or a compariſon between the practice of* HIPPOCRATES, GALEN, SYDENHAM *and* BOERHAAVE *in acute diſeaſes* London 1747. 8.* Gallice Amſterdam 1748. 8.* Paris 1768. 12. Pleraque practici ſunt argumenti, huc tamen ſpectant, quæ de natura profert. Ejus nullam eſſe in morbis ſapientiam oſtendit, cum a venenis ſumtis alvum claudat, fæcesque periculoſo eventu ſurſum remittat. De nexu philoſophicæ & mechanicæ medicinæ..

Rowland JAKSON *de vera phlebotomiæ theoria ſanguinis circulationis legibus innixa tentamen* Lond. 1747. 8.* Pars prior phyſiologica ſatis BELLINIANÆ hypotheſi accedit, non tamen in phlebotomiæ rationibus. Longe enim noſter diſtinguit phlebotomiam cum vinculo, quæ derivat, ab ea, quæ ſine vinculo ſit & revellat. Sed de iſtis in practicis.

EJ. *A phyſical diſſertation upon drowning* London 1747. 8.* Pluſcula collectanea, propria enim vix habet. Clyſterem tabacarium laudat, multum uſus BRUHERIO.

Udalrici WEISS *de emendatione intellectus humani* 1747. 4. 2.Vol. ſi huc facit.

Jac. HAWLEY *oratio anniverſaria* HARVEYANA Lond. 1747. 4.

Dictionäire des termes du marege moderne Amſterdam 1747. ad dentes & alias partes equi.

L'immaterialité dé l'ame demontrée contre LOCKE Turin 1747. 12.

§. MLXXXVII. *F.* BOERNER. *Rud. Aug.* VOGEL.

Prior aliquamdiu Wittebergenſis Profeſſor, ſe Bibliographiæ dedit. Ejus eſt *de adoranda DEI majeſtate in mirabili narium ſtructura*, Brunſwig. 1747. 4.

Vitas inciſorum nonnullorum dedit in *Nachrichten von denen Lebensumſtänden und Schriften jeztlebender Aerzte und Naturforſcher* Wolfenbüttel Decas I. 1748. Decas II. *C. A. a* BERGEN, *H. F.* DELIUS, *G. E.* HAMBERGER, *A.* VATER, alii hic laudantur.

De operibus anatomicis retulit in *relationibus* aliisque quos laudabimus libellis, *Bibliothecæ Medicæ Specimine* I. Helmſtad. 1751. 8. de M. HUNDT. In *noctibus Guelphicis* Roſtoch. 1755. 8.* *Alexandri* BENEDICTI vita habetur.

EJ. *Memoria Profeſſorum Medicinæ Wittebergenſium* Witteberg. 1755. 4.*

Rudolph. Auguſt. VOGEL, Profeſſoris Göttingenſis, potiſſimum chemici & clinici, diſputationes pluſculæ.

EJ. *De larynge humano & vocis formatione* Erford. 1747. 4.*

EJ. *De uſu circumciſionis medico* Götting. 1764. 8.*

EJ. *Inſtitutiones chemiæ ad lectiones accomodatæ* Götting. 1755. 8.* Paſſim ad humores corporis humani ſpectat, ut ad ſalem urinæ nativum, phoſphorum, ſalem ammoniacum, lactis equini ſpiritum.

Edidit etiam diaria *mediciniſche Bibliotheck.*

Deinde *neue mediciniſche Bibliotheck.*

§. MLXXXVIII. *Variorum Diſputationes.*

F. J. ANTHEUNIS *de morte naturali* Leid. 1747. 4.*

Henrich WESSELING *de arteriis hominis* Leid. 1747. 4.*

Petri DOZY *de ortu & occaſu vitæ humanæ, morbisque inde orientibus* Leid. 1747. 4.*

Jac. de SOMBE *de pulſibus* Leid. 1747. 4. Pulſus inciduus ante ſudorem.

Chriſtian Friderich TRAUN *de modo quo conſolidantur vulnera* Leid. 1747. 4.*

Car. BEELS *de febre ex ſolo pulſu dignoſcenda* Leid. 1747. 4.

Chriſtian Jacob HINZE *examen anatomicum papillarum cutis tactui inſervientium* Leid. 1747. 4.* & in *noſtris ſelectis.* Papillæ aliæ villorum ſimiles, in labiis, vola, in apicibus digitorum. Aliæ fungiformes in mammis, cute (lingua). Cuique papillæ albi quid ineſt, & unum vaſculum duove. Ex ſimplicibus quinis ſenisve una major coacervatur. Neque venam, neque nervum ad papillam ducere poſſis.

Melchior VASSENS *de ſudore & inſenſibili tranſpiratione* Leid. 1747. 4.*

Bernard JELGERSMA *de dentibus* Leid. 1747. 4.*

G. WOESTENBOURG *de menſium fluxu* Leid. 1747. 4.*

Convay JONES *hiſtoria vitæ humanæ* Leid. 1747. 4.*

Edmund BARKER *de cauſis circulationem ſanguinis a ſtatu naturali mutantibus* Leid. 1747. 4.*

Caroli Ferdinandi HUMMII *hypotheſeos* STAHLIANÆ *phænomena corporis humani per organiſmum explicantis pars altera, quæ eadem mechaniſmi ope evolvere nititur, excellentia geometrice demonſtrata* Regiomont. 1747. 4. HE.

Caroli Friderici KALTSCHMIDT, Profeſſoris Jenenſis, ob chirurgicam etiam ſolertiam gratioſi, diſputationes numeroſæ;

De diſtinctione inter fetum animatum & non animatum Jenæ 1747. 4.*

De virginitate 1750. 4.* R. ROSS. Recte hymenem reſtituit, & carunculas ejus membranulæ laceratæ reliquias eſſe docuit: Exemplum pueri ano clauſo nati, & feliciter curati.

De ſanguinis in vena portarum congeſti vera natura 1751. 4.*

De liene pueri novennis raræ magnitudinis 1751. 4.* & in *noſtris ſelectis.*

De intermiſſa funiculi umbilicalis poſt partum deligatione non abſolute lethali Jen. 1751. 4.*

De experimento pulmonum aquæ injectorum 1751. 4.* Monet ut de putredine inquiratur.

De partu legitimo 1752. 4.* *Via*

Via chyli ab inteſtinis ad ſanguinem 1752. 4.*

Nervi optici compreſſio cauſa guttæ ſerenæ 1752. 4.*

De bilis interno & externo uſu medico 1752. 4.*

Hydrocephalus internus 1752. 4.*

Coalitus lienis & hepatis ib. 1752. 4.*

De uno rene in cadavere invento 1755. 4.* transverſo, lunato.

Rarus caſus inteſtini recti in veſicam urinariam inſerti 1756. 4.*

De effectibus ſalium ſanguini inhærentium tam naturalibus, quam præternaturalibus 1757. 4.*

Infantis recens nati ancyloſis (duæ coſtæ connatæ).

Scrotum reſtitutum 1765. 4.*

De ſecretionibus 1767. 4.*

In diſp. *de lethalitate vulnerum capitis in infantibus recens natis* 1769. 4.* aliqua ſpectant ad anatomen oſſium capitis.

Davidis Chriſtophori SCHOBINGER, Saugallenſis, cari olim auditoris, nunc in patria Profeſſoris, *de ortu bilis cyſticæ, & ejus ad veſiculam felleam itinere* Götting. 1747. 4.* Veſiculam viasque bilis deſcripſit, in illa quidem merum mucum ſecerni oſtendit, in hepate bilem parari, quæ abſque veſicula ſolam per moram fiat amariſſima &c.

EJ. *De telæ celluloſæ in fabrica corporis humani dignitate* 1748. 4.* Hic primum mea ſententia in *primis lineis* a. 1747. propoſita fuſius exponitur. Cellularum parietes ex gelatina naſcuntur, caveæ omnes communicant; ipſa tela omnia vaſa omnesque fibras ſequitur, craſſioribus laminis, tenuioribus filis, adipe aut halitu irrorata. Proceſſus celluloſi peritonæi; membranæ celluloſæ inteſtinorum, ventriculi, veſicæ. Omenta tria, laminæ duæ omenti veræ, flatu ſeparatæ. Sacci membrana abdominis, pectoris, & celluloſi proceſſus. Nervi optici, arachnoidea tunica, corpus vitreum, glandularum celluloſa tela. Omnes membranas ex ea tela compingi.

In *Epiſtola* 213. T. V. meæ collectionis experimentum habet pericranii abſque hominis ſenſu ſollicitati.

J. Arnold GOESLING *de ſpiſſitudine ſanguinis temere accuſata* Gött. 1747. 4.*

Georg Albrecht de SELPERT *de inſolatione ſ. poteſtate ſolis in corpus humanum* Götting. 1747. 4. præſide G. G. RICHTER.

J. Bernhard MARTINI *de tuſſi* ib 1747. 4.*

In A. WILLICH diſſ. qua potiſſimum *obſervationes botanicæ* continentur Götting. 1747. 4.* Muſculus dicitur cum pectorali continuatus.

Daniel Joh. TAUBE *de ſanguinis ad cerebrum tendentis indole* ib. 1747. 4.* Plus aquæ in carotide reperit, quam in ſanguine arteriæ cruralis.

Georg Conrad SCHMIDT, Profeſſoris nunc Moguntini, *de actione aëris in corpus humanum* Götting. 1747. 4.*

Daniel LANGHANS, clinici nunc Bernenſis & poliatri, *de cauſa ſomnolentiæ a partu oriundæ* Götting. 1747. 4.* Non eſſe ab aorta compreſſa.

EJ. *De conſenſu partium corporis humani* ib. 1748. 4.* De conſenſu per telam celluloſam; per vaſa; per nervos; per membranas; per ſimilitudinem fabricæ, cum cujusque generis exemplis.

Frid. Leberecht SUPPRIAN *de utilitate harmoniæ præſtabilitæ in medicina* Hall. 1747. 4.

Caroli STRACK, Profeſſoris inde Moguntini, *de mechaniſmo, effectu & uſu reſpirationis ſanæ* Erford. 1747. 4.* docta diſſ.

EJ. *De reliquis inſtrumentis, quibus præter contractionem cordis ſanguinis circulus &c.* ib. 1752. 4.*

In *Journ. de Medec.* T. 33. & 37. agit de pulſu, etiam in duobus ejusdem corporis lateribus diverſo.

Georg Chriſtian BAUMGÆRTNER *de differentiis partus vivi & vitalis* Altdorf. 1747. 4.*

J. Volraht REICHNAU *de pulmonum ſtructura* Hall. 1747. 4.*

Sam. Frid. BOEHMER *de legitima cadaveris occiſi ſectione* Hall. 1747. 4.*

Ludwig BALDINGER *de conceptione* Argentor. 1747. 4.*

J. B. BARIOLE *de inſenſili corporis humani perſpiratione* Avenione 1747. 8.

Dionyſii Auguſti SONYER *du* LAC *de ſecretione bilis & ejus in corpore humano effectibus* Monſpel. 1747.

Bertrand CASAMAJOR *la* PLACE *Phyſiologiæ conſpectus* Monſpel. 1747. 8. Niſi error eſt in anno.

Joſeph BRUN *de vaſorum capillarium corporis humani ſuctu* Monſp. 1747. 8.* Præſide SAUVAGES. Auctor videtur LE BRUN. Pro adtractione in vaſa minima. Atramentum oculo illitum contra ſuum pondus adſcendit in angulum oculi minorem. Multa huic phænomeno ſuperſtruit.

EJ. *Otia phyſiologica de circulatione, de pulſu arteriarum & de motu muſculorum* Avignon 1753. 4.* Cor non eſſe cauſam motus ſanguinis; ſed neque pulſum eſſe a ſanguine in arterias impulſo, verum ab arteria arctata, ut fiat altior. Fibram muſcularem a fibris transverſis animi imperio adſtrictis in veſiculas mutari. Arteriam in diaſtole circularem fieri, in ſyſtole explanari.

Bartholomæi TUSSAN *le* CLERC & *Hug.* CAPET *Ergo chyloſi promovendæ tritus* Pariſ. 1747. 4.

Dionyſii Claud. DOULCET & *Bern. Nicolai* BERTRAND *E. tonus partium a ſpiritibus* ib. 1747. 4.

J. Fr.

J. Fr. PARIS & *Alexandri Dionyſii* DIENERT *E. chylus in canalem thoracicum quaſi ſuctu trahitur tempore inſpirationis* Pariſ. 1747. 4.*

Natal. Andr. J. Bapt. CHESNEAU & *J. Jac.* MESSENCE *E. a facili perſpiratione functionum libertas* Pariſ. 1747. 4.*

§. MLXXXIX. *Diaria anni* 1748.

In *Phil. Tranſ.* n. 481. *Franciſcus* DRAKE egit de fetu retento, & per ulcus umbilici expulſo.

N. 486. *William* ARDERON de ſubtili viſu piſcium. Vult eorum chorioideam tunicam antrorſum & retrorſum cedere. Homines ſub aquis obtuſe audire, piſces nihil quidquam.

N. 487. *Johannes* HUXHAM de puero, qui de coccyge tumorem ſecum in lucem adtulit, in quo reliquiæ fetus erant.

N. 488. B. COOKE de ſcintillis de vivorum animalium cute emicantibus.

N. 489. *Philippus* DODDRIDGE aries lactans: agnus quinquepes, cum aliqua anatome.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1748. refertur de fetu 31. annis in utero retento.

Femina, quæ conceperat, cum vagina perangulta eſſet.

Fetus biceps cum aliqua anatome.

BERRYAT de femina pulſu deſtituta.

IDEM edidit *collection academique concernant la medecine, l'anatomie, la chirurgie, la chymie, la phyſique experimentale, la botanique, l'hiſtoire naturelle* Dijon 1754. 4. 2.Vol. Ex Academiarum commentariis collegit.

Collectionem a morte Cl. viri continuavit D. GUENEAU, idem qui in magno opere de avibus nupera volumina elaboravit.

In *Swenska Wet. Acad. handling.* 1748. *Trim.* II. *Nicolaus* GISLER piſces in venerem ruentes vehementem odorem ſpargere: dari etiam piſces, quorum femina ovis incubat.

IDEM ibid. a. 1751. agit de ſalmone, in quo ova fecundata in abdomine vidit, & delineatos piſces.

In *Trim.* IV. *Car. Wilh.* CEDERNHIELM L. B. de pullis in fornacibus excluſis. Vigeſimo die, neque facillime, octo pullos vivos obtinuit.

Olaus ACRELL, celebris ingenio & manu chirurgus, de ſpina bifida abſque vitio ſpinalis medullæ.

In *tal om foſtrets ſiukdomar i modars lifwet* Stockholm 1750. 8.* Morbos congenitos admittit. Nævos accurate inſpectos ad imaginationem non matris, ſed adſtantium pertinere. Pro monſtroſa fabrica caſu nata. Membranam pupillarem intra duos priores menſes fere evaneſcere. Origo partus veſicularis.

In *Chirurgiſka händelſer anmärkt uti K. Lazaret* Stokh. 1759. 8.* huc pertinent experimenta tendinum abſque ullo ſymptomate compunctorum & inciſorum: ſanguinis exſpirationis tempore in cerebrum nitentis.

In *S. Wetenſk. Acad. handling.* 1757. de cataractæ depoſitione, fuſe. Corneam tunicam ſenſu deſtitui.

Uterus duplex in muliere detectus & obſs. illuſtratus, Holm. 8. 1762. & in *Sw. handl.* 1761.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VIII. *obſ.* 38. *J. Jacob* SCHLIERBACH ſudor pedum cum fluore albo alternans.

Obſ. 49. Hæmorrhoides menſtruæ in in puero undecim annorum.

Ib. *J. Adam* RAYMANN de lochiorum neceſſitate.

J. Car. Wilh. OESEN *obſ.* 68. os frontis præcraſſum: os cribriforme aliter a naturali fabrica formatum.

Chriſtian Gottlieb FREGE *obſ.* 86. Apex linguæ guſtu deſtitutus, cum mala ſiniſtra, ut nervus quintus ſiniſter paralyſi tactus eſſe videretur.

Georgius Chriſtianus MATERNUS *de* CILANO fetus cum duabus, ut putat, cotyledonibus capiti adnatis, ex imaginationis maternæ vitio.

EJ. De brachio fetus in utero reſoluto *obſ.* 86.

J. Chriſtoph. SCHILLING ſudor ſanguineus poſt convulſivum morbum *obſ.* 46.

Rudiger Frideric. OVELGUN in app. fuſe de pulmonum experimento in legali medicina recepto.

J. F. M. D. (DU VERNEY, Chirurgus, a prioribus hujus nominis viris diverſus) *myotomologie, où diſſection raiſonnée des muſcles*, abſque die & anno, ſed annum Cl. PORTAL facit 1749. 12.* Minime malus ſcriptor. Muſculi omnes, neque fuſe nimis, neque nimis breviter propoſiti. Paſſim a GARENGEOTIO exſcribitur, ut in muſculo peculiari ex proceſſu ſtyliformi in auditorium meatum eunte. Paſſim aliqua propria habet; ut ſtylogloſſum a maxilla inferiori ſola natum. Alibi in minoribus muſculis peccat, ut in uvula. De homine, qui pro lubitu oſſa ſua de acetabulis expellebat & reponebat.

IPSI in titulo tribuuntur tabulæ capitis a *Jacobo* GAUTIER cum vivis coloribus editæ p. 345.

J. Claude MERTRUD, Prof. Chir. EJUS eſt *diſſertation au ſujet de la fameuſe hermaphrodite, qui parait aux yeux du public* Paris 1749. fol.* cum figura, quam a D. GAUTIER paratam habeo, abſque libello.

EJ. *Theſes anatomico chirurgicæ* Pariſ. 1761. 4.*

EJ. *De fractura ſterni* Pariſ. 1761. 4.* cum anatome.

Ej. *De variis in perinæo fiſtulis* Pariſ. 1763. 4.*

Ej. *De calculo renali* ib. 1770. 4.*

Idem in *Mém. des Savans étrangers* T. III. dicit vaſa lymphatica cum ductu thoracico communicantia, & in lumbales pariter venas aperta.

de la Chapelle edidit Cheynei *natural method* Gallice verſam, cum præfatione *de transfuſione ſanguinis* Pariſ. 1749. 12. 2. Vol.

Lettres ſur les aveugles a l'uſage de ceux qui voyent 1749. 12. Cheseldeniana relatio, & aliæ cæcorum natorum hiſtoriæ.

Chr. Jetze *Betrachtungen über die weiſſen Haſen in Liefland* Lübeck 1749. 8.* Ut pili ſub exitum autumni in animale morbido & ciborum experte decolorentur, dum ſanguis parum motus particulas tingentes parcius in pilos mittit (Animal redit in ſtatum fetus, cui omnia alba ſunt).

La Fosse, pater, medicus veterinarius (Marechal), aliqua ſcripſit, quæ hic recenſebo. *Traité ſur le veritable ſiege de la morve des chevaux* Paris 1749. 8.* Habet pro morbo ſinuum mucoſorum animalis cum conjuncta carie: eorum ſinuum iconem dat, cum conchis olfactoriis. Germanice vertit *Daniel Gottfried* Schreber Hall. 1752. 8.* & notas adjecit. Morbum veteribus polypi nomine, aliisque nominibus notum fuiſſe.

In *ſuite d'experiences & d'obſervations nouvelles* revocat, quæ dixerat de mali in glandulis ſublingualibus ſede, quæ ſit in lymphaticis glandulis.

In *traité ſur la ferrure* Paris 1754. 8. experimenta recenſet in equo facta, quibus circuitus ſanguinis confirmatur.

Henrich Friderich Petersen, gratioſi olim Hamburgenſium Chirurgi, *Gründliche Anweiſung zu der Zergliederung der Mäuslein des menſchlichen Körpers* Hamburg 1749. 8.* Pro Chirurgis ſcripſit; in minoribus muſculis minus ſollicitus. Paſſim aliqua ipſe vidit, ut ſtylohyoideum muſculum a maxilla inferiori ortum.

Ephraim Felix Enhoerning *Anfangsgründe der mechaniſchen Arzneygelahrtheit* Frankf. und Leipzig 1749. 8.* (potius Wien). Ad Boerhaavii placita, etiam ubi aliquid in ſummi viri hypotheſibus deſideres.

Godofredi Plouquet *de corporum organiſatorum generatione diſquiſitio* Stuttgard. 1749. 4.* Phhiloſophi neque inciſoris opus. Nullam dari in rerum natura materiem informem: ſuam habere quamque moleculam fabricam, & ex organicis iterum particulis eam componi. Elementum organicum nullam deſtructionem admittere. Eſſe in ipſa fabrica aptitudinem, ut in majora iterum organica corpora elementa conſentiant. Mors eſt diſceſſio in moleculas organicas. Dominatrix machina eſt quæ completa; ſerviens quæ ejus particula. Cuique dominanti machinæ ſua eſt monas. Hæc aliquam ſervientium machinarum ad ſui ſimilitudinem format. Vermiculi ſpermatici mera ſunt inſecta. In ovo putat prin-

principia latere veri animalis. Polypo proprium eſt, quod ejus machinæ ſervientes dominatrici ſimiles ſint.

Ej. *De materialiſmo cum ſupplementis & confutatione libelli l'homme machine* Tubing. 1752. 4.*

Antonii MICHETTA *de aëris theoria atque ejus in corpus humanum actione* Utinæ 1749. 4.* Juvenile tentamen. Catarrhos eſſe a ſpiritibus animalibus in ſpina dorſi ſpiſſatis.

Diſſertazioni e lettere ſcritte ſopra varie materie da diverſi illuſtri autori viventi Florenz. 1749. 8.* *Caroli* MANTELASSI de ſuperfetatione diſſ., ſive de partu infantum non ejusdem magnitudinis, ut alter 3. hebdomadum, alter 4. menſium eſſe videretur. Contra evolutionem, pro viribus ex miſtis ſeminibus novum animal fabricantibus.

In T. II. 1750. 8. compendium breviſſimum anatomes. Contra lunæ poteſtatem. Pro viribus imaginationis, quibus noſtalgia curetur, non ex alieno aëre nata.

§. MCV. *Louis de la* CAZE,

Bearnenſis, Pariſienſis olim clinicus, non anatomicus quidem, ſed novorum principiorum, novarumque motus animalis cauſarum, audax inventor, contemtor BOERHAAVII, obſcurus ſcriptor, longis periodis delectatus vocibusque non definitis, qui tamen ſuam, potiſſimum etiam Pariſiis, ſectam reliquit.

Ej. eſt *ſpecimen novi medicinæ conſpectus* Pariſ. 1751. 8.* etiam 1749. PORTAL. Longe jubet recedere profanos, qui experimentis nituntur; admitti STAHLIANOS, ſi paulum velint reconcinnari. Origo motus ſenſusque eſt ſyſtema membranoſo nervoſum: ejus ſcaturigo in epigaſtrio eſt, non in cerebro; ibi enim oritur nervus ſympathicus magnus; ibi eſt diaphragma, vis determinantis ſenſitiva & motus principium. Hoc inter ſeptum & inteſtina alternus eſt motus, & ciborum ea eſt neceſſitas, quod ventriculum diſtendi neceſſe ſit. Sed idem ventriculus cum ſepto transverſo cerebro æquilibratur, & ex ea libratione *perpetua agitur vitalitas*. Ventriculus & ſeptum transverſum cum toto corpore animalis connectuntur, per peritonæum, pleuram, appendices ſepti. Adfectus animi hoc æquilibrium turbant, dum meninges ſupra modum tendunt. Idem ſeptum vera eſt ſcaturigo motuum naturæ, quos obicibus morboſis obponit: ex ejus torpore naturæ niſus deficiunt. Motus periſtalticus fit a premente ſepto, & ab inteſtinis in ſuam dilatationem nitentibus. Manifeſtus porro in corpore animali eſt apparatus aponevroticus membranoſus, ex cujus reciprocatione omnes in corpore animali motus pendent: & hic ipſe apparatus ope epigaſtrii cum reliquis corporis partibus alternum motum exercet. Intelligat, cui id datum eſt.

Nova editio prodiit Pariſ. 1754. cum titulo, *Inſtitutiones medicinæ ex novo medicinæ conſpectu.*

Ej. *Idée de l'homme phyſique & moral pour ſervir d'introduction à un traité de medecine* Paris 1755. 12.* Partim ad ethica pertinet, partim ad phyſiologica. Spernit anatomen, & ad ea provocat, quæ ipſe ſit in ſeipſo expertus. BOERHAAVIUM ſolo octennio, & infeliciter, praxin ſecutum eſſe audacter adfirmat, cum PRÆCEPTOR noſter quadraginta annis Doctor Medicinæ vixerit, eo toto tempore vero & ægros viſerit, & plurimis annis noſodochium frequentaverit, & ab univerſa Europa fuerit conſultus, & ſplendidiſſimis graviſſimorum morborum curationibus inclaruerit, quas inter SCHAAFIUM ſummi viri collegam numero, ſenem hydropicum, & gravi morbo eryſipelaceo adflictum ALBINUM, me teſte ſervatum. Nerveos ſpiritus ad electricum ignem refert: ad archetypum a parentibus acceptum futurum hominem in ſemine delineari docet, primum vitalia organa; deinde pectus, ut ex ſepto transverſo contra focos archetypi (ita loquitur) cutis & muſculorum vis fortius laboret; ex focorum vero vi contractili corpus integrum compleatur. Hæc in natura noſter liquido videt, nos ne grammatice quidem intelligimus. Æquilibrium inter organum exterius atque contrarios nixus tegumentorum corporis muſculorumque, & inter partes internas. Septi transverſi vires; id nervum ſympathicum ſibi ſubjectum concutit (a nervo ipſo concuſſum), per eum nervos omnes ad originem uſque. Ventriculus a cibo diſtentus reſiſtit diaphragmati, & cibi ſe ponderis modo habent, quo adtracta machina corporis humani ad motum revocatur. Sed tædet plura repetere.

EJUSD. *Melanges de phyſique & de morale* Paris 1761. 8. Habet iterum mira illa diaphragmatis privilegia.

Hæc opera Germanice, cum multo encomio recuſa ſunt Lipſiæ 1765. 8. 2. Vol.* *Mediciniſch - phyſicaliſche und moraliſche Schriften.*

Ej. *Extrait raiſonné de l'idée de l'homme phyſique & moral* Paris 1759. 12.

§. MCVI. *Varii.*

Chriſtophori Friderici DANIEL *Beyträge zur mediciniſchen Gelahrtheit* Hall. 1749. 4.* HOFMANNI diſcipulus, clinicus, aliqua tamen tractat phyſiologici argumenti, ut de ſomniis & de temperamenti inde definiendi ratione. Exemplum fetus de gravida femina per anum educti. De ſternutatione: de putredine.

T. II. ib. 1751. 4.* fere clinici eſt argumenti.

T. III. ib. 1755. 4.* perinde fere. Oſſicula de fetu reliqua per anum poſt multa mala egeſta.

Charles DIONIS *Diſſ. ſur le tænia ou ver plat, dans laquelle on prouve, que ce ver n'eſt pas ſolitaire* Paris 1749. 12.* Gener ANDRYI, non tamen ubique ſocero concors. Cucurbitinos vermes eſſe ſingularia animalia, neque partes unius beſtiæ.

Adam Wilh. FRANZ *Widerlegung der Schrift l'homme machine* Leipz. 1749. 8. BOECLER.

JALLABERT, Profeſſor Genevenſis, qui ad ſummos in patria ſua honores pervenit, *experiences ſur l'electricité, avec quelques conjectures ſur la cauſe de ſes*

effets

effets Genev. 1749. 8.* Dum curationem narrat fabri paralytici, varia adnotat huc ſpectantia. Muſculos a ſcintilla tactos ſubſiluiſſe &c. Tendines ſcintillas dare fortiores. Verum numeroſos de electrica natura libros malo inter phyſica recenſere.

Thomæ BIRCH *the wisdom of God proved from the frame of man* London 1749. 4.* Ad DERHAMI modum ſermo ſacer. De charactere adfectuum animi facici impreſſo, qui mentiri neſcit. Ad vitam CROONII aliqua.

IDEM quatuor tomos ex codicibus M.S. Societatis Regiæ decerptos edidit.

A general chronological hiſtory of air, weather, ſeaſons and meteors for 250. years, their effects on animal ſpecially human bodies London 1749. 8. 2.Vol.* Princeps fontium, in quibus auctor hauſit, theologus fuit nomine SAY. Huc facit ob uſum faſtorum emortualium.

BARROW *new medicinal dictionary containing an explanation of all the terms uſed in phyſik* London 1749. 8.

Joſeph VIANELLI, Medicus foſſæ Claudiæ, *Nuove ſcoperte intorno le luci notturne dell' aqua marina*, Venez. 1749. 8.* Scintillas aquæ maris Adriatici eſſe a verme anulato, cujus lux poſt mortem ſupereſt.

J. B. SCARELLÆ *de baptiſmo infantum in utero* Utenj. 1749. 4. SMITH.

Antonio ARRIGHI *riſpoſta apologetica alle oſſervazioni del Pietro* CORNACCHINI *ſopra certi effetti morboſi malamente adtributi alla impedita tranſpirazione* Amſterdam 1749. 12.

Catalogo de los Actos literarios de la R. Academia Medica Madritenſe Madrit 1749. Inter eas eſt *Thaddæi* ODONNEL, protomedici, exercitatio, *de las cauſas del pulſo duro, en el dolor de coſta.*

Caroli Auguſti CRUSII, Profeſſoris Lipſienſis, *Anleitung über natürliche Begebenheiten nachzudenken* Leipzig 1749. 8.* Phyſiologica etiam continet de animalium nutritione, ſecretione, vita. Sedes animæ in medulla oblongata. De generatione: In ovulo materno fetum præformatum eſſe. Pro ſtructrice poteſtate animæ, & pro nævis. Polyporum multæ animæ: hypotheſis de ſpiralibus muſculorum fibris. Circuitum ſanguinis Salomoni innotuiſſe. Mortem animali naturalem eſſe, non homini.

J. Georgius SULZER, Profeſſor Berolinenſis, vir illuſtris ſummique ingenii. In *Itinere* SCHEUCHZERIANO VIII., quod Tiguri recudi fecit a. 1749. 4.* de corpore humano poſt 150. annos flexili & incorrupto agit.

IDEM varia tetigit metaphyſici argumenti, & ad hiſtoriam naturalem animæ ſpectantia, in *Mém. de l'Academ. des Sciences de Berlin*, quæ tamen, etſi ſumma cum vi judicii dicta ſunt, paulo longius a noſtro fine abſunt.

EJ. *Von den Schönheiten der Natur* Berlin 1750. 8.* Contra fabricam corporis animati ex jactu temerario natam: ne unum quidem triangulum æquilaterale ex jactu naſciturum, multo minus animal. Contra querelam de inutilibus animalis partibus.

Guer *hiſtoire critique il l'ame des betes contenant les ſentimens des philoſophes anciens & ceux des medecins ſur cette matiere.* Amſterdam 1749. 8. 2. Vol.

§. MCVII. *Diſputationes.*

Iſaac Mobach Quaet *de catameniis eorumque uſu* Leid. 1749. 4.*

J. Wolfgang Manitius *de idioſyncraſia ex diverſa ſolidarum partium corporis humani irritabilitate optime dijudicanda* Leid. 1749. 4,* Non eſſe a nervis naturam irritabilem. Effectus irritabilitatis poſt cauſam ablatam diu ſupereſſe.

Anton. Erneſt. Brouning *de fame* Leid. 1749. 4.*

P. J. Valkenaar *de conſenſione partium in corpore ſano & morboſo* Leid. 1749. 4.*

Salomon de Meza *de menſtruis* Utrecht 1749. 4.*

Houth *vim vitæ ſanitatem conſervare, modo a medico dirigatur rationali* Groning. 1749. 4.

Car. Ludov. van der March *de ſenectute hominis* Harderwic. 1749. 4.*

Joachim Vosse, noſtri auditoris, *de inteſtino cæco ejusque appendice vermiformi, diſp.* Götting. 1749. 4.* Ad naturam nata. Primum conſpicuum in fetu reddi ligamentum coli anterius, deinde omentale; ſenſim ea ligamenta confirmari, & tres cellularum ordines, tresque ſaccos efficere, in fetu nondum conſpicuos. Preſſionem fæcum alvinarum cellulam anteriorem dilatare, ita appendiculam ad latus ſiniſtrum urgeri, inque adulto homine multo minorem ad cæcum inteſtinum rationem habere, quam in fetu. Ligamentis deletis in adulto figuram fetui propriam reſtitui &c.

Georg. Chriſtianus Oeder, celebris Botanicus, inde merito inter Miniſteria Status receptus, diſputavit Götting. 1749. 4.* *de derivatione & revulſione.* Effectum novæ celeritatis ab inciſione natæ cum ſingula diviſione vaſis minimi, in partibus remotis exiguum eſſe; clauſo vulnere omnia in priorem ſtatum reſtitui.

Ej. *De irritabilitate* Hafniæ 1752. 4.* Experimenta facta in carnibus ſale irritatis. Irritatio deſtruit naturam irritabilem. Nervus a corpore evulſus & irritatus, muſculos tamen concutit. Rana calidis animalibus diuturniorem habet irritabilitatem. Cor evulſum etiam in fele diu pulſat. Nervus in ſolis iis muſculis motum ciet, quibus ramos dat. Muſculos agere non ob novam undam nerveam, ſed a penu, quem poſſident, ſpirituum. De cauſis mechanicis inſpirationis.

J. Noreen, Sueci, inciſoris noſtri, Diſſ. *de mutatione luminum in vaſis hominis naſcentis, in ſpecie de uracho* Götting. 1749. 4.* Thecam vidit celluloſa tela remota, quæ urachum cum veſica colligat: rectum fieri urachum, & facile ſetam & argentum vivum admittere; in funiculo vero evaneſcere, poſtquam aliquantum progreſſus eſt. Vera iſta, me & aliis teſtibus, ut non bene ſit dubitatum.

Carol. Gerh. STEDING *de tuſſi* Götting. 1749. 4.*

Eduard Jacob LUPIN *tenuitas humorum temere laudata* ib. 1749. 4.*

J. Zachariæ JAWANDT *de ſecretione ſeminis, ejusdemque refluxu in ſanguinem* Gieſſ. 1749. 4.

Engelbert WERTH *de functionibus pulmonum in genere* Marburg. 1749. 4.*

J. Henrici MOELLER *de tunica retina & nervo optico* Hall. 1749. 8.* Nervi optici ingreſſus, lamina cribroſa, membrana vaſculoſa retinæ, arteria lentis cryſtallinæ, alia pulchra.

F. O. HOMMEL *de lethalitate vulnerum & inſpectione cadaveris poſt occiſum hominem* Lipſ. 1749. 4.*

Daniel Gottfried FRENZEL *de pilo parte corporis humani non ignobili* Witteberg. 1749. 4. præſide LANGGUTH.

J. Paul BAUMER *prodromus methodi ſurdos a nativitate faciendi audientes & loquentes* Erford. 1749. 4.* Conf. p. 184.

EJ. *Color denſitas & craſſities pulmonum fetus qui reſpiravit, & ejus qui non reſpiravit* Erford. 1768. 4.*

J. EICHEL *experimenta circa ſanguinem humanum* Erford. 1749. 4.* Seri ſanguinis & rubræ partis analyſis, & cum variis ſalibus commiſti phænomena.

Caroli Ern. Auguſt LOSSAU *de optima oſſium in ſceleto artificioſe conjungendorum ratione* Erford. 1749. 4.* De articulo maxillæ inferioris recte; magis eſſe in tuberculo quam in glene.

J. Ludov. FURST *de ſero corporis humani* Altdorf. 1749. 4.

Theodor. Ernſt Jo. MOERS *idea generalis nutritionis partium ſolidarum corporis humani* Heidelberg 1749. 4.*

EJ. *De organo guſtus* ib. 1750. 4.*

J. Frid. SCHEIBLER *de triplici motus principio in corpore humano vivo* Stettin 1749. 4.

EJ. *Fundamentorum totius ſcientiæ medicæ in uſum auditorum adornatorum pars theoretica* Berol. 1751. 8.* Pro mechanica theoria adverſus STAHLIANOS. Contra ſpiritus animales. De temperamentis. Animam fetus ſuum corpus ſtruere.

Car. Frid. MENNANDER, nunc Archiepiſcopus Upſalienſis, & RUDBERG *de loquela mutorum & ſurdorum* Abo 1749. 4.*

EJ. MENNANDRI *ichthyotheologiæ primæ lineæ* Abo 1751. 4.

EJ. & PONTIN *de utilitate fluente ex inito natorum denatorumque calculo* ib. 1749. 4.

Erich ELF, *Erici* fil. noſter auditor, *de hæmorrhagiis uteri ſub ſtatu graviditatis* Upſal. 1749. 4.* a placenta alieno loco adhærente.

J. Rudolf STÆHELIN *de pulſibus* Baſil. 1749. 4.* Pro medio numero pulſuum

ſuum in min. 1. admittit 60. Accelerari ab electricitate: ſpiritus nerveos eſſe electricos. Non poſſe unius pulſus celeritatem majorem & minorem in homine diſtingui. Diverſas eſſe pulſus ad reſpirationem rationes. De vi efflationis: ea eſt 170′ & ultra in minuto primo; modica exſpiratio pondus levat unciarum 47.

EJUSD. in *Act. Helvet.* T. V. Baſil. 1762. 4.* eſt adnotatio, duræ membranæ cerebri inſenſilis, tendinumque pariter ſenſu carentium.

EJ. *Specimen anatomico-botanicum* ib. 1751. 4.* De muſculorum in ſitu corporis mutando conſenſu. Pro vaſis lactiferis placentæ.

BURCKART *de actione ventriculi & ejus morbis* Baſil. 1749. 4.

J. CORVIN *de organo ſenſu & objecto olfactus* Prag. 1749. 4.*

Wenceslai Adam Matthiæ FORST *de ſenſibus externis* Prag. 1749. 4.*

J. Nepomuceni MUFFAT *de ſenſu tactus* Prag. 1749. 4.* Fere phyſici argumenti. Multa mihi aliena tribuit.

J. SILBERLING *de humorum corporis humani gravitate ſpecifica* Argentorati 1749. 4.* per experimenta.

Frid. Chriſtian CORVIN *de hernia cerebri* Argent. 1749. 4.* bona diſp. & accurata deſcriptio mali, cujus natura proxime accedit ad ſpinam bifidam.

Joh. Stephani des HAYES *de hemiplegia per electricitatem curata* Monſpel. 1749. 4.* niſi eſt *Franciſci de* SAUVAGES. Muſculos a ſcintilla electrica tactos convelli, ſalivam adfluere, pulſum accelerari &c.

Jacobi FARION, viri egregii, *quæſtiones medicæ duodecim* Montp. 1749. 4.* Inter eas eſt an ſuppurationis cauſa putredo: & an in morbis ſoporoſis cerebellum minus adficiatur cerebro, & quare. EJUS obſ. alias dicemus.

Caroli SERANE *duodecim quæſtiones medicæ* Monſpel. 1749. 4.* An purgantia cum delectu humores educunt. An robur vitale ex actualibus pulſus & reſpirationis viribus æſtimandum.

Scripſit in D. LAMURE reſponſum ad ſcriptum ejus viri, cui titulus, *Vindiciæ de febre & palpitatione.*

Thomæ FIZMAURICE *quæſtiones duodecim* Monſpel. 1749. 4.* An mola uti fetus nono menſe excludatur: an chirurgia curtorum vera ſit an fictitia. Theoria tinnitus aurium.

Georg. Joh. LOCANO *de menſtruo feminarum tributo* Monſpel. 1749. 8.

Petri BERCHER & *Franc. Clem.* MORAND *Non ergo ab uteri ejusque vaſorum perpendiculari ſitu menſtrua mulierum purgatio* Pariſ. 1749. 4.* Serio defendit, etiam bruta animalia menſes pati.

Lud. Guil. le MONNIER & *J.* MACMHON *An ergo muſculorum momentum a longitudine & diſpoſitione fibrarum* Pariſ. 1749. 4.*

Urbani de VANDENESSE & *Antonii* GARNIER *E. chyloſin inter & præcipuas corporis functiones intimum adeſt commercium* Pariſ. 1749. 4.

Theodori BARON & *J. Franc.* THIERRY *Ergo nondum probati ſpiritus animales* Pariſ. 1749. 4. opus Cl. THIERRYI, quem continui dicemus. *Ben-*

Franciſci THIERRY, amici noſtri, theſis *Ergo in celluloſo textu frequentius morbi & morborum mutationes* præſide *Bartholomæo* MURRY Pariſ. 1749. 4.* Omnes membranas in celluloſam telam diſſolvi. Poſſe nimis tenſam eſſe, nimisque laxam. De corporum fluidorum & ſolidorum per eam telam motu.

Recuſa auctius eſt ea theſis a. 1757. 4.* *R. Guilelmo* BERTHOLD. Recte planam eſſe fibram celluloſam, muſculoſam convexam. Utilitas celluloſæ telæ in partibus corporis formandis & firmandis.

EJ. *An præter genitalia ſexus inter ſe diſcrepant? R. Edm. Thom.* MOREAU. Pariſ. 1750. 4.* Pectore etiam differre, in viro latiori, duriori celluloſa tela, pulpa nervea mollieri, majori ergo ad ſenſum & ad irritationem teneritudine.

In *Journal œconomique* 1759 tuetur ſe contra *Th. de* BORDEU, & oſtendit, ſuam anni 1749. diſputationem omnibus ſcriptis ejus viri antiquiorem eſſe.

Benjamin Ludov. LUCAS *de* LAUREMBERT & *Petri Abr.* PAJON *de* MONCETS *Ergo a diverſo glandularum ſitu ſecretiones diverſæ* Pariſ. 1749. 4.

Leandri PEAGET & *El. Fr.* GRANDCLAS *Ergo chorioides immediatum viſus organon* Pariſ. 1749. 4.

Ludov. Alex. VIELLARD & *Franc. de* PAULA COMBALUSIER *E. humanum corpus totum lympha perfuſum* Pariſ. 1749.

§. MCVIII. *Diaria anni* 1750.

In *Philoſ. Tranſ.* n. 495. *David Erſkine* BAKER menſuras partium corporis nani cum infantili corpore ejusdem ætatis comparavit.

N. 496. ARTHUR DOBBS de ceræ ab apibus præparatione. Per anum inſecti excerni, non per os.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1750. *Franciſcus* ROUELLE, pharmacopola & chemicus, agit de conditura cadaverum Aegyptiaca. Ea fiebat alias cedria ſola, alias cum bitumine miſta, alias natro ſolo.

In *Journal Britannique* anni 1750. Anonymus contra BUFFONII de generatione ſyſtema ſcripſit, & difficiles in eum objectiones movet.

Hoc anno medici aliqui Germani in Polonia medentes ceperunt edere *Primitias phyſico-medicas* ab iis, qui in Polonia practicam medicinam faciunt, collectas Lipſ. 1750. 8. T. II. Zullichau 1750. 8.* In I. *Gottlob Ephraim* HERMANN de ſuperfetatione egit. In II. Tomo *J. Carolus* HEFTER de itinere bilis in inteſtina, ad noſtrum fere ſenſum. Conceptio trimeſtri poſt priorem conceptionem repetita. In eodem tomo *Gottlob Ephraim* HERMANN de mola virginea.

In *Hamburger Magazin* T. V. acuti ingenii vir anonymus, de falconis agit educatione, ejusque ad venandum aptitudinem tribuit deletæ per vigilias rationi hujus animalis.

In *Journal des Savans* 1750. Octob. D. BOUSSAI egit *de l'ouraque & de ſon uſage.* In arterias umbilicales fibris diviſis inſeri recte vidit.

Hoc anno Academia Regia Scientiarum Pariſina edidit tomum I. commentariorum, a variis Cl. viris ſecum communicatorum. Titulum fecit: *Mémoires de mathematique & de phyſique preſentés à l'Acad. R. des Sciences par divers ſavans, & lus dans ſes aſſemblées* Paris 1750. 4.* Germanice Lipſ. 1752. 4.* Ad nos facit GODEHEU *de* RIVILLE Eques, de eruca inter duas laminas foliorum vitis cuniculos agente.

IDEM in *Hiſt. de l'Acad.* 1751. de familia Melitenſi ſedigitorum.

Porro in *Mém. preſentés* T. I. BASSUEL de cava facie arteriarum fuſiſſime. Oſtia ramorum ita ſe habere ſolent, ut media pars excavata ſanguinem admittat, altera ut fornice emineat.

TORREZ de corde inverſo, apice ſurſum poſito.

MARCORELLE experimenta ſtatica fere ex DODARTIO ſumta.

In *Swenſka Wetenſk. Academ. Handling.* T. XI. homo unico femore & teſticulo natus.

FAHLBERG de vivis in matre anguillis viſis.

Hanoveræ prodierunt *gelehrte Anzeigen*, in quibus a. 1750. de apum cura; a. 1751. de pullis ſuper lampadem educatis agitur, de avium pellibus ſervandis.

§. MCIX. *J. Georgius* ROEDERER,

Inciſor noſter, Profeſſor rei obſtetriciæ, deinde meus in anatomicis ſucceſſor, præmatura morte abreptus, acuti ingenii vir, in anatomicis menſuras, pondera, multamque curioſitatem adhibuit.

EJUS *theſium decas dupla*, ex more patrio propoſita, Argentor. 1750. 4.* Oſſa non a preſſione formari, exemplo oſſiculorum auditus: oſſicula triquetra multiplicare centra oſſificationis. De ſutura ſquamoſa. De ligamento a baſi ſpinæ cujusque vertebræ orto. Sinus pituitarios inanes robur vocis intendere; animalia ſagaciora eſſe, quibus laminis oſſeis repleantur, at voce minus flexili. Nullus aeri ad pectoris cavum acceſſus patet. Arteriarum in diviſione anguli ſemper acuti ſunt. Arteria umbilicalis eundo latior fit. Sanguis arteriarum ſuperiorum a ſanguine arteriarum inferiorum non differt. Deſcribit porro arteriam axillarem, ramum lingualem paris octavi, & ligamentum denticulatum medullæ ſpinalis.

EJUSD. *De fetu perfecto* diſſ. Argent. 1750. 4.* proprio labore nata. Materiem in vaſa uteri impulſam effluere in celluloſam naturam cotyledonum, non in vaſa fetus. In vitulo vidit os apertum, & ventriculum liquore amnii plenum, quem tamen negat nutrire. Veſicam vidit allantoideæ HALEI ſimillimam, ſed abſque uracho. Ductus arterioſus molliſſimus eſt, ut facilius conprimatur & conſerveat. Pupillarem membranam a parte poſteriori melius adparere. Urachum cavum eſſe, quem etiam depingit, tum hymenem & alias partes fetus.

EJ. *Programma de axi pelvis* Gotting. 1752. 4.* Menſuræ accurate ſumtæ.

tæ. Axis pelvis non perpendicularis eſt, & antrorſum omnino adſcendit, ſic axis uteri, vagina vero magis antrorſum, ut uterus cum vagina angulum intercipiat.

Oratio ipſa *inauguralis* laudes tradit artis obſtetriciæ, & varia ad fabricam organorum ad partum pertinentium.

In *Comment. Gotting.* S. R. T. II. de mola egit. Ovum eſt, cujus placentaria pars nimia, embryo nimis parva incrementa cepit. De molis in catella viſis: de ejus animalis placenta: de ovis ſecundis & ſanis, comparatis cum ovis in molas degenerantibus.

Ejus *elementa artis obſtetriciæ ad uſum prælectionum Academicarum* Götting. 1752. 8.* Bonum compendium, in quo præceptorum, ſuorum Friedii, *Antonii* Petit, & *Guilielmi* Smellie adnotata cum ſuis conjunxit. Pelvis cum accuratis menſuris fere Smellianis, ex quibus adparet, ſolitæ magnitudinis caput abſque offenſa de pelvi prodire poſſe. Eumdem eſſe axin pelvis & uteri. De mutatione oris uterini in graviditate (quam accurate percepi in univerſum eo redire, ut oſculum uteri perpetuo molleſcat, cæterum in ſedente & decumbente femina ſurſum ſe recipiat, in ambulante & corpus laboribus exercente magis deſcendat; in univerſum tamen cum progreſſu graviditatis ſurſum recedat, ut vallecula inter id oſtium & partem poſteriorem vaginæ intercepta perpetuo minuatur). De ovo, membrana filamentoſa & chorio, (quæ nobis media). Hiſtoria graviditatis & partus. Non valde varium eſſe partus tempus. Uteri obliquitas a laterali placentæ adhæſione.

Nova editio ſucceſſit a. 1759. 8.* Menſuras pelvis novis periculis confirmavit. Fibras uteri muſculoſas in puerperis manifeſto ſe offerre. Uterus in partu contrahitur fetumque expellit, dum pars ejus inferior debilitatur. Signa fetus præcocis. Nullus poſt decimum menſem partus. Unicum vinculum funiculi ſufficere, neque enim ex placenta ſanguinem effluere. Gallice vertente Patris Paris 1765. 8.

Tertio prodiit Götting. 1766. 8.* edente *Henr. Aug.* Wrisberg, qui & notas adjecit, & paſſim aliquas voces inſeruit. Negat Cl. virum a Gallis præceptoribus ſua habere (*m*). Notæ fere phyſiologici argumenti. Sinus mucoſi cervicis uteri & vicinarum partium ex poſthumis Roedereri ſchedis adduntur. Pondus lochiorum Cl. editor facit unius libræ; ſanguinis etiam ad octo libras amitti. Uterum in gravidis craſſeſcere. Membranam villoſam fetus ad uterum adnaſci, caput ſenſim converti. Hymenem & cruentationem in virgine requiri, & carunculas laceri ejus velamenti portiones eſſe.

In *Comment. Soc. Reg. Götting.* T. III. egit de communi matrem inter & fetum ſanguinis commeatu, quem totum rejicit. Neque enim, quando fetus de utero prodiit, aut pulſare arteriæ umbilicalis finem, qui placentæ nectitur, neque ſanguinem de eo profluere. Sed etiam nullam eſſe inter patulos uteri ſinus & placentæ vaſcula æqualitatem. Menſium oſtiola in utero vidit: & magna in

 puer-

(m) *Journal des Savans* 1765, Octob.

puerpera oſtia, plurimum ſanguinem fundentia, cum placenta ſepararetur: cum contra ex placenta avulſa nihil efflueret.

In eodem volumine egit de pondere fetus. ROEDERERO multo minus occurrit, quam vulgo ſolet, plerumque librarum 6. 7., vix ſupra octo, cum paſſim etiam 23. librarum æſtimatur. Placentæ etiam pondera definiit.

In T. IV. monſtroſum partum accuratiſſime deſcripſit, varie mutilum, hydropicum, nullo pulmone, nullo vero corde, viſceribus abdominis plerisque deficientibus, præter inteſtina. Vaſa tamen arterioſa aderant & venoſa. Accuratiſſime deformata oſſa porro exponit & muſculos.

Inde ſcribit pro monſtris caſu natis, & in me etiam potiſſimum, tamen ut alios fetus in ipſa conceptione mutari doceat, quæ ſententia a noſtra minus recedit. Fetum ex commiſtis ſeminibus formari; ſuum partum monſtroſum meræ deberi violentiæ, quidquid habeat ſingulare. Ut poſſit fetus abſque corde vivere, non vero in lucem jam editus infans, qui de matre ſolutus eſt. Atque adeo vel ab utero, vel a vi adtrahente, poſſe per fetum humores moveri, abſque cordis officio.

EJ. *Obſervationum medicarum de ſuffocatis ſatura* Götting. 1754. 4.* Foramen ovale non arcet ſuffocationem in aqua. Ut id foramen claudi ſoleat. Suſpenſos ex apoplexia mori, neque enim aſperam arteriam comprimi (in eo nimius, nam etiam laryngem fractum vidi, & muſculos ruptos). Vaſa lactea ſexto die in ſuſpenſo conſpicua (vidi duodecimo). Aereæ in ſanguine bullæ. Modicam preſſionem nervi ſenſum non impedire, rudiorem utique. Recte pro experimento pulmonum natantium & ſubmerſorum. Fetum non ali ſucco amnii. Prius in nuper nato pectus expandi, quam aerem reſpiret, neque reſpirare fetum, niſi totum excluſum. Utique infantem in propriis aquis poſſe ſuffocari, & tunc aquam in pulmone & ventriculo reperiri. In cadaveris pulmonem & ventriculum nullam aquam venire. Poſſe utique ſanguinem funeſto eventu per funiculum umb. amitti.

Inter *theſauros Academiæ Reg. Scientiarum* eſt partus deſcriptio, cujus pedes male formati erant & contorti. Una ſpina aderat bifida. Porro pro ſua monſtrorum a mera violentia origine.

Dedit etiam ad *Soc. Regiam* anatomen cerebri & abdominis urſi. Ne in ea valida beſtia quidem veſicula fellea muſculoſam habet membranam. Rami hepatici in cyſticum ductum inſerti. Vaſa lactea. Ventriculus duplex, nempe pars prior carnivororum animalium fabricæ propior, pars altera granivorarum avium: utramque partem iſthmus ſeparat. Unicum inteſtinum. Nullæ valvulæ KERKRINGII, villi prælongi. Cerebrum multa de humano habet, & nullum adeſt rete mirabile.

EJ. Diſſ. *de uteri ſcirrho* Götting. 1755. 4.* cum exemplo uteri, & una ovariorum & glandularum meſentericarum ſcirrhoſarum.

EJ. & KUHNII *nonnulla momenta motus muſcularis perluſtrata* Gött. 1755. 4.* Dari fibras in corpore animali non rubras, & tamen contractiles, uteri exemplo;

plo; dari & rubras, utrasque irritabiles eſſe. Cuique fibræ ſuos eſſe ſtimulos, cutemque a frigore, terrore, febre contrahi. Alternas vices cordis tamen a compreſſis inter magna vaſa nervis eſſe &c. Fibras muſculoſas, porro in hypotheſes delapſus, ſpirales eſſe docet, cavasque, & contrahi, quando replentur. Alterna laxatio fit a nervis inter ſpiras ejus cochleæ compreſſis. Non dari duas claſſes muſculorum, ſpontaneorum & voluntati ſervientium.

Prælegit a. 1756. de vitulo monſtroſo, capite fere duplici, ex duobus capitibus compoſito. Cerebrum unicum. Ad oſſa conformati muſculi. Alter oculus eiiſus.

Idem eodem anno porro de urſo egit, deque ejus animalis pulmone. Veſiculas pulmonales a celluloſitate diverſas admittit.

De rene infantis unico, in renculos minores diviſo, quem putat ex duobus coaluiſſe.

De agno ſepede, ejusque pedum muſculis & ligamentis præter naturam accedentibus. Tendines abſque muſculis. Non recte hic vir Cl. nos refutat, quaſi nulla accidentium monſtra admiſiſſemus.

Idem cum Academia Petropolitana inſolito inſtituto præmium quidem proponeret ei, qui imaginationis maternæ in fetum efficaciam optime interpretaretur, ea tamen addita conditione, ut is ſolus præmium acciperet, qui hanc vim admitteret, excidit utique præmio, ejus vero diſſertatio Petropoli edita eſt 1756. 4.* Nullam eſſe inter vaſa uteri & placentæ communicationem: cum præter priora argumenta, nulla cera ex utero in fetus vaſa tranſeat, neque viciſſim. Placenta ſuccum quidem aliquem de matre ſugit, per eum vero vis maternæ imaginationis explicari nequit. Nævos non abſque figmento aliquo ſimilitudinem eorum exprimere, quibus ſolent comparari &c. Germanice prodiit Lipſ. 1758. 4.*

In *obſervationum medicarum de partu laborioſo decadibus duabus* Götting. 1756. 4.* aliqua huc faciunt, ut fetus diu in utero retentus, incorruptus, neque matri moleſtus.

Ej. Progr. *de genitalibus virorum* Götting. 1758. 4.* Tunica vaginalis teſtis duplex. Glandulæ fætidæ Tysoni in lue venerea ampliores. Teſtes fetus in peculiari ſacco abdominis contineri (verius in peritonæo continentur), qui celluloſa mollique tela repletur. In nuper natis paulo frequentius in ſcroto reperiuntur.

In progr. *obſervationes ex cadaveribus infantum morboſis* Götting. 1758. 4.* memorabile exemplum eſt vaſorum lacteorum, luteo ſucco & bili ſimili repletorum. Puris principium eſt in habitu lymphatico, accedere reliquum ab humoris morboſi metaſtaſi.

Ej. *De fetu obſervationes* Götting. 1758. 4.* Humoris amnii naturam mucoſam eſſe, neque adeo alibilem. Ovale foramen patere, quando ſinus laxi ſunt. Exomphalos connatus, & diaphragma magno foramine patulum. Manus difformis.

De

De animalium calore Götting. 1758. 4.* Non eſſe a frictu nimis molli. Frigus febrile cum vehemente adtritu conjungi. Frigus eſſe a contractione convulſiva, calorem a laxitate fibrarum.

De oſcitatione in enixis Götting. 1758. 4.* De cauſis oſcitandi in univerſum. Debilitatem in enixa ſignificare. Partum per ſomnum matris fieri a convulſione totius corporis, a morte matris partum ſoli uteri contractioni deberi.

Obſervationes de cerebro Götting. 1758. 4.* In mente captis non calculos in pineali glandula, ſed vaſa ſanguinea cruore plena reperit.

Princeps viri Cl. opus Gottingæ 1759. fol.* prodiit, *icones uteri humani obſervationibus illuſtratæ.* Non adeo magna ratione magis dilatari fundum uteri, quam reliquum viſcus, per menſuras oſtendit. Craſſities uteri prægnantium, potius minor, ad ſemuncem uſque; a partu major, & craſſius corpus uteri, quam fundus. Fibræ muſculoſæ uteri, venæ maximæ. Placenta alienis locis adnaſcens. Uteri gravidi icon; tubæ ſæpe cis oſtium dilatatæ. Vaſa uteri gravidi. Fetus ſemeſtris 2½. libras pondere. Nunquam viſa allantoidea tunica. Contra ſitum lateralem OULDII. Iterum contra uteri cum placenta nexum. Vaſa uteri minime patula, obduci membrana villoſa, oſtia patula per violentiam naſci. Arteriæ parvæ & ſerpentinæ, tranſeunt in velamenta fetus, neque cum vaſis umbilicalibus communicant. Sinus cervicis uteri ad ejus oſculum converſi. Ova NABOTHI aut a morbo fiunt, aut a maceratione in aqua. Uterus non gravidus per varias ætates deſcriptus: anterius longior eſt. Oſtiola menſes fundentia eo tempore conſpici, quo is ſanguis excernitur. Unicum ovulum ſolere majus & quaſi maturum eſſe: non reperiri in infantibus corpora lutea, quæ denique in cadavercula degenerant. Menſuræ partium uteri & ovarii.

EJ. *De pathologia phyſiologiam informante* Götting. 1759. 4.* Hominem nunquam perfecte ſanum eſſe.

EJ. *De ſubmerſis aqua* Götting. 1760. 4.* Duo exempla, in quibus nulla in ventriculo aqua fuit. Animalia fatetur aquam deglutire, qui mea experimenta viderat. In aliis hominibus & ipſe aquam in ventriculo reperit. In pulmonibus aqua.

EJ. *De tænia* ib. 1760. 4.* ejus canalibus, fibris muſcularibus, lacte.

EJ. *De infantibus in partu ſuffocatis* ib. 1760. 4.* Sanguinem ab aëris tactu rubere.

EJ. *De arcubus tendineis muſculorum originibus* ib. 1760. 4.* Progr. I. & II. Ex aponevroſi nempe prodire, quoties ſubjectus muſculus os tegit; exempla in pollicis adductore, in diaphragmate, in flexore longo digitorum pedis, in aliis reperit. Alia ad muſculos & ligamenta manus. De arcubus tendineis diaphragmatis accurate.

Ad *Commentarios Soc. Reg. Sc.* 1761. ineditos ſuppeditavit deſcriptionem vermium parum notorum humani corporis, ſexu diſtinctorum, quorum feminæ in canalibus ſeminalibus ovula continent, mares mucum ſpermaticum. Aſcarides fere feminas eſſe, ovis plenas. In multis ejusmodi animalibus canalis alimentaris rectus eſt & longitudini par animalis, ſeminalis vero convolutus.

Alio

Alio die de faſciolis inteſtinalibus duorum generum, & de alia in ſyſtemate bilario faſciola egit a. 1763. In homine nunquam repertæ ſunt faſciolæ, & omnes ova continent.

IDEM a. 1763. prælegit de ſcirrho circa deglutitam acum in ventriculo nato.

EJ & *Caroli Gottlieb* WAGLER *de morbo mucoſo l. ſingularis* Götting. 1762. 4.* Liber practici argumenti: habet tamen aliqua huc facientia, ut folliculos ſimplices primarum viarum, ventriculi, duodeni, ejusque rugas parallelas: folliculos in fine ilei, coli. Hepar acinis factum, quos rimæ diſtinguunt. PACCHIONI glandulas vitio naſci.

EJ. *Opuſcula medica* Götting. 1763. 4.* Quæ contineant jam dixi, programmata & diſputationes. Monet editor Cl. WRISBERG varia adjecta eſſe, ut aliqua exempla fetuum, multo quam vir Cl. putaverat ponderoſiorum. De cordis fetus ventriculis æque craſſis. Adduntur hic etiam diſputationes, quæ cum nomine præfixo Reſpondentis prodierunt, & quarum magna pars procul dubio ad ROEDERERUM pertinet. Eo Cl. STEIN *de ſignis graviditatis*; CHUDEN *de ſignis fetus mortui & vivi*; SCHAEL *de funiculi umbilicalis deligatione non abſolute neceſſaria*; ſed eos ſuis locis dicemus.

Vitam ILL. GESNERUS dedit Göttingæ 1763. fol.* etiam Argentor. 1763. fol. deſcriptam.

§. MCX. BOURGELAT.

Equilium Regiorum in Gallia præfectus, auctor ſcholæ veterinariæ Lugdunenſis, nunc Carentonenſis. EJUS ſunt *élémens d'hippiatrique, ou nouveaux principes ſur la connoiſſance & ſur la medecine des chevaux* T. I. Lyon 1750. 12.* Germanice Danzig 1772. 8. Partes equi externæ. Fuſe de oculo & dentibus. Deinde de menſuris partium corporis equi, & de ſymmetria, qualem DURERUS pro homine dedit. Obliquos poros facere pilos criſpos.

T. II. ib. 1751. .* Oſſa & muſculi. Ad naturam hæc auctor deſcripſit, non ut alii, ad humanam fabricam. Vaſa tamen multum humanorum habent ſimilia, & certe facies cordis ſuperior & inferior equo convenit, non homini.

T. II. P. 2. de capite & pectore equi, Lyon 1753. 12.* In equo duræ membranæ cerebri arteriæ ſunt a carotide interna ſola. Nullum rete mirabile. Fibræ muſculares linguæ. Tunica chorioidea oculi manifeſto in duas laminas dividitur. Humor aqueus facile renaſcitur. Plures in equo ſinus pituitarii. Nulla uvula, contra SNAPIUM De ejus particulæ & linguæ muſculis accurate. Pharyngo-ſalpingeus infundibulo tubæ inſertus, quam dilatat. Aqua in pericardio: ventriculus cordis dexter latior. Pulmo ſæpe abſque noxa adnatus. Duæ glandulæ thyreoideæ. Contra HELVETIANAM pulmonis fabricam, cellulas ejus viſceris clauſas eſſe. Multa ubique phyſiologica.

Hoc opus quidem noſter infectum reliquit, cæterum Lyon 1765. 8.* edidit *matiere medicale où précis des medicamens à l'uſage de l'Ecole veterinaire.* Multa ad nos pertinent. Urina equi ex *muco* laborantis, & urina bovis fervet

cum

cum liquoribus acidis: ſic & bilis dat ſigna naturæ lixiviſoæ. In equi ægri ſanguine, inque muco, facta experimenta. Mirifica equi ad potentiſſima medicamenta duritas. Centum & viginti grana nitri antimoniati nondum alvum ducunt, & octoginta grana vitri antimonii abſque malo purgant. Equus non vomit.

EJUSDEM *élémens de l'art veterinaire, précis anatomique du corps du cheval* Paris 1769. 8.*

In *Mém. preſentés à l'Acad. des Sciences*, de motu equi in greſſione aut curſu, omnino equos non poſſe ad vomitum cogi, neque tamen valvulam reperiri, quæ vomitui obſtet.

§. MCXI. *Johannes* HILL,

Celebris Botanicus Regius, microſcopiorum uſu exercitatus, paſſim etiam ad phyſiologiam, vel animalium anatomen, aliqua contulit.

EJ. tribuitur ludicrus libellus *Lucina ſine concubitu by Abraham* JOHNSON London 1750. 12.* Poſſet ſcopus fuiſſe, BUFFONIANÆ hypotheſi illudere. Fingit adeo, ſe ex aëre corpuſcula organica venatum, iisdem ancillam fecundaſſe.

EJ. *Review of the works of R. Soc. of London containing obſervations on ſuch papers as deſerve particular obſervation* London 1751. 4.* Errores, quos putat ſe in vaſta illa commentariorum Societatis Britannicæ collectione reperire, paſſim caſtigat, & ſuas addit adnotationes. Omnes androgynos habet pro feminis, quibus nimia ſit clitoridis moles. Verior hiſtoria kermes & coccinellæ. Uniones non ſunt ova.

EJ. *Hiſtory of the materia medica* London 1751. 4.* De medicamentis ex animalibus repetitis aliqua habet peculiaria. Ita ſperma ceti non a peculiari ceto parari, ſed ex oleo balænarum in aqua diſſoluto *rectificari.* Non dari zoophyta, & ſpongias plantas eſſe. Analyſis ſanguinis.

EJ. *Eſſays on natural hiſtory and philoſophy containing a ſeries of diſcoveries made by the aſſiſtance of the microſcope* London 1752. 8.* Belgice, *proeven der natuerlyke hiſtorie &c.* Haarlem 1753. 8. WACH. De gallinſecto tulipiferæ. Corallia nihil habere cum polypis commune. De animalculis aquæ ſtagnantis, quorum alia aliorum præda ſunt. Rotas polyporum fieri brachiis alterne flexis & extenſis &c.

EJ. *Natural hiſtory of animals* London 1752. fol.* Propria potiſſimum auctori eſt animalculorum microſcopicorum hiſtoria, quæ in tres claſſes diſtribuit, ſimpliciſſima, caudata, & magis compoſita. Hic rotiferum animal reperias, & alias nudo oculo inconſpicuas beſtiolas.

EJ. *The conſtruction of nerves and cauſes of nervous diſorders* Lond. 1758. 8.*, quæ editio ſecunda eſt. Medullam cerebri veris fieri tubulis, per quos transverſæ fibræ migrant.

EJ. *The fabrik of the eye* London 1758. 8.* abſque nomine auctoris. Iridem immobilem a ſcintilla electrica motum recuperaſſe. Brevis hujus organi anatome.

§. MCXII.

§. MCXII. *Vitalianus* DONATI &c.

Vit. DONATI, Profeſſor Taurinenſis, in Orientem a Rege Sardiniæ miſſus poſt varia infortunia in mari rubro obiit, ejusque theſauri interierunt, quos in Oriente collegerat. Edidit Venetiis 1750. 4.* *Storia naturale marina dell' Adriatico.* Huc faciunt, quæ de zoophytis invenit, microſcopiis valde augentibus uſus. Coralliorum claſſem eſſe polyporum nidos. Polypum oviparum deſcribit, cujus ova pro lacte ſint habita; ejus cellula dureſcit, dum animal incrementa capit. In madrepora aliud genus polypi octo brachiis inſtructum, habitat. In myriozoo animalculum proboſcidem per urnæ ſuæ operculum propellit, & propriis muſculis reducit: id operculum manifeſto opus eſt ejus animalculi. Ita & alcyonium a polypis habitatur, & tethyum ſuum proprium habet hoſpitem, qui radios emittit curvos mobilesque, & fibras muſculoſas tubercula ſuperficiei conjungentes: idem agitare ſe poteſt & convolvere. Non deſunt, qui de veritate nonnullarum adnotationum dubitent.

Nullum annum reperio expreſſum in libello Cl. *Franciſci* SERAO *de tarantula, overo falangio di puglia* Napoli 4.* excuſo. Fuſa deſcriptio animalculi; oculi octo, maxillæ duæ dentatæ, cornua duo duriſſima abſque conſpicuo poro, cerebrum magnum, numeroſiſſima ova.

J. Gottlob LEHMANN *Abhandlung von phoſphoris* Dreſden 1750. 4.* celebris metallurgi opus. Ej. arcanus pulvis detectus, quo putredo ab animalibus arcetur *Hamb. Magaz.* XI.

Georg Wilhelm KRAFT, Profeſſoris Tubingenſis, *prælectiones in phyſicam theoreticam* Tubing. 1750. 8.* Humores animales in vaſa capillaria adſcendere, nulla ex lege, quæ ponderibus proportionalis ſit. De calore animali: etiam piſcium ſanguinem calere.

Thomæ SHORT, Medici, *new obſervations on city town and country bills of mortality* London 1750. 8.* Faſti natales & emortuales ex parochiis 160. Quæ loca ſalubria, quæ funeribus obnoxia ſint, quod vitium eſt comitatus Ely. Partus frequentiores in locis ſalubribus: maſculi ubique numeroſiores pariuntur. Ex centum pueris Londini 61. ante elapſum alterum annum intereunt. Feminæ vivaciores ſunt. Mortes in locis parum ſalubribus ad vivos ſunt 1. ad 28. in locis ſalubribus ut 1. ad 41.

Cl. EIDOUS, qui multos libros ex Anglio convertit, ſunt *Mémoires litteraires ſur divers ſujets de phyſique, de mathematique, de chymie & de medecine* Paris 1750. 12.* Non ex ſolis Anglicis libris hæc collegit, ut titulus fert, ſed plurima etiam ex Germanicis ephemeridibus. Parum ad nos facit, & fere idioſyncraſiæ aliquæ.

J. Georg LEOPOLD *nützliche und auf die Erfahrung gegründete Einleitung zur Landwirthſchaft* Sorau 1750. 4.* In domo ruſtica viri practici paſſim aliqua ad generationem, dentitionem, morbos animalium. De ovibus fuſe. *Zacken* animal inter hœdos & oves hybridum: ſic *Spiegelkarpfe*, ut putat, inter cyprinum & tincam.

Franceſco GRISELINI, qui Venetiis diaria edit, ſcripſit a. 1750. *obſervations ſur la ſcolopendre marine luiſante* Veniſe 1750. 8.* rec. in *Allgem. Magaz.* T. V. Accuratius VIANELLI inſectum multipes deſcribit, cui præter pedes etiam penicillorum 23. paria de corpore exeunt. Earum nitor aquam lucidam reddit.

EJ. Præfatio *dell' utilità della zootomia* Venez. 1751. 4* edita eſt cum *collectione ex Commentariis Academiæ Scientiarum.* Multa primum in animalibus, deinde ſolo demum in homine detecta eſſe.

IDEM vitam F. PAULI edidit, de ejus inventis diſquiſivit, de circuitu ſanguinis, valvulis venarum. Recuſa eſt Germanice Ulm 1761. 8.

§. MCXIII. PALLUCCI. *Alii.*

Joſeph Natalis PALLUCCI, Vindobonæ per multos annos chirurgiam exercuit, nunc Florentiæ vivit. EJUS multi ſunt chirurgici libelli, quorum pleríque aliquid continent ad anatomen faciens. *Nouvelles remarques ſur la lithotomie, ſuivies de pluſieurs obſervations ſur la ſeparation du penis &c.* Paris 1750. 12.* De pelvi ejusque variis triangulis, cum icone vaſorum inteſtini recti, & veſicæ. Veſicæ oſtium a proſtata claudi, & a nonnullis ſphincteris ani fibris, Germanice Leipzig 1752. 8.

EJUSD. *Nouvelle methode d'abbattre la cataracte* Paris 1752. 12.* Anatome oculi. Retinam vocat *membrane commune*, ut *vera retina* fibrarum ſeries ſit, membrana vero communis ad lentem cryſtallinam pergat, ejusque faciat anteriorem capſulam. Vitream tunicam ad communem ab ortu coronæ nigræ ad ambitum uſque lentis cryſtallinæ adhærere, deinde poſteriorem lentis partem veſtire. In lente nucleus eſt, cortex, & aquula. Membrana communis RUYSCHIANÆ per vaſa lymphatica videtur adhærere.

EJ. *Methodus curandæ fiſtulæ lachrymalis* Wien 1762. 8.* Vias lacrumarum ſuſpicatur plures eſſe, quam duos illos vulgo notos ductus lacrumales, easque in ſaccum ejus nominis humorem perinde vehere. Lacrumas facile in mucum abire.

Carolus Auguſtus VANDERMONDE, in China natus, Pariſiis 1750. 4.* diſputavit *Ergo ſucceſſiva partium fetus eſt generatio.* Reſpondente MALOETO.

EJUSD. eſt *eſſai ſur la maniere de perfectionner l'eſpece humaine* Paris 1756. 12.* 2. Vol. Rhetorice agit de pulchritudine; eam a ſymmetria naſci. De cauſis roboris & pulchritudinis ex BUFFONIO. Eo conferre, ſi cives peregrinas mulieres duxerint. Particulæ organicæ cochleæ ſunt, virilesque cochleæ non in alias congruunt, niſi in femininas. Humorem amnii alere: tendines eſſe inſenſiles, nervos tenſos & ſpirales. Contra vim imaginationis maternæ. Rachiticos eſſe pueros, quos dicunt rota fractos.

Hoc anno IDEM cepit edere ſuum *Journal de medecine, de chirurgie & de pharmacie*, cujus I. tomus Paris 1754. & Argentor. 1757. 8.* hic Germanice prodiit.

Joh.

Joh. Philipp. ERPEL *Nachricht von einer Frau, welche zugleich fünf Kinder, vier Mißgeburten, und ein Mondkalb gebohren* Halle 1750. 8.* Incredibilis narratio, quæ fide obſtetricis nititur; uno nempe partu ſex infantes, quatuor mera fere monſtra, & denique molam, uno puerperio editam fuiſſe. Alii ad nos retulerunt, quatuor fuiſſe pueros, reliqua molas & grumos cruoris.

Kurze Erläuterung über J. Phil. ERPEL'S *Nachricht von einer Frau, welche zugleich fünf Kinder, vier Mißgeburten und ein Mondkalb gebohren* Jena 1750. 8. ERPELIUM deridet.

J. Jac. PLITT *Prüfung der Gründe, womit H.* MEYER *die Vernunft der Thiere in dieſem und jenem Leben beweiſen will* Caſſel 175*. 8. Animalia ratione deſtitui.

EJ. *Specimen oneirologicum* Marburg 1752. 8. Ad exponendam ſomniorum generationem.

EJ. *Gedanken über die Menſchen, welche zweymahl geſtorben ſind* Marburg 1752. 8. Ad theologiam pertinet.

EJ. *Betrachtung der Weisheit Gottes bey dem langen Leben der Menſchen vor der Sündflut und der Abkürzung deſſelben* Caſſel 1754. 8.* Adamum, qui adultus ſit creatus, omnium hominum longævisſimum fuiſſe. Non repugnare, quin homo diutiſſime, etiam perpetuo vivat, neque mortis cauſas eſſe in fabrica hominis.

CARSTEN'S *Nachricht von der Bienenzucht in den Chur-Hanöverſchen Landen* in *Han. Anz.* 1750.

J. de DIOS LOPEZ, Chirurgi, *compendio anatomico* P. I. Madrit 1750. 8., qua oſteologia continetur.

T. II. *Myotomia* Madrit 1751. 8.

Gregorio Arias GONZALEZ *opuſculo hiſtorical anatomico de heridas prodigioſas con modo breve de curarlas* Sevilla 1750. Chirurgi argumenti, ut putes anatomica aliqua admiſceri.

D. G. P. *della forza dell' imaginazione nel reſtituire la perdita ſalute nelle malattie* Firenze 1750. Negat noſtalgiam eſſe ab aëre mutato.

Chirurgiſche Lexicon tot dienſt der leergierigen in de heelkonſt in hoogd geſtellde door SCHROETER (HELWIGIUM) *met byvoegingen van een approbatie van* D. SCHLICHTING Amſterdam 1750. 8.* Breviſſimum & miſerum opuſculum.

Chriſtian KORTHOLT *die Vortheile eines langen Lebens* Götting. 1750. 8.* Aegre huc referas.

Joh. MONNIKHOF *ontleed heel een werktuyg kundige ſamenſtelling tot ontdekking van de bezondere plaatſen, oorzaaken, kenteeken &c. van de breuken* Amſterdam 1750. 8.* Fabricam partium ſimpliciter deſcribit & abſque invento.

A compleat ſyſtem of the bloodveſſels and nerves taken from EUSTACHIUS, RUYSCH, DUVERNEY, HALLER, TREW *and* J. B. London 1750. fol. max.*

Ej. *De naturalibus feminarum clauſis* ib. 1768. 4. Hymen induratus, qui vaginam clauſit. Ex ruſtica puella inciſo hymene ſanguis retentus feliciter eductus.

Rutger Gottlieb HOERNIGK *de induratione partium præter naturam* Lipſiæ 1750. 4.*

Joſias Conr. PETZOLD *de natura ſomni* Hall. 1750. 4.* præſide BUCHNERO.

J. Chriſtian BOLTEN *de revulſionibus generatim* Hall. 1750. 4.*

Ej. *Entwurf von philoſophiſchen Curen* ib. 1751. 8.* Pro ſecta STAHLIANA adverſus mechanicos.

Chriſtian Ludov. ROLOF, auditor noſter egregius, *de fabrica & functione lienis* egit Hall. 1750. 4.* Situs viſceris mutabilis, nervi exigui; vaſa lymphatica in homine non facile conſpicua. Nequæ fibræ veræ, neque glandulæ. In liene ſanguinem ſubacrem & aquoſum reddi; id analyſin docere.

Ej. Anatome animalis *Quikhatch* ex ſinu Hudſonienſi. Nulla valvula coli. Omentum craſſiſſimum. De veris glandulis nubeculoſis inteſtinorum, & de ſpuriis, quæ maculæ ſunt. Eſt ipſe Gulo.

Ej. *Mém. de* 1761. puer galea cranii deſtitutus, hinc deformis.

Car. Chriſtian Wilh. JUCH *de bilis ſecretione ſecundum & præter naturam* Erford. 1750. 4.*

Philipp. Anton SCHNORBUSCH *de potulentis* ib. 1750. 4.*

J. Nicolaus HELD *de liquore amnii* Gieſſæ 1750. 4.*

Ej. *Von der Erkenntniß Gottes und ſeiner ſelbſt, aus der Anatomie* Frankf. 1753. 4. BOECL.

Ej. *Beweis, daß die offentliche Anatomie einem Staat nothwendig, und in Rechten gegründet ſeye* Darmſtatt 1762 4.*

EJUSDEM, ut videtur, ſolis litteris J. N. H. indicati, *Abhandlung von der Verdickung des Blutes* Frankf. 1751. 8.* Ad HAMBERGERI mentem, ſanguinem arterioſum venoſo denſiorem eſſe.

J. Philipp. BERCHELMANN *de liene* Gieſſ. 1750. 4.*

Chriſtian Frid. AHLEMAN *de regreſſu ſeminis ad ſanguinem* Francofurti ad Viadrum 1750. 4.*

J. Martini CHLADENII *de celeritate inprimis cogitandi* Erlang. 1750. 4.* Singularia in propria mente experimenta fecit. Cogitatio requirit dimidium ſecundum minutum: in aliis celerius aut tardius procedit. Vetuſta idea intra ſecundum vel tertium minuta reproducitur. Intra 20. tertias ratiocinium trium ſyllogiſmorum abſolvi poteſt.

Ej. *Vom Lichte der Augen in theologiſchen Ergözungen* 1756.

J. Andr. Gottfried SCHETELING *de vita humana ejusque brevitate hodierna* Hamburg 1750. 4.*

Jacob

Jacob DOLDE *de coloſtro* Baſileæ 1750. 4.*

J. Conrad SCHIMPER *de ſignis graviditatis veræ & cautelis exinde cognoſcibilibus* Baſil. 1750. 4.*

Jacobi FOELIX, auditoris noſtri, *de motu periſtaltico inteſtinorum* Treviris 1750. 4.* diſputatio per experimenta nata. Motum iſtum a morte potius invaleſcere, neque adeo ab anima eſſe. Motus inteſtinorum ſurſum & deorſum æque conſpicuus. Ventriculus propria vi ſe inanivit. Per integrum peritonæum noſter periſtalticum motum vidit. Cæruleo colore heliotropii chylum tinxit. Venenorum efficacia in primas vias, veſicam utramque. Cani pectus ſub aqua aperuit, neque aër ullus ſe prodidit.

Samuel AURIVILLIUS, ILL. ROSENSTENII gener, noſter olim egregius auditor. Ej. diſp. *de inæquali vaſorum pulmonalium & cavitatum cordis amplitudine* Götting. 1750. 4.* Utique poſt multa experimenta compertum eſt, arterias pulmonis venis latiores eſſe; non a condenſatione ſanguinis ſed a majori dilatabilitate cavearum dextri lateris. Aliquantum exhalationem pulmonalem poſſe, frigus vix quidquam.

Ej. *De dentione difficili* Upſal. 1757. 4.*

Ej. *De læſo motu inteſtinorum vermiculari* Upſal. 1759. 4.* Eum deſcribit. Poſt aſitiam totum inteſtinum plenum reperit. Sphincteris vim in moribundis amitti.

Ej. *De naribus internis* Upſal. 1760. 4.* Deſcribit eas nares, ſinus pituitarios ethmoideos, alios, potiſſimum etiam de ſinu maxillari agit. Organum ſenſus eſſe in ſuprema narium parte.

Ej. *Hydrocephalus internus* Upſal. 1763. 4.* Memorabilis hiſtoria capitis anterius enormiter excreſcentis. Suturas evanuiſſe. In eo cerebri ſtatu femina ad 45. annos vixit, atque adeo cor vires ſuas non videtur a cerebro habere.

Ej. *De doloribus* Upſal. 1765. 4.* Tendines, ligamenta ſenſu carere; ſenſum in ſolo nervo eſſe.

Ej. *De glandulis animalibus* ib. 1764. 4.*

Ej. *De ſtructura hominis* ib. 1765. 4.*

Georg Thomas L. B. de ASCHE, carus olim auditor, nunc exercituum Ruſſicorum medicus primarius, diſputavit Göttingæ 1750. 4.* *de primo pare nervorum medullæ ſpinalis.* Ramus poſterior cum omnibus ſurculis. Ramus anterior cum ſurculo novo ad muſculum rectum lateralem eunte. Radices anteriores & poſteriores. Conjunctiones variæ cum vicinis nervis. Egregia ejus nervi icon. Ad carotidem vertebralem, vaſa colli, nervum acceſſorium.

Car. Sal. KOEHLER *de cardialgia* Götting. 1750. 4.* Ad varium ſenſum vocis cardia.

Petrus Stephanus CRASSOUS *de generatione hominis* Monſpel. 1750. 4.*

J. Thecla

J. Thecla Felicitas DU FAY *E. fluidum nerveum eſt fluidum electricum* Monſpel. 1750. 4.*

Martini NOUGUEZ *Ergo retina primarium viſus organum* Pariſ. 1750. 4. *R. Car.* GILLOT.

Car. Frid. DESPEAUX & *Franc. de Paula* COMBALUSIER *An diu homo ſine cibo potuque, & vivere & valere poteſt?* Pariſ. 1750. 4. Vivere poteſt, non valere.

Franc. de Paula COMBALUSIER & *Ludov. Anna* LAVIROTTE *E. calor animalis ab adtritu in capillaribus* Pariſ. 1750. 4.

Ludov. Alex. GERVAISE & *Petrus* AGAESSE *Non ergo fetus in utero reſpirat* Pariſ. 1750. 4.*

Ludov. Hieron. COSNIER & *Lud. Petr. Fel. Ren. le* THUILLIER *E. præcipua in pulmone ſucci nutritii ſeparatio* Pariſ. 1750. 4.

Anna Car. DORIGNY & *J. Bapt.* THURANT *E. ſuccorum diſſolventium actio præcipuum ſit digeſtionis inſtrumentum* Pariſ. 1750. 4.

Ambroſii HOSTY & *J. B.* BASSEVILLE *E. abſque bile chyloſis imperfecta* Pariſ. 1750. 4.

§. MCXV. *Diaria anni* 1751.

Hoc anno omiſſis numeris *Philoſophicæ Tranſactiones* ceperunt prodire, præfixo ſolo nomine voluminis, neque porro ſelectus poteſtatem habente viro, qui ei Soc. eſt a ſecretis, ſed deputatis ad eum ſelectum idoneis ſodalibus. In XLVII. adeo volumine continentur diſſertationes annorum 1751. & 1752.

Thomas COE de homine obeſiſſimo, cui pondus 616. librarum fuit.

Joh. BROWNING de puero quindecim annorum nano, non altiori 31. pollicitus, nec ſupra 13. libras pendente, ex ſanis parentibus nato.

Caroli MORTON diſſ. de motus muſcularis cauſa. A ſenſatione fieri, cum anima poteſtate gaudeat ſenſationis acumen intendendi.

Thomas PERCIVAL de fetu de epigaſtrio poſteriorem partem alterius fetus circumgerente.

In *eſſays medic. and experim.* Lond. 1767. 8.* de lacteo humore ex abdomine educto, qui cremorem dedit, ut verus chylus fuiſſe videatur. Experimenta DOBSONI, quibus conſtitit, opium pulſus in cane minuere. In bile putrida tamen naturam eſſe alcalinam.

In *medic. Commentar.* n. 2. de fetu refert per 22. menſes retento.

In *Phil. Tranſ. Vol.* XLVII. *Jacobi* DODSON de faſtis emortualibus emendandis, ut publice utiliores reddantur.

D. de PEYSSONEL, herbarii regii, qui in Guadalupa inſula & in ora Barbariæ vixit, nova de coralliorum natura hypotheſis, quæ noſtro ævo fere ubique adoptatur, eſſe nempe cellulas & ædificia polyporum.

In

In *Vol.* L. P. 2. agit de murice edente purpuram. De vermibus ſpongiarum, qui non ſint polypi, neque ſuæ ſpongiæ proprii, de animale ex polyporum genere.

Thomas DEBENHAM, chirurgi, relatio de femina, ex qua per abſceſſum fetus oſſa educta fuerunt.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sc.* 1751. fetus ex duabus quaſi puellis compoſitus per pectora connatis, cum brevi anatome.

Partus decimo poſt priorem die.

Inflammabilis vapor erumpens de bovis ventriculo.

Hic & alibi tabulæ emortuales & natales Pariſienſes habentur.

Sic Londinenſes in *Gentleman Magazine.*

In *K. Swenſka Wetenſk. Handl.* 1751. *Frid.* HASSELQUIST de ſalis ammoniaci deſtillatione, quam cominus in Aegypto vidit. Ante ſalem acidus humor non ingratus adſcendit. Omni genere fimi utuntur. Salem addit regionis natura, cujus ipſum gramen ſale multo temperatur.

In *itinere Palæſtinæ ſ. reſa til heliga landet* Stokholm 1757. 8.* piſcium pluſculæ inciſiones, & varia reperias ad hiſtoriam animalium, dentes, alias partes conſpicuas, humores & vires medicas ſpectantia. In cancro Aegyptio oculus anularis.

In *Hamburgiſchen Magazin* T. VII. 1751. agit anonymus de catalepſi & ſomnambulatione.

Vir ILL. *Abraham Gotthilf* KÆSTNER in T. VIII. diſcrimen oſtendit, quod oculum inter eſt & lucernam magicam. In oculo anima rem ipſam videt, non imaginem, in lucerna imaginem. Quare oculus erecta videt.

IDEM in *Hamb. Magaz.* T. XI. de infante bienni pendente libras 82.

In T. XIV. Experimentum SCHEINERIANUM. Id ita vir ILL. emendavit, ut per duo foramina ad juſtam diſtantiam ſimplices adpareant faculæ, duplices ſi propius vel remotius poſitæ fuerit.

Ad hunc annum 1751. pertinet Tomus I. *Commentariorum Societatis Reg. Scientiarum Göttingenſis.* 4.* Anatomica aliqua noſtra continet.

Hoc etiam eodem anno prodiit I. volumen *Actorum Helvericorum phyſico-mathematico-botanico-medicorum* Baſil. 1751. 4.* a Societate voluntaria editorum. Paſſim aliqua ſcopi noſtri ſunt ut *J. Henrici* RESPINGER obſ. duorum ovorum difformium, quorum alterum farcimini erat ſimile.

In *Hanöv. gel. Anzeigen* 1751. de pullis in lampade educatis.

In *Hallenſibus novis* 1751. monſtrum porcinum deſcribitur 4.* cum icc. B. BOEHMER.

§. MCXVI.

§. MCXVI. *Robertus* WHYTT,

Profeſſor & Medicus primarius Edinburgenſis. Cum me paſſim ſit adgreſſus, cavendum eſt, ne meum de Cl. viro judicium a dolore meo vitietur. Magni certe ingenii vir fuit & perſpicacis, & cum pene ad STAHLII modum de anima omnis in animale motus cauſa ſentiret, me & mechanicos ſibi adverſos invenit, quorum placita ſibi putavit neceſſe eſſe infirmare.

EJ. *Eſſay on the vital and other involuntary motions of animals* Edinburgh 1751. 8.* A STAHLIO hactenus differt, quod non ad præviſos aliquos fines motus in corpore ab anima excitari ſtatuit, ſed ad vim ſtimuli. Motum a ſtimulo oriundum abſolvi contractione & viciſſim laxatione; neque a voluntate pendere, ne in muſculis quidem voluntati alioquin obnoxiis. Cor a ſtimulo moveri: alios aliarum partium corporis animalis eſſe ſtimulos. Stimulum cordis in pulmonem per aërem advenire. Motum cordis eſſe in ratione ſtimulantis ſanguinis. Contra condenſationem ſanguinis. Sed & inteſtina a cibo aut ab aëre in contractionem cieri. Ita & arterias minimas a ſtimulo contrahi & oſcillare. Erectionem penis ab accelerato ſanguine arterioſo eſſe. Iridis circulum conſtringentem adoptat, & pupillam a morte ampliorem reddi. Contra aërem thoracicum. Pulmonem non ab inſita vi moveri. Reſpirationem animæ eſſe actionem, incommodum vitaturæ. Nullam in corpore poſſe cauſam motus eſſe, & vim irritabilem aſylum eſſe ignorantiæ. Cum partes a corpore avulſæ tamen naturam irritabilem retineant, videri animam dividi, partesque ſui corporis ſequi. Voluntarios muſculos poſſe a nimio ſtimulo coactos contra voluntatem agere. Spontaneos muſculos nonnunquam voluntati obſequi. Utique *influxum* animæ locum habere. Latere in corde cauſam, cur voluntati non obediat. Nervos vitales a cerebello oriri, a cerebro animales. Experimenta aliqua in partibus a corpore avulſis, irritato nervo octavo, opio deſtruente naturam cordis irritabilem.

EJUSD. *Phyſiological eſſays containing an enquiry into the cauſes which promote the circulation of the fluids in the very ſmall veſſels of the animals with obſervations on the ſenſibility and irritability of the parts of man and other animals* Edinburgh 1755. 12.* Gallice Paris 1759. 12. vertente D. THEBAULT. Hæc tentamina adverſus me ſcripta ſunt. Cor non ſufficere promovendo ſanguini per vaſa minima. Contra BORELLUM, cor non percuſſionis vim habere, ſed preſſionis. Reliquam ad promovendum circuitum neceſſariam vim eſſe ab oſcillatione vaſorum minimorum, quam equidem fatetur inconſpicuam eſſe, neque majorem $\frac{1}{600\,000}$ parte unciæ. Adeo iners corpus eſſe, ut gravitatis vis a ſpiritu ſit, nempe a DEO Contra meam diſſertationem, in Tom. II. commentariorum Gottingenſium editam, ratiociniis pugnat. Dum tendines incidebantur, inſenſilia viſa fuiſſe animalia, quod major dolor inciſæ cutis minorem obrueret. Tendines & duram meningem in ſano homine vix ſentire, utique vero inflammatos. Eſſe in ea meninge ſuos nervos. Irritabilitatem non debere a ſentiendi facultate ſeparari. Nervo ligato motum ſupereſſe, quod anima

ma in toto corpore ſentiat, ſui ſenſus equidem ſibi non conſciam. Animam reſidere in particulis de corpore avulſis. In omnibus animalibus caput eſſe & nervos, aut aliquid analogum. Ranam capite abſecto ſalire, & ſtimulatum pedem adtrahere, ex conſilio. Irritatio facit inflammationem, non obſtructio. Auctores irritabilitatis. Utique opium naturam irritabilem cordis deſtruere. Intervalla coſtarum tamen lateſcere inter inſpirandum.

Novam editionem dedit Edinburgh 1761. 12.* Varia adjecit. Oſcillationem vaſorum minimorum tuetur. Corneam oculi tunicam tamen ſentire, & articulorum capſulas. Irritationem ſanguinis majorem copiam in vaſa minora adtrahere. Me cavæ venæ vim contractilem rejicere. Sed neque in morte pupillam dilatari. Ens aliud activum & ſentiens corpus animare, etiam reſecta cum cerebro communicatione. Nova adpendix contra me. Non bene putat, a me omnem nervis contractionem rejici, (Albini dubia hic carpit). Ablato capite ranæ irritatum pedem non moveri. Polypis non debere caput & nervorum ſyſtema negari. Cor acriter ſentire. Nervos irritatos tamen cordis motum accelerare. Opium utique cordis motum lentiorem reddere; id facere, dum vim nervorum deſtruit. Experimenta ſua fecit in ranis, per totam longitudinem diviſis, earum pulſus reperit ab opio minui. Sed etiam ſublimato mercurio pulſum ipſe diminuit, ut in omni moribundo animale linteſcit. Pulſus in primo minuto numerat ad 180, & 200. Male me paucis experimentis novum ſyſtema ſuperſtruxiſſe, quod ipſe deleverit.

Ej. *Obſervations ont the nervous hypochondriac, or hyſteric diſorders* Edinb. 1765. 8.* ipſe hypochondriacus, longo ante mortem tempore lecto addictus. Dat nobis oſſa, & cartilagines, & duram membranam ſentire. Sympathiam non eſſe a conjunctione ramorum nerveorum, cum ſympathiæ dentur, quibus nullæ ejusmodi anaſtomoſes reſpondeant. Adfectus animi oriri ab oſcillatione vaſorum minimorum. Morbi hypochondriaci a nimio nervorum ſenſu fiunt. Pulſus iterum numerat ad 230. Inflammationem fieri ſpaſmodica contractione vaſorum minimorum.

In *eſſays and obſervations phyſical and litterary read before a Society at Edinburgh* Edinburgh 1754. 8.* quærit, cur cor in naturali ſomno infrequentius ſaliat. Minus irritabile reddi.

T. II. 1756. 8.* deſcribit buccini Americani uterum & fetus numeroſiſſimos.

Ib. experimenta de effectu opii in ranis. Extus etiam admotum opium irritabilitatem deſtruere. Non videtur tamen commode de vi venenata opii poſſe judicari, quando animal per maxima vulnera pene peremtum eſt. Deſtructa medulla ſpinali cor non quieſcere.

Denique filius auctoris ejusdem cum Ill. patre nominis edidit Edinburghi a. 1768. 4.* *the works of Robert* Whytt *&c.* hactenus mutato opere, ut potiſſimum, quæ paulo acriora in nos dixiſſet, cura & humanitate viri nobilis *Johannis* Pringle Archiatri ſint deleta.

§. MCXVII. *J. Godofredus* JANKE,

Profeſſor Lipſienſis, multa utilia promittebat, quæ certe ex ejus ſolertia & indefeſſo labore ſperari poterant; ſed eum immatura mors abripuit.

Dedit Lipſiæ 1751. 4.* *de oſſibus mandibularum puerorum ſeptennium duas* diſſ. valde diligenter & minuta cum ſolertia ſcriptas. Comparat maxillam hominis adulti & ſeptennis, oſſa cum oſſibus, canales cum canalibus, vaſa cum vaſis, cum nervis nervos, dentes primos cum ſecundis, utrorumque alveolos, radicum poſitionem, canales vaſculoſos, quos nerveos putat, a nobis pridem dictos, MEKELIO & BERTINO. Aliqua phyſiologica. Dentes elabi compreſſis vaſis. Coronas dentium tegit calloſa duraque membrana: ab ea difficultatem dentitionis eſſe. Oſſa, quæ internam membranam non habent, rara eſſe, cellulis mollioribus. Oſſa carpi perichondrium habere. Sculptor Cl. viri induſtriæ non reſpondit.

EJ. *De capſis tendinum articularibus* Lipſ. 1753. 4.* De iis capſis, de earum muco, de capſæ origine, natura cellulari hic denſiori, denſitate majori alias, alibi minori.

EJ. *De cavernis quibusdam, quæ oſſibus capitis humani continentur* Lipſiæ 1753. 4.* Ut eæ cavernæ in pueris ex celluloſis ſpatiolis lenſim naſcantur. Sinum ſphenoideum etiam in infante reperiri, & claudi tum palati oſſe, tum duobus oſſiculis peculiaribus ab ethmoideo diverſis, quæ deſcribit: ſinus noſtros orbitarios confirmavit.

EJ. *De foraminibus calvariæ eorumque uſu* Lipſ. 1762. 4.* Diligentiſſime ſcripta diſputatio. Emiſſaria pleniſſime. ALBINIANA muſculorum nomina a functione deſumta non probat. De foraminibus parietalibus, quorum arteria & in pericranio & in dura membrana in ramos minores dividitur.

EJ. *De ratione venas anguſtiores imprimis cutaneas oſtendendi* Lipſiæ 1762. 4.* Venæ cutaneæ pedis. Communicant venæ dorſales & volares manus inter ſingula digitorum intervalla. Venæ ſaphenæ ad mammas euntes rami habent valvulas deorſum ducentes, neque ſurſum.

§. MCXVIII. *Guilielmus* GIBSON. *Alii.*

GIBSON, Chirurgus, veterinarius Medicus. EJ. *New treatiſe of the diſeaſes of horſes* London 1751. 4.* 1754. 8. 2.Vol. Anatome integra animalis: valde adfinis humanæ, ut fere metuamus, ne ad humanam paſſim accommodata ſit. Oſſa non pulchre delineata. Claviculas hoc animal habet, digiti cujusque duo tantum oſſa, eaque ſingula. Muſculi breviter. Viſcera. In equis nimium ad laborem coactis adeps in venis reperitur. Vaſa & nervi non bene.

J. BRIDGES *no foot no horſe, or an eſſay on the anatomy of the foot of a horſe, with particular directions for the cure of the chief internal diſeaſes the horſe is ſubject to* London 1751. 8. cum figg. MARTINI.

Natür-

Natürliche wirthſchaftliche Beluſtigungen der Bienen Leipzig 1751. 8. Lego accuratum eſſe ſcriptorem.

Della morte apparente degli animali non dipendente da malattie, e maniera di ſoccorrerli, lettera medico pratica ſcritta d'un amico Genova 1751. 4.* Auctorem ignoro, qui multa ſimilia habet noſtrorum, ut de cauſa quæ facit, ut neque exſpirationem diuturnam, neque inſpirationem ferre poſſimus. Cæterum ſcopus ei fuit, *Lucam* MARTINUM, Noſodochii Sanctæ Mariæ novæ Chirurgum, defendere, qui variis modis, etiam tracheotomia & inflato pulmone, fruſtra conatus eſt hominem reſtituere, quem ova dura devorata ſtrangulaverant.

DIEGO *de* TORRES VILLARAVEL *de la anatomia de todo lo viſible y inviſible* T. I. Salmanca 1751. 8. CAP. de VILL. ſi huc facit.

§. MCXIX. *Joſeph Albert la* LANDE *de* LIGNAC.

Oratorii presbyter, REAUMURII amicus, auctor eſt novem voluminum, quæ cum titulo *Lettres à un Americain ſur l'hiſtoire naturelle de Mr. de* BUFFON T. I. II. III. IV. V. Hamburg 1751. 12.* prodierunt. Epiſtola ſexta tomi II. adverſus BUFFONII de generatione hypotheſin pugnat. Modulos omnino non poſſe intelligi. Cauſam ab BUFFONII hypotheſi abeſſe, quæ elementa oculorum aurium &c. ſuis locis adaptet. Non eſſe animalcula, quæ ex uſtilagine frumenti naſcuntur. DAUBENTONIUM ſua conſilia de ſervandis in ſpiritu animalibus a REAUMURIO habere. In T. IV. Ep. 2. contra NEEDHAMUM ſe convertit. Ejus potentiam productricem eſſe occultam facultatem. Animalcula, quæ N. putat ex farina naſci, utique ex aëre acceſſiſſe. Experimenta viri ſuis non conſentire. Non videri plantarum partes in animalium partes poſſe abire. Metaphyſica aliqua, ſatis ad ſenſum BERKLEYI. In animalibus vaſa utriusve generis non poſſe in alia vaſa evolvi & germinare, ut quidem in plantis fit. Neceſſario una & arterias factas fuiſſe & venas, cum neutra ſpecies abſque altera eſſe poſſit. Sic & viſcera & nervos una exſtitiſſe.

T. VI. VII. VIII. IX. Hambourg 1756. 12.* Suas epiſtolas non eſſe REAUMURII opus. Male BUFFONIUM docere, mechanica neceſſitate a ſenſu nervum ita determinari, ut certum motum producat. Cerebrum non ſentire imaginem viſi corporis. Mirificam eſſe BUFFONII adſertionem, corpus poſſe ſibi ſui conſcium eſſe. Animalia non eſſe machinas: veſtigia ſenſationum eſſe corporea. Non omnes animi adfectus in corpore ſedem habere; certe non ſuperbiam. Aves nidos ædificant non edoctæ. BUFFONIUM contemtorem inſectorum late patentem hypotheſin unico, neque certo, animalculo ſuperſtruxiſſe. Apes cellulas ad propoſitum ſcopum ſtruere. Metum gallinæ, privignis anatibus fruſtra timentis, non eſſe mechanicum. De anima brutorum dubius eſt: animam erucæ utique in corpore papilionis peregrinam fore. Vermes diſſectos in ſuis experimentis conflari in nova animalia. Moleculas organicas vera eſſe animalcula. Si elementa nervorum animata facias & ratione prædita, nunquam tamen

in commune opus harmonice conſenſura. Pro evolutione partium, quæ in pullo fit. Fervorem aliquem arteriarum & cordis motum excitare.

In T. IX. contra CONDILLACI opus, quod metuit ne ad Spinoſiſmum ducat. Inſtinctum non eſſe a conſuetudine. Non bene eum virum ſibi paſſum eſſe elabi, animam humanam ab animalium anima ſola fabrica habitati corporis diſtare. Contra BUFFONII partes animalium inutiles.

Scripſit etiam *Mémoire pour l'hiſtoire des araignées aquatiques & l'analyſe des ſenſations.*

Louis ESTEVE *traité de l'ouie, où après avoir expoſé les parties organiques de l'oreille, l'on donne une theorie du tintoin & du ſifflement, avec pluſieurs experiences nouvelles, & la theorie du ſon & de l'audition* Avignon 1751. 12.* Anatome brevis neque propria; theoriæ plus. Contra dignitatem trianguli nervei quod in ſepto cochleæ ſtatuitur. De ſtrepitu præcedente ſonum. Phyſica plura. Conſonantias nervearum organi auditus fibrarum cum ſonis externis rejicit. De gratia conſonantiarum ex ratione numerorum pendente.

Pulmonem in adjecta obſervatione vult in pectore aperto moveri.

EJ. *Quæſtionis medicæ* XII. Monſpel. 1759. 4.* De ſalis volatilis, qui ex animalibus obtinetur, copia.

Scripſit vitam *Henrici* FIZES.

EI. tribuitur *Lettre de M. E. a M. V. S. le Roy* Avignon 1758. De duodecim quæſtionibus IMBERTI.

ARENT FERDINANDUS (non AMOS) LAMBRECHTS J. U. & M. D. *oblectationes & obſervationes anatomicæ* Franeker 1751. 8.* Breve compendium anatomicum, cui nonnullæ ALBINI adnotationes admiſtæ ſunt, quas noſter annis 1747. & 1748. collegerat.

J. GOLDHAMMER *Weiber- und Kinder-Arzt* Northuſen 1751. 8. Multa fabuloſa.

J. Phil. Frid. LESSER *Verſuch über die natürliche Sprache* Northauſ. 1751. 4.

J. Chriſtophori BEKMANN & *Bernardi Ludovici* BEKMANN *Beſchreibung der Chur-Mark Brandenburg* Berlin 1751. fol.* Aliqua de monſtris humanis & animalium, deque animalibus.

J. KIRKPATRIK *reflexions on the cauſes and circumſtances who may retard or prevent the putrefaction of dead bodies* London 1751. 8.* In ſarcophago repertus vir, octogeſimo ab hinc anno mortuus, flexili & incorrupto corpore: hieme aqua ſarcophagum adluerat, cadaver picato linteo obductum fuerat. Frigori cauſam cadaveris incorrupti tribuit. In loca bituminoſa delata cadavera, cum jam fœterent, odorem depoſuerunt, & flexilitatem recuperarunt.

Aedologie où tr. du roſſignol franc où chanteur, contenant la maniere de le

nourrir

nourrir &c. Paris 1751. 12.* Solus mas cantat, & feminam incubantem cantu ſolatur. Plures mares naſcuntur quam feminæ. Lego eſſe SALERNII opus.

BRUDENELL EXTON, Medici, *new and compleat ſyſtem of midwifry* London 1751. 8.* Anatome partium genitalium perbrevis. De partu: de doloribus ex veris ſpuriisque mixtis.

Encyclopédie où dictionnaire raiſonné des ſciences hoc anno cepit prodire Paris 1751. fol.* & ſequentibus annis. Anatomicam partem TARINO deberi lego, quæ brevis eſt & collectitia, tabulæque etiam noſtræ corruptæ; hiſtoria anatomes parum plena. Singulares tamen paſſim aut adnotationes, aut hypotheſes reperias. Ita de gangliis, in fetu minora eſſe, per preſſionem naſci. Caloris gradus in variis animalibus. Cutis tecta calet ad 91. & 98. gr. F. quadrupeda fere ad 100. 103. phocam ad 102. anatem a 103 ad 108. qui ſummus gradus eſt animalis caloris.

LENGLET du FRESNOY *recueil de diſſ. anciennes & nouvelles ſur .... les ſonges* Avignon 1751. 12. 4. Vol.

Mémoire ſur la cataracte dans lequel après avoir examiné toutes les parties de l'oeil on expoſe les ſentimens des auteurs, depuis HIPPOCRATE *juſques a la fin du* 17. *Siecle ſur la nature de la cataracte* ... 1751. . HUYS.

Anaſtaſius GOLEMBIOWSKY Lembergæ 1751. fol.* *commentarium* dedit *in octo libros phyſicorum* ARISTOTELIS, parum ad nos facientem.

Guil. BROWN *oratio anniverſaria* HARVEJANA Lond. 1751. 4.

Jean Pierre RAHTLAUW, Chirurgi non incelebris, *traité de la cataracte, avec une préface ſur la ſtructure de l'oeil, & les proprietés de la viſion* Amſterdam 1751. 8.* & Belgice 1751. 8.* Pro retina, quæ manifeſto ex nervo optico naſcatur. Lens cryſtallina undique mobilis.

Matthiæ Georgii PFANN *Sammlung verſchiedener merkwürdiger Fälle, welche in die gerichtliche und practiſche Medicin einſchlagen* Erlang. 1751. 8. Paſſim aliqua anatomica, ut anulus hernioſus.

Wilhelm Chriſtian HOFMANN diſp. *medico forenſis de oſſibus fetus. quatenus inſerviunt ejusdem determinandæ ætati in caſu ſuſpecti infanticidii* Lipſ. 1751. 4.* Recte ſe ex oſſibus fetus reſpondiſſe, eſſe ſeptimeſtrem. De nutritione & & incremento; de oſteogenia. De valde parvo femoris oſſe in ſuo fetu, quem alii noluerunt pro ſeptimeſtri admittere: noſter regerit, fetus artus inferiores perexiguos eſſe, & exeunte demum graviditate celeriter creſcere.

DORITTI HERACLITEI *carmen in* NICOLAUM GERARDUM *in anatomica facultate præſtantiſſimum* Rom. 1751. 4.

§. MCXX. *Diſputationes.*

Iſaac BREBERENUS *van* DYCK *de chylificatione in ventriculo & inteſtinis* Leid. 1751. 4.*

J. KIRK-

J. Kirkhofer *de circulatione ſanguinis ejusque obſtaculis & auxiliis mechanicis naturalibus* Leid. 1751. 4.*

Herman Boerhaave *de* Gorter *de lacte & lactatione* Leid. 1751. 4.*

Jac. Malbois *de inteſtinis & vermibus in iis nidulantibus* Leid. 1751. 4.*

J. David de Hahn, viri Ill. & noſtri olim amici, *de conſuetudine* Leid. 1751. 4* Muſculos digitorum, & laryngis officium ſuum per longam conſuetudinem diſcere. Certi geſtus cum oratione dominica per conſuetudinem conjuncti.

Fortunatus Dwarris *de catameniis* Leid. 1751. 4.*

J. Frid. Faselius, Profeſſor Jenenſis, *de ſanguinis in venam portarum congeſti vera natura* Jen. 1751. 4.* præſide Kaltschmidt.

Ej. *De pulmonibus, organis humores ad futuras ſecretiones præparantibus, necnon ſanguificationis atque nutritionis primariis* R. Perthes. Jen. 1752. 4.

Ej. *An fetus in utero materno tranſpiret* 1755. 4.*

Ej. *De circulo* Willisii Jen. 1759. 4.*

Ej. *De abſorbtione* Jen. 1760. 4.

Ej. *De uracho* ib. 1760. programmata ſeptem.

Ej. *De nervis exhalantibus* ib. 1761. 4.*

Ej. *De arteriis non ſanguineis* ib. 1763. 4.*

Ej. *De cauſis flexilitatis partium ſolidarum corporis humani* ib. 1763. 4.*

Ej. *De vero adipis ad baſin cordis circumfuſi uſu* ib. 1763. 4.*

Ej. *De ſaccis* Lowerianis ib 1763. 4.

Ej. *De corpuſculis* Arantii ib. 1763. 4.

Ej. *De profluvio aquarum ſpuriarum in gravidis* ib. 1763. 4.* Bis abſque noxa vidit: eas aquas ex tunica filamentoſa, vel ex chorii duplicatura, vel inter chorion & amnion colligi.

Ej. *De cauſis ſternutationis ejusque effectibus* ib. 1765. 4.*

Ej. *De vaſis corporis humani aëreis* ib. 1765. 4.* progr. III.

Edidit Ill. Teichmeyeri *inſtitutiones medico legales* Jen. 1762. 4.*

J. Bohadsch *de utilitate electriſationis in arte medica* Prag. 1751. 4.* Tranſpirationem auget. De extremo fine nervi reſecti ſcintillam proſilire.

J. Michael Barth *de ſomno a prandio meditationes* Lipſ. 1751. 4.

Jac. Hirschberg *de ſanguinis motu progreſſivo tam regulari quam irregulari, indeque pendente cachexia* Hall. 1751. 4.*

Petr. Emmanuel Hartmann *de ſudore unius lateris* Hall. 1751. 4.* Experimenta ad ſudorem, in proprio corpore facta.

Ej.

Ej. *Medica tormentorum æſtimatio* Helmſtätt 1762. 4.* Aliqua ad anatomen. Tendines in vulnere nudati non dolent. Os nudum non ſentire, ſed utique qua perioſteo tegitur.

Ej. *Anatomes practicæ ſpecimina* Francof. ad Viadr. 1765. 4.*

Ej. *De calculis in veſicula ſeminali, aliisque notatis anatomicis* Francof. ad Viadr. 1765. 4. Redit in *obſ.* 105. T. III. *Nov. Act. Nat. Cur.*

Aaron Salomon Gumperz *de temperamentis* Francof. ad Viadr. 1751. 4.*

Andreæ Nunn *everſa vaſorum rubrorum anaſtomoſis, ac communicatio cum placenta* Erford. 1751. 4.*

Ej. *De officina & mechaniſmo ſecretionis in corpore humana* ib. 1767. 4.*

J. Ernſt Zeiher *de errore loci* Erford. 1751. 4.

Chriſtian Gotthold Schwenke *de pollutione* Erford. 1751. 4.

J. Leonhardi Obermayr, auditoris noſtri, inde Profeſſoris Ingolſtadienſis, *conſideratio anatomico phyſiologica venæ portæ viſcerumque ſecretioni bilis famulantium* Heidelberg. 1751. 4.* præſide T. J. Overkamp.

Car. Gerard Wilhelm Lodtmann *de voluptate repetita* Helmſtätt 1751. 4*

J. Chriſtian Reinmann *brevis proluſio ad actum anatomicum* Rudelſt. 1751. 4.*

Ej. *Daß die Betrachtung des menſchlichen Körpers die edelſte Beluſtigung ſeye* Rudolſtatt 1751. 4.*

Ejusdem in *N. A. N. C. Vol.* I. *obſ.* 70. inteſtinum colon ſitu motum et contractum. Lien prægrandis &c.

Obſ. 71. appendicula vermiformis enormis magnitudinis.

Obſ. 73. ren in puero lobuloſus.

Obſ. 74. ductus arterioſus arteriæ ſubclaviæ inſertus.

Obſ. 75. hepar per totum abdomen extenſum.

Obſ. 76. Ventriculi a duro thorace deformatio.

Ej. in *Nov. Vol.* II. *obſ.* 85. Carduelis decrepitus, annos natus 22. plumis nudus, cætera alacris.

Obſ. 87. a male formato oſtio uteri ſterilitas.

Obſ. 88. uterus feminæ gravidæ nono menſe inciſus, & in ovario cicatriculæ.

Obſ. 89. Fetus noni menſis pulmo in aqua continuo ſubſidens.

Joh. Melchior Friderich Albrecht *experimenta quædam in vivis animalibus, præcipue circa tuſſis organa exploranda inſtituta* Göttingæ 1751. 4. Ex iis diſcipulis fuit, qui meo ſuaſu quæſtionem aliquam phyſiologicam per experimenta declarare ſunt adgreſſi. Vix tamen potuit ulla arte tuſſim a vivis animalibus obtinere. Vapores & irritationes fruſtra fuerunt, & poteſt aliquid in tuſſi impedienda potuiſſe duritas & macilentia aſperæ arteriæ, cujus in

in pleriſque animalibus, avibus potiſſimum & quadrupedibus carnivoris, exigua pars carnea eſt. De cauſa ruboris in pupilla cuniculi albi: de vi revulſionis; de iride in nonnullis animalibus immobili, utilia experimenta intercedunt.

In Epiſtola ad me data 162. varietatem illam ALBINIANAM recenſet, venæ renalis pone aortam productæ, & duorum lienum exemplum.

Nic. HIMSEL *de victu ſalubri ex animalibus & vegetabilibus temperando* Götting. 1751. 4* utcunque huc facit.

J. Anton. HEYN *animadverſiones anatomicæ juxta nervum opticum atque amphibleſtroidem tunicam* Kiel. 1751. 4.

J. Caſparus KRUSE *de ſanguificatione læſa* Hafniæ 1751. diſp. I. & II.

J. Abel SOCIN *de fœtu hydropico* Baſil. 1751. 4.

EJUSD. *Theſes anatomico botanicæ* Baſil. 1757. 4.*

J. Rud. HESS *de vomitu gravidarum* Baſil. 1751. 4.*

EJ. *Theſes anatomico botanicæ* Baſil. 1751. 4.* Plica ductus venoſi ad ejus in venam portarum inſertionem.

J. Jacob THURNEISEN *theſes medicæ* Baſil. 1751. 4.*

J. Rudolphi STUPANI *ſpecimen anatomico-botanicum* Baſil. 1751. 4.* Oſſium cranii incerta craſſities. Ductus thoracici deſcriptio.

EJ. Diſputatio *de vena portarum* Baſil. 1752. 4.*

Joh. STÆHELINI *theſes anatomico botanicæ* Baſil. 1751. 4.* Uterum gravidum non extenuari. Fibræ uteri muſculoſæ. Liquorem amnii non nutrire.

Jacob Chriſtoph RAMSPEK *obſervationes anatomico botanicæ centum* Baſileæ 1751. 4.* Auditor noſter, qui vim adtollentem muſculorum intercoſtalium internorum in præſente cane publice demonſtravit. Plexum chorioideum tertium, mediumque deſcribit. Utique vera continuata cutis ante corneam producitur. Pſoas minor magnis vaſis cruralibus vaginam præbet. FERRENIUM retinam ante lentem cryſtallinam undique productam oſtendiſſe.

EJUSD. *Obſervationum anatomicarum & botanicarum ſpecimen agoniſticum ſecundum* Baſil. 1752. 4.* Vim iridis non eſſe muſculoſam, cum a morte pupilla fiat ampliſſima.

Epiſtola ad me data de libro parum noto ARANTII.

Gottfried CHRISTEL *de partu gemellorum coalitorum* Argentorat. 1751. 4.* Pro monſtris accidentalibus, magna cæterum collectio.

Michaelis GENORINI *de ſanguificatione theſes* Piſis 1751. 4.

Pauli BEYRE'S *phyſiologiæ conſpectus anatomico mechanicus* Perpignan. 1751. 4.*

Car. GEILLE *de* S. LEGER *an homini mature ſeneſcere & ultimum moritam naturale, tam ineluctabile ſit, quam adoleviſſe & maturuiſſe* Pariſiis 1751. 4. *R. Jac. Franc.* LATIER.

Cl. Frid.

Cl. Frid. GRANDCLAS & *J. Bapt.* BARIOLE *E. ex poris potius quam ex vaſorum extremitatibus perſpiratio* Pariſ. 1751. 4.*

Alexand. Dionyſ. DIENERT & *Jac.* GOURLEZ *de la* MOTTE *E. pars fibroſæ ſanguinis ab ejusdem adtritu ſoboleſcit* Pariſ. 1751. 4.*

Jac. Ludwig ALLEAUME & *Cl. Joſ.* GENTIL *E. idem ſudoris & perſpirationis organum* Pariſ. 1751. 4.*

J. Bapt. BOYER & *Honorat.* PETIOT *Ergo pharyngis muſculi ipſum conſtringunt* Pariſ. 1751. 4.*

Bernard de JUSSIEU & *Sim. Ant.* BRINGAND *Ergo minor in fetu quam in adulto partium ſolidarum abraſio* Pariſ. 1751. 4.

§. MCXXI. *J. Georg* ZIMMERMANN,

Auditoris olim noſtri, Archiatri nunc Hannoverani viri ILL. diſſ. *de irritabilitate* Gotting. 1751. 4.* Multa mea experimenta vidit, non pauca ipſe fecit in vivis animalibus. Abeſt ea vis a pinguedine, a membranis, a tendinibus, aponevroſibus, viſceribus, eo effectu excepto, quem venena chemica producunt. In muſculis potentiſſima reſidet; in eruca capite deſtituta per aliquot dies ſupereſt. Convulſiones in rana capiti deleto ſuperveniunt: muſculi vero ſoli convelluntur, quorum nervi irritantur. Ventriculus & inteſtina magna vi irritabili pollent: denique potentiſſima cor ipſum, cujus motus fere omnium in corpore humano partium motui ſupereſt. Irritabilitatem facit propriam fibræ animalis proprietatem.

EJUSD. *Leben des Herrn v.* HALLER Zürich 1755. 8.* Dum lites meas cum HAMBERGERO aliisque recenſet, paſſim argumenta etiam cauſæ atque experimenta repetit, per quæ de vero conſtitit.

§. MCXXII. *J. Fridericus* KESSEL.

Fetum in utero materno liquorem amnii deglutire Jen. 1751. 4.*

EJ. *Widerlegung der im 99. und folgenden Stücken der Hamburgiſchen Correſpondenten befindlichen ehrenrührigen Auflagen und unglücklicher Beurtheilung der Phyſiologie Hrn.* HAMBERGERS *&c.* Jen. 1751. 4.* Præter multa, quæ lubenter omitto, convitioſa, experimenta ſua proponit. Intervalla coſtarum inter inſpirandum lateſcere. In ſtrangulato & ſub aquis merſo cane pectus veſicas aëreas per aquam emittere. Non firmius primam coſtam quam reliquas cum ſterno necti.

EJ. *Weitere Fortſetzung der Halleriſchen und Hambergeriſchen Streitigkeiten vom Athemholen* Jenæ 1752. 4.* Hic experimenta opponuntur experimentis, & traditur ſtrangulatis canibus ſub aquis apertum fuiſſe thoracem, & bullas erupiſſe aëreas. Eas violentia produxiſſe potuit; in noſtris experimentis non potuerat ſuppreſſiſſe. Deinde in coſtis mediis 6. & 7ma, Jenæ experimento expoſitis,

poſitis, non bene ſelectis, intervalla in exſpirando diminuta fuiſſe. Nam in iſtis coſtis experimentum eſt obſcuriſſimum, niſi forte intercartilaginea ſpatia creſcere viderunt.

§. MCXXIII. PIERRE TOUSSAINT NAVIER,

Medicus in civitate Châlons ſur Marne. EJ. *Lettres ſur quelques obſervations d'anatomie* Cl. PORTAL indicat.

EJ. *Lettre à Mr.* AUBERT, *dans laquelle où examine ſi le peritoine enveloppe immediatement les inteſtins* 1751. 4. Idem peritonæum inteſtina in meſenterium expanſum obvolvere.

EJ. *Replique à la critique où libelle de Mr.* AUBERT, *où l'on demontre la fauſſeté de ſes raiſonnemens ſur le peritoine &c.* Châlons 1752. 12.* Ex dictionariis ſua habere AUBERTUM, & utique peritonæum inteſtina amplecti, quorum ſit velamentum exterius.

EJUSD. utilius eſt opuſculum *Obſervations hiſtoriques & pratiques ſur l'amolliſſement des os en general & particulierement ſur celui qui a été obſervé chez la femme Supiot* Paris 1755. 12.* Acida oſſa mollire, facere ut gypſea & calcaria terra in ſolutione fundum petat. Quare videri Supiotæ oſſa ab acore aliquo eſſe ſoluta, eumque acorem putat ſe inveniſſe in nimia ſalis communis copia, qua abuſa ſit. Alcalinam naturam a putredine non deſtrui, augeri potius. Analyſis lactis muliebris & caſei. In ſero lactis valentem acorem latere, pingui obvolutum. Ex lacte humano ſaccharum paravit.

§. MCXXIV. *Diaria anni* 1752.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* D. BAGARD de utero duplici in femina viſo, cum veſtigiis fecunditatis in utroque utero. Seorſim prodiit Nancy 1753. 4.

EJUSDEM *Recherches & obſervations ſur la durée de la vie de l'homme* P. I. Nancy 1754. 8.

EJ. *Explication d'un paſſage d'Hippocrate ſur les Scythes qui devinrent eunuques* Nancy 1761. 8.

SERRE' de puero, cui inteſtinum rectum in veſicam ſe aperiebat, ut ea via ſuas fæces ederet.

In *Nov. Comm. Acad. Imp. Petrop.* T. IV. pro annis 1752. & 1753. varii exſtant libelli, GMELINI, KAAUWII, STELLERI, ſuis locis recenſi.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* IX. *obſ.* 11. *Andreas Jacob* KIRSTENIUS. Puella manu deformi, inteſtino recto prope urethram anterius patulo.

Chriſtiani Friderich JOERDENS ſternutatio inſolita & nimia, *obſ.* 43.

Henrici HESSE exempla defectus menſium, *obſ.* 51.

In *Hamburg. Magaz.* T. IX. fetus ex tuba FALLOPIANA exciſus. Sepulchrum Warburgenſe, in quo corpora incorrupta. In

In *œconomiſch-phyſicaliſchen Abhandlungen* T. V. hiſtoria naturalis columbarum traditur, & venus, & generatio.

Hoc anno collecta ſcripta prodire ceperunt *Allgemeines Magazin der Naturkunſt und Wiſſenſchaften* Lipſ. 8.* dirigente Cl. LUDWIGIO. In hoc vol. exſtat BECCARI de inedia. Alia ex Comm. Bononienſibus.

In Diario *Journ. des Sav.* 1752. LOUIS CASTEL de pilis in ovario miſtis cum materie fetida & particula cartilaginea.

J. Daniel DENSO *monatliche Beyträge zur Naturkunde* Berlin 1752. 8.* de anate femina, quam putabant in marem tranſiiſſe: nihil erat, niſi ulcus ovarii, cum cupidine feminas anates comprimendi.

§. MCXXV. *Guilielmus* SMELLIE,

Medicus, celebris & exercitatus artis obſtetricandi magiſter. EJUS *treatiſe on the theory and practice of midwifry* Londo 1752. 8.* Liber poſt 280. *curſus* obſtetriciæ artis prælectos ſcriptus. Pars I. continet anatomen partium: menſuras pelvis accuratas. Rachitis fere male factas pelves facit & funeſtos partus. Fibras muſculares uteri aut nullas eſſe, aut nulli certi ordinis. Uterus ſuam craſſitiem in gravidis ſervat immutatam. Dolores parturientium fiunt a dilatata cervice. Molæ ſanguis ſunt coactus. Sanguis in fetu manet, quando mater ſuum ſanguinem amittit: & de placenta in utero retenta nihil fere per liberum funiculum effluit. Rari partus difficiles. Puer nuper editus ſæpe diu eſt abſque reſpiratione, & tamen convaleſcit. Placentam ſolam in utero relictam negat creſcere Gallice cum ſequenti Paris 1754. 8. 1756. 8. 1765. 8. Germanice Altenburg 1755. 8. & Roſtock 1755. 8.*

EJ. *A collection of caſes and obſervations in midwifry* London 1754. 8.* Utique in partu difficili os ilium ab oſſe ſacro diſceſſiſſe. Hymen ſanguinem menſtruum retinens. Uterus puerperis ſemidigitum craſſus, ad duas uncias pervenit, quando ſe contraxit. Fetus ſæpe in partu immotus. Partus quatuor, etiam octo, hebdomadibus retardatus. Ova humana abſque germine: placentæ veſiculares. Fetus oſſa per anum excreta. Terror ſæpe abſque malo in fetu effectu. Situs fetus in utero. Poſt quartum jam menſem fere caput præcedit, neque raro laterali ſitu in partum nititur, ut a FIELDING OULDIO dictum eſt. Menſes gravidarum. Graviditatis notæ, in dilatato utero, quem per vaginam tangas. Partus naturalis per ſua ſtadia ſollicite deſcriptus. Partus ovi integri. Aquæ præcoces. Placenta ad oſtium uteri adnexa. Convulſiones uti dolores, ſed abſque matris ſenſu fetum promovent. De pelvibus difformibus & anguſtis. Fetus demum poſt ſeptem minuta horæ ſpiritum duxit. Alius inflato aëre ſuſcitatus eſt. De male ligato funiculo ſanguinem exſiluiſſe. Placenta in cellula uteri. Fetus exſanguis, cum mater ex utero lacerato interiiſſet.

EJ. *A collection of præternatural caſes and obſervations in midwifry* London 1764. 8.*, cui additus eſt titulus voluminis III. a morte auctoris prodiit. Uterus

rus circa caput fetus contractus. Uteri os, cum aperiri recuſaret, inciſum abſque noxa. Mater ignara partus.

Ej. *A ſet of anatomical tables with explanations and an abridgment of the practice of midwifry* London 1754. fol. gr.* Tabulæ ſunt 39. Pelvis ſecundum naturam ſe habens, tum difformis. Pudenda. Uterus. Vaginæ exitus, ipſe demum anus, oſſibus pubis propiores, quam coccygi. Uteri oſtium retrorſum ſpectat. Uteri diſſecti tabula; vagina late oſtium uteri amplexa; uterus a veſica aque inteſtinis in cavum oſſis ſacri compulſus. Uteri incrementa. Verus ſitus fetus is eſt, ut prior auris pubis os contingat, altera os ſacrum. Uteri per varia tempora graviditatis mutationes, in parturiente ſemuncem craſſus eſt. Iter capitis fetus in partu.

§. MCXXVI. *Carolus Chriſtianus* KRAUSE,

Profeſſor Lipſienſis, non quidem inciſor, varia tamen ſcripſit phyſiologica. Ejus *de homine non machina* Lipſiæ 1752. 4.*

Ejusd. *Prüfung der Preisſchrift des Herrn le* CAT *von der Muſkelbewegung* Leipzig 1755. 4.* Contra *le* CATIUM, cujus diſſertationem Germanice verſam notis ſuis comitatur. Contra vim inſitam, quæ non eſt a nervis. Etiam eos motus nervis tribuit, qui ſuperſunt in partibus de corpore animalis avulſis. Senſorium commune nonnullorum animalium eſſe in ſpinali medulla. Non videri ſemiſpiritualem ſuccum nerveum in nervis manere poſſe. Muſculum nervis non conſtare. Motus non omnes eſſe a voluntate. A glutine uniente elementa terrea minus valide, ubi ſecundum longitudinem particulas revincit, magis ubi in latitudinem, poſſe muſcularem motum exponi. Aliqua contra me.

Vertit etiam ex latino *Abhandlung des Herrn von* HALLER *von den empfindlichen und reizbaren Theilen des menſchlichen Leibes* Leipzig 1756. 8.* Experimenta mea admittit, ſed ſecus interpretatur a nobis. Non poſſe ex animalium apathia ad inſenſilem naturam tendinum concludi. Ex morbis de ſenſu earum partium conſtare. Pro ſenſu medullæ. De irritabilitate brevius. Non novam eam eſſe. Etiam *elongationem* fibræ ad irritabilitatem pertinere. Eam vim eſſe qualitatem obſcuram. Cutem irritabilem eſſe; ſic pulmonem. Varia placita refutat, quæ non ſunt mea.

Non ſeparabo diſſ. *de ſenſibilibus partibus humani corporis* Lipſiæ 1765. 4.* Omnes partes humani corporis ſenſu gaudere, etiam epidermidem, cellulas adipoſas, medullam, oſſa, renes: pericranium, de quo ampliaveram, duram membranam, corneam tunicam, capſulas articulorum. Nulla experimenta.

Ej. *Diſſertatio de quæſtione ab Academia Imp. Scient. Petropolitana propoſita; Quænam ſit cauſa proxima mutans corpus fetus, non matris gravidæ, hujus mente a cauſa quadam violentiæ commota &c.* Petropoli (non additus annus) 1756. 4.* Animam cauſam eſſe omnium in ſuo corpore actionum, earum etiam, quarum ſibi non eſt conſcia; ſuumque corpus ideis innatis regere, quas cogitat, non conſcia ſe de iis cogitare. Imperium animæ regere etiam partes non ſen-

ſentientes corporis, & noſſe nervos aptos reddere facilius percipiendis ſenſationibus, qui non erant apti. Animi adfectus ſolvere humorum coagula, vaſaque connata. Nihil ergo miri eſſe, ſi partes fetus ſolidas mutaverint, coloremve vitiaverint. Fetum pro uteri parte haberi poſſe, cum quo accuratiſſime cohæreat, ut nervi matris cum nervis fetus continuentur, & anima fetus in eumdem ſtatum poſſit conſtitui, in quo matris eſt anima. Fetus animam vividius operari, quam matris animam, fortius ergo in organa ſui corporis niti, eaque organa magis quam maternum corpus pati, quæ teneriora ſint.

Germanice *Abhandlung von den Muttermählern* Leipzig 1758. 4.

Ej. *De derivatione & revulſione* Lipſ. 1763. 4.*

Ej. *De irritabilitate* Lipſiæ 1772. 4. Contendit utique tonum a nervis eſſe.

Ej. *De phlogiſto corporis humani* ib. 1772. 4.*

Ej. *De viribus medicamentoſis hydrargyri & inde arte factorum Pharmacorum* Lipſ. 1773. 4.*

§. MCXXVII. *Gerhard Andreas* MULLER,

Profeſſor olim Gieſſenſis. Ejus eſt *Entwurf eines neuen Lehrgebäudes der natürlichen Philoſophie und Arzneykunſt* Frankfurt 1752. 8.* De viribus corporum. Vis muſculorum exploſioni oppoſita. Nerveum ſuccum non in cavis tubulis, ſed in celluloſa tela contineri fibris circumpoſita: eſſe ejus ſucci aliquam cum ſemine analogiam. Nervos perpetuo oſcillare. De alimento & ejus coctione.

Ej. *Betrachtungen über die Art und Weiſe der Mitwürkung der Nerven zu denen muſculöſen Zuſammenziehungen* Frankf. 1753. 8.* Succum nerveum multa habere ſeminis ſimilia, pariter viſcidum eſſe; magnam etiam eſſe analogiam fabricæ cerebri & teſtium. Muſculoſam actionem videri adtractionis ſpeciem eſſe, cui opponitur repellens exploſio. Vis nervea componitur ex vi muſculoſa & exploſione, & proxime ad magnetiſmum accedit. Utique nervos oſcillare, tum fibras, tum fluidum. Vim muſculoſam a nervis advenire &c.

Ejusd. *Nothdürftige Ablehnung einiger ihm gemachte empfindlicher Vorwürfe* Frankf. 1753. 8.* Adverſus aſperius judicium Cl. Delii. Vix huc facit. Redit in ſequente collectione *Nebenſtunden*.

Ej. *De utilitate anatomes practicæ* Frankf. 1753. 4.

Ej. *Gieſſiſche Nebenſtunden I. Sammlung* Frankfurt 1755. 8.* In Delium, odorem a ſapore utique diſtingui. De vi electrica torpedinis. Contra theorema, motum in corpore humano oriri proportionatum ſenſui. Noſter monet, fortiſſimas convulſiones abſque ſenſu cieri, etiam in ſopitis hominibus. Contra Stahlianam motus ex anima originem. Contra mentis fines in corporis motu præviſos.

Ej. Diſp. *de calido innato veterum novæ cogitatione* Gieſſ. 1758. 4.* Reſpondenti tribuitur C. Gruninger.

Ejusd. & *Georgii* Boesefleisch *ſylloge obſervationum quarumdam anatomica-*

micarum, imprimis de ciſterna chyli ductuque chylifero Gieſſ. 1760. 4.* Ductus thoracicus tribus ramis inſertus; valvulæ duæ, tres. Ejus truncus meſentericus, lacteus, lymphaticus, hepaticus, & alter inguinalis. Ciſternæ varietates veſicæ. Polypi venarum ex ipſis tunicis producti.

§. MCXXVIII. *Claude* FLURANT. *Alii.*

Chirurgi Lugdunenſis, *ſplanchnologie raiſonnée, où l'on traite de l'anatomie & du mechaniſme des viſcères du corps humain* Paris 1752. 12. 2.Vol.* Pleraque ſimilia commentariis noſtris in BOERHAAVII prælectiones. Contra SENACI theoriam motus muſcularis: noſter ſpiritum nerveum docet uberius irruere, ætherem in fibris contentum propellere, qui fibras dilatet. Renem alterum vidit defuiſſe: vidit etiam cellulas in veſica urinaria effoſſas. Videtur cor equi & teſtudinem incidiſſe. Ova teſtudinis, ut variæ ſunt magnitudinis, ita habere oſtia ſibi præparata & proportionalia. Multa in phyſiologicis inque anatomicis, quæ velles emendata.

Henrich Wilhelm BUCKING, Chirurgi, *Abhandlung von der Blutader-Oeffnung* Wolfenbüttel 1752. 8.* Venas deſcribit, quæ ſolent aperiri, lingualem, cephalicam, baſilicam, hanc ſectu periculoſiſſimam, venas pedis, quas etiam icone exprimit.

Georg Sigmund SCHLICHT *kurzer Unterricht vor Hebammen* Frankf. 1752. 8.* Brevis anatomica partium deſcriptio. Hymen menſes retinuerat, inciſus dimiſit, inde mala ſublata.

Johannis FACIO *Helvetiſch-vernünftige Wehmutter* prodiit Baſil. 1752. 4.* prioris ſeculi exeuntis opus. Varia rariora vidit; duos pueros abſque funiculo; diviſos pueros abdomine connatos. Anatomen breviter indicat.

Georg COUNSEL *the art of midwifry, or the midwifes ſure guide* London 1752. 8.* Partium genitalium deſcriptio, icon pelvis bene formatæ & alterius, cui os pubis ſacro nimium vicinum. Puer nihil ſuo motu ad partum facit.

Franceſco GIORGETTI *il filugello ed una diſſ. ſopra l'origine della ſeta* Venez. 1752. 4.

§. MCXXIX. *Varii.*

Caroli Wilhelmi Friderici STRUVII *exercitationes academicæ, quarum prima materiam medicam novam condendam tradit* Erford. 1752. 8.* De vi adſtringente: eam ſuccum glutinoſum nervorum extrahere. Contra HAMBERGERUM, qui propter pondus nimium argenti vivi negaverat, argentum vivum in corpus humanum agere poſſe.

EJ. *Thenia fermentationis naturalis* Jen. 1753. 4.* Omnes humores humanos fermentari, chylum per fermentationem parari. Aliqua ſanguinis analyſis.

EJ. *Anthropologia naturalis ſublimior* Jen. 1754. 4* De imaginatione & memoria. Memoriam deſcribit corpoream, in ſtriis reſidentem medullæ cerebri,

bri, & incorpoream, quæ in mente habitat, & in qua abſtractiones adſervantur. Ita & corporea imaginatio datur, quæ præteritas ſenſationes per ſimiles ſenſationes reſtiruit, & imaginatio in abſtractis ideis occupatam. In mente etiam ſenſus & motus vitalis habitat, qui corpus ſuum per relationem animæ ipſi ignoratam mutat. Ex obſcura perceptione motuum ad vitam conſervandam neceſſariorum eos exſequitur. Adgnoſcit ſpiritum nerveum, ejus elementa definit, nullum cerebri & cerebelli ad actiones animales aut vitales pertinens diſcrimen admittit.

EJUSD. *Idea ſyncretiſmi medici ex influxu ideali ſyſtematice evoluta* Erford. 1753. 4.

EJ. *Syſtemata neologiæ medicæ more geometrico conditæ* Nordhauſ. 1756. 8.

Traité d'optique Paris 1752. 4.* Brevis anatome oculi: presbyopiæ & myopiæ theoria.

A. TOLVER *treatiſe on teeth* London 1752. 8.* Secunda editio. Dentes deſcribit: foramen radicum circa annum ætatis 35. claudi.

EJUSD. *Preſent ſtate of midwifry wich a theory of the cauſe and mechaniſm of labour* London 1770. 8.

Gaſparo Deodato ZAMPONI *intorno il naſcimento de vermi ordinari del corpo umano* circa hæc tempora prodiit, in *Allgemein. Magaz.* recuſus libellus. Rubros vermes teretes viva animalia parere, non ova.

J. Henrich KRAZENSTEIN *Vertheidigung des Herrn* HAMBERGERS *gegen den Herrn* KESSEL Hall. 1752. 4.* Acris ironia.

Angelo della FABBRA *lettera intorno alle febri in generale* Ferrara 1752. 8.* Theoria BELLINIANA; motus ſanguinis uberioris per vaſa libera, dum alia obſtructa ſunt.

J. TARGIONI TOZZETTI *prima racolta de oſſervazioni mediche* Firenza 1752. 8.* Pathologici argumenti. De anatomico Italo, qui imperante HENRICO III. in Gallia vixit, & de ejus iconibus anatomicis. Adnotationes anatomicæ. Nulla epiglottis, abſque malo. Nulla veſicula fellis. Ductus pancreaticus duplex. De ovariorum fabrica & uſu. Pili in ovario, involucro aduati.

In nupera editione itinerum de erinacei anatome, calore, reſpiratione, de gruis aſpera arteria.

Vera relazione d'un parto moſtruoſo Venez. 1752. 4.* Puellæ epigaſtriis connatæ.

Franciſci GUERRA *theſes medico-anatomicæ in concurſu ad anatomiæ cathedram diſputatione propoſitæ* Valentiæ 1752. 4.* Compendium anatomes BOERHAAVIANUM.

EJ. *Theſes phyſico-medicæ ex phyſiologia, pathologia & pyretologia depromtæ* Valencia 1752. 4.*

Ej. STAHLII *argumenta pro depuratione ſanguinis in febribus; & oppoſita* BELLINIANA Valencia 1752. 4.

Ej. *Phyſico mechanico medica pro cathedra theorica* Valencia 1752. 4.* Phyſiologia fere BOERHAAVIANA.

Ex *Ambroſii* BROGIANI *de veneno animantium naturali & acquiſito tr.* huc referas, quæ habet de tarantula, cujus fabellam mirantur.

Memoria technica or a new method of artificial memory London 1752. 8.

Lineamenta anatomiæ in uſum pædagogii regii Hall. 1752. 8.

§. MCXXX. *J. Baptiſta* BOHADSCH. *Alii.*

Profeſſor Pragenſis. Ej. *diſſ. de veris ſepiarum ovis* Prag. 1752. 4.* Ova ſepiæ deſcripta innumerabilia, in iis conſpicuum animal, cum anatome piſcis & atramenti veſica. Non eſſe uvam marinam.

Ej. *De quibusdam animalibus marinis eorumque proprietatibus, vel nondum vel minus notis* Prag. 1761. 4.* Neapoli animalia maris mediterranei diſſecuit; leporem primum marinum, qui utriusque ſexus organa nactus eſt, miro ordine, ut penis uno loco, alio feminina organa ſint, cum internis muſculis, ſi quidem conjecturis fidi poteſt. Cæterum huic animali etiam ventriculus eſt, intus dentatus, & medulla ſpinalis circularis abſque cerebro, capite, aut oculis. Habet & os & branchias, & oſſiculum internum ad cochleæ modum. Penis diu irritabilis. Fimbria, ſimilis fabricæ. Mentula marina, quæ ventriculum & rectum inteſtinum ante partum ejicit, & inter pariendum perit, neque cerebrum, cor, aut nervos habet. Penna marina. Tethyon, cujus pulli, ut in polypo, de matris corpore decedunt. Loligo, cujus ova uvam marinam vocant.

Friderich Wilhelm HASTFER *utförlig underrättelſe om fullgoda färs ans och ſkotſel* Stokholm 1752. 8.* Gallice etiam & Germanice prodiit. De vita animalis, dentibus, venere, generatione, varietatibus, ſpecie, perfectione per arietes peregrinos obtinenda.

Hiſtoire des ſinges & autres animaux curieux, dont l'inſtinct & l'induſtrie excitent l'admiration des hommes, comme les elephans, les caſtors &c. Paris 1752. 8. Francf. 1769. 8.* Compilatio non undique fida.

§. MCXXXI. *Diſputationes.*

Pauli Philippi de CLOUX *de menſtruatione* Leid. 1752. 4.*

David v. ROYEN *de inteſtinis craſſis multorum malorum cauſa & ſede* Leid. 1752. 4.*

Franc. KLANKE *de uſu venarum* Leid. 1752. 4.*

G. v. VIANEN *de veſica fellea atque ortu bilis cyſticæ* Utrecht 1752. 4.

Conr.

Conr. Phil. WERNE *de ſtructura urethræ cum nidulante inibi contracta ex impura venere gonorrhæa* Leid. 1752. 4.*

Adrian PELT *de hepate ejusque actione* Leid. 1752. 4.*

Chriſt. Everard de LILLE *de exceſſu motus circulatorii* Leid. 1752. 4.

EJ. *tr. de palpitatione cordis: præcedit cordis hiſtoria phyſiologica: Acc. de arteriarum pulſus intermiſſione monita* Zwoll 1755. 8.* Et ventriculos & aures cordis æquales eſſe. Cor utique, dum agit, palleſcere, & vitales nervos ex cerebello oriri. Nervos, qui inter duas magnas arterias decurrunt, motui cordis ſervire, reliquos ſenſui.

EJ. *Phyſiologicarum animadverſionum ſecundum ordinem Elem. phyſ. Halleri* Franeker 1772. 4.* Contra aliqua mea ſcriptum. Contra gluten fibrarum; quod vir Cl. negat ex aqua & phlogiſto componi, cum hoc quidem non evictum ſit, ſal non bene omittatur: Contra aërem fixum. 2. Celluloſam telam non eſſe elementum corporis humani: nullis quidem productis contrariis experimentis. 3. Apologia vaſorum minorum BOERHAAVII: dari globulos flavos. Inflammationem etiam fieri a ſanguine in arteriis congeſto. 4. Pericardium non propter poſitionem ſuam cum diaphragmate conferveſcere. 5. Ventriculos cordis tamen æquales eſſe, cum æqualis copia ſanguinis eodem tempore per utrumque ventriculum tranſeat. 6. Coronarias arterias utique poſſe a valvulis comprimi: neque eodem tempore ſuum ſanguinem accipere, quo reliquæ corporis humani arteriæ ſuum accipiunt. 8. Cor integre vacuari. 9. Nullam partem ſanguinis in cordis contractione in ſinus reprimi. 10. Cor non primum in animale mobile eſſe: cerebri magnam molem reperiri, dum cor exiguum eſt. 11. Neque cor unicam cauſam motus ſanguinis eſſe: quem irritabiles arteriæ adjuvent. 12. Neque cordis actionem unice in contractione poni. 13. Nervorum in ea contractione tamen ſuas eſſe partes. 14. Et a compreſſis nervis quietem cordis ſequi. Ubique vir Cl. ratiociniis contra experimenta pugnat, neque mollibus utitur vocibus.

Ger. Jac. SCHUTT *de proximo viſus organo* Utrecht 1752. 4.

Cornel. v. BRUYN *de temperamentis* Utrecht 1752. 4.*

Jacob Gisbert WOERTMANS *de proxima ſede, quam anima in corpore humano occupat* Utrecht 1752. 4.*

Samuel MERRIMAN *de conceptu* Edinburg 1752. 4.*

J. Michael HOFINGER *de doloribus parturientium* Wienn 1752. 4.* De arte tangendi, doloribus.

Chriſtophori MOLINARI *de ſtructura pulmonum naturali & læſa* ib. 1752. 4.*

Adam LEISLER *de ſecretione* Baſil. 1752. 4.*

J. Jac. ZIEGLER *de mechaniſmo conſtructionis muſculorum* Baſil. 1752. 4.* Per fibras transverſas adſtrictas fibras carneas, abire in ſerpentinum ductum & breviores reddi.

J. Anton. MAIR *de diverſitate corporum humanorum ſecundum diverſitatem regionum* Baſil. 1752. 4.*

Chriſtian FRIIS ROTTBÖLL *de motus muſcularis cauſis, præſertim occaſionalibus* Hafniæ 1752. 4.„ Contra Cl. OEDERUM.

EJ. & J. MOELLER *de viribus animæ humanæ ope medica firmandis* Hafn. 1771.*

J. Anton. CASSINI *de* BUGELLA *de obeſitate* Prag. 1752. 4.*

Franciſci Joſephi DU TOY & *Mauritii Adolphi* MAYER *de* MAYERSBACH *de reſpiratione* Prag, 1752. 4.* Anatome partium ex ALBINO. Subclavium muſculum coſtam primam elevare (aut certe firmare). Utramque ſeriem muſculorum intercoſtalium inter inſpirandum agere.

Cl. DU TOY & *Bened.* RUPPERT *de tunica pituitaria* Prag. 1753. 4.* Icones narium internarum, & deſcriptio ad nuperos ſcriptores: de ſecretione muci ad HAMBERGERI placita.

EJUSD. & J. N. SCHLEMMER *de ventriculo, ejus anatomia, phyſiologia & ætiologia pathologica* Prag. 1754. 4.*

Georgii REMUS *experimenta quædam circa circulationem ſanguinis* Gottingæ 1752. 4.* Germanice in *Hamburg. Magaz.* T. 16. Experimenta plerumque me præſente, paſſim & adjuvante facta. Vincula vaſis ſanguineis injecta leges circuitus ſanguinei confirmaverunt. De pulſu venæ cavæ. Cor agens non expalleſcere. De globulis ſanguineis. Vas ſanguineum a ligatura non intumeſcit. De vi venæſectionis in ſanguinis motum exercita. De occluſione vulneris per lympham.

Julius Friderich DROYSEN, auditor noſter, *de rene & capſulis renalibus* Gotting. 1752. 4.* Diſp. per experimenta nata. Animalibus ſiniſter ren humilior, excepto ſue. Aqua impulſa reni fetus ſtatum reſtituit. Angulus arteriæ renalis acutus. Ren duabus pelvibus. In ſue argentum vivum facile ex arteriis in ductus uriniferos tranſit. Nullæ renis glandulæ.

Auguſtin Henrich Jacob MAETKE *de ciborum digeſtione* Gotting. 1752. 4.*

J. Wilhelm ILSEMAN *de colica ſaturnina* Gotting. 1752. 4.* etſi alterius ſcopi eſt, non inutiliter legitur.

J. Frid. AKERMAN *præſagia medica ex præcordiis* Gotting. 1752. 4.* de ſenſu vocis *præcordia.*

Andreæ Joachimi STARKMAN, *Hermanni* BOERHAAVE & *Frid.* HOFMANNI *in principiis mechanico medicis convenientia & differentia* Altdorf. 1752. 4.*

Frid. Gunther SEUBERLICH *de hydrope omenti ſaccato* Frankenhauſ. 1752. 4.*

Georg. Wolfg. GILG *de exploratione gravidarum* Argent. 1752. 4.

Georg WIDMER *chymia corporis animalis lithogeognoſia & artificio aquas ſalſas dulcificandi* Argentor. 1752. 4.* Aliqua ad elementa humorum hominis pertinent. Sanguinem fermentari. Ut humores animales naſcantur &c. Proprias ubique rationes ſequitur.

EJ. *Theoria chymificationis, chylificationis & lactificationis* Argent. 1753. 4.

Ej. *Abhandlung von dem im Marggrafthum Baden gelegenen mineraliſchen Bade* Strasburg 1756. 8.* Ex albuminoſo ſucco per fermentationem ſanguinem rubrum fecit: eumdem in naturam gelatinæ, hanc in terram abſorbentem reduxit. Ex muco vegetabili cum bile per motum periſtaltico æmulum verum lac obtinuit.

Mariæ Gerard de VILLARS *nova pulſus & circulationis theoria* Monſpel. 1752. 4. *Comm. Lipſ.*

Emanuel Maurit. DUVERNEY & LATIER *E. multis in morbis eluceſcit corporis mechaniſmus* Pariſ. 1752. 4.*

Guil. Joſ. de L'EPINE & *Lud. Anna* LAVIROTTE *E. duodenum plurium morborum ſedes haud infrequens* Pariſ. 1752. 4.

Ludovici Petri Fel. Renati le THUILLIER *E. nutritio eſt opus ſecretionum* Pariſ. 1752. 4.* R. AFFORTI.

J. Franciſci POUSSE & *Claudii Joſ.* GENTIL auctoris *E. in deprimenda cataracta ipſius capſula inferne & poſtice primum ſecanda* Pariſ. 1752. 4.* Habet etiam anatomica.

Guil. de MAGNY & *Jac* GOULEZ *de la* MOTTE *E. a vaſorum aucta vel imminuta irritabilitate omnis morbus* Pariſ. 1752. 4.* Vaſa irritabilia eſſe. A nimia irritabilitate morbos acutos fieri, chronicos a diminuta.

J. Nic. MILLIN *de la* COURVEAULT præſide *Hon.* PETIOT *E. conficiendæ bili a meſenterio oleum, a fecibus liquor alcalinus* Pariſ. 1752. 4.*

Hactenus uſus ſum *Quæſtionum medicarum ſerie chronologica* Pariſ. 1752. 4.* edita, auctore ni fallor, *Theodoro* BARON Decano, tanquam authentico libro. *Paſtillares* theſes non puto imprimi.

J. A. AVEROS *de nutritionis incrementi & decrementi mechaniſmo* Montpel. 1752. 8.

§. MCXXXII. *Diaria anni* 1753.

In volumine XLVIII. P. I. *Philoſophicarum Tranſactionum* continentur opera anni 1753.

Ambroſii HOSTY, Medici Pariſini, hiſtoria *Supiotæ*, potius *Queriotæ*, cui oſſa emollita indeque artus contorti fuerunt.

Johannis BROWNING faſti emortuales & natales civitatis Briſtolienſis, exque iis conſtitutus numerus incolarum.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1753. Canonicus de PINEAU retulit de mulo & equo, eodem partu ab equa editis.

BARON, Medicus Luçonienſis, de vitulis, ut videbatur, connatis.

FONTENIU de felibus potu abſtinentibus: etiam totis 19. menſibus.

Femina graviditas 60. menſium nondum partu ſoluta.

 Faſti

Faſti emortuales, ut Londinenſes, omnibus annis.

In *Hamburger Magaz.* T. 12. de Barone v. SAX, cujus cadaver poſt ſeſquiſeculum corruptionem non ſenſit.

Prodromus prævertens continuata Acta Medica Hafnienſia Hafniæ 1752. 4.* præfante B. J. de BUCHWALD. In eo

Wilhelmus HANNÆUS ſolitario loco in abdomine reperit partem maxillæ dentatam,

Et oſſa fetus vidit per vaginam decedentia.

EJ. Fetus cranii galea deſtitutus.

H. W. HEILMANN egit de ſpina bifida.

Prodiit etiam T. II. *Mémoires de l'Acad. de Chirurgie* Paris 1753. 4.* Evulſi abſque malo tendines. VERDIER herniæ cyſticæ.

In T. XIV. *Swenſk. Academ. Handlingar* A. KELLANDER de venere luciorum, qui ventres confricant. Negat feminam ova devorare.

Nicolai GISLER de venere piſcium Sil.

In *Mémorie per ſervir all' iſtoria letteraria* Venez. 1753. 8.* quæ apud VALVASENSEM ceperunt prodire, paſſim aliqua medica intercedunt, ut *Thomæ* FONTANA SOLANIANORUM pulſuum confirmatio.

§. MCXXXIII. *Johannes* ELLIS,

Mercator, microſcopicis obſervationibus inclaruit. Sæpe comite noſtro diſcipulo inque horto ſucceſſore BUTTNERO, cumque OEDERO, marina zoophyta conquiſivit. In *Philoſophicis* primum *Tranſactionibus* T. XLVIII. P. I. corallinas aliquas deſcripſit a propriis polypis habitatas, quos quidem Nautilos vocat.

In eodem volumine deſcribit idem animal ex ſtellarum vel polyporum genere, quod MYLIUS.

Per multiplicata experimenta natum eſt *Eſſay towards a natural hiſtory of the corallines and other maritime productions of the ſame kind — commonly — found — on the coaſts of Great Britain and Ireland* London 1755. 4. maj.* Gallice Haag. 1756. 4. & Germanice, vertente D. KRUNITZ Nürnberg 1767. 4. Fere ubique præter corallinas polypum deſcribit, arboreum animal, cujus pulpoſum corpus cavum tubulum corallinæ replet, & capita atque cornua de omnibus ramis exſerit; hactenus a vulgari polypo diverſum, quod teſta defendatur. Idem ſibi cellulas tubuloſque conſtuit. Sed & in alcyonio & pomo marino polypos noſter vidit, tum in coralliorum nonnullis. Zoophytum MYLIO dictum hic redit.

Appendicis loco tabulas 39. & 40. adjecit, corallinarum aliarum, & coralliorum.

De polypis in corallinis habitantibus in *Phil. Tranſact.* 1754, ſimilia fere quæ in opere habet. IDEM

IDEM contra BASTERUM dixit, qui ſæpe plantas meras pro polypariis habuerit: capita polyporum pro ſingularibus habuerit animalibus, cum unius truncum & ramos replentis polypi partes ſint &c.

In *Phil. Tranſ. Vol.* L. P. II. Pinnas *Bernaclas* deſcribit.

In T. LII. P. 2. duos ſexus cochenillæ: mas alatus eſt, femina aculeum habet ad defodienda ova.

In T. LIII. de polypis, qui habitant in pinna marina, manu marina, & fungo marino. —

In T. LV. ſpongias non habitari a polypis, ſed conponi filis animatis & contractilibus, & oſtiola habere contractilia.

In T. LVI. de amphibio bipede, Sirene LINNÆI.

In T. LVII. fuſe contra D. BASTERUM & S. PETRUM PALLAS de zoophytis. Utique aliquas plantas pro corallinis habitas meros eſſe fucos; alias tamen & pleraſque principia animalia dare, igne toſtas, cellulisque præditas eſſe ut corallia.

Gemeinſchaftliche Erzählungen für die Liebhaber der Naturlehre, der Arzneykunſt &c. Hamburg 1753. 8. aliqua parte huc ſpectat.

§. MCXXXIV. *Gualther v.* DOEVEREN,

Profeſſor Groningenſis nunc Leidenſis, obſtetriciæ artis gnarus, & inciſor vir ILL. Ej diſp. in *de vermibus inteſtinalibus hominis* prodiit Leidæ 1753. 4.* Cucurbitini vermes ſunt particulæ tæniæ. Tænias extra corpus humanum naſci, & paſſim reperiri, cum alimentis in hominis corpus venire. Tænia articulis brevibus ſpinoſa, & altera longis articulis abſque ſpinulis. Plures una tænias in eodem homine dari. Caput hactenus reperiri, quod in altero fine articuli minores ſint, & magis compacti. Unicum eſt animal, unum continuum vaſculum habet, & extimo fine contremiſcit, dum alter conpungitur. Renaſcitur & eſt de polypi genere. Gallice prodiit Lyon 1764. 12.

EJ. *De erroribus medicorum ſua utilitate non carentibus* Groning. 1762. 4.* Ad hiſtoriam medicinæ & litium, etiam phyſiologicarum.

EJ. *Specimen obſervationum academicarum ad monſtrorum hiſtoriam, anatomen, pathologiam & artem obſtetriciam præcipue ſpectantium* Groning 1765. 4.* Germanice *Verſuche über die Empfindlichkeit und Nutzbarkeit der thieriſchen Theile* Leipzig 1767. 4. Primum accurata anatome agni unicorporei bicipitis. In eo partu multas partes reperit, non ex violentia natas, ſed ad hanc ipſam fabricam meditatas, ut propriam arteriam, nihil in naturali fabrica ſimile habentem, venamque propriam. Situs præternaturalis coli inteſtini varius. Caput maturi fetus cernuum. Placenta ad os uteri adnata, hinc periculo plena hæmorrhagia. Oſſium varietates: proceſſus vertebræ in coſtam mutatus. Denique experimenta, quæ Cl. vir valde tunc juvenis a. 1751. & 1752. contra me mea-

meaque de inſenſili natura variarum partium teſtimonia fecerat. In tendinibus & dura matre putat ſe ſentientem naturam vidiſſe, non autem perpetuo, neque in aponevroſibus, neque in iis ſuis experimentis, quorum teſtis fuit Cl. Hahnius. Nulla tamen ſymptomata vulnera duræ meningis & tendinum ſequi vidit. In irritabilitate fere nobiſcum ſentit.

Ej. *De recentiorum inventis medicinam hodiernam veteri præſtantiorem reddentibus* Leiden 1771. 4.* Laudes potiſſimum Albini in phyſiologicis cautiſſimi, tamen & aliorum inciſorum.

§. MCXXXV. *Anatomici varii.*

Roberti Emett *tentamina medica de menſium fluxu & curatione morborum cephalicorum* 1752. 12.* Menſes non eſſe a plethora. Parcam ſanguinis copiam non eam habere poteſtatem, ut uteri arterias extendere poſſit, viamque ſibi per eas aperire. Non deſinere incrementum, quando menſes erumpunt. Ipſe cellulas uteri ſanguine tumere putat, dum nervi a cupedine veneris incitati ſanguinis per venas reditum morantur. Sinus non quidem in ſanis feminis, ſed in gravidis reperiri, aut per menſium tempora inciſis (ſed utique meræ ſunt venæ). Reſpirationem ſanguinis in cerebrum motum mutare: non tamen dum integrum eſt cranium. Non perire animal, cui arterias ligaveris. Gallice verſa ſunt Paris 1754. 12.

Cl. Fr. Atthalin, Profeſſoris Veſuntini, *inſtitutiones anatomicæ per placida & reſponſa digeſtæ* Veſunt. 1753. 8.* Multum *J. Adami* Kulmus, tum aliorum operibus uſus. Nomina ſubinde erronea. Peroneum vocat, quæ perone eſt, ſcapulæ os minus quæ clavicula. Aliquæ adnotationes ex morboſis corporibus ſumtæ interſperguntur.

Dictionnaire anatomique latin-françois Paris 1753. 12.* Fere ex Winslowo, cæterum ab auctore compilatum latini ſermonis non peritum.

Anatomiſch-chirurgiſches Lexicon, darinn alle zur Zergliederung und Wundarzney gehörige Sachen und Kunſtwörter angezeigt und erkläret werden Berlin 1753. 8.* Præfatus eſt L. Heister. Auctorem eſſe Cl. Kurella.

Cum *le* Catii diſſ. *de motu muſculari* Berolinenſes a. 1753. 4.* etiam alia ſcripta ediderunt, quæ *concurrerant. Le* Catianam & Cl. *de* Sauvages diximus. Tertia ſequitur n. IX. anonymi, qui me Hallerum ſuum vocat, & experimenta mea in corde anguillæ facta vidit. Fiſtulas ſtatuit ſenſorias & motorias. Quarta n. XVIII. demonſtrat nerveos ſpiritus vere dari. Negat muſculum dum agit minorem reddi, cum maſſeter undique turgeat, etiamſi brevior fieri nequit. Agentem muſculum negat pallere. Spiritus irritando fibras reddere breviores, rarefaciendo muſculum facere craſſiorem.

Laurentii Cajetani Fabbri *de ſomno, medicamentis ſomniferis, & de natura hominis in ſomno* Lucca 1753. 4.

Giov. Moro ſacerdos. Ej. diſſ. *epiſtolica intorno la generatione degli animali e vegetabili con riffleſſioni ſopra gli ſuoi inviluppi* Baſſano 1753. 4.* Contra Valisnerium.

Gaſparo

Gaſparo Deſiderio MARTINETTI *della ſeparazione degli umori nel corpo umano* Ravennæ 1753. 8. Pro adtractione NEWTONIANA.

Nic. STRUYK *nader ontdekkingen omtrent de ſtaat van't menſchelyk geſchlacht* Amſterdam 1753. 4. Plures hujus viri ſunt libelli de numero civium, ſpe vitæ &c.

Joh. GROENEVELT *rudiments of phyſik clearly deſcribed and explaind* London 1753. 8. Compendium phyſiologicum & pathologicum, ex latino neſcio cujus ſcriptoris converſum.

Chriſtian Tobias Ephraim REINHARD, *Unterſuchung, ob Adam und Eva einen Nabel gehabt* 1753. 8. alii 1752.

EJUSD. *Umſtändliche Nachricht von einem übelformirten Kindeskopfe* Berlin 1759. 8.* Oſſa cranii ſuper ſe invicem adacta, inde funeſtus ſopor. Vitium partui tribuit.

EJ. *Abhandlung vom Maſtdarm-Blutfluſſe, und Beweis, daß die Vollblütigkeit an und vor ſich ſelbſt keine Krankheit genennet zu werden verdiene* Glogau 1760. 8.* 1764. 8.* Arterias duas venasque duas diſtinguit, ex quibus hæmorrhoides fluere poſſunt.

EJ. *De pallore faciei ſalutari & morboſo* Sorau 1762. 8. etiam 4.

EJ. *Ausmeſſung des menſchlichen Körpers und der Theile deſſelben, zum Gebrauche der Aerzte, Mahler und Bildhauer* Glogau 1766. 8.

Nicolaus GIRALDI, anatomes & chirurgiæ Profeſſor Romanus, edidit Rom. 1753. 4.* *rifleſſioni anatomiche ſopra le cenſure ultimamente date alla luce contro il dotto* E. BOERHAAVE. C. PETRIOLI adverſus BOERHAAVII monita hic recuſa dantur, & adjiciuntur vindiciæ præceptoris noſtri adverſus PETRIOLI argutias. Vix credas, qui non legiſti, hunc acrem in alios virum panniculum carnoſum in corpore humano recipere: ductum choledochum habere pro pancreatico: hepaticam arteriam pro ramo habere ſplenicæ: ſecundam cœliacam in EUSTACHIO reperire, & lactea vaſa: auricularum cordis pulſum cum pulſu ventriculorum ſynchronum facere.

J. Frid. JACOBI *Betrachtungen über die weiſen Abſichten Gottes &c.* Hannover 8. 2.Vol. a. 1753. ad 1766. In T. I. quæritur, cur ſolus homo inermis neque ſufficiens ſibi partu edatur, cur capite imperfecto. Ut imaginatio, per obſcuras repræſentationes, nos ad amorem, aut ad odium illiciat. Nævis fidem adhibet.

J. Aug. KOESELIZ *Beweis, daß der natürliche Einfluß das wahrſcheinlichſte Verhältniß zwiſchen Leib und Seele ſey* Witteberg 1753. 8.

Caſpar HOEFLER's *Anweiſung zur Bienenzucht, und Betrachtungen über die Bienen des Herrn* MARALDI Leipzig 1753. 8. ſed dantur priores editiones.

Peter TEMPLEMAN *curious remaks and obſervations in phyſiks, anatomy, chirurgy &c. from the memoirs of the R. Acad. of Sciences of Paris* London 1753. 8.

§. MCXXXVI. *Jacob Chriſtian* SCHÆFFER,

V. D. M. microſcopio multum uſus & pictore, quem ipſe aluit & inſtruxit, multa ſcripſit argumenti quidem zoologici, ut tamen paſſim ad rem noſtram faciat. Ejus *Egelſchnecken in den Lebern der Schaafe* Ratisbon. 1753. 4.* Hæc animalcula in ductibus bilariis habitant, neque alibi, neque in ſanguine. Bilis ea non amara eſt. Os habent bilem dimittens, vaſa intus ramoſa, vulvam in pectoris principio, ſupra eam penem intortum: motu undulatorio reptant. Non timent oleum. Anus; ovaria, ova numeroſa ad mille: multiplicatio celerrima.

Ej. *Die Sattelfliege beſchrieben* Regensburg 1753. 8.* Libramentis amiſſis volandi facultatem amittit.

Ej. *Apus piſciformis inſecti aquatici ſpecies nuper detecta* Ratisbon. 1753. 4.* Mas eſt & femina: ejus oculi bini, os, inteſtinum, vas perpetuo agitatum, forte cor; branchiæ; duo penes, magnum ovarium.

Ej. *Die Armpolypen in den ſüſſen Waſſern von Regenſpurg entdeckt* Regenſpurg 1754. 4.* Tres animalculi ſpecies deſcribit. Experimenta *Abrahami* TREMBLEY confirmat ſuis. Color a cibo. Nataſſe vidit. Lucem quærunt; hieme cibo fere abſtinent. Mater facit agitando ſe, ut pullus delabatur. Una continua pullo & matri cavitas eſt. Monſtra fecit ſecando & hydras. Nodulos alimento diſtentos in novum abire animal. Pro ovis ſunt habiti.

Ej. *Die grünen Armpolypen* Regenſp. 1755. 4.* Non mutant colorem: frequenter locum mutant; paſcuntur minimis animalculis. Reviſcunt emortua ex ſiccitate. Pulex aquaticus alter caudatus, præda polyporum, pene præditus & ovario. Pariunt ſolitarii. Pulex aquaticus cauda deſtitutus. Anguillula aquatica capitata, tribus magnis vaſis inſtructa, diſſecta ſe in duo animalia complens.

Ej. *Die Blumenpolypen des ſüſſen Waſſers* Regenſp. 1755. 4.*, quæ animalcula rotifera Anglorum. Corpus animalculi in tubulo habitat: tria cornua ſerrata maxima velocitate agitantur, ut rotam referant. Vaſa & ipſum cor ſe putat vidiſſe. Non vidit ſe multiplicaſſe.

Ej. *Neuentdeckte Theile an Raupen und Zweyfaltern &c.* Regenſp. 1754. 4.* Conus in eruca incerti uſus. Erucarum oculi ſex. Dura particula papilionis feminæ, qua putat animalculum terram effodere, ut ovum deponat.

Ej. *Der Krebsartige Kieſenfuß mit der kurzen und langen Schwanzklappe* Regenſp. 1756. 4.* Monoculus cauda biſeta, pedibus natatoriis, frequentiſſime exuvias mutans. Omnia individua ova continent, rubra, quæ poſt multos annos in nova animalcula perficiuntur.

Ej. *Beſchreibung des Uferaaſes oder Hafts* Regenſpurg 1757. 4.* Tres facit ſpecies: deſcribit eam, cui branchiæ dorſo incumbunt. Eorum vita ſub vermis ſpecie: evolutio animalculi volantis, ejus anatome, vita duarum horarum, quo tempore cœunt & pariunt.

EJ. *Beſchreibung verſchiedener Zweyfalter und Käfer mit Hörnern* Regenſp. 1758. 4.* vix huc facit.

EJ. *Wunderbarer Eulenzwitter* Regenſpurg 1761. 4.* Putat ſe papilionem vidiſſe, cui alterum latus maſculum fuerit, alterum femininum.

EJ. *Pentas piſcium Bavarico-Ratisbonenſium* ib. 1762. 4.* cum anatome.

EJ. *Der Zweyfalter oder das Afterjungferchen* Regenſpurg 1763. 4.* Neque perla eſt, neque papilio, carnivorum inſectum, pene in extrema cauda poſito. Utriusque ſexus organa valde ſibi ſimilia.

EJ. *Der weichſchalichte Kronen- und Keulenkäfer* Regenſp. 1763. 4.* Et penem deſcribit, & vaginam, & ovaria.

EJ. *Die Mäurerbiene in einer Rede beſchrieben* Regenſp. 1764. 4.* Proboſcidis anatome & partium genitalium, & nidus, cum certis ſignis præviſorum finium.

EJ. *Zweifel und Schwürigkeiten, welche in der Inſecten-Lehre annoch vorwalten* Regenſpurg 1766. 4.* Ad hiſtoriam naturalem magis pertinet. Scarabæos ſæpe alterius generis femellas fecundare. Aliam maris, quam feminæ ſæpe fabricam eſſe.

EJ. *Elementa Entomologiæ* Ratisbon. 1766. 4.* Partes inſectorum iconibus illuſtratæ.

EJ. *Erſtere Verſuche mit den Schnecken* Regenſp. 1768. 4.* EJ. *Fernere Verſuche mit den Schnecken* ib. 1769. 4.* Accurate reſectis antennis, utique novas ſucceſſiſſe, & caput abſque antennis abſciſſo capiti.

§. MCXXXVII. *Varii.*

Balthaſar SPRENGER, Profeſſoris nunc Maulbrunnenſis, *opuſcula phyſico-mathematica* Hanover. 1753. 8.* Huc pertinet alcyonis natura incorruptibilis & expers putredinis. Serinum cum linaria fecundos pullos generare, qui cum ſerinis maribus copulati veros ſerinos reddiderunt; cum aliis, hybridibus, linariæ craſſum roſtrum retinuerunt.

In EJUSD. *Einleitung in die neuere Bienenzucht* Stuttgard 1773. 8.* De generatione apum. Mas a coitu perit. Durum ſibi videri, ex vulgari nympha reginam ſola mutata victus ratione produci poſſe. SCHIRACHIANAM artem ex favo exciſo reginam obtinendi, caſu tantum reſpondere, ſi in exciſo favo cellula regia fuerit: reginam abſque diſcrimine ova ſua in omnes alvearis partes deponere. Apis nuper nata omnia callet artificia, quæ exercitatæ, nulla ergo diſciplina edocentur.

Stephani GASPARETTI *oſſervazioni medico chirurgiche* Bologna 1753. 4.* Secunda 27. demum hora ſponte ſecedens, quam auctor ſuadet, niſi graviſſimæ cauſæ urſerint, naturæ permittere.

Sim. Frid. FRENZEL *de cadaveribus humanis ad præſentiam occiſoris cruentatis* Francof. & Lipſ. 1753. 4.*

Gerard ten HAAF, Chirurgus Roterodamenſis, ad editionem ſuam *Siphræ & Puæ Johannis v* HOORN Amſterdam 1753. 8.* recuſæ aliquas ſuas addidit adnotationes. Inter eas eſt de ſignis graviditatis, de doloribus partus; alia. Alias denuo de eo viro dicetur.

Jac. Reinboldi SPIELMAN, Profeſſoris Argentinenſis, celebris chemici, *de optimo recens nati alimento, lacte* Argentor. 1753. 4.* Analyſis lactis equi, aſini, vaccæ, ovis, capræ, etiam feminæ. Plurimum aquæ aſina habet, plurimum pinguis ovis, eadem plurimum caſei.

EJUSD. *Inſtitutiones chemiæ prælectionibus academicis accomodatæ* Argentorati 1763. 8.* & multo auctius 1766. 8.* Multa paſſim ad nos pertinent. Analyſis urinæ, aliarum partium corporis humani, cornu cervini. In cerebro plurimum olei & urinoſi ſpiritus. De phoſphoro &c.

Germain Philippe le MONNIER *diſſ. ſur les maladies des dents, avec le moyen d'y remedier & de les guérir* Paris 1753. 12. PORT. De formatione & incremento dentium.

Georg YOUNGE *treatiſe on opium founded on practical obſervations* London 1753. 8.* De ſomni natura.

John BOND *an eſſay on the incubus or nightmare* London 1753. 8.* De variis circuitus ſanguinis impedimentis ex ſitu ſupino oriundis. De morte voluntaria TOWNSHENDI. Utique ventriculum aortam comprimere &c.

Recueil des pieces qui ont concouru pour le prix de l'Acad. R. de Chirurg. Paris 1753. 4.* Paſſim hactenus huc ſpectant.

Joachim FRANKENS *Abbildung der Arzneyerkenntniß* Schleswig 1753. 8.* Scholaſtica varia: de influxu animæ; de ejus imperio & aliis functionibus ſoli corpori ſubjectis.

In *Zachariæ Conradi von* UFFENBACH *merkwürdigen Reiſen* 8. 3. Vol.* Ulmæ editis, paſſim aliqua huc faciunt, ut de RUYSCHII muſæo, de LEEUWENHOECKIANO, de SLOANEO, de WOODWARDII moribus. Cranium Cantabrigiæ vidit, petroſo concremento obductum, cætera non mutatum.

Urbani HIÆRNE *tentaminum chemicorum* T. II. edidit J. G. WALLERIUS Holm. 1753. 8.* De ſale acido formicarum.

§. MCXXXVIII. *Diſputationes.*

Petri CASTELL *experimenta quibus conſtitit varias humani corporis partes ſentiendi facultate carere* Götting. 1753. 4.* Experimenta utique numeroſa, in quibus inveni, in brutis quidem animalibus, tendines, duram membranam cerebri, ligamenta, capſulas, perioſteum, pleuram ſenſus nulla ſigna dare. Tendines diſſectos & convaleſcentes celluloſa quædam conjungit, quam Cl. vir fuſe deſcripſit. In homine etiam tendo inſenſilis. Nulla unquam ex vulneribus earum partium ſymptomata. Exſtat in nova collectione chirurgica.

J. Andreæ

J. Andreæ HAMMERSCHMIDT *de notabili diſcrimine inter ſanguinem arterioſum & venoſum* Gotting. 1753. 4.* Sanguinem arterioſum fluidiorem eſſe, celerius exhalare, rubicundiorem videri, plus habere odoris.

J. Dieterich WALSDORF *experimenta circa motum cerebri, cerebelli, duræ matris & venarum in vivis animalibus inſtituta* Gotting. 1753. 4.* Experimenta partim noſtra, partim Cl. noſtri auditoris. Per ea conſtitit, duram meningem cerebri læſam nulla dare ſenſus ſigna. Ablato cranio, neque prius, motum in cerebro inque dura membrana adparere, ut in exſpiratione adſcendant, deſcendant inter inſpirandum. Duram matrem in cranio integro immotam eſſe, & ubique accurate ad cranium adhærere. Eo ablato moveri, quod ſanguis inter inſpirandum facilius & uberius pulmonem ſubeat. Neque in ſolis cerebri venis, ſed & in aliis, hunc a reſpiratione fluxum & refluxum percipi.

J. Adriani Theodori SPROEGEL *experimenta circa varia venena, in vivis animalibus inſtituta* Gotting. 1753. 4.* Cl. noſter auditor & commenſalis, inde Profeſſor Berolinenſis, plurima & laborioſa experimenta fecit in animalibus, quæ venena varia coegit devorare. Eorum effecta adnotavit, & ea veſtigia veneni, quæ in cadaveribus inciſis apparuerunt. Opium omnem ciborum coctionem deſtruit: ipſam iridem ſua privat irritabilitate. Arſenicum & cobaltum eadem fere ſymptomata faciunt cuti inſperſa, quæ per os adſumta. Experimenta infuſoria varia.

EIDEM programm. Berlin 1767. 4.* *de antagoniſmo inter muſculos illorumque actionis cauſis.* Non omnes muſculos antagoniſtas habere: vim muſculorum non eſſe ab irritatione.

Petri DETLEF *oſſium calli generatio & natura, per fracta in animalibus rubiæ radice paſtis oſſa demonſtrata* Gotting. 1753. 4.* Inciſor olim noſter pulchra experimenta & utilia ſuſcepit in avibus, etiam quadrupedibus, rubia paſtis. Nulla pars corporis tingitur, præter oſſa, in quæ particulæ aſperæ rubiæ deponuntur. In canis lacte nihil mutatum eſt. In callo ſoli oſſei nuclei tinguntur. In eo callo nova vaſa naſcuntur, oritur autem manifeſto ex oſſe & ex ſucco exſudante, in gluten & gelatinam confirmato. Hæc accuratiſſime noſter per horas vidit, & conſignavit. Præcipua momenta ipſe recudi feci, cum meis, Lauſann. 1758. 12.* & 1767. 4.* in operibus minoribus.

J. Henricus v. BRUNN magni BRUNNERI nepos, WEPFERI pronepos, jam anno 1752. in conventu ſocietatis Regiæ oſtenderat„ de canis ſub aquam merſi pectore nullam aquam adſcendere; continuo vero, quando exemti animalis pectus aliquem aërem admiſerat.

Inde a. 1753. 4.* diſputavit *de experimentis quibusdam circa ligaturas nervorum in vivis animalibus inſtitutis.* Nervo ligato, muſculus inſenſilis fit, & ad motum voluntarium inidoneus. Neque ideo naturam irritabilem amittit. Vincula nervis injecta plerumque funeſta ſunt; a nervo octavi paris ligato etiam potiſſimum.

Excerpta habentur ea experimenta in T. II. Actorum Helveticorum.

Samuel BALLIGHA *propoſitiones medicas* defendit, Götting. 1753. 4.* etiam phyſiologicas.

 J. Chri-

J. Chriſtophorus KUHLEMAN ſummo labore & incredibili tædio præfuit fefecundationi quadraginta fere ovium, quas in theatrum noſtrum adtulit, ut incrementa ſubcreſcentis fetus ſpeculari poſſem. Adparuit in ove in venerem furente veſiculam in ovario tumuiſſe; a venere tubam ovario fuiſſe adplicatam; veſiculam ruptam mucum cruentum emiſiſſe; ſubnatos in ea fuiſſe floccos, qui paulatim quaſi in acinos confirmati abierunt in corpus luteum. Verum ovum non ante d. 17. vidimus, oblongum & mucoſum folliculum. Hujus fetus ſubnaſcentem perfectionem noſter accurate contemplatus eſt ad diem fere 40. Recuſ. 1753. 4.* Lipſiæ. Titulus eſt *obſervationes circa negotium generationis* Gottingæ 1753. 4.*

Joachim Jacob RHADES *de ferro ſanguinis aliisque liquidis animalibus* Gotting. 1753. 4.* Experimenta ipſe fecit, aliquantum a MENGHINIANIS diverſa. Solus cruor ferrum continet. Serum cum variis ſalibus conpoſuit. Liquor amnii parum habet gelatinæ. Ex adipe habuit acidum liquorem.

Emanuel Joh. EVERS *experimenta circa ſubmerſos in animalibus inſtituta* Gotting. 1753. 4.* Et ipſe auditor noſter coram me hæc experimenta fecit. Utique in vivis animalibus ſubmerſis aquam in pulmone fuiſſe, inque ventriculo; nunquam vero in iis canibus, qui a morte aquis demerſi fuerant. In inteſtina aqua non tranſit. Nunquam potuit ſubmerſas beſtias refocillare.

J. Georgii RUNGE, pariter auditoris noſtri, inde Profeſſoris Bremenſis, *de voce ejusque organis* Leid. 1753. 4.* Etiam hæc experimenta in noſtro theatro facta ſunt, ultima eorum ad quæ capienda ingenuos juvenes excitavi. Utile certe fuit inſtitutum, & ad publica commoda multum collaturum, niſi me adverſa valetudo vitam coegiſſet quærere minus laborioſam. Cæterum Cl. RUNGE experimenta FERRENII imitatus eſt, & tonos acutiores aut obtuſiores reddi reperit, uti ligamenta glottidis magis minusve tenderentur. Superiorum ligamentorum, quæ & ipſa oſcillant ſuosque tendines habent, tonus altior eſt. Acutiſſimus ſonus fit a ligamentis inferioribus, hactenus ſeparatis, ut ſoli fines ad cartilaginem hæreant. Acuti etiam ſoni fiunt adſcendente larynge. Ad anatomen laryngis varia. Foramina vaſculoſa. Ligamenti thyreohyoidei oſſiculum. Thyreoepiglottideos muſculos homo habet, non perinde hyoepiglottideos. Nervi accurate dicti.

Daniel van EYCK *de ventriculo* Leid. 1753. 4.*

Joh. HIDDINGA *de vi & effectu arteriarum in fluida contenta* Leid. 1753. 4.*

Friderich ALLAMAND *de externo tactus organo* Leid. 1753. 4.*

J. Alberti SCHLOSSER *de ſale urinæ humanæ nativo* Leid. 1753. 4.* Optime præparari ſola exhalatione, ut ex libra decem ſcrupuli naſcantur. Ex eo verum ſalem marinum obtinuit, tum ſpiritum ammoniacum & ſalem lixivum.

Reddidit adjecto *tr. de calcis vivæ actione in ſalem volatilem alcalinum* 1760.

In *Phil. Tranſ.* n. 49. P. II. deſcribit animal a polypis diverſum, conſtans vivis radiis in medium calycem convenientibus.

J. Flo-

J. Florentius MARTINET *de reſpiratione inſectorum* Leid. 1753. 4.* Potiſſimum de effectibus, qui a vaporibus in chryſalides & alia inſecta edantur. Oleum omnia necat, ſpatium aere vacuum perpauca.

Arthur MAGENIS *de urinis* Leid. 1753. 4.*

Jac. d'ANCONA *breviſſima primarum viarum hiſtoria* Leid. 1753. 4.*

Levi LEO *de natura* Leid. 1753. 4.*

Andreæ Bernardi HEIMANN *de pericardio ſano & morboſo* Leid. 1753. 4.* Partem aliquam hujus aquulæ albuminoſæ eſſe indolis.

J. SCHIMMELPFENNINCK *de mente & ejus eſſentia* Harderwyck 1753. 4.*

Bartholom. v. SCHELLEBEEK *de fœtu in utero vivente & exinde in lucem prodeunte* Utrecht 1753. 4.*

Robert INNES *de ileo* Edinburgh 1753. 8.* Motum periſtalticum contra HAGUENOTUM tuetur. Non putat feces alvinas veras vomitu reddi.

Joh. URBAN *de hæmorrhagia uterina* Edinburgh 1753. 8.* Sinus uteri eſſe venarum adpendices. Menſes a plethora derivat.

Alexander AINSLIE *de vomitu idiopathico* Edinburgh 1753. 8.* Non vidit ventriculum in vomitu agere.

Alexander THOMSON *de effectu pathematum in corpus* Edinburgh 1753. 8.*

Samuel MERRIMAN *de conceptu* Edinburgh 1753. 4.*

Joachim Henrich GERNET *de ſiccitate ſenili* Lipſ. 1753. 4.* Cartilagines laryngis vidit oſſeas, in aſpera vero arteria easdem cruſtas oſſea obductas. Induratæ arteriæ coronariæ, & dura cerebri membrana.

J. Erd. Frid. Maurit. GILBERT *de putredine in corpore animali* Lipſ. 1753. 4.*

Rutger Gottlieb HOERNIGK *de partuum induratione morboſa* Lipſ. 1753. 4.*

Thomas Georg SUTER *de ſtatu ſano & morboſo incolarum maris Balthici* Lipſiæ 1753. 4.*

Ern. Henr. HAUSDÖRFER *de aëris in corpus humanum ingreſſu & morboſa in eo geneſi* Lipſ. 1753. 4.*

David WIPACHER *de phlogiſtico animali ut variarum morbum cauſa* Lipſiæ 1753. 4.

J. DAN. ISAAC *examen ſpirituum animalium* Hall. 1753. 4.

Elkana Benedict MAYER *de ſignis ex ſanguine per venæ ſectionem emiſſo petendis* Hall. 1753. 4.*

Georg Henr. TROSCHEL *de cataracta omni tempore deponenda* Hall. 1753. 4.* Etiam anatomen oculi tradit. PR. A. E. BUCHNER.

Gotthard Wilhelm REICHART *de uteri connexione cum mammis* Hall. 1753. 4. P. BUCHNER.

Chriſtiani UNGNAD *caſus phyſiologico anatomicus raro obvius fœtus circiter bimeſtris*

meſtris in utero matris aquis ſuffocatæ aliquot partibus ſuperſtitis reliquis putrefactis Sedin. 1753. 4.

Phil. Georg SCHROEDER, Profeſſoris inde Gottingenſis, *an aër ſanguini in pulmonibus admiſcetur* Marburg. 1753. 4.* Adfirmat.

EJ. *Experimentorum ad veriorem cyſticæ bilis indolem explorandam captorum ſectio* I. Götting. 1764. 4.* Diſſ. per experimenta nata. Bilis cyſtica humana ſero fœtuit. Bilis non impedit olei ſeparationem nec acorem. Non ſolvit olea, neque cum aqua miſcet.

L. Henr. RIECKE P. J. G. GMELIN *ſingulare anthropologiæ ſpecimen* Tub. 1753. 4.*

J. Nepom. TICHY *de aëris proprietatibus naturalibus, nec non morbis ab aëris vitio ortum ducentibus* Wien 1753. 4.*

J. Melchior STÖRK *de reſpirationis actione* Wien 1753. 4.*

EJ. *De viſus organo* ib. 1753. 4.

EJ. *De ſecretione in genere* ib. 1753. 4.

Joſ. Lud. GOYRAND *in duodecim quæſtionibus* Monſpel. 1753. 4.* agit de ſpina bifida.

Frid. REBMANN *de omento ſano & morbido* Argentor. 1753. 4.

J. Phil. ENGELBACH *de nutritione generatim* Argentor. 1753. 4.

J. Petr. BUCHNER *de viſione ſimplici & duplici* Argentor. 1753. 4.

ID. *De rachitide perfecta & imperfecta* Argentor. 1754. 4.* & in *noſtris ſelectis pract.* Puer rachiticus venenata anima, quæ avem occidit, demum inciſus: pro oſſium medulla ichor &c.

Jacob. Franc. LATTIER & J. B. HATTE *E. toti œconomiæ animali præſunt leges phyſicis experimentis detegendæ* Pariſ. 1753. 4.*

Edmund Thom. MOREAU & SOLIER *E. ex utriusque ſexus ſeminis miſcela fetus* Pariſ. 1753. 4.*

Claudii Joſeph SOLIER & MACQUART *E. a ſemine partium robur* Pariſ. 1753. 4.*

J. B. THURANT & MISS *E. ſibi invicem auxiliantur diverſæ glandularum functiones* Pariſ. 1753. 4.

Mich. Joſ. MAJAULT & N. MILLIN *de* COURVEAULT *E. junioribus ex ſeniorum cohabitatione detrimentum* Pariſ. 1753. 4.

J. Ant. SCOPOLI *de affectibus animi* Trident. 1753.

Ann. V. anatome fetus damæ.

Petri FONTAINE *tumor abdominis* Baſil. 1753. 4.*

Achillis MIEG *ſpecimen obſervationum anatomicarum & botanicarum* Baſileæ 1753. 4.* Accurate de muſculo plantari, lumbricalibus, metacarpeo, extenſore brevi pollicis pedis, nervo iſchiadico, varietatibus aortæ.

EJUSD. in *Act. Helvet.* T. III. de fele relatio, quæ poſt cæſareum partum undecimo die peperit.

In

In Ep. 188. 192. T. V. ad me data anatomen accuratam fibram carnearum valvulæ coli dedit.

In *Mém. ſur la ſenſibilité & l'irritabilité* T. III. experimenta Cl. VIRI continentur de loco cerebri, quo irritato convulſiones naſcuntur. In medulla oblongata & corporibus ſtriatis ſubſtitit.

Henrici SULZER *de actione cerebri decuſſata* Baſil. 1753. 4.*

J. N. WESSEL *de partu cum hæmorrhagia ob placentam orificio uteri adhærentem* Baſil. 1753. 4.*

§. MCXXXIX. *Diaria anni* 1754.

In *Phil. Tranſ.* anni 1754. T. XLVIII. P. II. iterum *Jacobi* DOBSON calculi ad ſpem vitæ in varia ætate hominis ſuperſtitem.

Wilh. BRAKENRIDGE de numero incolarum Londinenſium. Trigeſimus quisque quotannis moritur, ruri quinquageſimus.

Ej. in T. XLIX. P. I. de vitiis tabularum emortualium Londinenſium, quæ utique ſunt maxima. Nam & morientium numerus nimis parvus eſt, & inprimis naſcentium. Deinde longe plures adulti moriuntur alibi nati, qui Londinum petunt, fortunæ vices experturi.

Jacobi TULL caſtratio piſcium.

J. JACOB chirurgi, oſſa Elephanti in Anglia eruta.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* B. de JUSSIEU de piſce bicipite.

In *Swenſk. Acad. Handl.* 1754. T. XV. *Martin* KAEHLER de polypis lapides rodentibus.

Petri WARGENTIN equitis, amici noſtri ſingularis, duæ diſſ. de tabulis naſcentium & morientium. Partus æquant a $\frac{1}{25}$. parte viventium ad $\frac{1}{31}$. Puerorum partus uberiores ſunt, & civium Europæ numerus videtur augeri.

Ib. a. 1755. T. XVI. In Suecia eſſe ubi 144. homines naſcantur ad 100. morientes. Numerum incolarum certius iniri, ſi & mortes in tabulas referantur & partus: illas eſſe ad incolas fere ut 1. ad 40. Porro tabulas HALLEYI & aliorum cum ſuis comparat, ut ſpem vitæ eruat. Longævi Batavi, vivaciores feminæ. Spes vitæ alia quam apud HALLEYUM. Nondum ſanata vulnera belli tabulas Suecicas turbant. Denique de mortis potentioribus cauſis ex magnarum civitatum exemplo.

IDEM de menſibus quibus plures infantes naſcuntur, nempe Septembre M.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* X. Pleraque cum ſuis auctoribus dicta ſunt. Duæ in cartilaginibus laryngis oſſificationes.

In *Verſuchen und Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft in Danzig* Tomo II. a. 1754. 4.* excuſo de aphidis partu virgineo G. REYGER.

La Motte experimenta de ſimplici viſu & duplici.

In *Commentariorum Acad. Reg. Scient. Gott.* T. IV. *Tobias* Mayer, celebris olim Aſtronomus de acie egit oculi; de angulo, quo minor non ſufficit ad videndum, deque ejus anguli menſura, quæ eſt ad 34. ſecunda min. ubi lucis eſt ſatis &c.

In *Hamb. Magaz.* T. XIII. O. K. S. M. de particulis in ſanguine ferreis. Cæruleum Berolinenſe habere colorem ſuum a ferro in ſanguine latente.

T. XIV. de vegrandi oſſe femoris circa Schierz reperto.

In *œconom. Abhandlungen* T. VI. bona hiſtoria, etiam anatomica, aſtaci. Negat fluvialem aſtacum certo loco artum decutere.

In T. VII. de ovis longis gracilibus ex morbo natis.

In *Mém. de l'Acad. des belles lettres de Caen* Caen 1754. 8.* J. André agit de corporis humani miraculis.

Chibourg de mechaniſmo, quo affectus animi ſuam efficaciam exſerunt.

In *œconom. Nachrichten* T. V. agitur de incubatione: etiam eas aves incubare, quæ a matribus non ſuis excluſæ ſint. Ut piſces conpreſſo aëre ſub glacie ſtupidi reddantur.

T. VI. de piſcium ſomno ſ. ſtupore hiemali.

Hoc anno prodiit *Eſſays and obſervations phyſical and litterary published by a Society at Edinburgh Vol.* I. Edinburgh 1754. 8.* Plura hic phyſica, anatomica pauciora. *Alexander* Monroo & *David* Hume ei ſocietati a ſecretis, fuerunt. Gallice recuſum eſt hoc diarium *ſuite des Eſſais d'Edimbourg* Paris 1764. & Germanice *Zuſätze zu den Edinburgiſchen Verſuchen &c.* Altenburg 1755. 8.

In *Journal de Medecine* T. I. *Henricus* Missa, quem Gottingæ vidimus, labium leporinum deſcribit, in quo ſuperior maxilla deficiebat, & dentes in cartilaginem erant implantati.

D. Burette de lethargo.

Oſſicula in dura meninge.

In *Hanoverſch. gel. Anzeig.* 1754. de morbis gallinarum.

In *Stokholm. Magaz.* Stockholm 1754. 8.* auctore *Carolo Emanuele* Klein recuduntur ſcripta minora Suecorum.

Hic Ill. *Carolus de* Geer de generatione inſectorum.

In *London Magazine* 1754. p. 187. Surdus natus, non tamen conſcientia deſtitutus, neque DEI timore & cognitione.

§. MCXL. *Donald & Alexander* Monro, *Alexandri* filii.

Prior fratrum, aliquamdiu noſter auditor, in *Eſſ. read before a ſociet. &c.* egit de utero gravido, ad tria cadavera muliebria. Inquiſivit num liberum aliquod vaſo-

vaſorum uteri cum placentæ vaſis ſit commercium. Vidit oſtia venarum uteri, quibus quaſi valvulas putat præponi. Ex iis cera in vaſa uteri inpulſa prodiit, neque tamen in placentam tranſiit. Arterias vidit ſerpentinas uteri, & putat aliquas etiam placentas arterias in uteri ſinus ſe inmittere.

Ejusd. *de hydrope* diſp. Edinburgh 1753. 8.* deinde in librum confirmata Londin. 1755. 8.* cum titulo *an eſſay on the dropſy and its different ſpecies.* De variis ſedibus, in quas aqua hydropica effunditur. Non putat vaſa lymphatica rumpi. In moribundo pupillæ dilatatæ.

Alexander Monro jun. in eodem *Eſſays &c.* primum agit de teſte & epididymide. Vaſculum vidit ab epididymide decedens. Dubitabat eo tempore, num unico is funiculus ductu fieret. Sed certe eſt unicus.

Ad uterum gravidum idem. Venæ uteri gravidi enormiter amplæ. Arteriæ ſerpentinæ. Arteriæ aliquæ in ſinus uteri apertæ. Eos ſinus veras eſſe venas dilatatas.

Ejusd. Diſſ. inauguralis *de teſtibus & ſemine in variis animalibus* Edinburg 1755. 8.* Cum argento vivo ex alto tubo in epididymidem delabente ea vaſcula repleviſſet, ſimilia fere eorum invenit, quæ ego vidi: in variis autem animalibus has illasve particulas liquidius expreſſas invenit. Proceſſum peritonæi recte a vagina celluloſa diſtinxit: fetum teſtes in abdomine habere confirmavit. In variis animalibus arteria ſpermatica inferne lateſcit. Nulla peculiaris arteriarum cum venis eſt anaſtomoſis. Non datur ex arteriis in teſtis vaſa ſerpentina liquorem impellere. Unicum vaſculum epididymidis. Menſuræ, plicarumque numerus ad 11100. Rete teſtis & ramos vaſculoſos perinde reperit, ut nos. Vaſculum aberrans in avibus in pectus uſque perſecutus eſt. Vaſa lymphatica faſciculi ſpermatici in animalibus vidit repleri, quando argentum vivum extra vaſa effuſum erat. Vermiculi ſpermatici vera ſunt animalia. Bonæ icones, potiſſimum ex animalibus. Aliqua de piſcium veſica aërea, hinc ab œſophago ductum habente, inde cloacæ inſerta.

Ejusd. *De venis lymphaticis valvuloſis & earum potiſſimum origine* Berlin 1757. 8.* Lauſann. 1761. 8. Lipſ. 1770. 8. Ea vaſa neque ex arteriis oriri, neque ex venis, ſed ex celluloſa unice tela; neque injectum in vaſa rubra liquorem in lymphatica tranſire, niſi poſtquam in celluloſa ſpatia effuſus eſt. Omnem humorem tenuiorem per vaſa valvuloſa lymphatica in venas redire. Valvularum receptam utilitatem contra Hambergerum defendit. Vaſa lymphatica ventriculi in ductum thoracicum ducentia.

Ej. *Obſervations anatomical and phyſiological wherein* D. Hunte'rs *claim to ſome diſcoveries is examined* Edinburgh 1758. 8.* De inventis Hunteri, quæ ſint anni 1752. & noſtris nuperiora. Reſorbtionem ex celluloſa tela ſe a. 1757. in ſcripto equidem typis non edito, dixiſſe. Pro nobis adverſus Cl. *Marcum* Akenside, & contra ſeries vaſorum minorum. Ductus lacrumales in homine viſi & depicti.

La MOTTE experimenta de ſimplici viſu & duplici.

In *Commentariorum Acad. Reg. Scient. Gott.* T. IV. *Tobias* MAYER, celebris olim Aſtronomus de acie egit oculi; de angulo, quo minor non ſufficit ad videndum, deque ejus anguli menſura, quæ eſt ad 34. ſecunda min. ubi lucis eſt ſatis &c.

In *Hamb. Magaz.* T. XIII. O. K. S. M. de particulis in ſanguine ferreis. Cæruleum Berolinenſe habere colorem ſuum a ferro in ſanguine latente.

T. XIV. de vegrandi oſſe femoris circa Schierz reperto.

In *œconom. Abhandlungen* T. VI. bona hiſtoria, etiam anatomica, aſtaci. Negat fluvialem aſtacum certo loco artum decutere.

In T. VII. de ovis longis gracilibus ex morbo natis.

In *Mém. de l'Acad. des belles lettres de Caen* Caen 1754. 8.* J. ANDRE' agit de corporis humani miraculis.

CHIBOURG de mechaniſmo, quo affectus animi ſuam efficaciam exſerunt.

In *œconom. Nachrichten* T. V. agitur de incubatione: etiam eas aves incubare, quæ a matribus non ſuis excluſæ ſint. Ut piſces conpreſſo aëre ſub glacie ſtupidi reddantur.

T. VI. de piſcium ſomno ſ. ſtupore hiemali.

Hoc anno prodiit *Eſſays and obſervations phyſical and litterary published by a Society at Edinburgh Vol.* I. Edinburgh 1754. 8.* Plura hic phyſica, anatomica pauciora. *Alexander* MONROO & *David* HUME ei ſocietati a ſecretis, fuerunt. Gallice recuſum eſt hoc diarium *ſuite des Eſſais d'Edimbourg* Paris 1764. & Germanice *Zuſätze zu den Edinburgiſchen Verſuchen &c.* Altenburg 1755. 8.

In *Journal de Medecine* T. I. *Henricus* MISSA, quem Gottingæ vidimus, labium leporinum deſcribit, in quo ſuperior maxilla deficiebat, & dentes in cartilaginem erant implantati.

D. BURETTE de lethargo.

Oſſicula in dura meninge.

In *Hanoverſch. gel. Anzeig.* 1754. de morbis gallinarum.

In *Stokholm. Magaz.* Stockholm 1754. 8.* auctore *Carolo Emanuele* KLEIN recuduntur ſcripta minora Suecorum.

Hic ILL. *Carolus de* GEER de generatione inſectorum.

In *London Magazine* 1754. p. 187. Surdus natus, non tamen conſcientia deſtitutus, neque DEI timore & cognitione.

§. MCXL. *Donald & Alexander* MONRO, *Alexandri* filii.

Prior fratrum, aliquamdiu noſter auditor, in *Eſſ. read before a ſociet. &c.* egit de utero gravido, ad tria cadavera muliebria. Inquiſivit num liberum aliquod vaſo-

vaſorum uteri cum placentæ vaſis ſit commercium. Vidit oſtia venarum uteri, quibus quaſi valvulas putat præponi. Ex iis cera in vaſa uteri inpulſa prodiit, neque tamen in placentam tranſiit. Arterias vidit ſerpentinas uteri, & putat aliquas etiam placentas arterias in uteri ſinus ſe inmittere.

EJUSD. *de hydrope* diſp. Edinburgh 1753. 8.* deinde in librum confirmata Londin. 1755. 8.* cum titulo *an eſſay on the dropſy and its different ſpecies.* De variis ſedibus, in quas aqua hydropica effunditur. Non putat vaſa lymphatica rumpi. In moribundo pupillæ dilatatæ.

Alexander MONRO jun. in eodem *Eſſays &c.* primum agit de teſte & epididymide. Vaſculum vidit ab epididymide decedens. Dubitabat eo tempore, num unico is funiculus ductu fieret. Sed certe eſt unicus.

Ad uterum gravidum idem. Venæ uteri gravidi enormiter amplæ. Arteriæ ſerpentinæ. Arteriæ aliquæ in ſinus uteri apertæ. Eos ſinus veras eſſe venas dilatatas.

EJUSD. Diſſ. inauguralis *de teſtibus & ſemine in variis animalibus* Edinburg 1755. 8.* Cum argento vivo ex alto tubo in epididymidem delabente ea vaſcula repleviſſet, ſimilia fere eorum invenit, quæ ego vidi: in variis autem animalibus has illasve particulas liquidius expreſſas invenit. Proceſſum peritonæi recte a vagina celluloſa diſtinxit: fetum teſtes in abdomine habere confirmavit. In variis animalibus arteria ſpermatica inferne lateſcit. Nulla peculiaris arteriarum cum venis eſt anaſtomoſis. Non datur ex arteriis in teſtis vaſa ſerpentina liquorem impellere. Unicum vaſculum epididymidis. Menſuræ, plicarumque numerus ad 11 100. Rete teſtis & ramos vaſculoſos perinde reperit, ut nos. Vaſculum aberrans in avibus in pectus uſque perſecutus eſt. Vaſa lymphatica faſciculi ſpermatici in animalibus vidit repleri, quando argentum vivum extra vaſa effuſum erat. Vermiculi ſpermatici vera ſunt animalia. Bonæ icones, potiſſimum ex animalibus. Aliqua de piſcium veſica aërea, hinc ab œſophago ductum habente, inde cloacæ inſerta.

EJUSD. *De venis lymphaticis valvuloſis & earum potiſſimum origine* Berlin 1757. 8.* Lauſann. 1761. 8. Lipſ. 1770. 8. Ea vaſa neque ex arteriis oriri, neque ex venis, ſed ex celluloſa unice tela; neque injectum in vaſa rubra liquorem in lymphatica tranſire, niſi poſtquam in celluloſa ſpatia effuſus eſt. Omnem humorem tenuiorem per vaſa valvuloſa lymphatica in venas redire. Valvularum receptam utilitatem contra HAMBERGERUM defendit. Vaſa lymphatica ventriculi in ductum thoracicum ducentia.

EJ. *Obſervations anatomical and phyſiological wherein* D. HUNTE'RS *claim to ſome diſcoveries is examined* Edinburgh 1758. 8.* De inventis HUNTERI, quæ ſint anni 1752. & noſtris nuperiora. Reſorbtionem ex celluloſa tela ſe a. 1757. in ſcripto equidem typis non edito, dixiſſe. Pro nobis adverſus Cl. *Marcum* AKENSIDE, & contra ſeries vaſorum minorum. Ductus lacrumales in homine viſi & depicti.

Ejusd. *Answer on the notes on the poſtſcripts to the obſervations anatomical and phyſiological* Edinburgh 1758. 8.* *Marcum* Akenside non recte meam de vaſis lymphaticis ſententiam refutaſſe: dari tamen alias cauſas, ob quas non conveniat, eorum originem ex arteriis repetere.

In *Eſſays phyſical and litterary* T. II. 1756. 8.* ad deſcriptionem oſſium capitis in fetu aliqua, cui caput ſemiduplex.

De vaſis lymphaticis valvuloſis & de earum imprimis origine Edinb. 1770. 8.* Vaſa lymphatica unice ex textu celluloſo oriri: neque ſe id inventum habere a Huntero.

In *Eſſ. and obſs. of the philoſophical ſociety at Edinburgh* T. III. Edinburgh 1771. 8.* experimenta exſtant, plurima in ranis facta. Nervis reſectis motus periit. Opium occidit etiam cuti impoſitum. Cor a reſecto capite potius celerius movetur. Opium in ventriculum impulſum lente occidit. In nervos nihil operatur. Nervorum ſympathiam per cerebrum operari. Nervi diſſecti coaleſcunt. Spiritus vini minus ranæ nocet, quam opium, Camphora magis. Vis medicamenti non eſt in ratione ſenſus excitati.

§. MCXLI. *J. Bernhard de* Fischer,

Archiater Ruſſicus, qui, niſi plurimum fallor, etiam nunc in beato ſenio ſupervivit.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* X. *obſ.* 22. agit de albis leporibus.

Obſ. 75. de ſingultu & vagitu in utero auditu percepto.

In *Nov. Act. Vol.* II. *obſ.* 55. nævus, ut putat, ex terrore natus catellæ a loxia territæ.

Ejus l. *de ſenio ejusque gradibus & morbis, necnon de ejus acquiſitione* Erford. 1754. 1754. 8.* Plures feminas ad modicum ſenium, plures mares ad ætatem ſecularem pervenire. Hiemis finem ſenes necare. In ſenibus eſſe cor amplum, amplam aortam, indurationem oſſeam membranarum arteriarum, potiſſimum inferiorum, cerebrum firmius, involucrum lienis durum, ſic glandulas, oſſaque arida, totum corpus levius, ſenſus obtuſiores, excretiones parciores, maxillam minus firmam. Salis portionem putat cum ſenio creſcere: ſudorem fieri viſcidiorem. Seneſcere etiam aſitos.

Nova editio Erford. 1760. 8.* multum aucta eſt.

Compendium Germanice prodiit cura auctoris Hall. 1762. 8.

In *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* III. *obſ.* 71. de vagitu uterino alterum teſtimonium dixit.

§. MCXLII. *Laurentius Theodorus* Gronovius.

J. Friderici fil. naturæ ſtudioſus, etiam potiſſimum animalium. Ej. *Muſæum ichthyologicum ſiſtens piſcium indigenarum & quorumdam exoticorum qui in muſæo*

muſæo L. T. G. *adſervantur deſcriptiones ex ordine ſyſtematico* Leid. 1754. fol.* Paſſim intercurrunt aliquæ piſcium inciſiones, ut ſiluri, qui penem habere dicitur & omentum. Cycloptero verum eſt meſenterium, & in eo vaſa alba, quæ ad particulam ciſternæ chyli non diſſimilem coeunt. (quo ex loco videas præter Bartholinum etiam Gronovium de vaſis lacteis piſcium cogitaſſe.)

T. II. Leid. 1756. fol.* *Acc. amphibiorum animalium hiſtoria zoologica*, quo refert ſerpentum & ranarum claſſes.

Ej. *Zoophylàcii* Gronoviani faſc. I.; *exhibens animalia quadrupeda amphibia atque piſces muſæi ſui* Leid. 1763. fol.* Piſces uberiores. Gymnotus Surinamenſis videtur electrico vapore nocere.

T. II. 1764. fol.* Inſecta continet.

Ej. *Brief aan* C. N. *over nieuw ontdekte zeediertjes* (Beroe & meduſa) *en byzonders van den ſiddervis of beefaal* in *Uytgeleez verhandel.* T. III. de eodem gymnoto.

Ej. *Brief aan N. behelzende een nieuwe waarneeming omtrent zeker zeegewas* (ovarium cochleæ ib. v. 2.)

Ibid. cyclogaſtrum deſcribit.

In *Act. Helvet.* T. IV. accurate agit de anguilla ſtuporifera Surinamenſi. Ictu lædit, qui per lignum, ſed potiſſimum per metallum propagatur.

Idem de animalculo marino gelatinoſo & polypi ſpecie.

§. MCXLIII. *Anatomici Varii.*

Archangeli Piccolhominei *anatome integra* cum præfatione & emendatione J. Fantoni, Venez. 1754. fol.* Inſignis fraus typographi. Nuperum enim eſt opus hoc ſeculo ſcriptum, cujus auctor omnes membranas ex fibris vel ex laminis celluloſæ telæ oriri ſcribat. Icones ex Remmelino & Vesalio fictæ mire deformes.

S. A. D. Tissot, celeberrimus clinicus, noſter in primis amicus, hoc anno vertit & edidit meum *de partibus ſenſibilibus & irritabilibus commentarium*. In præfatione momentum oſtendit, quod novorum experimentorum in univerſa medicina eſt.

In T. III. *meorum commentariorum* quatuor experimenta de tendinis in homine indolentia.

Ej. *Lettre à M.* Hirzel *ſur quelques critiques de M. de* Haen Lauſanne 1762. 12.* agit de pleura inſenſili, per experimentum in homine factum. Noſtram de irritabilibus & ſentientibus corporis humani partibus ſententiam non eſſe Leidæ natam. Multa pro noſtra innocentia.

Francis Penrose *phyſical eſſay on the animal œconomy* Lond. 1754. 8.* Fermentationem habet pro fonte motuum microcoſmicorum. Eam oriri putat

ex igne internum aërem rarefaciente, cui cohæſio partium fermentantis corporis reſiſtit. Ejusmodi fermentatio in ventriculo locum habet, & ex fervente cibo vaporis ſpecie alimentum in vaſa lactea ſubit, hinc in venas, idemque ſanguinem cogit in circulum ire. Cor non cauſa motus eſt, ſed receptaculum, cum veſicula fellis aut chyli comparabile. Denique vapor aufugit per poros inſenſiles & per pulmones.

Xaverius MANETTI, Medicus Florentinus, edidit Florentiæ 1754. 4. *due diſſ. fiſiche del S. de Sauvages la prima de' medicamenti che attacano alcune determinate parti del corpo umano: e la ſeconda, come l'aria con le ſue diverſe qualita opera ſul noſtro corpo.* Notas hic addidit ſæpe ſatis fuſas. Tarantiſmum meram eſſe melancholiam.

IDEM Florenz. 1759. 4.* *Antonii* COCCHI morbum edidit & cadaveris inciſionem.

R. BROOKES *introduction to phyſik and ſurgery* London 1754. 8.* 1763. 8. Germanice Berlin 1770. 8. Phyſiologiam brevem tradit.

EJ. *Neuw and accurat e ſyſtem of natural hiſtory* London 176 . 8. 6. Vol.* Valde vitioſum opus, paſſim cum aliqua anatome.

L'ECLUSE *nouveaux élémens d'odontologie contenant l'anatomie de la bouche* Paris 1754. 12.* Anatome oris, ejus oſſium, muſculorum & vaſorum, fere ex WINSLOWO. De modo, quo dentes lactei a ſubſequentibus aliis depelluntur, ſubtracto iis dentibus alimento.

Samuel MIHLES ad verſionem noſtrarum primarum linearum Londini 1754. 8. 2. Vol.* 1772. 8. 2. Vol.* excuſam addidit hiſtoriam anatomes, tum adnotationes, quibus phyſiologiam BOERHAAVIANAM confirmat. Fibras eſſe ſeries globulorum viſcidorum. Multa tribuit potentiæ contractili arteriarum, etiam convulſivæ; cordi minus. Aërem in ſanguine eo firmius recipit, quod putet ſe ejus ſtrepitum in proprio corde percepiſſe. In ſecundo tomo noſologiam addit.

Recherches & obſervations ſur la durée de la vie de l'homme Nancy 1754. 8.

Amilec ou la graine d'hommes avec des remarques amuſantes 1754. 8. joculare opuſculum.

§. MCXLIV. *Varii.*

GILES WATTS *a diſſertation on the antient notion of derivation and revulſion* Lond. 1754. 8.* Sanguinem per venas ipſas a corde moveri. Celerius per arteriam ſanguinem fluere, cujus correſpondens vena inciſa ſit. Pro derivatione; ſed ea practici ſunt argumenti.

EJ. *Reflections on ſlow and painfull labours and other ſubjects in midwifry* London 1755. 4.* Contra BURTONUM. Priorem evaneſcere marginem ſuperiorem & poſteriorem orificii uteri. Contra WHYTTIUM, primam cauſam reſpirandi in fetu eſſe ſenſum incommodi. Hæmorrhagiam ex funiculo vidit, quam venæ tribuit.

Ben-

Benjamin PUGH *a treatiſe of midwifry chiefly with regard to the operation* London 1754. 8.* Fere practici argumenti. Plurimum tribuit invento ſuo, quo in tranſitu per vaginam fetui os aperit, & linguam deorſum premit, ut reſpirare poſſit, multisque pueris eo invento putat vitam ſe ſervaſſe.

Joſephi WARNER *Caſes in ſurgery with remarks* London 1754. 8.* Os per tres menſes in dura matre abſque dolore relictum. Hymen in puella dimidiam partem oſtii urethræ claudens. Ex vulneratis tendinibus nulla vidit ſymptomata. Tendines achillis & extenſoris digitorum ſola quiete coaluerunt.

EJ. *Deſcription of the human eyes* London 1773. 8.* Brevis anatome, princeps labor viri fuit in chirurgicis.

EJUS *account of the teſticules their common coverings and coats; their diſeaſes &c.* London 1774. 8.* Darton muſculoſam eſſe, interque duas celluloſas telas poni, quarum interior craſſior ſit. Laminam internam tunicæ vaginalis funiculi ſpermatici per tenuem membranulam cohærere cum vaginali teſtis, ſic naſci ſeptum inter partem funiculi ſuperiorem & inferiorem. Albugineam tunicam leviter mediam partem epididymidis connectere cum teſte, tenuis membranulæ ope, quæ ligamenti ſpeciem habeat.

Petri Pauli TANARA *trattato di chirurgia* Firenz. 1754. 8. 2.Vol.* Brevis phyſiologia ad WINSLOWUM.

BROUZET *eſſay ſur l'education medicinale* Paris 1754. 12. 2.Vol.* De generatione; BUFFONIUM hic ſequitur. Senſum acutum glandularum, dictum *Theophilo* BORDEU, pro principe in irritabilitate invento habet. Organicas particulas æque facile ſe adtrahere atque ſalium moleculas. Pro vi imaginationis maternæ. Puer ſexto menſe poſt priorem puerum editus. Non vult pueros lacte nutriri.

Car. Lud. NEUENHAHN *vermiſchte Anmerkungen über einige auserleſene Materien zur Beförderung nützlicher Wiſſenſchaften* Leipzig 1754. 8.* De brevitate vitæ humanæ. De cauſis diverſæ formæ in hominibus, hinc de generatione. Semen maſculum ab omnibus corporis partibus decedere, neque tamen delineationem hominis continere. Cauſæ propter quas fetum æquum eſſet patri eſſe ſimiliorem: nonnunquam tamen maternam potentiam prævalere.

In II. Tom. 1755. 8.* de hominis variis animabus. RIVINIANUM tertium principium admittit, ex luce puriſſima conpoſitum, dum anima pars eſt eſſentiæ divinæ. Non in mente diſcrimen eſt, ſed in corpore. Homines primævos abſque ſtimulo venereo fuiſſe, neque ſpeciem ſuam propagaſſe: ſuperſtitioſa aliqua.

T. III. 1755. 8.* De cauſa phosphori ab æthere in animali adipe tamquam ſuo elemento vortices faciente.

In T. IV. 1756. 8.* vix quidquam huc facit.

EJ. *Vermiſchte Bibliotheck, oder Auszüge verſchiedener zur Arzneygelahrtheit,*

heit, Chymie, Naturkunde &c. gehörigen academiſche Schriften Hall. 1758. 8.* Ex BERNOULLII diſputatione de nutritione cum aliquis ſtricturis. De mola.

Zweyte Sammlung 1760. 8.* Parum huc facit.

Lud. Gottfried KLEIN *de aëre aquis & locis agri Erbacenſis & Breubergenſis* Francof. 1754. 8.* Cadaver in arena per quinquennium incorruptum & arefactum. In Erbacenſi ditione naſcuntur fetus 18. ad 10. mortes. Sæpe feminæ pariunt absque menſibus. Quatuor monſtra delineata.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* X. deſcribit hæmorrhagiam ex umbilico, *obſ.* 71.

In *N. A. N. C. Vol.* I. n. 38. homo urethra fiſſa, glande impervia, pro androgyno habitus.

J. Gottlieb ECKART *vollſtändige Experimental-Oeconomie über das vegetabiliſche, animaliſche und mineraliſche Reich* Jen. 1754. 4. Staturam animantium in aquoſis Friſiæ augeri. De caſtratione avium cortinarum.

J. Gottfried Ohnefurcht RICHTER, V. D. M. *ichthyotheologie, oder vernunft- und ſchriftmäßiger Verſuch, die Menſchen aus Betrachtung der Fiſche zur Bewunderung des Schöpfers zu führen* Leipzig 1754. 8.* De fabrica piſcium; de oculis ſturionis. Auditum piſcibus relinquit, & minora oſſicula. Enumeratio octoginta oſſiculorum capitis. Squamarum elegantiæ. Dentes lucii alii in aliorum locum ſuccedunt. Cerebrum piſcium ut in quadrupedibus moveri. Tinca frigore pene emortua facile ad vitam revocatur; eam menſes putat pati. Piſces dormire. Lucium intra 24. horas devoratum piſcem in ventriculo coquere. Monſtrum piſcis pedatum. Siluri cerebrum in oleo natat. Anguilla vivipara. Novem lampetræ pulmones.

L'art de cultiver les meuriers blancs, d'elever les vers à ſoye &c. Paris 1754. 12.* Collectus l. ex ISNARDO, CHOMELIO, aliis. Ova bene excluduntur in calore humani corporis. Eo melius eſt ſericum, quo brevior vita animalis, in China eſt 25. dierum, in Gallia 55. Feminæ non fecundatæ pariunt ova infecunda.

Penſées ſur l'interpretation de la nature Paris 1754. 12.* Auctor DIDEROT. Paſſim phyſiologica tangit. Pro ſemine feminino. De particulis nunquam quieturis, niſi quando in ſitum minime incommodum inciderint. BERTINUM inveniſſe anaſtomoſes mammariarum cum epigaſtricis (toti antiquitati dictas). Contra utilitates partium. De fluctuatione phyſiologiæ, etiam a BOERHAAVIO ad me.

J. Gottlieb GLEDITSCH *Abhandlung von der Vertilgung der Heuſchrecken* Berlin 1754. 8.* De ovis locuſtarum & partu. Feminas ter fere fecundari. Venerem eſſe 21. horarum. A pluribus maribus eamdem feminam iniri. Dari ova infecunda. Redit in *vermiſchten phyſicaliſch-botaniſch-œconomiſchen Abhandlungen* Hall. 1767. 8.*

EJ. De ſopore ranarum hyberno in *Mém. de l'Acad. de Berlin* 1762.

In *Mém. de l'Acad.* 1764. refert experimentum D. de VELTHEIM in Harbke, qui

qui piſcium marium lactes ſuper feminarum ova expreſſit, cumque ovis miſcuit: ita fecundatio facta eſt, piſcesque ex ovis nati.

Gründliche Anweiſung aller Arten Vögel zu fangen, Baſtarte zu ziehen, fremden Geſang zu lehren, Nürnberg 1754. 8.

J. C. ZEHNDTNER *Unterricht von der Pferdezucht, wie die Geſtüte in beſſere Verfaſſung zu bringen* Berlin 1754. 4.

Natürliche Betrachtung der Bienen Leipzig 1754. 8.

J. Rud. SCHUBART's *nützliches Bienenbuch* Hanover 1754. 8.

WALLACE *Eſſai ſur la difference du nombre des hommes dans les tems anciens & modernes tr. par J. de* JONCOURT Londres 1754. 8. ſi huc facit.

RAMEAU *obſervations ſur notre inſtinct pour la muſique & ſur ſon principe* Paris 1754. 8.

Frider. Wilh. MUHLMAN *kurze Unterſuchung, ob durch die Verletzung der Sehnen und des Beinhäutchens Schmerz und Brand entſtehen könne* Königsberg 1754. 4.* Neque dolorem, neque inflammationem, ex tendinum læſione oriri, per experimenta.

§. MCXLV. *Diſputationes.*

Daniel Heinrich KNAPE *de acido pinguedinis animalis* Götting. 1754. 8.* præſide ILL. SEGNERO. De acido in variis ſpeciebus adipis reperto. Analyſis ſebi, ovilli adipis, in quo nihil eſt lixivioſi, adipis humani, butyri &c. Acidum animale peculiaris eſt ingenii, & ab acetoſo diverſum & a minerali, neque ex ſale marino natum.

G. v. BYLER *de conceptu* Leid. 1754. 4.*

Abraham HEMSKERK *de animi pathematum efficacia in corpus humanum* Leid. 1754. 4.*

Arnoldi DUNTZE, amati olim auditoris, *experimenta varia calorem animalem ſpectantia* Leid. 1754. 4.* Experimenta accurate repetiit, quo caloris gradu animal intereat. Canes nonnunquam in 119 gradu edurant, alias in 106. 117. & 126. gr. pereunt. Non putreſcunt niſi altero die, ſed inflammantur & bullæ aëreæ in celluloſa tela erumpunt. Venæ ſectio pene mortuum canem reſtituit. Mihi retulit, ſibi & per venas & per arterias ceram in cor exſudaſſe.

In libello *de vulnere cerebri* confirmat, duram matrem non dolere.

Jacob de MAN *de natura hominis* Leid. 1754. 4.*

Martin KUHNBAUM *experimenta de reſpiratione* Leid. 1754. 4.* Prima coſta immobilis reliquarum motum definit. Muſculum agentem non palleſcere.

J. Chriſt. LANGE *de acido aëreo inſonte* Pr. de BUCHWALD, Hafn. 1754.

Herman Gerard Oſterdyck SCHACHT *de motu muſculari* Traject. 1754. 4.* Contra HAMBERGERUM, BOERHAAVIUM. Incipit de ſenſu acri tendinum & duræ

duræ membranæ dubitare, deque pallore muſculi agentis, ad exemplum in homine adnotatum. Contra vim vitalem cerebelli: irritabilem vim tamen a nervis repetit.

Simon STYL *de motibus muſculorum automaticis* Franeker 1754. 4.*

Chriſtian de JONGE *de pericardio & liquore in eo contento*, ib. eod. anno.

W. OWENS *de epiphyſibus* Franeker 1754. 4.

Joſeph BLACK *de humore acido a cibo orto & magneſia* Edinburgh 1754. 8.* Potius ad chemiam ſpectat. De terra oſſium IDEM in *Eſſ. of Edinb.* II.

Alex. THOMSON *de efficacia animi affectuum* Edinburgh 1754. 8.*

J. Thomæ BATT *oratio anniverſaria Harveiana* London 1754. 4.

J. Frid. de BROKE *de veſicæ urinariæ appendicibus* Argent. 1754. 4.*

J. PFEFFINGER *de vi muſculari* Argent. 1754. 4.*

Chriſt. Wilh. STORTE *de generatione hominis* Erford. 1754. 4.*

J. Wilh. BAUMER *de animali generatim & ſpeciatim de humana natura* Erford. 1754. 4.

EJ. De oleo animali & ejus utilitate medica.

EJ. Embryonis oſſa per matris alvum excreta, in actis Moguntinis.

EJ. *De glandulis & vaſis lymphaticis* Erford. 1765. 4.* LIEBERKUHNIUM oſtendiſſe, renis ſuccenturiati partem corticalem ex vaſculis radiatis fieri.

IDEM in *actis Gieſſenſibus* 1771. 4.* de pulmone fetus denſo ſolidoque agit, qui tamen nataret, & contra experimenta dicit, quæ fiunt in pulmone natente & ſubmerſo.

J. Jacob PERTHES *de doloribus parturientium* Erford. 1754. 4.

Frid. Chriſt. JUNCKER *de chymificatione per confermentationem aſſimilatoriam explicata* Hall, 1754. 4.

EJ. *De cauſis quibusdam præmaturæ ſenectutis præcipuis* Hall. 1765. 4.

Chriſtian Friderich JAMPERT *de cauſis incrementum corporis animalis limitantibus* Hall. 1754. 4.* Tabulæ incrementi puerorum in pondere & ſtatura non juſtæ.

EJ. *Fetum in utero reſpirationis effectu non carere* Hall. 1757. 4.*

J. Salomon la CARRIERE *de qualitate & quantitate alimentorum infantibus a prima nativitate ad ſeptimum annum convenientibus* Jen. 1754. 4.*

Car. Wilh. POERNER *experimenta de albuminis ovorum & ſeri ſanguinis convenientia* Lipſ. 1754. 4.*

J. Chriſtian ARNOLD *de calore a motu particularum corporis eoque rotatorio circa axes neutiquam explicando* Erlang. 1754. 4.

Traugott Balth. Chriſtian STENZEL *de* HIPPOCRATIS *ſtudio anatomico ſingulari* Witteb. 1754. 4.* Nimiæ ſupra verum HIPPOCRATIS laudes.

J. Chriſt. HEDLER *jura hominis bicipitis* Witteberg. 1754. 4.

J. Jacob de ZIEGLERN *de ſubmerſis & methodo illis ſuccurrendi* Baſil. 1754. 4.*

J. Ignatius GILG *de ſpina bifida* Wien 1754. 4.* Accurata mali deſcriptio.

Nicol. SCHLEMMER diſp. *de ventriculo* Prag. 1754. 4.

§. MCXLVI. *Diaria anni* 1755.

In *Philoſ. Tranſactionibus* hujus anni ſ. T. XLIX. P. I. *Thomas* BRADY *de inſectis ex polyporum gente, in Flandria viſis.* Arbor polypea, quam etiam NEEDHAMUS dixit.

In *Mém. de l'Acad. des Sc.* 1755. CAROLI *le* ROI de electricis ictubus, deque reſtituto hactenus per eos muſculorum motu, etiam iridis.

IDEM de motubus internis oculi. Eos refutat, & ſufficere docet, pupillam ad objecta proxima arctare, ad remota dilatare.

EJ. *Quæſtiones medicæ duodecim* Monſpel. 1759. 4.* Olea animalia. Humorum animalium geneſis.

In *Mém. de Phyſique* Paris 1771. 8.* Oculum ſe non adaptare ad diſtantias varias, ſed ſufficere ſæpe nobis viſionem minus accuratam, neque neceſſe eſſe radios in unum punctum convenire. In PORTERFIELDIUM, cujus experimenta non demonſtrant oculi mutationem.

In *hiſtoire ejus anni* BIET de porcello cum duobus pedibus, & uno pede ſemiduplici ſuperfluis.

BOIRIE de infante ano clauſo nato, recto inteſtino in collum veſicæ aperto.

In *œconomiſchen Abhandlungen* T. VIII. de cornubus ammonis, eorum fabrica, veſica purpuracea, de duplici ſexu.

Ib. de apum natura erronea varia, ut etiam mares ajat ova parere.

In *allgem. Magaz.* T. VI. *Thomas* GLOVER tritonem viſum deſcribit.

In *Hamburger Magaz.* T. XV. vetula 64. ann. menſes patiens.

De vi vehementer alente oſſium.

In *Mémoires de mathematique & de phyſique preſentés à l'Academie des ſciences par divers ſavans* T. II. Paris 1755. 4.* quæ continet noſtri argumenti pluſcula, ea per ſuos auctores diſperſa recenſui.

In T. II. Diarii *Journal de medecine* agitur de puero trienni, cui pondus 83. librarum fuit, ut tamen adeps ſolus 59. libras efficeret. De homine in Anglia ad 600. libras pendente. De femore pueri ex abſceſſu ventris educto. Cl. DAVIEL corneam tunicam abſque ægri ſenſu diviſiſſe.

In T. III., qui & ipſe hujus anni eſt, BROSSILLON de fetus minoris parte ad fetum majorem adhærente.

BALLY de puero, cui palatum & alia capitis oſſa deerant.

In *Mercure de France* 1755. Avril. OLIVIER de VILLENEUVE de puero nuper nato 28. diebus ſepulto, tunc eruto, & hactenus vivo, mira relatio.

Commentariorum Academiæ ſcientiarum & artium T. V. Bonon. 1755. 4.* *Cajetanus* MONTI deſcripſit cranium & roſtrum avis monocerotis, cujus cornu narium eſt appendix.

In *œconom. Nachrichten* T. II. MOLLER fuſe de locuſtis agit, de earum exuviis, olfactu aliisque ſenſibus.

Nova Academia hoc anno in Hollandia coaluit, cujus acta ſunt *Verhandelingen uytgegeven door de Hollandtze maatſchappy der wetenſchappen te Haarlem* Tomus I. prodiit Haarlem 1755. 8.* Inſertus SCHWENKII commentarius ſuo loco dictus eſt.

Hoc anno cepit prodire *Nuova raccolta d'opuſcoli ſcientifici e philologici* Venez. 12.* in qua ſubinde aliqua ad rem noſtram pertinentia occurrunt, ut in Vol. XLV. *Franciſcus* GINANNI de inſectis, quæ per ſectionem corporum ſuorum multiplicantur. In Vol. XXI. PASSERI de bombyce CAL. CAR. TOSCHI di FAGNANO contra vampiros.

§. MCXLVII. *Varii.*

Joh. SHEBBEARE, medicus, qui etiam politica ſcripta edidit, perpetuo ob ea carceri dicatus, edidit Londini 1755. 8. 2. Vol.* *the practice of phyſik founded on principles in phyſiology and pathology hitherto unaplied to phyſical enquiries.* In principio fatetur, ſe nulla propria inventa aut experimenta habere, & acriter tamen in ipſum etiam optimum BOERHAAVIUM invehitur. In T. I. phyſiologiam tradit. De cauſa caloris animalis. Neque in frictione eſt, neque in putredine. WHYTTII *ſentient principle* meram eſſe vocem. Omnem in animale calorem ex motu oriri, ex pulli exemplo. Eum motum eſſe ab igne electrico de aëre abſorbto, per nervos meante. Eumdem ignis in celluloſam telam effuſum, motum facere muſculorum; poſt quem vis contractilis fibrarum priorem ſtatum reſtituit. Pari modo etiam celluloſa arteriarum natura ab igne dilatatur, & a fibrarum elaſticitate reſtituitur. Idem ignis pulmonem dilatat, abit cum halitu, tunc pulmo elatere ſuo ſe contrahit, neque aut diaphragma, aut muſculi intercoſtales quidquam faciunt. Periſtalticum motum apud P. BERTIER vidit: nullum eſſe. Spiritus animales ſunt ignis electricus. De cibis eorumque coctione. Secretio humorum ab adtractione ad ſuccum ſui ſimilem.

In P. II. quæ practica eſt; cruſta coriacea ſanguinis fit a lymphæ ſeceſſu de reliquo ſanguine.

Franciſci de PAULLA BEDINELLI *nupera perfectæ androgynæ ſtructuræ obſervatio* Piſauri 1755. 8.* Hœdulus erat cum pene ſimul & clitoride, duabus urethris, alia penem percurrente, alia in vaginam aperta. Teſtes aderant, epididymis, veſiculæ ſeminales: tum veſica, uterus, ovaria, tubæ. Memorabilis obſervatio, ſi plenam fidem meretur.

Du VERGET *Anfangsgründe der Wundarzneykunſt, und Unterricht für Hebammen* T. I. Argentor. 1755. 8.* Opus direxit D. GERVASY, procuravit D. de LUCE miſſus regius, Tomus I. continet brevem phyſiologiam, T. II. anatomen. Princeps ſcopus eſt chirurgia.

Fortunatus de FELICE, Profeſſor Neapolitanus, qui nunc Ebroduni vivit, & inſigni typographiæ præeſt, vertit J. ARBUTHNOT *ſpecimen effectuum aëris in corpore humano, notasque adjecit* Neapoli 1755. 4.* Contra aëris in ſanguinem receptionem, inter cujus patronos me recenſet. Aerem etiam thoracicum rejicit.

GODART Medicus, qui in pago Verviers prope Leodium vivit, *Phyſique de l'ame* Berlin 1755. 8. 2.Vol.* nata ut nunc video ex *ſpecimine animaſticæ medicinæ* Rhemis a. 1745. defenſo. Sedem animæ quærit, & in corpore calloſo ponit ex GIGOTO: ei motum cordis tribuit, utut ejus actionis ſibi non ſit conſcia. In T. II. nutritionem & generationem, tum animæ functiones deſcribit. Illam animæ acceptam refert. Seminales globulos eſſe partes noſtri avulſas, quas per frictionem amittimus, & quæ pergunt vivere, easque omnes una anima regit. Similes in femina particulæ ſunt, eæque ex utroque ſexu vivæ moleculæ quærunt ſe mutuo, uniuntur, animam a parentibus acceptam remittunt, & a nova ſuaque anima porro reguntur. Corpus ut polypus ex particulis polypi integratur. Anima dominatur fibris cerebri, fereque iis ut clavicymbalo utitur. Actiones vitales ſunt abſque reflexione. De ſomnio ex FORMEYO.

EJUSD. *Des antiſpaſmodiques* egit in diſſ. Divione. Diverſi ſtimuli aliis & aliis corporis humani partibus moleſti ſunt. Irritabilitatem ab elaſticitate diſtinguit.

EJ. *Diſſ. ſur les antiſeptiques* Dijon 1769. 8.* Phænomena putredinis in corporis animalis partibus. Alcaleſcere, quæ putreſcunt, in carne præcedere aliquem acorem. Putredini favere 35. gradus caloris REAUM.

Giovanni Verard ZEVIANI *del flato a favore degli ipochondriaci* Veron. 1755. 4.* 1764. Ob nimium uſum organorum animæ nervos animales laxos fieri in hypochondriacis, vitales autem ſolos operari.

THIERRY, medici, qui diverſus eſt a FRANCISCO noſtro p. 449. *medecine experimentale, ou reſultat de nouvelles obſervations pratiques & anatomiques* Paris 1755. 12.* Peregrinator, genus humanum putat decreſcere. In quoque homine partem aliquam ſui corporis debiliorem eſſe. Non magnam eſſe utilitatem perſpirationis inſenſibilis. Lappones, qui nihil perſpirant, omnium mortalium ſaniſſimos vivere.

BERARD *l'art du chant* Paris 1755. 8.* Huc facit theoria vocis FERRENIANA. Cantus eſt in elevatione & depreſſione laryngis. Quo mechanico modo variæ voces certorum adfectuum animi interpretes producantur. Ut voces fuſcæ emendentur, lentius elevato, minusque in altum ducto larynge in voce arguta (*aigue*); magis elevato in ſurda voce. Litterarum formatio. De articulatione, quæ ſit litteræ præcipuæ prolongatio. Ornamentorum (*agrémens*) in cantu mechanica per laryngem productio.

Hæc

Hæc inventa ſibi M. BLAHCHET, vir eccleſiaſtici ordinis, vindicavit, in *art ou principes philoſophiques du chant* Paris 1756. 12. Conſtitit, ut mihi refertur, pecunia numerata BERARDUM a BLANCHETTO veniam emiſſe edendi operis.

Medecine ſtatique, ou ſcience de la tranſpiration Montpel. 1755. 12.

J. Conrad LOEHE *Gedanken von der Federkraft des menſchlichen Körpers* Altdorf 1755.

Huc referas J. GEDDE *apiarium Anglicanum*, cujus primam editionem ignoro. Germanice prodiit Lipſ. 1755. 8.

Frid. Wilh. GUNTHER *de contuſione articulationis genu* Wolfenb. 1755. 4.* Nullus dolor, cum laceraretur tendo extenſoris tibiæ, & ligamentum patellæ, & cum raderetur cavitas inter patellam & tibiam.

Phyſiologiæ elementa Amſterdam 1755. 8. Quid?

WOUTER v. LIS *ontleedkondige onderwys* Bergen op Zoom 1755. 4. WACH.

In ejusd. *genees en heelkondige oeffeningen.* Middelburg 1763. 4.* ſolet partium adfectarum anatome addi, non ubique accurata. Conjunctivam tunicam oculi eſſe a perioſteo.

Cum BETBEDERI *hiſtoire de l'hydrocephale de Begle* Bourdeaux 1757. 8.* prodiit *Eſſay ſur la nature des eſprits animaux.* Igneam eſſe ipſis naturam, eosdemque ſcintillarum ſpecie de pilis animalium elidi, aut de hominis induſio. Se vidiſſe medullam encephali in veſiculas mutatam, celluloſæ telæ ſimilem.

Eſſai de pſychologie, ou conſiderations ſur les operations de l'ame &c. Londres 1755. 8.* Auctor noluit innoteſcere, quem ſuſpiceris ILL. eſſe BONNETUM. Sedem animæ fere ad HOOKII mentem admittit, collectas nempe fibras omnes, per quas motus in corpore humano adminiſtrantur, aut ſenſus ab externis objectis ad animam veniunt. Memoria eſt ſenſus animæ auctam mobilitatem fibræ percipientis, cujus prima cauſa in externa eſt impreſſione. Adtentio robur auget ſenſationis, dum anima in fibras agit, certas ſenſationes repræſentantes. Sed profundi ſenſus librum præſtat legiſſe.

REMOND *de* VERMALE *leçons d'Anatomie & de Chirurgie pratique faites en faveur des chirurgiens* Manheim 1755. & Germanice ib. 1755. 4.

§. MCXLVIII. *Varii.*

Caroli PERRY *mechanical account and explication of hyſterical paſſion and of all other diſorders as are peculiarly incident to the ſex &c.* London 1755 8.* Craſin corruptam ſpirituum animalium accuſat & inordinatas exploſiones. Ea occaſione de ſpiritibus agit, quos putat medium inter pura materie entia tenere interque corpora.

ELOY *Dictionnaire hiſtorique de la medecine* Liege 1755. 8. 2.Vol.* FREINDIO & CLERICO uſus, in recentioribus ſcriptoribus valde parcus. Nomina corrupta, librorum alicujus ſcriptoris catalogi imperfecti, ſcriptores repetiti, omnia vitiis plena.

De-

Deſcription du Cabinet R. de Dreſde touchant l'hiſtoire naturelle Dreſde 1755. 4.* & Germanice *Kurzer Entwurf &c.* auctore Cl. EILENBURG. Inter anatomica, plica enormis. Inſtrumenta chirurgica eunte ſeculo XVI. ab electore AUGUSTO coemta. Cornua cervorum difformia. Leæna.

Petr. HOGSTROM *kort berättelſe om Lappernas biörnefånge* Stokh. 1755. 8.* Urſi in cavernis hiemem tranſigunt, exinanitis inteſtinis, devoratis pilis ex nidis formicarum compactis. Jejunant 20. fere hebdomadibus, pilas fæcales ſuas altero demum vere reddunt.

Onomatologia medica completa T. I. Ulm. 1755. 8.* T. II. ib. 1756. 8.* Vocabulorum technicorum interpretationes. In T. II. voces occurrunt anatomicæ & chirurgicæ.

John DOUGLAS, Chirurgi, *a treatiſe on the hydrocele* London 1755 8.* Partium adfectarum deſcriptio. Darton cellulofam telam eſſe fatetur. Hydrocele in variis funiculi ſpermatici & teſtis involucris.

EJUSD. *An anſwer to the remarks on a treatiſe upon the hydrocele* London 1758. 8.* Vaginam vaſorum ſeminalium mollem eſſe & celluloſam &c.

G. Antonio VANUCCI *raccolta dei principali effetti della cavata del ſangue* Genova 1755. 4.* Copia ſanguinis, qui in variis hominibus dato tempore de vena inciſa effluxit. Aliqua de natura vaſorum ſanguineorum.

J. Andreæ HARNISCH *von der Säugung neugebohrner Kinder* Leipz. 1755. 8.* Nutrices matribus præfert.

Le ſerin de Canarie Paris 1755. Poëma, quo plena aviculæ hiſtoria continetur.

L'art de faire des garçons ou nouveau tableau conjugal par M. D. M. de Montp. cum fictitio titulo Montpelier in Germania prodiit 1755. 8.* 1760. 8. ASTR. Scriptori ſcopus fuit, deridere MAUPERTUSIUM; ſed nimis certe lubricus eſt legi. Refutat ſemen muliebre, negat effundi, negat tantam eſſe feminæ voluptatem. Vermiculos ſeminales in ipſa venere naſci, & continuo interire. Pro ovis. Semen maris per tubas in ovarium ventre, & per poros ovi penetrare, cumque ejus liquido miſceri, quod ſit ſemen feminæ, cumque eo effervefcere. Fetum eſſe animal compoſitum ex utroque ſemine, modo hunc, modo alium artum ab hoc, aut ab illo parente ſuppeditari. Septem unius patris filii communi ſigno duorum conferventium digitorum pedis notati. In omni viro duos eſſe teſtes inæquali magnitudine, filiis deſtinatum generandis priorem, alterum filiabus. Sedem voluptatis & tempus eſſe in apertione valvularum, quæ ſemen ex veſiculis ſeminalibus emittunt. Dari feminas, quæ pro arbitrio norint vaginam conſtringere.

§. MCXLIX. *Ad litem de natura inſenſili & irritabili.*

Urbanus TOSETTI, ſcholarum piarum, ſcripſit Romæ 1755. fol. epiſtolam ad *Joſephum* VALDAMBRINI. In ea recenſet experimenta, quæ in vivis canibus fecit, & per quæ conſtitit, tendines, pericranium, carere ſenſu, dum cutis acriter ſentiebat. Recuſus eſt in mea collectione & in PETRINIANA.

Duæ

Duæ aliæ Tosetti epiſtolæ a Petrinio ſunt editæ, quibus ejusdem ſenſus experimenta continentur ad inſenſilem naturam tendinum &c. Ad cordis de corpore animalis evulſi in pulſando pertinaciam, dum omnia inteſtina frigent. De conſolidatione tendinum per cæruleum gummi. Motus cerebri, & dura mater inſenſilis. Vetuſta animalia minus irritabilia videri. Senſum, quem alii dixerunt tendinum, eſſe ab eorum vaginis. Experimenta de natura inſenſili Cl. *Ludovici* Paliani, *J. Laurentii* Graziani, *Ignatii* Vari, *Morando* Morandi, *Everardi* Audrich.

Epiſtola Tosetti IV. Rom. 1756. & in noſtra *collectione*. Contra Laghium & Bianchum Taurinenſem. Palianum & ipſum præjudicata opinione contra nova experimenta occupatum, a ſuis periculis meliora doctum, inſenſilem tendinum naturam adgnoviſſe; cum nullos præterea in tendine nervos reperiret. Cl. Balduinum varios tendines in hominibus experimento facto ſenſu deſtitutos reperiſſe. Vitia experimentorum Laghii; præceps experimentum, non nudati tendines. Cl. Piazza tendines humanos ſenſu vidiſſe carere, tum animalium: Vespam perioſteum. Pro inſenſili pleura varia experimenta. Nullum in dura membrana nervum eſſe, neque ſenſum apparuiſſe in Balduini experimentis. Bianchum nulla experimenta feciſſe. Nervos prætereuntes poſſe fictitii ſenſus ſigna dediſſe.

Cæſarius Pozzi, Profeſſor Matheſeos, Florentiæ edidit 1755. 4.* *epiſtolam* ad *Antonium* Laghi, in qua numeroſa experimenta recenſet, Florentiæ in vivis canibus facta. Tendines, pericranium, duram membranam, ſupra centum experimentis ſubjecit, alia etiam in corde & inteſtinis experimenta fecit, omnia ad noſtrum ſenſum evenerunt. Adjuvarunt Cæsarium celebris chirurgus *Joſeph* Vespa & *Everardus* Audrich. Recuſus eſt libellus in Petrinianis, inque noſtris.

Ejusd. *Epiſtola* ad D. Serao in *J. Mariæ a* Turre *de globulis ſanguineis adnotationes*. Globulos neceſſario ſphæricos eſſe: figuram planam eſſe a preſſione. Infuſoria ipſe experimenta fecit, & dari picei ſanguinis periculoſam tenacitatem expertus eſt.

Romæ hoc ipſo anno *J. Vincentius* Petrini, Profeſſor Matheſeos, edidit *ſull' inſenſibilità ed irritabilità di alcune parti delli animali diſſertazioni dei* S. Haller, Zimmermann *e* Castell, *colle lettere del S. Urb.* Tosetti *ſullo ſteſſo argomento*. In præfatione Cl. Petrini utilitatem horum experimentorum exponit, poſt quæ audacius licebit tendines & duram cerebri membranam incidere, quotiescunque id ægri res requiſiverint. Irritabilitas ab omni alia poteſtate animali diſtat. Incrementa hominis ex irritabilitate cordis ſunt, quod a ſemine maſculo excitatur.

Camillo Barbiellini *rifleſſioni Anatomiche intorno alla med. diſſ. del S. Haller dal quale con il experimento de quadrupedi aperti vivi ſi vogliano ſuſtinere per inſenſibili molte parti del corpo umano contra l'eſperienze anatomiche e contra le autorità di graviſſimi ſcrittori di Medicina è Chirurgia* Rom. 1755. 12. Mazz.

§. MCL.

§. MCL. *Diſputationes.*

Herman Chriſtian SCHRADER *de digeſtione animalium carnivororum* Gotting. 1755. 4.* Deſcribit primas vias nonnullorum quadrupedum, inter ea urſi, & avium. Carnivoris animalibus œſophagus amplus, ventriculus rugis plenus & glandulis. In cane muſculum retractorem inteſtini recti reperit. Urſus & erinaceus appendicula coli deſtituuntur. Corvi bilis cyſtica peculiarem ſuum & ab hepatica diverſum ductum habet. In cane aliisque carnivoris ductus bilarius a pancreatico diſtinctus eſt. In corvo glandulæ ſupra ventriculum numeroſæ, in ardea in ipſo ventriculo. Corvo duo pancreata, duo ductus pancreatici.

EJ. *Obſervationum rariorum ad rem medicam & obſtetriciam ſpectantium faſciculus* I. Wolfenbuttel. 1760. 8.* Præter practica, de aphonia ex ligato aut reſecto nervo recurrente, de abſtinentia trienni agit.

J. Frid. KUHN *nonnulla in motu muſculorum momenta* Gotting. 1755. 4.* Muſculi voluntarii alterne flexi, nervique inter eos flexus liberi. Muſculi ſpontanei jugis fiunt undulatis, nervos intercipientibus. Pr. J. G. ROEDERER.

Chriſtian Ludwig SCHAEL *de funiculi umbilicalis deligatione non abſolute neceſſaria* Gotting. 1755. 4.* Nullum ſanguinis matrem inter & fetum eſſe commercium: per funiculum placentæ in utero relictæ ſanguinem non manare; nullum eſſe periculum intermiſſæ deligationis; continuo a partu motum ſanguinis in placenta & pulſum deficere. Poſſe tamen breviter reſectum ſtatim a partu funiculum funeſtum effectum edere.

J. Henrich BUTTNER *de qualitatibus corporis humani hæreditariis* Götting. 1755. 4.* Pro iis qualitatibus, pro integrarum gentium communi charactere. Pro panſpermia & germine indeſtructibili, ſed in corpore parentum ad eorum ſimilitudinem reformato.

Chriſtian Wilhelm PENZKY *de phoſphori urinæ analyſi & uſu* Hall. 1755. 4.* diſſ. per experimenta nata. In phoſphoro terra vitreſcens, acor marinus, & vitriolicus.

Jordan BREBIS *Num fetus in utero reſpiret* Jen. 1755. 4.

J. Balthaſar JANTKE *de prœmatura aquarum parturitionis ex utero gravido effluvio* Altdorf. 1755. 4.*

Auguſtin Meinrad la CHAUSSE *de ſuperfetatione vera in utero ſimplici* Argentor. 1755. 4.* Lego falſam fuiſſe ſuperfetationem.

J. Henrich PEREY *de viſu* Baſil. 1755. 4.*

Marci Beati Ludovici Jac. PORTA *de ſternutatione* Baſil. 1755. 4.*

Franc. Henrich ZANDER *de manducatione* Leid. 1755. 4.*

C. J. Tieboel *theſes ad artem obſtetriciam chirurgiam praxin & phyſiologiam* Leid. 1755. 4.*

Petri Hinlopen *utrum aër cum ſanguine per pulmonem tranſeunte miſceatur* Utrecht 1755. 4.*

J. Henr. Lange diſſ. *de ætatibus* Kiel 1755. 4.

Ej. *De ſalivæ efficacitate* Kiel 1755. 4.

Ej. *De ſomno inquieto ſanitatis præſidio* ib. 1757. 8.

J. Joachim Gotthard Sturm *de eo, quod juſtum eſt circa anatomen* Roſtoch. 1755. 4.*

Guſtav. Chr. Handwig *de ſomno* Roſtoch. 1755. 4.

Ej. *Puerpera &c.* 1757. 4.

Andreæ Malm & Kalmii *de ornithotheologia* diſſ. I. & II. Abo 1755. 4.* anatomen etiam teleologicam habet.

Henrici Jacob Macquart & auctoris *J. Franc.* Franc *de la* Riviere *Ergo a multis concurrentibus digeſtio* Pariſ. 1755. 4.*

J. Alex. Dubois *de fluidi nervei exſiſtentia, origine, curſu & indole* Monſp. 1755. 8.* Contra tubulos nerveos. Pro ſpiritibus nervoſis aëreis. Motus muſcularis a ſpiritibus uberius in muſculos impulſis.

Georgii Baker *de adfectibus animi & morbis inde oriundis* Cambridge 1755. 4.* Utique animam corpus proprium conſumere. Swiftium macilentum fuiſſe, quamdiu eum ambitio agitabat, ſpe omni depoſita obeſum factum eſſe.

In *Medic. Tranſact.* T. III. refert de viro, qui totis ſex menſibus potu abſtinuit, & ſolo pudding vixit, ex ea curandi ratione inſigne ponderis decrementum ſenſit, pulſus habet pauciſſimos & fere 45. in primo minuto, urinam etiam parciſſimam reddit, ad ſeſqui libram in 24. horis.

Ej. *Oratio* Harvejana Lond. 1761. 4.

Ej. *Opuſcula medica* Lond. 1771. 8. alii 1772. 8.

Robert Taylor *oratio anniverſaria* Harvejana London 1755. 4.* Harvejum jam a. 1619. circuitum ſanguinis in chirurgica prælectione docuiſſe, & inventi famam legatum Venetum captaſſe, & *Paulo* Sarpio aperuiſſe. Gliſſonium irritabilitatem inveniſſe, veram potentiam fibræ innatam, ita ut tamen mihi potius nimia tribuat.

Ej. *Miſcellanea medica* Londin. 1761. 4.* Repetit orationem Harvejanam, & teſtatur neque me Gliſſonio debitas laudes negaſſe, neque me non propriis experimentis irritabilitatem ſtabiliviſſe.

§. MCLI.

§. MCLI. *Diaria anni* 1756.

In *Phil. Tranſ. Vol.* XLIX. P. 2. *Edward* WRIGTH de animalculis in aqua cum variis corporibus infuſa apparentibus, & continuo diminutis.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1756. varii de DROUARTO, qui ſe dicit menſes pati, cui interim barba effloreſcit.

In Alvernia repertum in ſepulchro cadaver perfecte flexile.

VAROQUIER de fetu in ovario reperto, cum hymen adeſſet.

Eſſays and obſervations phyſical and litterary read before a ſociety at Edinburgh T. II. Edinburgh 1756. 8.* *Georg* CLERK de magnis oſſibus circa Dumfrees repertis, ut coſta 23. pollices longa eſſet.

J. MOWAT & *Alex.* MONRO de capite fetus quaſi ſemiduplici, partibus inferioribus ſimplicibus.

Georg YOUNG dentes & oſſa in ovario puellæ reperta.

Steph. FELL aquarum in partu incredibilis copia reddita, ad 50. libras.

Arch. HAMILTON menſes ligato femore reſtituti.

In *K. Swenſka Wetenſkaps Academ.* T. XVII. n. 2. *Samuel* NAUCLE'R de refocillatione hominis frigore pene exſtincti.

Herman SCHUTZER fetus biceps.

IDEM in T. XIX. p. 3. fetus in ovario virginis repertus, hymene ſuperſtite.

In *Hamburg. Magaz.* T. XVI. ſpiritus balſamicus ad conſervandas partes animalium repletas.

Aliqua de polypis Holſaticis.

In T. IV. & V. *Journal de Medecine* 1756. continentur labores anni 1756. T. IV. FOURNIER de cæcitate nocturna, iride mobili, a retinæ ſenſu obtuſiori.

Cl. MARTIN accurate egit de mediaſtini ſitu, inæqualiter pectus bipartientis.

STROPE de eadem mumia Alvernica flexili, pice cum plantis aromaticis condita,

DEVILLIER Aſitia 15. dierum ex amore.

MELLET de fetu, cui nulla abdominis tegumenta.

Excerpta de noſtris experimentis circa inſenſilem multarum corporis animalis partium natura. Non bene Collector ANNÆ CAR. LORRY experimenta priora fecit, quæ anni ſint 1753, cum noſter totus libellus a. 1752. prælectus ſit.

In Tomo V. P. GOUPIL de fetu, cui ureteres aperti ſupra os pubis urina perpetuo depluebant.

MOREL oſſa pubis a partu difficili per unciam dimota.

Le BOEUF menſtrua hæmorrhagia in juvene.

MELLET dolores parturientium eſſe a capite fetus cervicem uteri urgente.

Vanderbelen de fetu tubario. Vult etiam in virgine corpus luteum vidiſſe.

Homo capite vitulino D. Renson.

Bochard fetus 27. annis in utero retentus, & nova interim conceptio.

Anonymus novam theoriam dedit motus muſcularis.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences de Berlin*, varia ſuo loco recenſa.

In T. IX. *œconom. phyſical. Abhandlungen.* Hiſtoria & anatome halecis.

Anonymus de apibus.

De finibus inſectorum, ut vita reddatur corporibus putridis.

In T. X. Hofmann de vitæ humanæ termino.

De ſomno, ex noſtris primis lineis, prius in Anglicum ſermonem translatis.

In *Mercure de France* paſſim aliqua reperiuntur anatomici argumenti, ut hoc anno M. Jun. de anatome hippocampi.

Toussaint & Gautier junior *Obſervations periodiques ſur la phyſique & l'hiſtoire naturelle* novum eſt diarium, anno 1756. 4.* ceptum. In I. menſe hujus operis agitur de mulis: aſinus ex equa excifus patri longis auribus ſimillimus. Aliqua ad anatomen caſtoris ex Wepfero. Monſtrum ex connatis quaſi fetubus coalitum, cum aliqua anatome. Improbabilis partus quadrupes, quinque in uno oculo pupillis. Experimenta cum vivis anatibus capta, quibus Gautier capita amputavit: in capite parca vitæ ſigna fuerunt, plura in corpore. Aliqua etiam capitis & medullæ ſpinalis anatome. Ren urſi. Lacerta Americana & ejus cor, inteſtina, cæcum int. peramplum (quod mihi videtur mera inteſtini dilatatio). Gautier de magna lacerta Americana. Iterum ſe vidiſſe equum formatum, neque facile diffluentem, in ſemine caballi. Viperas & lacertas ſe ipſas fecundare, & ranam maſculam fetus intra corpus ſuum habere.

In *Hannoveriſchen nützlichen Sammlungen* a. 1756. de aſtacis. Anno 1756. & 1757. de murium itineribus.

In Justi ſcriptis paſſim aliqua huc referas. In *den Policeyamts-Nachrichten* 1756. aliqua de verme canum, qui tendo ſit ſub lingua media poſitus, cute linguæ obvolutus.

Saggi di Medicina degli Academici conghietturanti di Modena Carpi 1756. 4.* *Antonius* Morandus negat, anatomen tutum fundamentum medicinæ præſtare.

Joſephus Pavanelli Bellini de derivatione & revulſione ſanguinis ſententiam proponit.

§. MCLII. Salerne. Brisson.

Salerne, Medicus Aurelianenſis, putat ſe in minori otide femina teſtes maſculi ſexus reperiſſe: videri etiam in majori ſpecie Perraltum ſimilem ſtructuram reperiſſe (capſulas renales).

Idem & ſocius operis *Arnauld de* Nobleville ediderunt a. 1756. *hiſtoire des animaux* 12. 6. Vol.* Anatomen, viſcera, humores etiam tradunt.

In

In tomo I. de inſectis agunt. A collectis cantharidibus mictus cruentus.

T. II. P. I. piſces. Anguillas viviparas eſſe. Lucius devoratos bufones non mutatos evomit. P. II. Amphibia, lacertæ, ranæ: vana aliqua de vi incantante bufonis & nonnullorum hominum.

T. III. Aves. Cuculum altricem currucam non occidere. Gallus quadrupes adultus. Varietates gallinarum. Ululæ plumas in pilam redactas revomunt. Paſſim inteſtina cæca avium recenſet. Cygni domeſtici aſpera arteria recta, ſylveſtri cygni recurva & in ſterni caveam recepta.

T. IV. V. VI. Paris 1757. 12.* Quadrupeda. Caprarum lac ob uſum tithymali acre eſſe. Plurimum cæterum BUFFONIO hic uſi ſunt, neque nuperis STELLERI aliorumque borealium utiliſſimis relationibus.

In T. VI. de homine cum brevi anatome. Inde de mure, cujus propriam dant inciſionem. Aliqua de Rhinocerote. Intervalla in fetu præparata, per quæ dentes exſerti apri prodibunt. Melis anatome propria. Cornua boum ut creſcant; anulos ætatem animalis exprimere.

SALERNE ſolus dedit *hiſtoire naturelle eclaircie dans l'ornithologie* Paris 1767. 4.* Opus ipſum eſt RAJI *de avibus*, ſed multum auctum, avium etiam iconibus ornatum, & ducentis fere avibus ab anonymo additis. Paſſim aqua aliqua a venatoribus didicit. Anatomica vix adtigit.

Cl. BRISSON olim REAUMURII adjutor, ejusque theſauris naturalibus præfectus. EJUS *regne animal & la diviſion des deux premieres claſſes*, Latine & Gallice prodiit Paris 1756. 4.* Methodus a dentibus ſumta, dentesque delineati, inde ungulæ. Anatome omnino nulla. Sola quadrupeda & cete.

EJ. *Ornithologie concernant la diviſion des oiſeaux, en ordres, ſections, genres, eſpéces & leurs varietés* Paris 1760. 4. 6.Vol.* Etiam hic anatomica nulla exſpectes, neque generationem, aut vitæ genus.

In *Hiſt. de l'Academie des Sciences* 1759. agit de cochlea, quæ, dum increſcit, aliquos ſuæ teſtæ anulos defringit, ut circulorum numerus decreſcat.

§. MCLIII. *Martinus Frobenius* LEDERMULLER,

Procurator ad cauſas Noribergenſis, delectatus microſcopicis ſpeculationibus, varia in hunc ſenſum ſcripſit, quorum aliqua propius ad anatomen ſpectant. EJUS ſunt *phyſicaliſche Beobachtungen der Saamenthierchen* Nürnb. 1756. 4.* Microſcopiis maxime augentibus uſus, vidit animalcula ſeminis caudata, vera animalia, quæ per duas horas vitam conſervant. LEEUWENHOECKII figuras nimis amplas eſſe monet.

Contra GRÖLLIUM bibliopolam a. 1757. 8.* ſe tuetur.

EJ. *Verſuch zu einer gründlichen Vertheidigung der Saamenthierchen* Nürnberg 1758. 4.* Ex TREWIANA bibliotheca collegit, quæ paſſim ad rem micro-

ſcopicam ſcripta fuerunt. Vermiculos ſeminales ſimplici microſcopio facile diſtingui, non vero in tubulo vitreo oſtendi poſſe. Quod Cl. ASCHE nullas in his vermiculis caudas repererit, tribuit microſcopio non ſatis augenti. Non omnes oculos poſſe has caudas diſtinguere. Suas lentes ad 320plum diametrum augere; LEEUWENHOECKIANA vitra multo obtuſiora fuiſſe; ſed eum virum microſcopium ſolare non ignoraſſe. Nullos dari in corpore luteo vermiculos. Menſulam ad microſcopicas ranarum contemplationes aptatam deſcribit. Varia ex MALPIGHIO, aliis.

EJ. *Microſcopiſche Gemüths- und Augenergötzungen* Nürnberg 1763. 4.* ſed priores 50. tabulæ ſunt anni 1760. Centum ſunt tabulæ, ad microſcopium cum vivis coloribus depictæ. Inter eas paſſim aliqua ad nos ſpectant. De globulis ſanguineis in ranis viſis. Seri ſanguinis rete fibroſum, exhalatione natum, & particulæ quadratæ muriaticæ. Anguillæ in glutine farinaceo, in aceto: ſquamæ piſcium: plumulæ papilionum. Tubuli, ut noſter putat, nervi optici, qui ſunt funiculi nervei pia meninge obvoluti. Vaſcula & viſcera cimicis; vaſcula ramoſa proboſcidis, in papilione. Plicæ cutis humanæ, & ſpirales digitorum lineæ. Pili varii, & lana celluloſa, & pori, ut putat, ſudoriferi. Oculus ſcarabæi, cum ſexangularibus quaſi corneis tunicis, & ſuo pro quaque nervo optico. Serpentulus aquaticus, cui vaſa, oculi, inteſtinum ſtrangulatum. Oculi & inteſtinum faſciolæ, & cæca inteſtinula numeroſa. Vaſa in chryſalidis capite. Ova cyprini & lactes maſculæ. Polypi varii eorumque hydræ. Polypi criſtam caſtrenſem referentes. Alii polypi minores, varii. Papillæ linguæ bubulæ, aculcatæ, fungiformes, cum nervis & vaſis.

EJ. *Der microſcopiſchen Augen- und Gemüths-Ergötzungen Drittes Fünfzig* Nürnberg 1762. 4.* Ad fabricam linguæ coctæ. Ejus fibræ reticulatæ. Pilus de crine leonis, cum magno tubulo, & multis exhalantibus guttulis. Pilus reticulatus capreoli. Papilla unguiculata linguæ bubulæ. In papilione multa & ramoſa vaſcula. Lana. Penis, ut putat vir Cl., muſcæ, & oculus. Proboſcis papilionis.

In *diariis* paſſim microſcopica adtigit, & in *Fränkiſche Samml.* T. 3. de anguillis farinaceis & earum reſtituta vita egit. ASCHII globulos ſeminales rejicit.

§. MCLIV. *Anatomici varii.*

M. D. *élémens de phyſiologie* Paris 1756. 12.* Non eruditi viri opus; qui novos Gallicos libros fere legit & NENTERUM. Ductus hepati-cyſticos pro indubitatis admittit. In utroque ſexu ſemen reperit, & duorum quidem generum. Lac in fetus nuper editi mammis rarum putat. Plus noctu perſpirari. Vis tonica. Ventriculum non poſſe cis tertiam partem diametri arctari. Motum periſtalticum rejicit. Aërem thoracicum refutat. Omnes muſculos intercoſtales habet pro muſculis exſpiratoriis. Neque aërem in ſanguinem venire, neque eum humorem in pulmone refrigerari. Unica valvula cujusque oſtii cordis. Non magni momenti eſſe vim corneæ tunicæ refringentem.

Roland

Roland MARTIN *om de gräntſor ſom naturlig billighed ſynes hafwa utſtakt emellan medicin och chirurgie* Stokholm 1756. 8. Ad hiſtoriam anatomes: pleraque inventa hic eſſe medicorum.

EJ. in *Swenſka Wetenſkap. Acad. Handlingar* 1758. P. 3. de veſicæ evacuatione. Cum *Franciſco* NICHOLLS ſentit de pyramidalis muſculi officio.

EJUSDEM *om atſkilliga ſätt atler upodla anatomen i äldra och yngra tider* Stokholm 1759. 8.* Hiſtoria anatomes: laudes inciſorum nuperorum, ALBINI, aliorum. Ad injectiones penetrabiles ſandaracham commendat, ad craſſas reſinam cum ceræ dimidio.

EJ. *tal om nervers almänna egenſkaper i männiſkans kropp* Stokh. 1763. 8.* Juſti voluminis liber. Ex bonis fontibus hauſit. Nervum humidum eſſe conductorem materiæ electricæ, ut ſericeus funiculus madidus. Siccus tranſitum ejus materiæ moratur. Irritabilem naturam a ſentiente diſtinguit. Retinam tunicam ad lentem cryſtallinam uſque venire negat. A temporali ramo Quinti eum nervum proveniſſe, quem ſolet Septimus ad tempora edere.

In *Vol.* XXVII. oſtendit, oſſa a TIBURTIO pro giganteis habita hominis eſſe non proceriori ſeptem pedibus.

In *Vol.* XXVIII. P. 4. de oſſibus fetus per novem annis retentis, & per uteri oſtium eductis.

In *Vol.* XXIX. P. 2. Arteria aorta ab *Adolpho* MURRAY repleta: uteri arteriæ ad placentam uſque cera plenæ. Communicare vaſa, forte non rubra, matris cum fetus vaſis. Non putat vir Cl. fetum ſe cernuum dare.

Chriſtian JAHN *höchſtnöthige Lehre von dem Menſchen* Dreſden 1756. 8.* Liber vetuſtus, quo nihil traditur, quod non ſub finem prioris ſeculi inventum ſit: auctor cæterum HOFMANNUM audivit. Nomina paſſim corrupta, & analyſis urinæ impoſſibilis. Temperamenta a cordis magnitudine, & vaſorum diametro repetita &c.

J. Frid. RUBEL *Abhandlung, wie man aus dem Urin Schweiß und Stuhlgang urtheilen ſoll* Augſpurg 1756. 8. BOECLER.

Abhandlung von den Fingern, dero Verrichtungen u. ſ. f. Leipz. 1756. 8.

Philipp. PFAFF *Abhandlung von den Zähnen des menſchlichen Körpers, und deren Krankheiten* Berlin 1756. 8.* Dentium anatomen dicit & dentitionem. In primis dentibus mucrones aliqui radicum analogi. Duo in ſeptuagenario dentes eruperunt nimis magni.

Franceſco BONSI in *compendio hippoſteologico Joſephi Antonii* VENTURINI a Cl. BATARRA nonnullis figuris aucto Rimini 1756. 8.* Oſſa ſeſamoidea recte definita. VENTURINUS perioſteum vocat inſenſile.

J. Pietro CAVAZZINI ZANOTTI *avertimenti per lo incaminamento di un giovane alla pittura* Bologna 1756. 8. De utilitate anatomes in pictura. Multum ea uſum eſſe M. ANGELUM & RAPHAELEM.

§. MCLV.

§. MCLV. *Dom.* Vandelli. *Mich.* Lamberti. *W.* Macneven.

Omnes adverſarii mei. Prior, valde tunc juvenis, neque ex anatomico ullo opere notus, aſperam ſcripſit epiſtolam *de ſenſibilitate pericranii, medullæ, duræ meningis, corneæ & tendinum* Patavii 1756. 8.* Experimenta fecit in animalibus, ſed pauciſſima, quibus comperit, in perioſteo, dura meninge, cornea, tendinibus, ſenſum eſſe. Præter paucitatem experimentorum, etiam ferro candente facta ſunt. Nervos cutaneos tendinibus tibiæ tribuit. In tendinibus plerumque ne ipſe quidem ſenſum reperit. Negat etiam varia in motu ſanguinis a me viſa aliisque: adfirmat vincta arteria motum in artu continuo perire. Barbara dictio.

Ejusd. *De nonnullis inſectis terreſtribus & zoophytis marinis, & de vermium terræ reproductione, & de tænia canis* Patavii 1758. 8.* Animalia in thermis 38. gradu (puto Reaumurii) calentibus vivere. Muſtela marina ventriculum habet, & inteſtinum, viſcera aliqua, propria vaſa & fetus formatos. Solam partem inferiorem lumbrici regenerari, non perinde ſuperiorem. Tæniæ caninæ interius vaſculum cera replevit. Lumbrici anatome.

Ej. *De thermis agri Patavini, acc. apologia adverſus* HALLERUM Padua 1761. 4.* Priori opuſculo accedit epiſtola de holothurio, cum aliqua anatome: id animal inteſtina habere, non vero cor.

Epiſtola mihi oppoſita aſperrima eſt, ut etiam Hambergeri convicia recuſa det. Nihil vero habet experimenti, mihique imputat, quæ nunquam mea fuerunt. Altera epiſtola exſtat in Fabbri raccolta T. II. Continet experimenta aliqua in pericranio, perioſteo & dura meninge facta; de iſta aliena, denique in tendinibus, contraria noſtris.

Epiſtola III. in *ſupplemento* Fabbriano. Hic corneam oculi tunicam ſentire contendit, duramque matrem, adeo a vero alienus, ut eam meningem ab arteriis, non ab exſpiratione, ſurſum agi doceat.

J. Michaelis Lamberti, Chirurgi, *lettera al* S. Bianchi *unita a quelle diverſe oſſervazioni ſopra la ſenſibilità del pericranio e tendini degli uomini* Aleſſandria 1756. 8.* Quinque experimenta producit, ut evincat, eſſe ſuum pericranio ſenſum, quem nunquam negaveram; tamen ut ipſe fateatur, in ſano homine eam membranam parum ſentire, inflammatam utique. De dura matre experimenta non habet. De tendinibus tria, quibus eosdem, quos pericranio, limites ponit.

Wilh. Macneven & *Ign.* Radnizky *ſpecimen experimentorum, quibus conſtitit, eas partes ſenſu eſſe præditas, quibus* Hallerus *cum aliis quibusdam omnem ſentiendi facultatem cum irritabilitate denegat* Prag 1756. 4.* & in collectione Cl. Klinkosch 1775. 4.* Aſper ſcriptor. Contra omnem experimentorum fidem adfirmat, cerebrum inter inſpirandum tumere. Tendines diſtractos (ſed una cum cute) aut cum cute perforatos, dolorem facere. Sic aponevroſes affuſo veneno, cum inciſio ſenſum vix cieret. Duas eſſe perioſtei laminas; earum exteriorem ſentire. Paſſim de aliis

aliis membranis, non is auctor, cui contra CALDANUM ZINNIUMque credere velis.

Altera epiſtola eſt in *raccolta* FABBRI, inque T. II. Omnes fere corporis animalis partes ſentire, etiam celluloſam telam, oculi tunicam corneam &c. De tendinibus tamen fatetur, ſibi relictos parum ſentire. Multa ab indefinitis partibus dolentibus ſibi ſumit.

Thomæ LAGHI, Bononienſis, adverſarii etiam noſtri, ſed non cum iſtis numerandi, *epiſtola reſponſoria* ad CÆSARIUM POZZI Bonon. 1756. fol.* Sæpe in ſuis experimentis animalia, quorum tendines & duram membranam læſerat, nulla ſenſus ſigna dediſſe, ſed dediſſe alias, dum candente ferro tendines perforabantur. Nervum a quinto pare ad duram membranam cerebri euntem ſe vidiſſe putat.

EJ. *De injectionibus* in Comm. Bonon. IV. p. 123. Laudat oleum nucum & gluten pelliceum.

EJ. *Ep.* ad *Jac. B.* BECCARI Bologn. 1757. fol.* Etſi me cupit refutatum, plerumque tamen ſimilia vidit meorum, & ſenſum iis deeſſe partibus, in quibus nullum inveneram. Nervos tribuit duræ membranæ, qui ſunt arteriæ receptaculi. Non ſemper convulſiones ex læſo cerebro ſequi. Redit in Comm. T. IV.

EJ. De mortibus avium in vaſis clauſis. Ab odoribus mors acceleratur, & aër levior fit, ut hydrargyrus ſubſideat. Recuderunt in *Allgem. Magaz.* T. V.

Giuſeppe BERTOSSI *della ſenſibilità ed irritabilità delle parti del corpo umano* Padoua 1756. 8. SMITH.

§. MCLVI. *Varii.*

Theodori BARON *Cours de chymie de* LEMERY *revu corrigé & augmenté par* T. B. Paris 1756. 4.* Plurima utique adjecit, ad noſtrum finem aliqua. Ferreas particulas negat ad ſanguinem venire; ſalivam cum uſu argenti vivi vult alcaleſcere. Alcali animale non evolvi leniori calore, quam eſt aquæ bullientis. Phoſphorus urinoſus ſulfur eſt acido ſalis marini ſaturatum. Nihil intercedere, quin nervei liquoris natura ſit ignea.

JOURDAIN *nouveaux elements d'odontologie* Paris 1756. 12.

EJ. *tr. des depots dans les ſinus maxillaires &c.* Paris 1761. 8.* Brevis partium adfectarum anatome. Dentes lacteos a ſecundis depelli, qui accurate eorum radicibus ſubjiciuntur, ſecus ac in molaribus.

EJ. *Eſſai ſur la formation des dents* Paris 1766. 12.* Obſcure ſcripſit. In dentibus acido liquore ſolutis fila vidit & veſiculas, etiam in parte vitrea fila. Per veſiculas ſuccum nutritium ſudare; in iis conſervari. Abſque perioſteo dentes naſci manifeſtum eſt, & ex glutine fieri. Vaſa dentis non aboleri. Rudimenta dentium delineat.

David WIPACHER, jun., *genuina ratio cur pleuritide ſæviente venæ ſectio*

adfecti lateris alias derivatoria dicta præoptanda ſit Leidæ 1756. 12.* Deſcribit pleuram, ejusque morbos: dolorem eſſe in pulmonis involucro, tamen etiam in pleura coſtali: De vaſis ſanguineis pectoris. Venæ brachii ſectionem evacuare venam cavam ſuperiorem, hinc ſanguini pectorali viam ad cor aperire, melius tamen, ſi in eodem latere incidatur.

J. Caſpar CESTARI *breve diſſ. apologetica in cui ſi dimoſtra, che un feto puo rimanerſi morto ed incorrupto nell' utero della madre per un tempo aſſai notabile* Fano 1756. 4.* Facile oſtendit per exempla, fetum in utero materno non continuo putreſcere; placentam etiam retentam ab utero vitam aliquam mutuare.

MONCHAULT *bibliographie medicinale raiſonnée* Paris 1756. 8.* Pauciſſimos libros recenſet. Duos fere ſcriptores laudat, HAMBERGERUM & BUFFONIUM, injuſtus undique cenſor.

EJUSD. ſunt *anecdotes de medecine* Paris 1762. 12. 2.Vol.* Ex vulgatiſſimis fontibus, fabellæ plurimæ & incredibiles, hiſtoriæ inventorum phyſiologicorum imperfectæ & errorum plenæ.

de la CAILLE *tr. d'optique* Paris 1756. 8.

Hoc anno *Thomas* BIRCH edere cepit *the hiſtory of the R. ſociety in London* London 1756. 4. 4.Vol.*, de quo opere diximus.

J. R. M. *Philoſophical and ſcriptural inquiries into the nature of mankind* Lond. 1756. 8.

Antonii SANGUTELLI *de gigantibus nova diſquiſitio hiſtorica & critica* Altona 1756. 8.* edidit *Godofredus* SCHUTZE. Auctor mihi ignotus defendit utique homines aliquos inſolitæ proceritatis paſſim vixiſſe, non vero integros gigantum populos.

Wilhelm OSMER diſſ. *on horſes wherein it is demonſtrated that innate qualities do the moſt, and that the excellence of this animal is mechanical and not in the blood* London 1756. 8.* Non ex genealogia equos æſtimari debere, ſed ex ſua quemque fabrica. Non ſolos admiſſarios formoſos requiri, ſed pariter bene natas equas.

Nicolai LAMBSMA *ventris fluxus multiplex* Amſterdam 1756. 8.* De inteſtinorum fabrica & excretione fæcum.

Jacobi PLACENTINI diſſ. *de vena, quæ in morbis particularium partium corporis ſit ſalutarius incidenda* Padova 1756. 4.* Selectum venarum defendit. Utique celerius fluere ſanguinem in arteriam, cui reſpondens vena inciſa eſt, & ex qua ſanguis fluit. Quo celerius porro ſanguis per arteriam aliquam fluit, eo lentius fluere per arterias proximas ei, cujus vena inciſa fuit. Quare revellere venæ ſectionem, eo potentius, quo propior vena inciſa eſt loco adfecto. Derivare porro venæ ſectionem ſanguinem in omnes arterias acutis ſub angulis natas; revellere ab iis, quæ ſub angulis rectis & obtuſis prodeunt. Jugularis venæ ſectionem potenter a cerebro revellere &c.

Drey merkwürdige Abhandlungen von der Einbildungskraft der ſchwangern Weiber Argentor. 1756. 8.* BLONDELLI, MAUCLERCI contra BLONDELLUM, BELLOTI.

Antonius MATANUS, Prof. Piſanus, *de anevryſmaticis præcordiorum morbis* ſcripſit Florentiæ 1756. 4.* qui libellus ſæpe recuſus eſt. Cauſas poſſe jam in molliori arteriarum fetus fabrica eſſe.

BAGIEU *examen de pluſieurs parties de la chirurgie d'après les faits* T. I. Paris 1756. 12.* In ſuis ad RAVATONII & LOUIS de amputationibus præcepta adnotationibus, ſatis accurate arterias femoris deſcribit.

T. II. 1757. 12.* Tendines non dolere, neque ſymptomata facere laceratos.

Petri Jonæ BERGII, viri egregii, *förſök til de uti Swerige gångbare Siukdomars utrönande för år* 1755. Stokholm 1756. 8.* Aliqua ad tabulas morientium & natorum. Utique numeroſiores eſſe partus, & ad viventes ut 1. ad 43.

In ejusdem operis volumine reſpondente anno 1757. relatio de flatibus ex utero prorumpentibus.

IDEM in *Wetenſk. Acad. Handling.* 1772. *trim.* I. egit de lacte muliebri. Id lac ſponte non aceſcere, cremorem tamen ſibi inducere, & in coctivæ cum fortiſſimo acore demum caſeum deponere. Victum vegetabilem ejus naturam mutare, ut cum aceto nunc cogatur, & ſponte in calido aëre aceſcat. Quare cum lac muliebre a vaccino inſigni nota differat, defectu naturæ aceſcentis, non poſſe perinde eſſe puero, num a matre lactetur, num vaccino lacte alatur. In phthiſi muliebre lac præſtare.

§. MCLVII. *Percivall* POTT.

Celebris Chirurgus. EJUS *treatiſe on ruptures* London 1756. 8.* 1771. 8. 1775. 8.* Partes a morbo adfectas deſcribit. Appendicem peritonæi recte celluloſam facit. Tunicam vaginalem teſtis a vaginali tunica funiculi ſeparat. Utique teſtes fetus in abdomine reſidere, & per reſpirationem deorſum pelli. Ut peritonæo in ſpeciem digitalis depulſo herniæ naſcantur.

EJ. *Practical remarks on the hydrocele, or watry rupture, and other diſeaſes of the teſticles* London 1762. 8.* 1775. 8.* Iterum partium anatome. Vaſa ſpermatica ſub muſculis obliquis tranſire. Teſtes in fetu intra abdomen eſſe. Herniæ congenitæ. Hic noſter ob fontes ſuos non nominatos HUNTERI cenſuram expertus eſt. Vaginale involucrum funiculi propriam hydrocelen patitur, in qua vaginalis teſtis ipſius nihil vitii habet. Vaginalis tunica anterius teſtem liberum relinquit, poſterius adhæreſcit.

EJ. *Account of a particular kind of rupture frequently attending upon newborn childern and ſometimes met with in adults* Lond. 1757. 8.* 1775. 8.* Iterum in omni fetu teſtes ſedere in abdomine, prope renes, pone peritonæum quidem (intra peritonæum, a quo ſuam membranam habent). Præparatum habere ad exitum oſtium, per quod in celluloſam telam deſcendat, cumque ea in ſcrotum migrare, nonnunquam vero in inguine reſidere. Ex iſtis, quæ priores dixeramus,

ramus, interpretatur, ut nonnunpuam in hernia teſtis intra cavum peritonæi reperiatur.

Ej. *Obſervations on that diſorders of the corner of the eyer commonly called fiſtula lacrymalis* London 1758. 8.* Partes adfectas hactenus deſcribit.

Ej. *Obſervations on the nature and conſequences of wounds and contuſions of the head, fractures of the ſkull, concuſſions of the brain* London 1760. 8.* 1775. 8.* Etſi nihil contra noſtra experimenta objicit, putat tamen non abſque omni periculo duram membranam cerebri incidi, certe ob ſuccos effuſos, cerebrum conpreſſuros. Duram matrem undique cranio fortiter adhærere, & vaſcula in cranium mittere. Pericranii vulnera periculo carere. Si quid ſub dura matre effuſum fuerit, eſſe diſſecandam.

§. MCLVIII. *Diſputationes.*

Wilhelm Ludwig CHUDEN *de ſignis fetus vivi & mortui* Gotting. 1756. 8.* Fetum vix quidquam facere ad partum, qui contracti uteri ſit opus. Ut motus fetus in utero gravido percipiatur. Signa fetus mortui. In partu vita æſtimatur ex pulſu: mors ex diminuto tumore ſanguineo fetus. Fons pulſare ceſſat in vivente fetu &c.

Petrus Ernſt ASCHE *de natura ſpermatis obſervationibus microſcopicis indagata* Götting. 1756. 4.* Semen variorum animalium, & varios alios humores animales, microſcopii ope contemplatus, in omnibus globulos reperit, caudas in nullo. Globulos eos nihil tot in humoribus differre, neque in ſemine quidquam habere præcipui. A putredine apparere uberiores, ſed minores. Non eſſe adeo animalcula, neque vi propria moveri.

Marc. Ludov. WILLIAMOZ *de ſale lactis eſſentiali* Leid. 1756. 4.* cum analyſi per experimenta facta.

Henrici Joh. COTTAAR *de calore vitali* Leid. 1756. 4.*

Salomonis SCHINZ, celebris practici Tigurini, *de calce terrarum & lapidum calcariorum* Leid. 1756. 4.* egregia diſputatio. Terra animalis calcariæ eſt indolis. STÆHELINI olim noſtri & Cl. SCHINZII experimenta de teſta ovorum. In aceto abit in membranam, in qua ſtigmata ſunt, & cryſtalli decedunt. Ope impellentis aeris in ovum vacuo in ſpatio firmatum coloratus liquor per poros penetrat, qui aëri transmittendo videntur deſtinati fuiſſe. In exiguos poros teſtæ materni uteri papillæ inſeruntur.

J. Georg Emanuel RÖSNER *diſſ. circa vires lactis* Leid. 1756. 4.*, potiſſimum lactis per paſtum herbarum propriarum medicati. Vires cordis per vires trahentes & repellentes conatur explicare, valde ſubtiliter.

Stephan WESZPREMI *obſervationes medicæ* Leid. 1756. 4.* In ſubmerſis nullam aquam in pulmone fuiſſe: vitam inflato pulmone revocatam.

In *Biographia Medicorum Hungariæ* Lipſ. 1774. 8.* inciſorum etiam vitæ traduntur.

Stephan MATY *de irritabilitate & aliis quibusdam medicinæ capitibus* Utrecht 1756. 4.

Chriſtian

Chriſtian Stephan SCHEFFEL *de ſtatu naturali & præternaturali tunicæ pituitariæ* Greifswald. 1756. 4.

EJ. *De ſanguine & jus miſſione* ib. 1756. 4.

Chriſtian Friderich MICHAELIS *de orificii uteri cura clinica atque forenſi* Lipſ. 1756. 4.* Ut id oſtium in graviditatis progreſſu mutetur, ut ex ea mutatione adgnoſcatur graviditas, ut judicetur de partu inſtante aut remoto.

Conrad. Wilh. STRECKER *de fide & legalitate medici in inveſtiganda vulnerum lethalitate* Jenæ 1756. 4.*

Georg Ludwig ALEFELD *de aëre ſanguini permiſto* Gieſſ. 1756. 4.* Cl. MULLERUM aërem in ſanguineis puerperarum vaſis vidiſſe. Sic ALEFELDIUM in juvene ex ſanguinis jactura mortuo. Perinde aërem in ſanguine fuiſſe, cum cani vulnerato arteria in ſanguine inmerſa, & ſub aqua vinculo adſtricta fuiſſet. Hunc aërem per pulmonem in ſanguinem advenire, neque ſuum elaterem amittere.

Guſtav. Philipp. ZWINGER *hiſtoria pericranii ſua ſponte regenerati* Altdorf. 1756. 4.*

Joſeph VILLESAVOIE *obſervationum medico chirurgicarum pentas* Erlang. 1756. 4.* Præſide Cl. DELIO. Aliqua in me. Recuſa eſt in *Raccolta* FABBRI.

Chriſtian Rudolph HANNES *fetum in utero materno per os nutriri* Duisburg 1756. 4.* De puero male formato, ſterno friabili, humero ſuper caput extenſo. Fetus cor dextrum ſiniſtro non latius eſſe. Rejicit fibras muſculoſas uteri. Pro membrana pupillari. Contra hæmorrhagias ex umbilicali funiculo. Uterum gravidum non tenuari. Os fetus in mediis aquis apertum eſſe.

Dav. Car. Eman. BERDOT, (Medici Montisbeligardenſis) cari ſodalis aliquando mei in botanicis excurſionibus, *de ſuſpiriis* Baſil. 1756. 4.* Experimentum in tendine humano factum, quem inſenſilem reperit. Fetus bicipitis anatome.

EJ. *Abregé de l'art d'accoucher à l'uſage des accoucheurs des ſages femmes &c.* Baſil. 1774. 8.* Anatome. Duo freta pelvis. Non neceſſe eſſe fetum contorqueri, ut de pelvis freto exeat. Fœtum immutato ſitu, facie ad os ſacrum converſa, in partum progredi. Partes genitales matris; & fetus. Fetum ſenſim ſe cernuum dare. Partus naturalis. Funiculum tamen ligari debere.

IDEM in *epiſtolis* ad me datis T. IV. *ep.* 119. experimentum ad tendinis naturam inſenſilem vincendam in vivo homine factum producit.

In T. V. *Ep.* 139. In puella trienni hæmorrhoides menſtruæ & ſudor ſanguinis in ſene largiſſimus.

Ep. obſ. 193. aliud experimentum ad adſtruendam tendinis inſenſibilem naturam, in juvene factum.

Ep. 238. fetus biceps pectoribus conjunctis. Ejus anatome: cor unicum. Sic hepar. Duo ventriculi, pyloro unico, ſic utero. Spinæ dorſi duæ confluentes.

Aug. Theodor. BRODTBEK *carie conſumtâ tibiæ notabilis jactura naturæ beneficio reſtituta* Tubing. 1756. 4.* Pr. SIEGWARTO.

Salomon PEYER *de morbis narium* Baſil. 1756. 4. habet etiam anatomen.

Frid. Chriſtian STRUVE *de matutina alvi excretione ſanitatis præſidio* Kiel. 1756. 4.

Andreas WOHLIN *de pulſu intermittente* Upſal. 1756. 4.*

J. B. WIEST *theſes medicæ de urina* Wien 1756. 4.*

J. Georg HASENOEHRL *de abortu ejusque præſervatione* Wien 1756. 4.* Menſes in prægnantibus fluentes eſſe ex vagina; ſuperfuiſſe cum os uteri conferbuiſſet.

Voluſianus RIVES *de ſanguificatione* Monſpel. 1756. 4.* Elementa chemica lactis, butyri, ſanguinis, qui alcaleſcat, dum lac aceſcit: eam mutationem ex fermentatione fieri, ad putredinem vergente.

J. B. Fr. de la RIVIERE & d'ONGLEE *Ergo catamenia a plethora* Pariſiis 1756. 4.* eadem quæ BERTRANDI 1711.

Marinus Jacob Clarus ROBERT *E. ad motum ſanguinis in minimis vaſculis plus facit adtractio, quam pulſus a tergo* Pariſ. 1756. 4.*

Richard CONYERS *oratio anniverſaria* HARVEJANA Lond. 1756. 4.

Matthæus DOBSON *de menſtruis* Edinburg 1756. 8.* Non eſſe a plethora. Non omnes puellas plethoricas eſſe, non deſinere incrementum, quando menſes erumpunt. Deducit autem menſes ab aucta irritabilitate vaſorum uteri, hinc accelerato ſanguinis ad eas partes motu.

Guilielmo WAUGHAN *de rheumatiſmo* Edinburgh 1756. 8.* Experimenta coram WHYTTIO facta, quibus conſtitit, inciſo tendine animal eo minus videri dolere, quo profundius ferrum adactum eſt &c.

M. L. COIRE *E. functionis cujuslibet cauſa multiplex* Paris 1756. repleta a P. A. BACHER ib. 1773.

B. BASSAN in *Epiſt.* IV. n. 9. ad me data, nullum nervum in tendinem ſubire microſcopii teſtimonio confirmat.

§. MCLIX. *Marcus Antonius Leopoldus* CALDANUS.

Amicus noſter ſingularis, Profeſſor theoriæ primarius Patavinus, MORGAGNI etiam in anatomicis oſtenſionibus ſucceſſor, acuti ingenii vir & egregius inciſor. EJUS *epiſtola ſull' inſenſibilità ed irritabilità di alcune parti degli animali*, prælecta d. 25. Nov. 1756. coram *Academia dell' inſtituto*, 4. forma prodiit. Numeroſa experimenta fecit in mathematici *Pii* FANTONI ædibus, magnis coram teſtibus, inter eos *Petro Paulo* MOLINELLO. Summa idem cautione in experimentis faciendis uſus eſt; quietem perfectam & apathiam animalium exſpectavit experimenta repetiit, ut in ſolis tendinibus fecerit omnino 83, inter quæ quatuor fuerunt cum aliquibus ſenſus ſignis conjuncta, quod ten-

tendines non ſatis nudati fuiſſent. Erronea adverſariorum experimenta eo refert, ut alienas partes læſerint. Nullos eſſe tendinum nervos. Porro pro inſenſili natura pericranii, etiam a P. P. MOLINELLO adgnita dicit: multa etiam in dura matre pericula cepit; inſenſilem præter unicum peculiarem caſum reperit. Etiam non profundas cerebri læſiones nervorum diſtenſiones feciſſe. Nihil in corpore calloſo eſſe peculiare. Aponevroſes muſculorum abdominis & peritonæum ſenſu deſtituuntur: ſic pleura. Nullus eſt aër thoracicus. Motus periſtalticus etiam in felibus manifeſtus eſt. Ventriculus minus, quam inteſtina irritabilis eſt. Succeſſit CALDANO, ut ſiniſtræ partes cordis dextris ſupervivrent. Recte evacuatum cor quieſcit. Iris non eſt irritabilis. Vis irritabilis peculiare donum eſt fibræ muſculoſæ.

EJ. *Lettera ſeconda* exſtat in *mea collectione* Lauſannæ edita Tom. III. Vitia aliqua experimentorum Cl. LAGHI: tendines non ſatis nudatos. Ipſum denique LAGHIUM omnia nunc fere dare, quæ nos propoſuerimus: tantum ut putet, in experimentis tendinum non ſentientium aliquam eſſe inconſtantiam. Pleraque experimenta LAGHI, in animalibus inque hominis dura meninge, ſenſum oſtendiſſe omnino nullum. Spiritus nerveos videri ſpeciem eſſe ſtimuli. Nullas in motu cordis nervorum partes eſſe.

EJ. *Lettera terza ſopra l'irritabilità ed inſenſibilità* HALLERIANA Bologna 1759. 4.* Cauſas errorum in experimentis detexit, vulneratas partes alienas; aut nervos trans tendinem decurrentes. Nunquam ſentire tendinem rite nudatum. In muſculis paralyticis tamen electricam ſcintillam motum ciere &c.

In *Epiſtola* IV. *in Eſtratto de litteratura Italiana &c.* Ebroduni 1764. 8.* edita, exſtant Cl. viri adverſus WHYTTIUM facta experimenta. Irritata, diſſecta medulla ſpinali ranæ ſæpe tetanum ſequi univerſi corporis, neque eo dominante ab irritato nervo in muſculo quidquam oriri motus; id impoſuiſſe WHYTTIO. Cor ranæ detruncato capite pulſat, quater lentius quam in homine.

EJ. *Rifleſſioni fiſiologiche* Venez. 1767. 8.* Adverſus *le* CATIUM. Cerebri ſenſum nunquam ſilere, ſi acum ad perpendiculum defixeris. VERNAM denuo duram matrem abſque ullo ſenſu irritaſſe. Sic in ſeptem hominibus Cl. BONIOLI, denique ſeipſum. In amputationibus celeberrimos chirurgos nullum in perioſteo ſenſum adnotaſſe. De pleuræ inſenſili natura perinde per nupera experimenta conſtitiſſe, & de abdominalis aponevroſeos, ejusque quæ in dorſo eſt. Nunquam ex tendinis vulnere ullum ſymptoma ſuperveniſſe Coram T. LAGHIO ſe oſtendiſſe, in ſano viro nullum fuiſſe duræ meningis ſenſum. Contra cerebrum oleoſum *le* CATII, & contra vegetabilem animam. Nervos irritatos cordis motum non mutare: qui tollatur, ſi perfecte cor inaniveris, & refluentis ſanguinis adventum interceperis. Per acervatum ſanguinem, qui in cor venit, ejus motum ſuſcitari. Effectus rigiditatis in muſculo contracto, qui irritabilitati reſiſtat. Pulſus pulli 180.

EJ. *Eſame del capitolo ſettimo della* 12. *parte del S.* ANTONIO *de* HAEN *indiretto al ſteſſo autore* Padova 1770. 4.* Nunquam HALLERUM cogitaſſe de revocan-

vocandis iis, quæ de partibus corporis humani ſenſu carentibus ſcripſerit. Nihil ad tendinum ſenſum facere nervos, qui ſubcutanei trans aponevroſin decurrunt. ALBINUM negare, in dura meninge ſe nervum reperiſſe. MOLINELLUM bis tendines humanos cultro diviſiſſe. ARETÆUM, H. FABRICIUM, MOLINETTUM de variis partibus inſenſilibus ſimilia HALLERIANORUM docuiſſe. BARTHOLOMÆUM RIVIERAM in hominis dura meninge nullum ſenſum reperiſſe.

In *Diario Veneto* Cl. ORTESCHI paſſim aliqua habet phyſiologici argumenti.

In *Epiſtolis ad me datis* T. IV. multa. Experimentum, ex quo aliqua de ſenſu duræ membranæ ſuſpicio naſcitur. LAGHIUM ligaſſe tendinem rudum, nullum ſenſus ſignum apparuiſſe. De vi cordis irritabili.

In T. V. De aquæductu Fallopii, de aure interna. In ranis experimenta facta capite reſecto.

T. VI. Arteria renalis venam ſuam perforans. Aquulam labyrintho pertuſo effluxiſſe. Lobus hepatis ſupernumerarius. Os inſigne in dura membrana nullo cum ejus ſenſu. Duo ureteres ſepto diviſi, tamen ut ſupra veſicam confluerent.

In *pathologicis inſtitutionibus* Padova 1772. 8.* 1776. 8.* agit de fibra & de lamina, humani corporis elementis. Globulos ſanguineos nequaquam in minores globulos ſecedere.

§. MCLX. *Diaria anni* 1757.

In *Philoſ. Tranſ.* T. 50. P. I. continentur opuſcula anni 1757.

Johannes ROBERTSON pondus vivorum hominum per demerſionem in aquam definire adgreſſus eſt. Aquam partim æque gravem eſſe, quam corpus humanum, partim graviorem.

Alexander GARDEN ab opuntiæ uſu etiam lac tingi & ab indico.

Juſt. Joh. TORKOS de puellis Hungaris connatis quæ adoleverant. Videbantur natibus connatæ, commune tamen habebant pudendum, rectum inteſtinum unicum, urethras duas, voluntates diſtinctas, corda per arteriam connata.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1757. Celeritas equorum Italicorum ſumma, 37. pedum in minuto ſecundo: equi Anglici ad 82½.

Vapor inflammabilis ex cloaca.

Vir poſt 25. minuta, quibus ſub aqua merſus fuerat, fumi tabacini clyſtere refocillatus.

In *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* I. *obſ.* 56. *Chriſtoph. Frider.* KUHN de mira puellæ corpulentia aliqua.

Obſ. 94. *Frider. Simon* MORGENSTERN de ſeri ex umbilico deſtillatione.

In *Mémoires de l'Academie Royale de Chirurgie* T. III. Paris 1757. 4.* aliqua huc faciunt. GUATTANUS recte monet, œſophagum poni ad latus aſperæ arteriæ ſiniſtrum.

In

In *Conventu Soc. Regiæ Gottingenſis* 1757. *Alb. Ludwig Frider.* MEISTER obſervationes ſuas de viſu prælegit, omnino memorabiles, recuſas in *Hamburg. Magaz.* T. 23. Potiſſimum accurate egit de maculis & filamentis coram oculo obverſantibus. Globulos illos poſſe ſanguineos eſſe. Ab iis globulis radios lucis refringi. Globulos ſolidos eſſe. Cauſam macularum eſſe myopum labores, & ſedem in humore vitreo. Axes noſtros viſorios non accurate a voluntate dirigi poſſe. Alia ſollicite legi digna.

In *K. Swenſka Acad. Handlingar* 1757. J. G. WAHLBOM magna pars oſſis bregmatis & maxillæ inferioris reſtituta, quam caries deſtruxerat.

EJ. T. XXII. Fetus imperfectus poſt alicam ſemeſtrem natus.

EJ. In *actis* a. 1764. de fetu, cujus colon in cute aperiebatur, & hepar nudum erat.

Petri ZETZELL relatio de juvene a nimis anguſto collari pene ſuffocato. Gradus accurate, per quos vita rediit.

In *K. Swenſka Wetenſk. Handling.* 1770. n. 3. agit de ſero chyloſo, quod in ſanguine natet, & pro lacte habitum ſit, de aqua hydropica, & de ſero ſanguinis. In omnibus experimenta fecit, quibus eorum indolem erueret.

Torbern BERGMANN de hirudinum pene, vulva, ſunt enim androgynæ, de ano, quem MORANDUS non invenerat.

In *Journal de Médécine de* VANDERMONDE T. VI. anni 1757. LIESCHING de puero tripede, de quo & SIEGWARTUS.

BOUSQUET de fetu utero & vagina deſtituto, ureteribus apertis in labia pudendi.

GERARD mors poſt abſtinentiam 69. dierum.

PEQUEULT lamina in pleura oſſea.

MARECHAL de cane roſtro pſittaci: puella ſimiæ ſimili: ſuſpectæ hiſtoriolæ.

SANYER *du* LAC femina duobus uteris prædita.

LAPEYRE pars urethræ reparata.

GUILLERME fetus per anum egeſtus.

DEVILLIERS quatuor ureteres.

BARATTE vermes in ſanguine.

BRILLOUET venæ ſectio in femina frequentiſſime repetita, ut quotannis 300. ſanguinis uncias amitteret.

DEYDIER, Medici, mira hiſtoria partus immaturi duarum molarum ſimilis.

De la RUE de puella ſurda, percipiente quæcunque in dorſum ſcriberes.

T. VII. qui & ipſe anni eſt 1757. M. MAHON ſanguis undique diſſolutus, ut per pulmonem exſudaret.

GLATIGNY diaphragma ſurſum impulſum, reliqua viſcera ſitu mota.

Nicolas du SAULSAY puer triennis puber & miri roboris.

de la RUE cyclops infans.

BONAFOS anus pueri clauſus.

HENRI menſes per os.

MOREL varietates aliquæ. Duplicia foramina proceſſuum transverſorum colli, per quorum poſteriora arteria cervicalis poſterior meabat. Canalis in atlante oſſeus. Tarſi oſſa novem. Nulli in virgine ſphenoidei ſinus. Menſuræ ſceleti pueri rachitici pede non longioris. Varietates aliæ muſculorum, vaſorum. Ceræ per pulmones iter, ex venis in arterias. Peculiaris fabrica vaſorum brachii & muſculorum nonnullorum. Bis arteria radialis in ſummo humero diſtincta. Arcus volaris, ex ramo arteriæ ulnaris ſub interoſſea nato.

In *Götting. Anzeigen von gelehrten Sachen* 1757. n. 54. refertur de puero, quem & ipſe vidi, cui pars cutis pilo ſubfulvo tecta, fuſca erat & verrucoſa. Mater accuſabat terrorem a capreolo conceptum.

In diario *Reich der Natur und der Sitten*, cujus aliquot tomi Hallæ hoc & ſequentibus annis prodierunt, varia ſunt argumenti phyſiologici; ut de cæcis hominibus artium peritis: de animalibus ſuos pullos docentibus.

In *Hannöveriſchen Sammlungen* 1757. de modo avium ſiccatarum ſervandarum.

In *Braunſchweigiſchen Anzeigen* 1757. de majori quam ſolitus eſt, mortuorum numero, qui a. 1757. de vita deceſſerunt, deque ejus infortunii cauſſis.

In *obſervations periodiques ſur la phyſique, l'hiſtoire naturelle &c.* Paris 1757. Aliqua de piſcibus marinis poſthuma PLUMERII, ut doratæ cor, ſirene, quam GAUTIER ait ſe in ſcypho vitreo coram habuiſſe. Lumbricorum terreſtrium venus & partes genitales utriusque ſexus.

Recueil de pieces, qui ont concouru pour le prix de l'Academie Roy. de Chirurgie Paris 1757. 4.* paſſim utcunque huc faciunt, ut ad inflammationis naturam. ERNAULD de arte docendi ſurdos.

Acta Academiæ electoralis Moguntinæ ſcientiarum utilium, quæ Erfordiæ eſt Erford. 1757. 8.* Chemici potiſſimum argumenti, aliqua & phyſiologici.

Der mediciniſchen Societät in Budiſſin Sammlungen und Abhandlungen aus allen Theilen der Arzneygelahrtheit prodierunt Altenburg 1757. 8.* Princeps auctor J. G. BUDÆUS. Varia reſponſa medica. Non a læſo tendine, ſed a nervo ſymptomata fuiſſe, quæ tendini tribuuntur. Cranium in partu conpreſſum, cerebrum eliſum, ut nudum ſub cute eſſet. Mors a nimia obeſitate. In ſanguine viri arthritici cruſta ſebo ſimilis, in arenam per ſiccitatem mutata. De effectu opii in ſanguine rarefaciendo. Plurima ad infanticidia.

Bremiſches Magazin zur Ausbreitung der Wiſſenſchaften, Künſte und Tugend Bremen 1757. 8.* & annis ſequentibus. Fere ex Anglicis diariis collectum aliqua habet noſtri argumenti.

Com-

Commentariorum Acad. Bononienſis T. IV. Bonon. 1757. 4.* Quæ anatomica habet, ea fere ad LAGHIUM pertinent, & dicta ſunt.

In *Mercure de France* Decembr. D. GOYEAU canem piſcem deſcribit, minimo cerebro, oculis magnis, involucro nervi optici cartilagineo, oſſibus nullis, valvula inteſtini ſpirali.

Rarius, aliquando tamen, in *journal œconomique* res noſtræ tanguntur. Subriſi hoc anno, cum meum de ſomno libellum ex *primis lineis* in Anglicum diarium, hinc in Gallicum, inde denique in Germanicum verſum legi, & in *allgemeines Magazin* recuſum: ut nemo tot compilatorum fontem indicaret.

Uytgezogte verhandelingen uyt de nieuweſte worken van de ſocieteyten der wetenſkapen tomi VII. Vol. 24. Amſterdam 1757. 8. LAMB. In T. I. *Cornelius* NOZEMAN dedit deſcriptionem cochleæ marinæ, quæ vulgo *wulk* vocatur, tum ovarium & pullitiem animalis *zeekat*. Sic in aliis tomis, quibus invitus careo.

§. MCLXI. *Henricus Nepomucenus* CRANZ.

Inſtitutionum olim Profeſſor Vindob. & artis obſtetriciæ. In *appendice Vol.* I. N. A. N. C. agit de inſtrumentorum in ea arte utilitate, & recta atque præpoſtera adplicatione. Deſcribit fetum palato male formato, uvula in duas partes diſtinctas diviſa, auribus apertis, hinc ſugere impotem. Mireris referentem, Pariſiis neminem præter LEVRETUM credidiſſe, placentam alieno loco adhærere poſſe, aut chorio verſus uterum obduci.

In eodem *Vol. obſ.* 62. mors ex defectu palati.

EJ. *Quid ſit veri in ſententia* STAHLIANA *ratione animæ* Wien 1760. 4.

EJUSD. *Solutiones difficultatum circa cordis irritabilitatem* Wien 1761. 8.* Nempe *difficultatum* ILL. HAENII, qui cordis irritabilitatem undique receptam negabat, & motum hujus muſculi ignotæ poteſtati tribuebat. Contra *le* CATII animam ſenſitivam; maximos motus abſque ullo ſenſu cieri. HAENIUM non bene experimenta in animalibus facta rejicere. Non calleſcere cor, uti neque diaphragma. Omnino a ſanguinis venoſi ſtimulo cordis motum excitari. Alias etiam objectiones ſolvit.

EJ. *Quæſtio medica, quæ ſint cauſæ muſculorum motrices* Wien 1761. 4.* cujus diſp. auctorem nunc audio eſſe P. A. MARHERR. Contra *le* CATIUM, contra ſpiritus animales ſemi-immateriales. Irritabilitatem eſſe cauſam motus. ROGERII perpetuam oſcillationem inventam eſſe, ut irritabilitati noceretur. Muſculos voluntati ſubjectos minus irritabiles eſſe, hinc facile fatigari. Contra diſſertationem, in qua docetur, arterias non a ſanguine de corde ex pulſo dilatari.

EJ. *Einleitung in eine wahre und gegründete Hebammenkunſt* Wien 1756. 8.* 1768. 8.* Deſcriptio partium genitalium & pelvis, & ſecundarum: de graviditate &c. Vaſa uterina cum fetus vaſis communicare, & debilem puerum a ma-

materno ſanguine refocillari, ſi cum utero connexus manſerit. Placentam gemellis ſæpe unicam eſſe.

Ej. *Num in pulmone prævia fiant humorum ſecretiones* Wien 1759. 4.*

Ej. *An condenſetur in venis pulmonalibus ſanguis* 1759. 4.* Contra eam condenſationem.

Ej. Vita *J. Laurentii* Gasser Wien 1765. fol.

§. MCLXII. *Carolus Nicolaus* Jenty,

Gallus, qui Londini anatomen exercuit, *a courſe of anatomico-phiſiological lectures on the human ſtructure and animal œconomy* London 1757. 8. 3. Vol.* Ex nobis, & Winslowo, ſua ſe habere ipſe monet. Neque in animalibus anatomen diſci debere; neque in pueris vaſa repleri, nimis parva: In hoc volumine fere bibliothecam tradit anatomicam. Artificium replendorum vaſorum, ad quod oleum terebinthinæ commendat, ad ſebum nimium ceræ admiſcet. Porro de aliis adminiſtrationibus anatomicis: etiam lienis, quem facit in homine celluloſum. Oſſa. De celluloſa tela nobiſcum. Nervos oſſa & perioſteum non ſubire, utrumque tamen ſenſu pollere. Aliquæ ad oſſa adnotationes. Nullam dari harmoniam. Octo vertebræ dorſi connatæ. De muſculis ex B. Langrish: de ſanguine ex noſtro opere. Acris cæterum judex, etiam Cheseldenii & Monroi.

In T. II. anatome viſcerum ex Winslowo, ex noſtris phyſiologia. Poros in peritonæo ſtatuit. Rete vaſculoſum tenerum inter glandulas & floccos intimæ tunicæ inteſtini. Magnam invaginationem vidit cum gangræna. Omentum major & minor (ita ſcripſit), ex Winslowo. A compreſſione diaphragmatis & aortæ ſubinde ciſternam chyli in ductus ſpeciem elidi. Ductus hepaticyſticos in homine reperiri. Acinos renis eſſe fines diſſectorum vaſorum. Teſtes fetus peritonæo non contineri. Cor teſtudinis univentre eſſe. Vaſa lactifera in glandulas ſebaceas mammarum aperiri. Muſculus anonymus, quem dicit, videtur ad ſcalenum lateralem pertinere.

T. III. vaſa habet, ex Winslowo, neglectis nuperis emendationibus. Retinam tunicam eſſe epidermidem abſque ſenſu. Non ex læſo bicipitis tendine, ſed ex nervo vulnerato, ſymptomata fieri. Pyramidalem in feminis frequentius reperiri. Arteriam brachialem nonnunquam trans teretem muſculum incedere, cuti propiorem.

Ej. *Tentamen de demonſtranda ſtructura humana* London 1757. 8.* In præfatione monet, ſe in tabulis Eustachii, Cowperi, Albini, noſtriſque cramben repetitam & confuſam verborum congeriem reperiſſe. Dare ergo ſuas tabulas quatuor pedes altas, vivis inductas coloribus. Singularis icon eſt abdominis a dorſali ſede viſi, deletis cum dorſo vertebris. Ex renali vena deducit ſplenicam &c. Ad hominem depictæ tabulæ, ſed ambitu figurarum obſcuro. Venas cutaneas habet &c.

Ejusd.

Ejusd. *Explicatio demonſtrationis uteri prægnantis mulieris cum fetu ad partum moturo in tabulis ſex* London 1758. fol. magn.* Germanice & latine Nürnberg 1761. fol. max.* Duas vidit feminas gravidas. Auctor ipſe nos docet, nihil pulchrius unquam viſum eſſe, nihil proditurum pulchrius. Ex ordine uterus & fetus, iſte capite in ſuperiori parte uteri poſito; inde porro ad partum converſus fetus, & denique ſecundæ.

In *Phil. Tranſ.* 1758. inteſtina connata deſcribit.

§. MCLXIII. *Hyacinthus Bartholomæus* Fabbri.

Num ipſe aliquid ſcripſerit ignoro, ſed collectionem dedit ad noſtras de irritabilibus & de inſenſilibus corporis humani partibus lites pertinentem. Titulus eſt *ſulla inſenſibilità ed irritabilità* Halleriana *opuſculi di vari autori.* Ejus collectionis P. I. *nella quale ſi contengono tutte le coſe favorabili al ſiſtema del* S. Haller; Bononiæ prodiit 1757. 4.* Hic redeunt Castelli, Zimmermanni diſputationes, Tosetti quatuor epiſtolæ, prima epiſtola Caldani, Epiſtola Pozzii; excerptum denique ex Cignæ diſſ. Nolles admiſſam epiſtolam al P. Lettore, quæ contra nos eſt, & de dura matre docet, & nervos habere & ſenſum. In reſponſione Patris Lectoris theoria aliqua, & irritabilitatis in univerſum naturæ extenſum imperium traditur.

Parte ſeconda, nella quale ſi contengono tutte le coſe oppoſte al ſiſtema del S. Haller Bonon. 1757. 4.* Scripta Lamberti, Vandelli, duæ epiſtolæ J. B. Bianchi, duæ Laghi, experimenta D. Lorry, & Girardi, quam dicam, diſputatio hic reperiuntur. Deinde Sylvestris Antonii Ponticelli epiſtola ad Bianchum, hæc abſque experimentis: Dominici Sanseverini de fibrarum ſenſibilitate & irritabilitate. Omnes corporis humani partes vi contractili valere, ſed alias aliis valentius.

Porro *J. Baptiſtæ* Fe *ſaggio critico in difeſa del* Boerhaave *contrariato dal ſuo ſcolare A.* Haller. Acre ſcriptum, in Zimmermannum potiſſimum. Experimenti nihil.

Rifleſſioni Anatomiche di un Dottor fiſico intorno alla moderna diſſertazione del S. Haller. Is doctor notiſſimus eſt Petriolus. Unicum eſt experimentum pro ſenſu pericranii. Nervos tendinum ab Eustachio depingi putat. Motum duræ matris ſynchronum eſſe motui arteriarum.

Caroli Michaelis Lottieri *diſſ. ſulla ſenſibilità ed irritabilità delle parti di bruti e degli uomini.* Ex morbis potius, quam ab experimentis pro nonnullarum partium ſenſu pugnat, quem ad ipſam celluloſam telam transfert. De tendinibus unicum ex cane experimentum producit. Anonymi incivilis epiſtola, & Girardi.

Ej. *Sulla ſenſibilità ed irritabilità* Halleriana *ſupplemento* Bologna 1759. 4.* Hic ipſius collectoris Fabbri experimentum in tendine nudato, qui tactus doluerit.

Lettera del dottore N. A. Mera declamatio.

Lettera del S. Gaetano Rossi, perinde.

Lettera di Giuſeppe Bertossi. In fele duram meningem extus inſenſilem fuiſſe, non intus. Vide p. 521.

Eccezioni contro la lettera del G. B. Verna, quam dicemus. Experimenta viri refutat, quod communi ſententiæ refragentur.

Fabbri excuſatio, cur nervos duræ meningis petenti Caldano non oſtenderit. Ablatum fuiſſe caput vituli: quaſi difficile foret, ejusmodi caput reperire.

Tertia epiſtola Bianchi, & tertia Vandelli, hic redeunt & *le* Catii duæ.

Porro *Antonio* Arigoni *dell' irritabilità e ſenſatione delle parti dei viventi.* Modeſte ſcripſit; de irritabilitate dubitat, quæ remota facultate ſentiendi ſuperſit.

Ej. *Jaſimecanica o trattato di remedi naturali mecanici* Lodi 1775. 8. 2.Vol.* De modo quo motus ſanguinis a muſculorum motu acceleratur. Omne genus exercitationis, etiam declamatio. De motu muſculorum in univerſum; de viro qui noningentas libras geſtaverit.

Pro nobis hic Zinnii, Oederi & Vernæ opuſcula. Experimenta noſtra nuſquam integra, ſed utcunque excerpta hic recuduntur.

Huc vero facit omnino *Horatii Mariæ* Pagani *tr. delle parte inſenſibili ed irritabili delli animali* Venez. 1757. 8. hic recuſ. cum titulo H. M. Pagani, & *Camilli* Bonioli *diſcorſo teorico pratico delle parte inſenſibili ed irritabili degli animali*, quæ magni momenti diſputatio hic ab editore perinde, ut noſtra, paſſim truncatur & in aſperis notulis refellitur. Duo Cl. viri, medicus alter, alter chirurgus, per titulos experimenta deſcribunt. Tendines carere nervis propriis. In canibus, ut nos, tendinem Achillis inciderunt, abſque ſenſus ſigno, ſed & in homine, & quidem in tendinibus nudatis, tum in Comite Volpe Volselli. Eadem in aponevroſi muſculorum abdominis viderunt, & in capſulis articulorum, inque perioſteo, & in dura matre. Vandellium dolorem expreſſiſſe adfuſo vitrioli oleo. Medullam oſſium non ſentire, neque pleuram aut peritonæum.

Vim contractilem lentam locum habere in arteriis, venis, ductibus excretoriis, bilariis & ureteribus. Cordis conſtantiam, etiam diſſecti, in ranis noſtri viderunt, & inteſtina evulſa etiam vividius ſe contorquere. Contractilem vim diſſectorum inteſtinorum & reptationem viderunt iidem & convulſiones in muſculis excitarunt, ambuſtis oleo vitrioli nervis, &c.

In *Comm. Bonon.* T. V. P. II. Paganus egit de fetu, cui deerat pars cranii ſuperior; tum de ſpina bifida.

§. MCLXIV. Adanson. Halle. Varii.

Adanson *hiſtoire naturelle du Sénégal: des coquillages &c.* Paris 1757. 4.* In priori parte, qua itineris hiſtoria continetur, vir Cl. varia inmiſcet noſtri ſcopi. Ipſe ſicca tempeſtate, ſicciſſimo Euro flante, ſanguinem ſudavit. Puellæ ad Senegam fl. octavo anno pubeſcunt, quinquageſimo Æthiopes ſeneſcunt, neque ſexage-

xageſimum facile ſuperant. Mahometani non tranſeunt in Æthiopum colorem vel habitum.

In P. II. deſcribuntur & teſtæ, & animalia in teſtis habitantia, novisque nominibus inſigniuntur, de induſtria nihil ſignificantibus. Anatome animalium in conchis habitantium, oculi, tubuli reſpiratorii, ſexus organa. Purpuræ aliquæ ſexus habent diſtinctos. Maxillæ duæ, muſculi perpauci. Aliqua horum animalium cum teſta naſcuntur.

In *Comment. Acad. Scient.* a. 1759. de teredine marina, quæ naves perterebrat; de ejus duplici & dentata teſta; de viſceribus ſimpliciſſimis, ſolo nempe ductu inteſtinali.

In *hiſt. plantarum* agit de ſede ſaporis diverſarum plantarum. Saporis ſenſum per ſex minuta prima ſupereſſe.

J. Samuel HALLE (non HALLER) *Naturgeſchichte der Thiere in ſyſtematiſcher Ordnung* T. I. *die vierfüßigen Thiere* Berlin 1757. 8.* In multis KLEINIUM ſequitur: contemplationes de univerſa animalium natura addit, fere ad BUFFONII ſenſum, etiam de homine. Tunc phyſiologiam aliquam. Animale corpus ex celluloſa tela ſtrui. Marem femina venerem magis appetere. Corpus luteum poſt fecundationem oriri. Primum nervei quid ſtrui putat, cujus irritabilis natura reliquas partes ſenſim producat. De literarum pronuntiatione. Animam oſcillationes ſonoras non numerare. Unicum primum fuiſſe hominem. De hippomane, cujus analogam materiem aves habent. Paſſim etiam ad ſingula animalia aliquid additur de eorum anatome.

T. II. *aves* Berlin 1760. 8.* Communia avium & oſteologia. Animalia non ſtrui a vi adtractrice. Hirundines in arundinetis reperiri, ſed infelici caſu eo delatas. Quod ovum cuculi a matre in alienos nidos deponatur, noſter non videtur a majori ventriculo repetere, qui in hac ave eſt vaſtiſſimus. Varietatum ſerinorum arbor genealogica.

Mea elementa Phyſiologiæ Germanice reddidit, quorum octo nunc tomi Berolini 8.* prodierunt. Primus prodiit a. 1757.

HEURTAULD *du flux menſtruel* Paris 1757. 12.

VILLEMAIRE *l'andrometrie ou examen philoſophique de l'homme* Paris 1757. 12.

DESALLIERS d'ARGENVILLE *la zoomorphoſe ou repreſentation des animaux vivans qui habitent les coquilles de mer &c.* Paris 1757. 4.* Veras cochleas quadricornes deſcribit: alias bicornes: inter eas proboſcide donatas, ſ. tubo nutritio. Aliæ duobus ejusmodi tubis. Tum vermes, ſcolopendræ, polypi, echini.

Patrik BROWNE *civil and natural hiſtory of Jamaica* London 1757. fol.* Aliqua de animalibus zoophytis, polypis. Plerasque lacertas Americanas ad Chamæleonis modum colorem mutare, eumque induere, qui eſt in corpore, in quo jacent. Cum minimo cerebro aliquam tamen diſciplinam admittunt.

Eduardi

Eduardi Liſle *obſervations on husbandry* London 1757. 8. 2. Vol.* In T. II multis de animalibus domeſticis agit. Vacca altero anno mater. Oves *free-martins*, urethra fiſſa. Ab odore feminarum verres & bos ipſe emaciatur. Calido cælo Londinum agitati bovis toti ſuccis deplentur. Ranas reſpirare.

Daniel Peter Layard *obſervations on the contagious diſtemper* Lond. 1757. 8.* Habet anatomen ventriculorum ruminantium.

Pauli de Wind, medici & obſtetricis, *de vraag is het niet afbinden der navelſtreng volmaakt doodelyk, onderzoekt en beantwoorded* Middelburg 1757. 8.* Negat noſter, neceſſario puellum perire, quoties funiculi ligatura intermiſſa fuit, niſi aut funiculus aut placenta una lacerata fuerit. Earum partium vulnera vario utique gradu periculoſa eſſe, & totum funiculum avulſum funeſtum habuiſſe exitum. Vim lethiferam neglectus in ligando funiculo debere æſtimari ex hæmorrhagiæ gravitate, & ex ſanguinis jactura. Hanc ſuam ſententiam noſter experimentis fulcit. Ex placenta de utero ſoluta ſanguinem nullum manaſſe bis vidit; nullum ex funiculo de induſtria diſſecto, ut nullum vinculum ei injiceretur. Liquores injectos in matris arterias non tranſire in placentam, fetumque tenuiori aliquo humore ali. Eum lacti ſimilem ſe de placentæ ſuperficie manantem vidiſſe. Sæpe & diu, omiſſo vinculo, nullum de funiculo fluxiſſe ſanguinem. Levem vaſorum umbilicalis funiculi violationem non nocere. Arterias extenſas nullum dare ſanguinem. Eſſe tamen, ubi fetus funiculo majori & corde robuſtiori præditus, cum periculo, etiam cum funeſto eventu, ſanguinem amiſerit. Lacerationem plus habere periculi quam diſſectionem.

§. MCLXV. *J. Theophilus* Walter.

J. Theophili Walter *de emiſſariis* Santorini Francof. ad Viadr. 1757. 4.*

Ej. *Theſes* huic diſſertationi præmiſſæ, ib. 1757. 4.*

Ej. Profectoris nunc Berolinenſis *Abhandlung von den trocknen Knochen des menſchlichen Körpers* Berlin 1763. 8.* Bonus liber. Perioſteum eſt involucrum oſſis, ut viſceribus ſua ſunt involucra. Pulchre repletas patellas delineatas dedit, in quibus nucleus cum vaſis ex eo undique exeuntibus. Oſſa ſollicite deſcripta. Ethmoidei ſinus anterior & poſterior. Varietates corniculorum ethmoideorum, accurate. Sic optima oſſis palati deſcriptio, cujus pars orbitaria nonnunquam deeſt. Laminæ ab oſſibus turbinatis inferioribus ad ſuperiora euntes. Larynx &c. Particulæ in ſanguine ſtrepentes.

In Kölpini diſp. *de mammis* hiſtoria nervorum mammæ & vaſorum lymphaticorum Walteri exſtat.

Ej. *Obſervationes anatomicæ* Berlin 1775. fol.* Opus ſucceſſoris Mekelii. Optima qua fruitur opportunitate feliciter uſus, plurima accurate vidit, quorum cum in ubertate minutiarum pars laudis Cl. viri ſit, pauca tantum tangemus. Anatome monſtri bicorporei, duobus capitibus, pedibus tribus, pe-

ctore

ctore & pelvi connatis. In accurata potiſſimum deſcriptione magnorum vaſorum hujus fetus, manifeſto adparet, nullo non tempore eam ei fabricam fuiſſe, cum qua natus eſt. Cor unicum, duobus ventriculis. Ex eodem ventriculo poſteriori prodiit aorta alteri fetui propria: arteria pulmonalis non inſerta aortæ, ſed ramo communicans, ex quo altera carotis, ſubclavia ſiniſtra, dextra, & vaſa communis pelvis & arteria pedis tertii. Ren uni fetui unicus, alteri duplex. Receptaculum peculiare, recipiens ureterem alterum, & dans conjunctos ductus deferentes, totum cætera cæcum. Cava vena fetus anterioris fiſſa, ejusque pars vena eſt azyga. Confirmat accurate, ductus lactiferos mammæ nullo circulo conjungi. Sed neque inter minutiſſimos ſurculos lactiferos ullum eſſe commercium. Cum vaſis lymphaticis utique lactifera communicant, hæc cum vaſis rubris. Urachus omnino cavus & apertus, per funiculum ramulis nonnullis diviſus. Accuratæ venarum faciei, capitis & colli tabulæ.

§. MCLXVI. *Varii.*

Phyſiologia of natuurkundige ontleeding van het menſchelyk lighaam waar in deszelfs maakzel werking &c. verklaart word ſtuk I. II. III. Amſterd. 1757. 1758. 8.* 1769. 8. Auctor ignotus diſcipulus ALBINI, nihil tamen valde ſingulare habet. Ordo aliquantum alius a BOERHAAVIANO. Aliqua de fabrica papillarum. Pleroſque pilos in ipſa cute naſci. Papillas narium, exiguas quidem, ſubinde poſſe conſpici. Ex ALBINO lamina vaſculoſa retinæ, & arteriola poſterior lentis cryſtallinæ. Vortices chorioideæ tunicæ male pro arterioſis dati: cæterum de nervis non bene, neque de pia matre nervi optici. Senſus interni ex noſtris *primis lineis*. De generatione nihil peculiare. Membrana exterior placentæ refutatur. Muſculum agentem tamen non palleſcere.

Joſephus BENEVENUTUS Lucenſis, Luccæ 1757. 8.* edidit diſſ. *& quæſtiones medicas in Monſpelienſi Lycæo & in Pariſinis ſcholis diſcuſſas*. Inter eas eſt BUTINI de inflammatione, & ſeptem quæſtiones Pariſinæ a nobis dictæ, anatomici & phyſiologici argumenti.

EJ. *Obſervationum medicinalium, quæ anatomiæ ſuperſtructæ ſunt*, Coll. I. quæ morborum cauſas complectitur diſſectis cadaveribus illuſtratas, Luccæ 1764. 4.

J. B. CARENI *de aëris ingreſſu ejusque uſu, circulo & elatere* Mediolani 1757. 8.* Aërem eſſe præcipuam digeſtionis cauſam.

Jac. BELGRADI & HESSERLIZ *ſull dell influſſo degli aſtri ne' corpi terreſtri* Padoa 1757. 4. Contra eum influxum.

Franceſco CASELLI *la ſtruttura del corpo umano* Firenza 1757. 8.* Nobis ob inventam irritabilitatem & multarum partium corporis inſenſibilitatem ſuum favorem teſtatur.

Thomæ LAWRENCE *hydrops diſſertatio medica* London 1757. 8.* STAHLII ſententiam ſequitur, & animæ providentiam tribuit, & media ſapienter electa.

EJ. *Prælectiones medicæ duodecim* London 1757. 8.* De nervis eorumque morbis.

morbis. Duram tamen meningem undique cranio firmiter adhærere immotam fatetur. Motum ejus membranæ omnem eſſe ab arteriis cerebri. Carotides ad ingreſſum in cranium non dilatari. Motus ſympatheticos ab anima eſſe, non a nervorum commiſtione. Animam ad prævifos fines ſanguinis motus dirigere.

Ej. *De natura muſculorum prælectiones tres* London 1759. 8.* Deſcriptio ſimplex, non falſa. Ad vires muſculi Cowperi & Bernoullii hypotheſes proponit. A ſanguine, ſed tanquam a ſtimulo, muſculos moveri. Aliquid conferre nervos; contrahere vaſa, ſuccos in ſedes maxime irritabiles compellere, vim ſtimuli definire. Cor non moveri a voluntate: elaterem muſculi differre ab ejus vi voluntati ſubjecta. Reſpirationem ab arbitrio eſſe. Poſt Glissonium irritabilitati nihil additum, præter non neceſſarias demonſtrationes adgniti veri, hic nimius.

Michel, Medici Monſpelienſis, *nouvelles obſs. ſur le pouls par raport aux criſes* Paris 1757. 12.* Pulſus *Theophili de* Bordeu pari cum confidentia docet, pulſusque criticos & non criticos, deinde cephalicos, pectorales, ventrales &c. inde pulſus miſtos deſcribit. Ita intermittens pulſus cum ſignis ſtomachici aut inteſtinalis compoſitus, criticum vomitum, criticamve diarrhœam præſagit.

Vincentii Perales *lettera apologetica in riſpoſta che fa l'autore del tirocinio veterinario ſopra la critica nella VI. delle lettere ippiatriche del J. C. Franceſco* Bonzi 1757. 8.* Agitur de phyſiologicis, de bilis vi acida aut alcalina, de ſignificatione vocis chymus & chylus.

Sammlung einiger Schriften von dem Urſprunge der Schickſalen der Wundarzney- und Zergliederungskunſt 1757. 8. Non vidi.

Hygieine dogmatico-practica rationem conſervandæ ſanitatis corporis humani exponens Francoſ. & Lipſ. 1757. 4.

J. Henr. Pott, celebris Chirurgus, *von dem Urinſalz* Berlin 1757. 4.

Ludovicus Palianus a. 1757. in Epiſtolis ad me monet, ſe tuſſim extorſiſſe ſpiritu vini in aſperam arteriam canis infuſo. Nervum in tibia medullam ſubiiſſe vidit.

§. MCLXVII. *J. Franciſcus* Cigna. M. Carburi.

Vir Cl. Taurinenſis. Ejus eſt *ſpecimen pro cooptatione in ampliſſimum collegium medicum* Turin 1757. 4.* Pars altera eſt de utero: accurata ejus viſceris deſcriptio, ad ductum *Ambroſii* Bertrandi. Dextrorſum inclinari. Tubera quædam & colliculos in gravida femina reperiri. P. III. eſt de irritabilitate. Recte ſenſit, ex noſtris experimentis, Stahlii hypotheſin ex ipſis fundamentis ſubrui, quæ ipſa fuit cauſa, cur tanto molimine ea ſecta in me vires ſuas conjunxerit. Ab irritabilitate excretiones partium, & plurimas vitæ humanæ actiones derivat. Nervos vitales ab animalibus diſtinctos non dari. Cuique corporis humani parti ſuum eſſe ad certos ſtimulos ſenſum.

Ej.

Ej. *Refutatio objectionum, quæ adverſus theſes de irritabilitate J. Franciſci* CIGNÆ *exſtant in* T. II. *libri Bononiæ editi* 1758. 4.* Nimia ſibi adrogaſſe BIANCHUM: eum noſter & LAMBERTUM refutat, oſtendit ignorare hominem quid ſit irritabilitas, eamque tribuere corporibus non viventibus; tribuere nobis, quæ ſint a noſtra ſententia aliena. Irritabilitatem nobis deberi.

Ej. *De electricitate & de reſpiratione* Turin 1773. 4.* De reſpiratione peculiares ſunt Cl. viri opiniones. Requiri, ut ſanguis a funiculo umbilicali repulſus novam viam ſibi apertam inveniat: ſequi etiam a ſenſu incommodi, quod infans a ſanguinis per funiculum impeditum iter percipiat. Utilitatem reſpirationis eſſe aliam a neceſſitate: hanc quod vaporibus onuſtus aër, qui inter pulmones retentus fuit, eos pulmones convulſive ſtringat, immeabiles reddat. Illam in expulſione vaporum noxiorum poni. Nunquam in cavea pectoris aërem colligi, ut veſicas facere poſſit.

In *Miſcellan. Taurinenſium* T. I. de ſanguinis colore agit. Adceſſum aëris ad eum multum conferre, neque imam placentam ſanguinis ab incumbentibus ſibi globulis denigrari, ſed ab aëris defectu. Laminam tenuem aëris eumdem nigrorem producere, & redire ruborem aëre reſtituto. Nullæ ex pertuſo pectore bullæ adſcendunt.

Marci CARBURI, comitis, Profeſſoris Patavini & Turinenſis, *lettera ſopra una ſpecie d'inſetto marino al S. Marco* FOSCARINI Venez. 1757. 12.* Ex holothurii genere animal, velo, cavea, venis parallelis in ſulcum confluentibus inſtructum. Ejus ova vel pullos in conchæ ſpeciem delabi.

In adjecta epiſtola notatur *Alexandrum* PINO a. 1703. inveniſſe ſuccum animalis cæruleum ab acido rubeſcere. Recuditur in *Allgem. Magaz.* T. X.

§. MCLXVIII. TOUSSAINT BORDENAVE.

Chirurgus eruditus & Profeſſor, in *Mercure de France* 1757. ſcripſit de irritabilitate & ſentiendi facultate, noſque defendit. Utramque vim ſeparat, tum illam ab elatere. In ſuis experimentis tendines nunquam ſenſum demonſtraſſe. Chirurgos nunquam ſenſum ullum experiri in nudatis & deligatis tendinibus. Aponevroſes pariter ſenſu cavere, duram meningem abſque dolore amburi. Sic perioſteum. Putes eumdem eſſe libellum, quem PORTALIUS citat cum titulo *Remarques ſur l'inſenſibilité de quelques parties* 1756. 12.

EJUSD. *Eſſai ſur le mechaniſme de la nature dans la formation des os, & Recherches ſur la façon dont ſe fait la reunion des os fracturés.* In *Mém. de Chirurg.* T. IV. contra DU HAMELIUM dicit, Perioſteum oſſi leviter adhærere: meram eſſe celluloſam telam ſtipatam. Oſſa perioſteo nondum conſpicuo tegi, quando jam cartilago adparet. Oſſa dureſcere, ut a vaſis rubris penetrantur. Perioſteum non eſſe præcipuum organum fabricandorum oſſium: ea ex ſucco oſſeo in ſanguine circumfluente, inque oſſium vaſcula delato naſci. In L. II. ad callum cum textura veſiculari oſſis conferre celluloſam naturam evolutam. Perioſteum a rubia non tingi, callum utique.

Recuſum eſt opuſculum a D. FOUGEROUX.

EJ. *Eſſai ſur la phyſiologie* Paris 1758. 8. PORT.

EJ. In *Journal de Medecine* T. XV. fetus biceps unicorporeus.

EJ. *De anthrace theſis anat. chir.* Pariſ. 1765. 4.* *R. J. Jac.* ROBIN.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1768. Cor pene inſenſile eſſe. Pericardium craſſius & concrementum oſſeum ſuper utrumque cordis ventriculum effuſum.

In *diſſ. ſur les antiſeptiques* Dijon 1769. 8.* oſtendit ſanguinem in viro homine diſſolvi & exſudare. Putredinis hiſtoria & remedia.

§. MCLXIX. *Varii.*

BOURDET *recherches & obſervations ſur toutes les parties de l'art du dentiſte* Paris 1757. 12. 2. Vol.* Accurate de dentibus agit, ut etiam dextrum dentem & ſiniſtrum ſibi reſpondentem diſtinguat. Inde de alveolis eorumque vi contractili. Radicem priorum dentium non deteri a radice dentis ſupervenientis, ſed perire ex ignota cauſa, Reliqua practica.

Thomas COE *treatiſe on biliary concretions or ſtones in the gall bladder* London 1757. 8.* De natura bilis aliqua.

J. Philippe de LIMBOURG *traité des eaux minerales de Spa* Luttich 1758. 8.* Phyſiologica minime negligit. De fibra, ejus tenſione & irritabilitate. BIANCHI Taurinenſis experimenta ſecum ipſis diſſentire.

IDEM in *Philoſ. Tranſ.* V. LVI. de tæniis agit. Earum extremos fines reliqui corporis diſſimiles eſſe; non ergo eſſe catenam animalium. Caput non habere.

§. MCLXX. *Antonius de* HAEN,

Profeſſor Vindobonenſis, celebris clinicus, ex ſchola BOERHAAVIANA & HIPPOCRATICA, non quidem inciſor, multa tamen habet huc facientia.

Magnum EJUS opus eſt *ratio medendi in Noſocomio practico.* Ejus T. I. prodiit Vindobonæ 1757. 8.* Scopus operi clinicus eſt; intercedunt tamen phyſiologica varia, ut experimenta in ſanguine per ſubſidentiam & quietem facta. Membranam RUYSCHII ex rubra parte ſanguinis naſci. De cruſta ſanguinis pleuritica: quæ ſecundum Cl. virum per exiguas cauſas aut adparet, aut ſecus. Adfuſi ad ſerum ſanguinis ſucci, & eventa.

Pars II ib. 1758. 8.* Pus oriri ex materia polyporum, quæ eadem de viſcerum inflammatorum ſuperficie ſudet. Utique clyſteres & ſuppoſitoria aliquando de ore prodiiſſe. Non putat, niſi a gangræna, valvulæ coli cuſtodiam potuiſſe ſuperari. Pulmo undique pleuræ adnatus abſque difficili ſpiritu. Pulmonem non videri pleuram unquam deſerere. Quare ſubinde experimentum natantis aut ſubſidentis pulmonis non reſpondeat. Calorem in corpore humana non eſſe in ratione numeri & roboris pulſus.

P. III. 1758. 8.* Iterum non videri, calorem in ſanguine arterioſo habitare. Calorem ſummum abſque magno pulſus robore eſſe, & ſummum robur abſque magno calore.

P. IV. 1759. 8.* Aquam ventriculorum cerebri volatilem avolare. De pondere ſanguinis lochiorum & menſium. Serum ſanguinis etiam recens viridem colorem cum ſyrupo violarum facere. Calorem non eſſe a frictionem. Calorem magnum etiam in morte ipſa ſuperfuiſſe. Calorem in variis vitæ humanæ ætatibus vix differre.

T. V. Wien 1760. 8.* vix huc facit.

T. VI. ib. 1761. 8.* Cum pauco ſanguine pulſum durum & fortem fuiſſe. Cor & arteria magna dilatata pulſu non mutato, aliena quidem fide. Inteſtina ex ſua membrana extima elapſa & nuda. Iterum pulmo undique adnatus, neque ſublata reſpiratio.

Ej. *Difficultates circa modernorum ſyſtema de ſenſibilitate & irritabilitate humani corporis propoſitæ* Wien 1761. 8.* Contra me, contra ſenſum nonnullis partibus humani corporis negatum, & contra irritabilem naturam pro cauſa variorum motuum datam. Acri uſus eſt vir Cl. ſtylo, ut ipſe non ſemel adgnovit. Experimenta nulla, ſed comparatio noſtrorum cum receptis opinionibus, & cum aliorum ſcriptorum ſententia, ex qua adparet, diffidere noſtra priſcis. Frequenter accidit, ut certas partes doluiſſe ſibi ſumeret, quas vere doluiſſe non conſtat. Cordis ſenſum omnino nullum eſſe, ſed neque irritabile eſſe. Auriculam cordis quieviſſe, cum ſanguine eſſet plena. Omnia noſtra nos Leidæ didiciſſe, &c.

Ej. *Vindiciæ difficultatum circa modernorum ſyſtema de ſenſibilitate & irritabilitate corporis apologia* Wien 1762. 8.* Aſperius quam in priori opere hic ſcripſit, & me meumque animum ſibi deprimendum ſumſit. De me quidem viderint qui me legerunt, & judicent, quibus armis HAMBERGERUM, ALBINUM, alios impugnaverim. Sincere dubios eventus narrantem putat vir Cl. me mihi contradicere. Adparet ipſum virum ILL. tendinem in homine ſenſu carentem vidiſſe. Experimenta male in animalibus capta eſſe. Cor nunquam undique inaniri, & tamen quieſcere. Experimentorum nihil quidquam.

Rationis medendi P. VII. 1762. 8.* Aliqua citata auctorum loca de adnatis ad pleuram pulmonibus ſub examen revocat.

T. VIII. 1763. 8.* De experimentis Mediolani factis, & aqua in anum vivi animalis pulſa, quæ denique per os regurgitat. Verum cani utique in valvula coli alia ab humana eſt fabrica.

T. IX. 1764. 8.* Exempla pulmonum inflammatorum, in aqua fundum petentium. Iterum contra me, & contra inſenſilem pleuram. Interim in productis teſtimoniis adparet, plerumque pleuram in pleuritide abſque inflammatione fuiſſe. De pleuræ cum pulmone contactu nunc dubitat. Iterum cor nunquam inane viſum, neque adeo irritabile eſſe.

T. X. 1765. 8.* Iterum in me. Cor nunquam inane eſſe. Pleuram tamen inflammatam vidit, neque ideo exortam pleuritidem.

T. XI. 1767. 8.* In frigore febrili tamen calor thermometricus vere fuit 101. graduum. Calor ſummus febris intermittentis fuit 108. gr. In pleuritide cruſta nata ſive celeriter ſanguis flueret, ſive lente ſtillaret. Volvuli, & ſitus inteſtinorum mutati.

T. XII. 1768. 8.* Iterum non ſemper in eadem ratione pulſus eſſe celeritatem & calorem. Fuſe contra novos pulſus *Theophili de* BORDEU. Neque inciduum unquam vidit, neque criticum, neque pulſus novos illos viſcerales. Finis litis de irritabilitate. Admittit noſtram dudum quidem repetitam diſtinctionem ſenſus nervorum trans tendines euntium, non tendini propriorum, qui utique ſentiant. Se de pathologia ſola curaſſe.

T. XIII. 1769. 8.* Ciborum coctionem non eſſe a fermentatione. Glutine utique fibram humanam compingi, non ſolo aëre. Difficillime ſubmerſos ſuſcitari.

T. XIV. 1770. 8.* De ſenſu membranarum. Poſſe nullum adparere, dum ſubito diſſecantur, & tamen dolere easdem, quando lente dividuntur. Dari ubi membranæ abſque dolore inflammentur. Poſſe tendines ob vicinos nevos dolore, poſſe nervos ſenſum amittere.

T. XV. 1773. 8.* Vix unquam in noſodochio potuit ſubmerſos reſtituere. Motus utique aliquos extorquebat, ſed moriebantur convulſi aut certe pectore inflammato. Infantem modo natum utique reſtituit inflato aëre. In cane vivo ſubmerſo ſpuma in aſpera matre fuit. Sic in mortuo ſubmerſo nonnunquam, alias ſecus.

Rationis medendi continuatæ T. I. P. altera *de reſuſcitanda vitu ſuffocatorum* 1771. 8. & Germanice 1772. 8.* Multa experimenta, in quibus ſubmerſi non potuerunt revocari. Utique ſpuma in pulmone. Mors ab impedito ſanguinis per pulmonem tranſitu. Nummi deglutiti poſt duos menſes egeſti.

In *continuatione* II. *rationis medendi* Wien 1774. 8.* multa ſunt ad practicam anatomen, & ad fabricam corporis pertinentia. Renes coaliti. Convolutiores inteſtini ilei. Renes connati: errores inteſtini coli varii, miræ ejus dilatationes. A ventriculi parte media contracta vomitus perpetuus. Ductus hepaticyſticos vir ILL. vere ſe vidiſſe putat. Renum alter per diaphragmatis hiatum in pectoris caveam adſcenderat, ut cum pulmone ulceroſo conferveret.

In *theſibus pathologicis de hæmorrhoidibus* Wien 1759. 8.* vaſa etiam hæmorrhoidea ex WINSLOWO deſcribuntur.

§. MCLXXI. *Diſputationes.*

J. Frid. Wilh. DIEZ *de temporum in graviditate & partu æſtimatione* Præſide Cl. ROEDERER Gotting. 1757. 4.* Sollicite inquirendo invenit, in ſenſu con-

conceptionis nihil eſſe certi. Menſium interceptionem aliquot hebdomadibus aberrare poſſe. A primo motu vitæ æram ordiri tentavit. Tempus partus cadere inter 39. & 42. hebdomadem. Signa fetus præcoci partu editi, inter ea oculi clauſi, ſcrotum inane, pondus non ſupra ſex libras. Motum infantis primum percipi inter hebdomadem 19. & 22. Tribus ante partum menſibus caput fetus uteri oſtio imminere. Non ergo tempore partus fetus ſe dat præcipitem.

Stephani Zagoni BARA *de theoria inflammationis vulgari, venæſectionem in curatione acutarum inflammationum male dirigente* Gotting. 1757. 4.* Contra BOERHAAVII theoriam. Cruſtam pleuriticam eſſe ſerum ſanguinis ſpiſſius, ex victu carnoſo.

Philibert VOELKER *theſes ex ſcientia medica* Gotting. 1757. 4.*

J. Frid. RICHERTS *obſervatio viſcerum abdominalium labis brevis epicriſis* Leid. 1757. 4.* Fabrica ſcroti. Dartos celluloſa.

J. Alberti Henrici REIMARI, filii, *obſs. de tumore ligamentorum circa articulos, fungo articulorum dicto* Leid. 1757. 4.* Ligamenta & capſulas putat per inflammationem ſenſus fieri compotes, neque enim ſentire vidit cum diſcinderet. Partes ſuper ſe motas non ſentire ex proprio exemplo confirmatur. In callo vaſa ex HUNTERO.

EJ. *Von den Pflanzthieren* Hamb. 1773. 8.* Pro monſtris originalibus. Se vidiſſe putat ramis novis arterias germinaſſe: arterias & venas una ſe inveniſſe, & eas fines ſuos extremos univiſſe. Ut animalia zoophyta adhæreſant, etiam per radices. Ut tæniæ ex uno articulo increſcant: ut zoophytorum fiat multiplicatio per ova, per partem ſui, per diviſionem. Ut zoophyta inter compoſita tamen quodque ſuam peculiarem voluntatem habeat.

Lambert BICKER *de natura hominis, quæ medicorum eſt* Leid. 1757. 4.* Natura ſumma eſt virium corporis humani. Inter eas vires eſt anima: tunc virtus vitalis, quæ ipſa eſt irritabilitas, & in corde etiam non repleto operatur. Eam vim noſter ſeparat a ſentiendi vi, cum animalia a fumis ſulfureis irritabilitatem amittant, non ſenſum; a nervis ligatis ſenſum, non irritabilitatem. Hanc vim Cl. vir putat ad omnes corporis animalis partes pertinere. Ab ea vi calorem derivat. Etſi liquores homogenei nullo a motu concaleſcunt, eam legem non debere ad heterogeneos humores transferri, cujusmodi ſanguis eſt. LAGHII epiſtola I. recuſa.

EJ. eſt *verhandeling van de zoog dêr vrouwen* Leid. 1764. 8.* Anatome vaſorum lacteorum. Ab irritabilitate lac adfluere. Viri lactentes. Lac a plethora naſcitur.

EJ. *Vertoog over de oorzaaken welken de zenuwziekten in ons land gemeender dan vorheen maken* Roterdam 1768. 8.* practici magis argumenti.

Wilh. OUDENAARDEN *de pervigilio ſano & morboſo* Leid. 1757. 4.

Iman Jacob van den BOS *de vivis humani corporis ſolidis* Leid. 1757. 4.* Utique tendines & peritonæum aliasque partes ſenſu pollere: neque de homine

ne valere, quæ in animalibus vera ſunt. Duram meningem nervum habere, arterias irritabiles eſſe; eo fundamento ſui præceptoris theoriam niti, cum tamen ipſe cultro arteriam non potuerit ad contractionem permovere. Experimenta aliqua, pauca quidem, ſua adfert.

In opere *de hiſtoria epidemicæ conſtitutionis verminoſæ* Leid. 1769. 8.* aſpere in me dixit, non ut neceſſe ſit reſpondere.

Abraham LEDEBOER *de reſpiratione* Leid. 1757. 4.*

J. Petr. LOTICHIUS *de phoſphoris & urinæ phoſphoro* Leid. 1757. 4.*

Rudolf EVERTSEN *de chylificatione inteſtinali* Leid. 1757. 4.* Infantibus veras in inteſtinis glandulas ſimplices eſſe, in adultis eas excæcari. In ventriculo inque craſſis inteſtinis, glandulas dari compoſitas.

Daniel Andreas DIEBOLD *de aëre in humoribus humani corporis* Argentorati 1757. 4.* Aërem in ſanguine non reperiri, niſi ſolutum & elatere deſtitutum. Per animalium cutem difficillime aërem penetrare, per experimenta: ita, neque ex aſpera arteria in ventriculum cordis ſiniſtrum venire. A frigore ſerum quidem, non autem partem ſanguinis rubram dilatari. Foramen ovale claudi, dum auriculæ contrahuntur.

Lorenz CLAUSSEN *de inteſtini duodeni ſitu & nexu* Lipſ. 1757. 4.* bona diſp. cum icone propria. Ab origine paulum adſcendere, inde deſcendere in cæcum uſque inteſtinum: tunc iterum ſiniſtrorſum pene ad originem ſuam ex pyloro redire: in cartilagine ſub ultima vertebra dorſi finiri.

J. Chriſtian KERSTENS *de maturatione ut cauſa præfectionis corporum organicorum* diſſ. I. & II. Lipſ. 1757. 4.*

J. JORISSEN, præſide A. E. BUCHNER, *de nova methodo ſurdos reddendi audientes* Hall 1757. 4. Lignum, aliudve continuum durumque corpus, dentibus ſuperioribus & ſurdus adprimit, & qui cum eo colloquitur. Ita ſurdus accurate audit, quæ alter pronuntiat. Experimentum pater D. JORISSEN caſu fecit. Addit cautelas varias: non debere vehiculum vocis labiis adprimi.

J. APOSTOLOWITZ *modus quo affectus animi in humanum corpus agunt* Hall. 1757. 4.*

Bernard PERKUHN *de ovuli imprægnati nexu cum utero* Hall. 1757. 4.* Præſide BUCHNERO.

J. Jac. ECKER *theſes de qualitate hominis, de compoſitione, ſanitate, ſpiritu, motu, ſigni medicis* Altdorf. 1757. 4.

Gabriel VEZA *de lacte* Wien 1757. 4.*

Anton. STÖRK, per alios labores celeberrimus clinicus, comes archiatrorum, *de conceptu, partu naturali, difficili & præternaturali* Wien 1757. 4.* In utero eſſe ſedem conceptus. Si fetus in ovario conciperetur, plures fore gemellos. Pro continuitate placentæ cum utero. Pueros dari 16. libras pendentes. Uteri os a conceptu claudi. Fetum nono menſe cernuum ſe dare. De muſculoſis uteri fibris dubitat.

dubitat. Multum tribuit obliquo utero. Epidermidem fetui totam deceſſiſſe, neque periiſſe.

Franc. de BORDEU, *Theophili* ut puto frater, *de ſenſibilitate & contractibilitate partium in corpore humano ſano* Montpelier 1757.

Car. GEILLE *de St.* LEGER & *Ludovici Mariæ* GIRARD *de* VILLARS auctoris, diſp. *Ergo ut ſenſibilitas ita irritabilitas a nervis* Paris 1757. 4.* In irritabilitate conſentit nobiſcum, de ſenſu differt, quem duræ cerebri membranæ, tendinibus & perioſteo tribuit, cum tamen ipſe & contrarios eventus viderit, & nervos in tendinibus nullos eſſe fateatur. Experimenta in univerſum perpauca ab aſpero juvene facta, qui in epiſtola apud FABBRIUM recuſa noſtram ſententiam venenatam dicit. Recuſum eſt opuſculum in ea *raccolta*, & in *Mém. preſentés à l'Acad. des Scienc.* T. IV., libera verſio, nullis aucta experimentis.

Petr. Lud. Maria MALOET & *Jacob* SAVARI auctor *E. ut cæteris animalibus, ita homini ſua vox peculiaris* Pariſ. 1757. 4.* Deſcribit laryngem inferiorem avium aquaticarum, earum clangorem, tum ſibilum: demum clamorem hominis & quadrupedum. Proxime humanæ voci accedere canis vocem & gallinæ. Muſculi exiles aſperæ arteriæ avium. Veſicas abdominales & pectorales alternis vicibus inflari & comprimi. De litteris: octo vocales facit, tres e neglecto ö. Addit ſurdas naſales quatuor. Decem tantum habet literas conſonantes, eas nempe ſolas, quæ Gallis notæ ſunt. Diſtinguit loquelam a cantu, a voce ſubmiſſa. Sequitur FERRENIUM.

Jac. SAVARI & *J. v.* DIEST præſ. *Ergo ſanitati nocet frequens exſpuitio* Pariſ. 1757. 4.*

Thomæ COSTE *theſes anatomico-chirurgicæ* Pariſ. 1757. 4.* De herniis.

J. Baptiſt. Anton. ANDOUILLE', & *Jac. Ren.* TENON theſes *de cataracta* Pariſ. 1757. 4.* Anatomen tradit oculi cum icone. Radios ciliares numerat ad 72. Laminas lentis cryſtallinæ in nonnullis piſcibus reticulatas eſſe. Figura proceſſuum ciliarium ad microſcopium depicti. Retinam adhærere ad lentis cryſtallinæ limbum.

In *Commentariis Acad. Reg. Scient.* 1758. Cl. TENON per experimenta reperit, dum oſſa exfoliantur, primum ex terebræ foraminibus ſudare gelatinam, eam in verrucam, cartilaginem, denique in os confirmari. Pergit de perterebratione a. 1760., ſed fere chirurgice.

A. 1761. ſingularis caſus viri, cui veſica urinaria cum ureteribus per lineam albam elapſa erat, & urina per duo oſtiola plorabat. Eæ guttulæ a vini albi potu accelerabantur.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1768. veſica ſepto bipartita.

J. MILLAR *de fluxu lochiorum immodico* Edinburg. 1757. 8.*

Roberti RAMSAY, docti viri & Profeſſoris nunc Edinburgenſis, *de bile* Edinburg. 1757. 8.* Bilis cyſticæ naturam exploravit. Difficulter putreſcere; ab

acido præcipitari: ex reſinoſo in ſpiritu oriri ſolubili principio & ex gummoſo, in aqua tamen non ſolubili, conponi. Non eſſe ſaponem, non miſcere aqueis oleoſa, non reſiſtere acori; inteſtina utique ad contractionem ſtimulare.

§. MCLXXII. *Diaria anni* 1758.

In *Phil. Tranſ.* a. 1758 ſive Vol. L. P. 2. *Joſua* PLATT de prægrandi oſſe animalis in ſchiſto lapide reperto.

Edward WRIGTH ſalem ferri non ſubire vaſa lactea.

In *Hiſt. de l'Acad. R. des Science*, *M. de la* ROCHETIERE de pericardio cum corde connato, & oſſibus cordi inpactis.

Car. (ABBE') *de* SAUVAGES, *Franciſci* frater, de puero præcocis incrementi, anima quidem nihilo perfectiori, quam in alio ſexenni puero, corpore autem prævalido & pubere. Ab eo tempore ceſſavit incrementum, ut duodecimo anno quinque pedes non excederet.

EJ. *Mémoires ſur l'education des vers à ſoie* Niſmes 1763. 8.* In T. primo agit de bombycum ovis, eorumque excluſione; naturæ hoc opus non poſſe committi, non debere excedi 28. gradum caloris R.

T. II. de nutritione. Vermes noctu eminus frondem mororum detegunt: calore tunc opus eſſe 32. grad. Aërem debere renovari.

T. III. Bombyces non timere tonitrua. Aliqua de erucæ fabrica & chryſalide. In erucis ovaria vidit. Bombyx inteſtino caret, neque edit quando nunc volatilis eſt.

Aliquid de bombycibus dedit IDEM in *Mem. di Valentuomini* T. II. & in *Hamb. Magaz.* I.

EJ. *Obſervations ſur l'origine du miel* Niſmes 1763. 8.* Ab aphidibus feminis mel præparari, ab apibus colligi.

In *Actorum Societatis Batavicæ* Tomo IV. Haarlem 1758. 8.* Cl. SANNIE vidit fetus obverſis pelvibus connatos.

ENGELMANN de bonis civibus, ſuffocatos per 30. minuta ſubmerſos ſervantibus. Homines non deglutire aquam, neque in pulmonem adducere. Utiliter aërem inflari, ſternutationem moveri. De aliis ſuffocatis.

In T. VII. *Novorum Comment. Academiæ Petropolitanæ*, qui reſpondet annis 1758. & 1759. *J. Gottlieb* KÖLREUTER deſcribit polypum marinum, magnum, edulem, perinde brachia reparantem & acetabula, cæterum pulmone, oculis, dentibus præditum. De zoophytis, & inter ea, de polypo, tubuloſum vegetabile corpus incolente, emergente per ramos. Junius animal plantæ propius eſſe autumat; adoleſcendo animalem naturam perfici.

Dentes ibicis *Saiga* hic emendatius dicuntur, ut ad legem cornutorum animalium redeant.

In T. IX. piſcis Gobii aliquam dat anatomen, & in T. X. enorme dentalium.

In

In T. XIV. anatomen dat piſcis Navaga ex aſelli genere.

In T. XV. anatome cyprini. Ductus bilarius in ventriculum inſertio.

In T. XVI. anatome acipenſeris.

In T. XVII. organum auditus acipenſeris. Tres canales ſemicirculares, veſiculæ, oſſicula, nervi. In Harengo cochleam eſſe. Meatus male pro auditorio habitus.

In T. XVIII. anatome coregoni.

In *Act. Acad. Palat.* T. III. Phyſ. Lerneæ novæ aliqua anatome.

Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians in London London 1758. 8.* Practici potiſſimum ſcopi. Duo pueri, quibus viſcera abdominis in pectus penetraverant. Aſphyxia. Somnus vitioſe diuturnus.

In *K. Swenſk. Wetenſk. Handl.* T. XIX. ſ. anni 1758. Cl. KÆHLERUS, qui cominus hunc morbum vidit, confirmat, tarantulæ morſum nullam facere ſaltationis neceſſitatem.

Ephraim Otto RUNEBERG de fecunditate Bothniæ orientalis. Partus ſunt ad mortes ut 91—50.

Ej. in T. XXVII. n. 4. de ordine, quo homines moriuntur. Infantes celerrime diſpereunt. Sueciæ incolæ in decem claſſes diviſi. Feminæ magis vitales ſunt, & una fere in 300. nonageſimum annum adtigit.

Iterum de tabulis emortualibus ID. T. XXVIII.

In *Mercure de France* 1758. Cl. RAVATON ſcribit contra hypotheſin DU HAMELII. Oſſa ex glutine naſci & reparari: nihil eſſe in perioſteo, quod oſſis fabricam definiat. Oſſa conſervere deſtructo perioſteo, neque in majori fractura renaſci.

Acta Helvetica phyſico mathematico anatomico botanico medica. In T. III. Baſil. 1758. 4.*

J. HOFER de puero terminum referente, unico femore, cum propriis muſculis.

Fetus mortuus tribus menſibus in utero retentus.

Emanuel WEISS de reptatione erucarum & vermium per adductos anulos.

IDEM in T. IV. de globulis ſanguineis; majores facit ovales, & minores ſphæricos.

In T. V. de inſectorum arteriis aſperis; de globulis ſanguineis, eorumque in pediculi interaneis mutatione; de tribus diametris, quas in his globulis diverſas facit: de papilionum plumulis.

In epiſtolis meis de iisdem globulis refertur Ep. IV. p. 102.

In VANDERMONDII *Journal de Medecine* 1758. BAUR mira relatio de puella nullo ano prædita, urethra nulla, fæces revomente, urinam reddente per mammam.

GAUDET fetus alter ſexti, alter ſecundi menſis una editi.

Ballay varietates muſculorum brachii, arteriarum brachii & ſpermaticarum, lien permagnus.

In T. IX. exſiccatio totius corporis ad mumiæ ſimilitudinem.

Collin oſſa fetus quarto anno ex ulcere prodeuntia.

Dumolin ſubmerſa refocillata calidis cineribus.

Bonnet vidit œſophagum & ventriculum per antiquum oſtium in pectus adſcendiſſe.

Lebeau tendo in homine inſenſilis.

Hoc anno Cl. F. Felice edere cepit diarium *Eſtratto della litteratura Europea* Iverdon 1758. 8. cujus multi tomi prodierunt. Paſſim adnotata aliqua phyſiologici argumenti continet.

Hannoveriſche nützliche Sammlungen 1758. de ictu apum, de earum cellulis melleis.

§. MCLXXIII. *Anatomici varii.*

J. Baptiſta Verna, celebris Chirurgus Taurinenſis. Ej. eſt *lettera al* Ill. S. Haller Turin 1758. 8.* Experimenta ſollicite facta, quibus inſenſilem naturam tendinum, duræ meningis, & perioſtei confirmavit. Infantis atreti rectum inteſtinum cæco fine terminatum.

Carl Ludewig L'estocq, hic anonymi, *Abhandlung von dem Nutzen der vornehmſten Theile des menſchlichen Körpers* Cöthen und Dreſden 1758. 8.* Defuncti eſſe auctoris, & ex Latino verſum, cauti viri, & a conjecturis alieni.

Deinde Halæ 1759. 8.* prodiit cum nomine Cl. L'estocq *mediciniſche Abhandlungen.* Pars I. eſt hæc ipſa diſſ.

Addidit autem Cl. L'estocq de ſenſibus aliqua & de temperamentis. Nervum olfactorium cavum eſſe. Temperamentum poſt trigeſimum annum ſæpe mutari.

J. Baptiſta Bernard *problema phyſiologicum, cum tabula figurativa ipſius ſolutionem exhibente* Douai 1758. 4.* Problema eſt, definire copiam ſanguinis, qui per aortam exit, ut tamen noſter etiam aliarum arteriarum copiam ſanguineam metiatur. Inſpirationis tempus exſpirationis tempori æquale eſſe. Quod ſanguinis venoſi undam reſpiratio poſſit, inquirit, & inventum nobis tribuit.

Ejusd. *Hydraulica corporis humani variis tabulis figuratis demonſtrata* Douai 1759. fol.* Multas omnino diametros variabiles arteriarum computat, eas inprimis, quas exſpiratio & inſpiratio in venis definit: tum quam venæ cavæ refluus ſanguis. Ad grana uſque undas cujusque pulſus definit.

J. Friderich Glaser *Beſchreibung ſeiner neu erfundenen Blutwage* Hildburghauſen 1758. 8.* Hactenus huc pertinet, ob varietates ſanguinis in portione & ſeri.

Joſeph Ludwig Roger *tentamen de vi ſoni & muſices in corpus humanum* Avignon 1758. 8.* Magna pars opuſculi phyſica eſt; alia philologica. De

vocis formatione. Conjungi ad eam producendum oſcillationem ligamentorum & organi vocis; in longitudine incrementa & decrementa. Anatome brevis. Animam utique numerare oſcillationes. Eſſe ſpiritui nerveo noſtro proprium tonum, cum quo harmonice conſonat. Diſplicere ſonos, qui laminam ſpiralem tympanis bipartientem in partes incommenſurabiles dividant &c.

Ej. *Specimen phyſiologicum de perpetua fibrarum muſcularium palpitatione, novum phænomenon in corpore humano experimentis detectum & confirmatum* Gotting. 1760. 12.* In quieſcente etiam muſculo fibras perpetuo oſcillare, alterne contrahi & laxari. Eum ſonum nos percipere, manu ad aurem adpreſſa. Oſcillatio fibræ muſculoſæ ſimilis eſt motui periſtaltico inteſtini. Ex ea perpetuus ſtrepitus oritur. Irritabilitatem diſpoſitionem eſſe, non potentiam, neque cauſam eſſe hujus motus. Inde eſſe electricum corporis humani congenitum ſtatum, calorem, alia. Hypotheſes meræ.

Franc. Eman. GANGIAMILA *Embryologia ſacra ſ. de officio ſacerdotum & Medicorum circa æternam parvulorum in utero exſiſtentium ſalute* Milan. 1751. 4. ut nunc lego & Panorm. 1758. fol. Venet. 1769. fol. Aug. Vindel. 1765. 8. SMITH. Gallice verteute DINOVART *l'Embryologie ſacrée* Paris 1762. 8.* Scopus cavere ne fetus ullus baptiſmo careat. Fetus vitam valde præcocia habere initia. Fetus cum cruore abjectos vixiſſe. Die quadrageſimo cor in fetu micare. Cui brachium elapſum amputatum fuerat, vivum prodiiſſe, & biduo ſupervixiſſe. Infans vivus ex latrina. Multa de reſtituendis ſubmerſis.

Carolus GANDINI, Veronenſis, clinicus, *diſamina delle ragione che hanno ritardato il progreſſo della medicina &c.* Genua 1758. 8.* Practici argumenti, modum tamen definit, quo putat meliorem medicinæ cognitionem obtineri.

Ej. *Saggio di lettere apologetiche critiche concernenti l'arte raggionevola di medicina* Lucca 1759. 4.* Iterum clinici potus argumenti.

Ej. *Gli elementi dell arte ſfigmica overo la dottrina del pulſo* Genua 1769. 4.* Fuſiſſima dictio. Contra medicos mechanicos. Chinenſium pulſus. Intermittentem pulſum diarrhœam criticam præſapige apud AETIUM reperit. Ipſe per experimenta eo adductus eſt, ut *Theophili de* BORDEU partes adoptet.

Ej. *Rifleſſioni ſulle leggi dei movimenti animali.* Cerebrum & nervos ſolos motus auctores eſſe &c.

Johannes LARBER edidit J. PALFYN anatomicam chirurgicam ad PETITI editionem, Venez. 1758. 8. 2. Vol.* Multa addidit ex noſtris inventis, alia etiam ſua, practica quidem & pathologica. Hymenem defendit.

Memoire inſtructif ſur la maniere d'aſſembler, de preparer, de conſerver & d'envoyer les curioſités d'hiſtoire naturelle &c. Lyon 1758. 8.* De avium exſiccatione. De ſpiritus vini nimia in adſtringendo potentia. Sceletos in aquis bene parari.

Nouvelles conſiderations ſur les années climateriques, la longueur de la vie de l'homme, la propagation du genre humain, par un membre de l'Acad. de Berlin 1758. 12. (*Journ. Oeconom.*)

Medical, chirurgical and anatomical caſes and experiments communicated by HALLER *and other phyſicians* London 1758. 8.* Medica ex *Actis Suecicis* decerpta.

Natuurlyke ontleeding van's menſchen ligham 1758. Societatis opus.

§. MCLXXIV. *Varii.*

Benjamin GOOCH, Chirurgi, *Caſes and practical remarks in ſurgery* London 1758. 8.* Dura mater per multos dies a fragmento acuto oſſis conpuncta, & tamen indolens. Exemplum oſſium in morbo emollitorum (præter dentes) & ſtaturæ corporis contractæ. Duram meningem audacter diſcindit. Magna pars maxillæ inferioris renata.

Recuſ. tamquam ſecundus tomus ſequentis operis 1767. 8.*

In T. LIX. *Phil. Tranſ.* de viro, cui ſubinde tota undique cuticula decedit.

EJ. *Practical treatiſe on wounds, and other chirurgical ſubjects* Norwich 1767. 8. 2.Vol.* Præmiſſa hiſtoria phyſiologiæ, anatomes & chirurgiæ: aliqua etiam anatomes fragmenta. Multa non bene narrata. Cor infantis nudum vidit micaſſe. Burſæ adipoſæ ex HUNTERO. Lymphatica vaſa urethræ ducentia ad veſiculas ſeminales, a WATHENIO viſa.

EJ. *Medical and chirurgical obſervations or an appendix to a former publication* London 1773. aut 1774. 8.* Aliqua huc faciunt. Magna mala a nervis lino interceptis orta vidit. Maxillæ particula & dens in ovario. Epidermis de tota manu ſecedens. Mors ab aëre in pectoris cavo expanſo, & pulmonem urgente. Teſtes in inguine latentes: teſtis ſero in ſcrotum receptus. Experimenta facta liquoribus oſſa ſolventibus.

J. Jul. WALBAUM, auditor olim noſter, vertit & edidit Lubek 1758. 8. 2.Vol.* LEVRETI *Wahrnehmungen von den Urſachen und Zufällen vieler ſchweren Geburten.* Paſſim aliqua adnotavit, potiſſimum chirurgica. Pelvis tamen menſuras malas a LEVRETO dari monuit.

Remarks on DOUGLAS'S *treatiſe of the hydrocele* London 1758. 8.* Auctor eſt OBADIAH JUSTAUMOND. De ſignificatione vocum ſcrotum, dartos, vaginalis, erythroides. Omnes cellulas ſpermatici faſciculi & teſtium una inflari.

Cum DOUGLASSIUS reſpondiſſet, repoſuit noſter, *Defenſe of the remarks on* DOUGLAS'S *tr. of the hydrocele* London 1758. 8.* Iterum fere de nominibus pugnatur.

J. Chriſtian BLASCHE *Leben D.* HAMBERGER'S, *mit einer Nachricht von ſeinen Schriften und gelehrten Streitigkeiten* Jena 1758. 8.* Gener Cl. viri rectius forte a litibus phyſiologicis & anatomicis abſtinuiſſet, aliis omnino ſtudiis innutritus. Neque enim vel litis hiſtoriam veram ſinceramque dedit, vel experimentorum.

Petri CORNACCHINI *della pazzia* Siena 1758. 4.* Eſſe a cerebro indurato.

Daniel

Daniel COX *obſervations on the intermitting pulſe as prognoſticating in acute diſeaſes a critical diarrhœa &c.* London 1758. 8. Aliqua exempla pulſus intermittentis veram diarrhœam præſagientis, & varia ad SOLANI mentem.

Samuel PULLEYN *the culture of ſilk for the uſe of American colonies* London 1758. 8.* Inter mammas feminarum bombyces optime excludi. De exuviis; cranium cum dentibus dejiciunt. Ut gummi per duo foramina expreſſum in unum filum coeat.

HELVETII famoſus liber *de l'Eſprit* Paris 1758. 8. 2.Vol.* Hominem a ſimia ſola manu differre, aliquanto debiliori. Omnes cogitationes, adfectus omnes, etiam REGULI ad tormenta reditum, ad materiem revocat.

Robert DOSSIE *the elaboratory laid open, or the ſecrets of modern chymiſtry and pharmacy reveald* London 1758. 8.* Nihil veri diſcriminis eſſe inter calces & olea diverſorum animalium.

EJ. *Inſtitutes of experimental chymiſtry* London 1759. 8. 2.Vol.* De animalibus in Tomo I. Sanguinem in ſtatu conſtitui ad putredinem vergente, ab eo ſtatu calorem eſſe, ruborem a ſale alcalino. Ad fæcum alvi analyſin aliqua. Nimis in BOERHAAVIUM aſper eſt, Analyſis vitelli ovi. Terra oſſium. De putredine.

Ignatio SOMIS, amici noſtri ſingularis, archiatri Regii, *Raggionamento ſopra il fatto advenuto in Bergamoletto, in cui tre donne ſepolte fra le ruine della ſtalla ſono ſtate trovate vive doppo 37. giorni* Turin 1758. 4.* In anguſtiſſimo ſpatio cum pauciſſimo lacte, ſummo in fætore, vitam in aëre non renovato tamen toleraverunt.

Entretiens ſur la nature de l'ame des bêtes Colmar 1758. 8.

§. MCLXXV. *Diſputationes.*

Georg Wilhelm BENEFELD *de habitu virium motricium corporis humani ad actionem medicamentorum* Gotting. 1758. 4.* Vires motrices eædemque ſenſoriæ in omnibus partibus corporis humani habitant, ut totum corpus ſentiat. Duram matrem ad pleroſque ſtimulos inſenſilem, ferreis denique penicillis laceratam doluiſſe.

J. Friderich Carl GRIMM, Cl. medici, *de viſu* Gotting. 1758. 4.* Proceſſus ciliares lentem cryſtallinam non poſſe mutare, neque muſculos externos oculi. Verum in iride celluloſum quid eſſe, quod irritante luce humoribus repletum dilatetur, & pupillam anguſtet. Recte in MARIOTTI experimento maculam non adparere, ſed evaneſcere locum non viſum. A tumore vaſorum iridis & chorioideæ humores conprimi, denſari, fortius refringere. Objecta non inverſa depingi, ſed in vera inter ſe invicem relatione, neque habere animam quod emendet, omnino ut BERKLEYUS.

J. David LAPEHN *de oſcitatione in enixis* Gotting. 1758. 4.* Conjungi cum lentiori humorum motu, præcedere ſyncopen.

J. Frie-

J. Frieder. GRUND *de ſecretione* Gotting. 1758. 4.* Multum tribuit diverſæ organi ſecretorii a corde diſtantiæ, quæ ſi major fuerit, viſcidos faciat humores. Plurimum etiam valere diametros vaſis ſecretorii diverſas: humorem primigenium definitæ indolis, adtrahentem humores ſimiles, denſitates varias. Claſſes humorum facit diverſas, aqueos humores, ſaponaceos, viſcidos, pingues, gelatinoſos, ſpiritus.

Petrus LUCHTMANS *de ſaporibus & guſtu* Leid. 1758. 4.* Omittimus phyſica. Acria quædam in toto ore ſaporem ſuum inprimere. Linguæ deſcriptio. Papillas minores facit & minimas. Vaſa & nervi, venæ & glandulæ ſalivales breviter. Globulos ſanguineos putat vere in minores globulos diſcedere.

EJ. *Oratio de anatomicis ſeculi* XVIII. *incrementis* Utrecht 1760. 4.

Matthæus v. GEUNS *de eo quod vitam conſtituit in corpore animali diſquiſitio* Amſterdam 1758. 4.* Omnes partes corporis humani, etiam celluloſam telam, contractiles eſſe. Id non negavimus, tantum ut ex ſola fibra muſculari irritata contractio conſpicua ſequatur. Totum fere corpus ex celluloſa tela conſtitui. Aliquanto plus tribuit arteriarum contractioni. Etiam nervos contractiles eſſe. Motus vitales abſque nervis non poſſe perfici; hoc contra experimentum. Denique motus corporis animalis non a mente oriri, plurimosque vere eſſe in eo corpore, ad mentem non pertinentes, contra WHYTTIUM.

In T. VII. *Verhandelingen der Holl. maatſchappy* ID. fetum deſcribit, cui ventriculus, inteſtina & hepar in pectus adſcenderant.

In T. IX. P. III. Puellam vulva deſtituta, vagina in veſicam aperta. Sextus digitus ſuis inſtructus nervis.

In T. XI. de impedita deglutitione anatome gulæ. Nullam dari glandulam VESALII, pro re nova.

Aimé MATTHIEU *de nervis in genere, accedente* I. II. III. & IV. *paris nervorum deſcriptione* Leid. 1758. 4.* Nervum a primo pare per foramen cribroſi oſſis tranſire, & cum quinto pare uniri. Secundum etiam a gemino centro ſubinde naſci, & dextri aliquas fibras cum ſiniſtro miſceri. Negat tunicas oculi a nervi involucris oriri. Quintum par aliqua ſui parte ex corporibus olivaribus & pyramidalibus proveniſſe. Temporalem ramum non ſemper eodem modo provenire.

Arnold Guil. MARCUS *de fabrica & actionibus ventriculi* Leid. 1758. 4.*

Albert VERRYST *de reſpiratione* Leid. 1758. 4.* Celluloſam fabricam pulmonis non eſſe vulgarem celluloſam, & ab aſpera arteria continuari. Pro noſtra de ſpatio thoracico & muſculis intercoſtalibus ſententia. Non putat ſanguinem in pulmone frigeſcere.

J. Petri KLEFECKER *de halitu pericardii* Leid. 1758. 4.*

Alberti GUEX *de humoribus coctis in ſtatu ſano conſideratis* Leid. 1758. 4.*

Adrian HOFMANN *de ortu & incremento fœtus humani* Leid. 1758. 4.*

J. Jac.

J. Jac. v. BERLEKOM *de motu arteriarum vitali* Leid. 1758. 4.*

Georg Florent. Henrich BRUNING *Singultus morbus, ſymptoma, ſignum* Utrecht 1758. 4.* Collectitia diſſ. Sedes ſingultus in ſuperiori oſtio ventriculi. Singultus lethalis excitatus a pilo felino. Sic a filo chalybeo &c.

J. Chriſt. PETERSEN *de cortice Peruviano* Upſal. 1758. 4.* præſide C. LINNÆO. Pulſus in febribus intermittentibus numeravit, diebus intermediis a 90 ad 98, in frigore a 98 ad 110, in æſtu a 100 ad 126. reperit.

Laurens GISTREN, præſide *Eberhardo* ROSEN olim auditore noſtro & amico, diſputavit *de vera ratione ſecretionum corporis humani in genere* Lundin. Scan. 1758. 4.* bono ordine ſcripta diſp.

Petr. POLZER *de ſudore* Wien 1758. 8.* practici potiſſimum argumenti.

Jacob Eberhard ANDREÆ *de irritabilitate animali* Tubing. 1758. 4.* Soli fibræ muſculoſæ irritabilem naturam tribuit, excluſo tendine, excluſis etiam vaſis lacteis, & glandulis. Cauſam tumeſcentis inter exſpirandum cerebri noſtram recipit. Inteſtinorum evulſorum contractionem vidit: cordis irritabilitatem conſtantiorem eſſe ſenſit. Vix in iride fibras recipit. Cutis irritabilitatem a ſimili in muſculis vi ſeparat. Senſum ab ea vi non putat ſeparari poſſe.

In *epiſtola* adjecta *P. Frid.* GMELINUS eam opinionem refutat.

Chriſtian Gotthilf BARTH *de pulſu venarum* Lipſ. 1758. 4.

Memoria J. Ern. HEBENSTREITII Lipſ. 1758. 4.*

J. David GRAU *de mutationibus ex aëris calore diverſo in corpore humano oriundis* Jen. 1758. 4.*

EJ. *De vi vitali ſpecimen primum* Gotting. 1758. 4.* Eam vim etiam in celluloſis telis habitare: eſſe ab earum tenſione. Germanice Lemgo 1768. 8. Phyſiologia pene integra.

EJ. *Heterodoxe Sätze aus der Arzneywiſſenſchaft* Götting. 1758. 4.* Febrem eſſe naturæ conatum. Ab obſtructione celeritatem non creſcere.

Lud. Rudolf SEUBERT *de ſignis puerperii fallacibus* Tubing. 1758. 4.*

Ephraim KRUGER *de nervo phrenico* Lipſ. 1758. 4.*

Guil. MALLINKROTT *mirum artificium naturæ in opere generationis* Gieſſ. 1758. 4.*

Gotthilf Aug. LECHLA *de pretio ſanguinis phyſico & religioſo* Lipſ. 1758.

J. Chriſt. Frider. STOCK *variæ de muſculis meditationes* Jen. 1758. 4.*

J. B. PREU *de celeritate ſanguinis in vaſis minimis* Altd. 1758. 4.* Paſſim errores.

J. Lud. BUXTORF *de inhalatione* Baſil. 1758. 4.* Renes in experimento ad ſeſcuncem aquæ ſorbſiſſe.

In *Actis Helvet.* homo cui alter homo quaſi in epigaſtrium inſertus. Alius in quo lotium guttatim de poro ſuper os pubis ſtillabat. Menſes in infante.

Petri BOUSQUET *de fluxu menſtruo* Monſpel. 1758. 4.*

Petr. FAU *de putredine* Monſpel. 1758. 4.* Contra PRINGELIUM ex COULASSII experimentis. Serum ſanguinis putreſcens ejusque vapor ſyrupum violarum viridem reddit.

Lamberti CHEVALIER *theſis medica de digeſtione* Montpel. 1758. 4.*

J. Petri JAUSSERAND *de irritabilitate & ſenſibilitate partium corporis humani* Monſpel. 1758. 4.* Aſpere in me ſcripta. Experimenta a chirurgo nomine TANDON, nam Monſpelii anatome eſt penes chirurgos, in animalibus facta, quorum vitia HOUSSETUS in libello inedito aperuit. De induſtria facta videntur, ut contra me evenirent.

J. Claude MAUDUYT *de la* VARENNE *Ergo uteri contractio præcipua cauſa parturitionis* Pariſ. 1758. 4.* Experimenta fecit in aſpera arteria, & ponderibus appenſis eam diſtraxit, quantum pondus ferret notavit.

Stephani HUAULME & *Girard de* VILLARS *E. a nervis præcipui partium conſenſus* Pariſ. 1758. 4.*

Caroli GEILLE *de St.* LEGER & LANGLOIS *Ergo prolem lactare matribus ſaluberrimum* Pariſ. 1758. 4.*

Joſephi CARRERE diſſ. *de vitali corporis & animæ fœdere* Perpignan 1758. 8.* etſi diſputatio Monſpelii eſt defenſa. Diſcipulus *Franciſci* BOISSIER. Diſtinguit motus vitales a motibus ab irritabilitate pendentibus, quo refert contractionem venæ cavæ. Hanc irritabilitatem etiam meſenterio tribuit, a nervis negat pendere. Senſum tribuit tendini & duræ matri. Mechanice actiones animæ exponit, tres fibras ait oſcillare, ut judicium fiat. Eſſe ab anima & voluntarias actiones, & alias ab obſcuris perceptionibus natas, utrasque diverſas ab irritabilitate.

EJUSD. nunc Profeſſoris & *Bernardi* SOULERC *de ſanguinis motu & circulatione* Perpignan 1764. 8.* Nuperos accurate legit. Circuitum ſanguinis eſſe HARVEJI. Cor a ſtimulo in motum agi. Muſculos agentes non palleſcere. Pulſus venarum huic generi vaſorum proprius non eſt.

EJUSD. *De alimentorum digeſtionis mechaniſmo* Perpignan 1765. 8.* Canem crines & capillos non coquere. Neque ſolos chemicos audiendos eſſe, neque PITCARNIANOS.

EJ. *Reponſe a un ouvrage qui a pour titre Recherches anatomiques de* M. COSTA Perpignan 1771. 4.* Arterias iliacas utique per inflatum inteſtinum rectum comprimi. In arteriis ſanguinem omnino relabi.

EJ. *Traité theoretique & pratique des maladies inflammatoires* Paris 1775. 12. Errorem loci defendit, & majorem in vaſis liberis ſanguinis motum. Sed vide *Addenda.*

G. FORDYCE *de catarrho* Edinb. 1758. 8.* cum bonis de muco experimentis.

§. MCLXXVI. *Diaria anni* 1759.

In *Philoſ. Tranſ.* T. LII. P. I. *William* HENRY de homine relatio, cui carnes ſenſim induratæ ſunt.

De natura luminoſa aquæ marinæ.

Alexander RUSSEL de Aethiopiſſa, cujus cutis pene integra in album colorem tranſiit, ut etiam erubeſceret.

Ambroſii DAWSON de femina, quæ totis 15. menſibus nullam urinam emiſit.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1759. de bulla acidiſſimo ſucco plena in pelvi ovis.

Omnes membranæ connatæ.

In *allgemein. Magaz.* Lipſ. 1759. 8. Obſtetricis CARRON de cauſa partus. LAGHI mortes animalium in ſpatio aere vacuo.

In *Journal de Medecine* 1759. T. X. Menſes per mammas & cutis poros manantes.

GIGHAU de femina per ſeptem annos neque de alvo, neque de renibus quidquam excernente.

FAGES de puero ſexenni enormiter robuſto & pubere.

Gemelli ex matre varioloſa; infectus alter & mortuus, alter ſanus & vivus.

Ipſe VANDERMONDE refert de muſculis ſuræ in adipem converſis.

De puella pagi *S. Geoſme.* Nihil in viis urinariis parum naturale repertum.

T. XI. CAMPARDON de phimoſi naturali.

Iterum aliquæ adnotationes anatomicæ MORELLI.

In T. XX. *Swenſka Wetenſk. Acad. Handlingar Johann.* FISCHERSTRÖM de animale margaritifero. Androgynum eſſe, ut tamen coitu cum aliis egeat. Unionem ex muco naſci.

Hans HEDERSTRÖM de anulis in vertebris piſcium, ex quibus de eorum ætate judicatur.

Hoc anno *ſocietas privata Taurinenſis* edere cepit *Miſcellanea philoſophico-mathematica ſocietatis privatæ* T. I. Turin 1759. 4.* *Eques de* SALUCES, princeps hujus ſocietatis adjutor, egit de mutato ſitu cicatriculæ in ovo. Eam vir Cl. ſuo loco reperit.

IDEM a. 1762. T. II. de modo, quo ignis & reſpiratio aërem corrumpunt, ut porro ad reſpirandum inutilis ſit. Non a ſola tenuitate. Videri aërem vaporibus repleri, qui ramos forte aſperæ arteriæ conſtringant.

In T. I. porro *J. Baptiſta* GABER de putredinis effectu. Sanguis, ejus ſerum & partes animales aliæ, utique in putredine alcaleſcunt, ut cum acido minerali ferveant; putreſcere autem inter primas bilem. Neque tamen in eadem ratione putredo eſt, ut copia particularum alcalinarum. A febre humores noſtri alcaleſcunt.

In T. II. pergit de ſeri ſpontaneis ſedimentis agere, quorum alterum puris ſimile eſt. De cruſta pleuritica: contabeſcit ſponte in fœtidum oleoſum liquamen, quod tamen ab acore & ab igne cogatur. Eadem cruſta in aqua & aqua nivata vix ſolvitur, utique vero a ſpiritu volatili alcalino.

IDEM in T. III. iterum de cruſta coriacea ſanguinis. Et ipſa & RUYSCHII membrana ex ſero ſanguinis concreſcunt. Sales alcalini volatiles hoc ſerum ſolvunt, non ita fixi. Per famem nullam naſci in animale putredinem.

DUCHEMIN *diſſ. ſur la deſtruction des racines des dents Journal des Savans* 1759. Fevrier. Novos dentes ſubire ſubire primorum alveolos, eorum radices inflectere. Alveolos dentium ſecundorum majora capere incrementa, lacteos minora, ita iſtos elidi.

In *Hamburg. Magaz.* T. XXIII. KUNZLI fetus difformis ore anguſto & rotundo. Alii nævi.

In T. 22. cadavera diu incorrupta.

MEISTERI experimenta dicta p. 529.

§. MCLXXVII. N. N. FOUGEROUX.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1759. retulit de cuniculo ſemiduplici adulto.

EJ. *Memoire ſur les os pour ſervir de reponſe aux objections propoſées contre le ſentiment de Mr.* DU HAMEL *avec les memoires de Mſrs de* HALLER & BORDENAVE Paris 1760. 8.* Noſtrum commentarium vehementer contraxit, & experimenta mea omnia omiſit; BORDENAVII libellum recudi fecit. Noluiſſe ſe in pullorum nimis exiguis oſſibus fabricam perſequi (in qua tamen plurima detecta ſunt, quæ neque ipſe vidit, neque DU HAMEL). Ad objectiones alias utcunque reſpondet, ad aliquas nequaquam. Vidiſſe DU HAMELIUM laminam partim membranaceam, partim cartilagineam. Perioſteum inter epiphyſin & oſſis corpus interponi. Oſſa vetuſtæ gallinæ per uſum rubiæ debiliter colorata fuiſſe, rubuiſſe vero concrementa podagrica.

In altero commentario de callo agit. In DETLEFIUM, certe non æquus. Se vidiſſe laminas perioſtei in callum extenſas, eumque levi lamina tectum. Non oſtendit, ex membrana potius, quam ex ſucco concreto, callum provenire. Noſtra experimenta omnino non videtur legiſſe.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1768. Ex pelle putat ſe adgnoſcere animal ex cuniculo & lepore natum. Dentes in cuniculo & in indico porco excreſcere, ut reſecare neceſſe ſit. Dactylos ſub aqua duros lapides perforare, eorum teſtam intra rupem incrementa capere.

§. MCLXXVIII. *Varii.*

Kurzgefaßte Phyſiologie und Chirurgie Frankf. 1759. 8. 2. Stuck.

Phyſi-

Phyſicaliſch vermiſchte Geſchichte der Bienen durch C. C. O. v. S. Frankfurt und Leipzig 1759. 4.

Tyrocinium medicum, oder Anleitung zu den mediciniſchen Termen Lipſiæ 1759. 8.

Beyträge zu den Beobachtungen der Saamen-Thierchen gehörig Frankfurt und Leipzig 1759. 8.

Charles MARTIN *reflexions on the œconomy of human body* London 1759. 8.

Franciſci HOME *medical facts and experiments* London 1759. 8.* Pulſum & calorem non eamdem obſervare rationem, minusque calorem creſcere, quam pulſuum numerum: eum pulſuum numerum creſcere, & tamen calorem minui, & viciſſim. In univerſum tamen pulſus cum calore creſcit. Aliqua ad copiam inſenſibilis tranſpirationis. Germanice recuſum eſt opus vertente J. H. KOENIGSDÖRFER Altenburg 1768. 8.* Gallice Paris 1773. 12. vertit D. GOSTELIER.

A collection of the yearly bills of mortality from 1657. *to* 1758. *incl.* London 1759. 4.* Vitia horum faſtorum. Excluſi baptiſmi ſectariorum, eorumque ſæpe funera, hæc ad ter mille, uno in anno. *Thomas* CROMWELL auctor eſt horum faſtorum: publicantur ab anno 1625. Morborum poteſtas. Londini homines 74. quotannis nonageſimum annum ſuperant. CORBINI MORRIS de incremento & decremento incolarum Londinenſium liber. Mortes infantum numeroſiſſimæ, ut 363. intra alterum annum ex millenis intereant. Hi calculi debentur J. P.

Zachariæ VOGEL, cel. Chirurgi, *anatomiſche, chirurgiſche und mediciniſche Begebenheiten und Unterſuchungen* Roſtock 1759. 8.* Fere practici ingenii. Tendinem volſella comprehenſum non ſenſiſſe, ſed adfuſo calido ſpiritu terebinthinæ; (in vicinum nervum diffluente).

ISNARD *Memoire ſur la maniere la plus ſimple & la plus ſûre pour rappeller les noyés à la vie* Paris 1759. & in *Journal de Medecine* T. XII. Germanice recuſ. EJUSD. *Heilſamer Unterricht, wie man Ertrunknen auf die leichteſte Weiſe zum Leben helfen könne* Strasburg 1760. 8.* Præmium Viſuntinum hac diſſertatione auctor meruit. Experimentis nititur meis & LOUISII. Venam jugularem jubet ſecare, corpus cineribus calentibus fovere, clyſterem ſubdere tabacarium. Ad pulmones liberandos vomitum ciet. Arenæ calentes bonæ. Conſilia ſubjiciuntur ILL. REAUMURII.

Le BOURSIER *de* COUDRAI *abregé de l'art d'accoucher* Paris 1759. 12.* Anatome partium genitalium facilis. Inverſionem noni menſis recipit. Multum tribuit utero obliquo.

Hiſtoire d'une fille ſauvage Paris & in *allgem. Magaz.* 1759. memorabilis hiſtoria miri roboris, quod eſt in homine ſoli naturæ permiſſo.

Traité de la nature de l'ame & de l'origine de ſes connoiſſances contre la ſiſteme de LOCKE Paris 1759. 12. 2. Vol.

Nicolas PUZOS *traité des accouchemens corrigé & publié par M.* MORISOT *des* LANDES Paris 1759. 4.* Celeberrimus vir obſtetricius manu ſua ſcriptos codices Do. GERVAISE reliquerat, qui MORISOTO edendos dedit. Libelli ſunt pluſculi. Partus naturalis totus eſt GERVASII. Ipſius PUZOS opus incipit ab anatome. Poſſe a nimis ampla pelvi æque gravia, ut ab arctiori, mala fieri. Hymenem adgnoſcit; plexum venoſum, quem proſtatam vocant BARTHOLINI, in partu ſanguine ait ſuffundi. Uterum adtenuari in gravidis. In collo, etſi minus lato, parem eſſe fibrarum numerum, tantum quod magis congeſtæ ſint. Debiles feminæ facilius pariunt: pueri partes exiguæ ſunt. Vidit tenerarum puellarum lac uterinum. Menſes a flexilitate uteri. De tactu oris uteri fuſe. Recte aquam eſſe ad fetum in ratione inverſa temporum graviditatis, eamque utique nutrire. Uteri vaſa non continuari cum placentæ vaſis.

M. D. L. C. D. B. (*la* CHENAYE *des* BOIS) *Dictionnaire raiſonné & univerſel des animaux* Paris 1759. 4. 4.Vol.* Valde vitioſum opus compilatitium. Aliqua paſſim anatome.

J. Frid. HARTLIEB *progr. animam humanam a materiæ contagio ſecretam ex medicina mentis demonſtrans* Ulm 1759. 4.

§. MCLXXIX. C. F. WOLF.

Caroli Friderici WOLF, nunc in Ruſſia Profeſſoris Academici, *theoria generationis* Hall. 1759. 4.* Memorabilis certe libellus, & qui paucos inter ſpecimina inauguralia pares habeat. Experimentis uſus eſt vir Cl. ſuis, in pullo incubato etiam potiſſimum factis. Vim ſuccos ovi & novi animalis propellentem recipit, a cordis viribus diverſam (nam plantas omitto). Omnia conſtare globulis, qui per ſuccum viſcidum moveantur, nullis incluſi membranis. Vaſa ſubnaſci, coire, cor facere. Quando ſanguis nunc rubet, irritabilitatem accedere, quæ ſit animalis character, quo a planta ſeparatur. Mechanica neceſſitate venas naſci ubicunque arteriæ fuerint. Cor eſſentia animalis. Ut renes naſcantur: urinam abſque ea fabrica poſſe generari. Cor cauſa motus acceſſoria eſt, non prius ſaliens, quam rubrum ſanguinem acceperit. Ut monſtra connata oriantur.

Germanice vertit vir Cl. cum titulo, *Theorie der Generation in zwey Abhandlungen erwieſen* Berlin 1764. 8.* Addit aliqua, quibus BONNETO evolutionis defenſori reſpondet; etiam nobis, ſed modeſte. Contra evolutionem: nihil ejus in natura ſimile eſſe: miraculo eſſe proximam. Epigeneſin eſſe opus operantis naturæ. De viis in figura venoſa: vias eſſe non vaſa, contra nos. Puncta eſſe, deinde inſulas, tum vias, demum vaſa. Novum animal vitelli eſſe epiphyſin, & vitelli vaſa a matre eſſe. Vaſa ſe vidiſſe in figura venoſa, priusquam cor adeſſet. Parentes non neceſſario ad novum animal requiri, ſed mundum. Semen maſculum vim habere potenter nutriendi. Pectus pulli vere apertum eſſe. Ante 24. horam nullum cor adeſſe. Aliam eſſe membranam vitelli in fetu, aliam vitelli in gallina.

EJ. in *Nov. Comm. Acad. Petrop.* T. XII. aliqua addit ad ſuum de generatione, & potiſſimum de pulli formatione opus. Valde mature eam formatio-

nem

nem contemplatus eſt. Vaginam dicit, quam ab amnio diſtinguit, foveam in ea cardiacam, ex qua primum patente, poſtea clauſa, ventriculus fit: limbum ex quo pariter convoluto & conpleto inteſtina naſci putat: vaſa figuræ venoſæ, nidum ſ. pellucidam aream, alia, quæ accurate rimatus eſt.

Ej. Hunc ipſum laborem in *N. Comm. Acad. Petr.* T. XIII. abſolvit. Defendit porro, utique abſque velamentis cor teneri embryonis eſſe; utique ventriculi, & inteſtini, primordia planam eſſe membranam; utique partes poſt partes generari. Cæterum in corde, & canali orbiculari, & ventriculo dextro ſerius conſpicuo, mecum ſentit.

In XIV. Tomo *Nov. Comment. Petrop.* deſcribit ovum gemello fetu prægnans. Vitelli diſtincti manent, albumina confluunt. Pulli duo, veſiculæ umbilicales binæ, duæ figuræ venoſæ, alterius tamen ovi arteriæ ſuperiores perparvæ.

In T. XV. muſculi brachii leonis: omnia ad robur augendum præparata, in homine ad motum liberum & expeditum. Parvos muſculorum nervos eſſe in leone: ut omnino vis motrix in ipſo muſculo, non in nervis, habitaretur videatur.

In T. XVI. Cor leonis exiguum, ſic arteriæ.

In T. XVIII. Vituli bicipitis anatome. Ordo certus in naturalis fabricæ mutatione in monſtroſam. Fetus duplices non fieri ex coalitione duorum fetuum, qui prius diſtincti fuerint.

§. MCLXXX. *Diſputationes.*

Tubingæ anonymi progr. *de anatome ſubtiliori* 1759. 4.*

Jacob SAMUEL *de raucitate* Præſ. J. G. ROEDERER Gotting. 1759. 4.* Deſcribit organa vocis.

Nicolas SCHEELE *de hepate & ſecretione bilis* Gotting. 1759. 4.* Aliquam partem chyli in hepar venire. Eſſe glandulam conglomeratam. Injectum in venam portarum liquorem in cavam tranſire venam, & in vaſa lymphatica, non in ductus bilarios. Bilem in hepate præparari, amareſcere & ſpiſſari in veſicula.

A. v. ROYEN *de corporis animique moderamine* Leid. 1759. 4.*

Joh. EGELING *de lacte* Utrecht 1759. 4.* Per experimenta. Rubeſcit utique coctum cum ſalibus lixivis. Spiritum dat acidum fere ut Guayacum. Serum fere ſimilia dat. De ſaccharo lactis, cujus acor peculiaris ſit & parum notæ indolis. Et recocta & caſeus acidos dant liquores.

Georg Chriſtian REICHEL *de epiphyſium ab oſſium diaphyſi diductione* Lipſiæ 1759. 4.* Epiphyſin cum corpore conjunctam deſcribit, & morboſam ſeparationem, bona diſputatione.

Ej. *De oſſium ortu atque ſtructura* 1760. 4.* Pro ſucco oſſeo; pro arteriarum in formandis oſſibus potentia. Et ſerra & acidis liquoribus fabricam oſſis indagavit, canales inter laminas oſſium invenit, per quos gelatina nutritia meat.

Ej. *De ſanguine ejusque motu experimenta* Lipſ. 1767. 4.* cum tabula eleganti. Microſcopium adhibuit ad ſanguinis motum in animalibus minoribus ſpe-

ſpeculandum. Globulos omnino in vaſis minimis putat reddi oblongos: ſolitarios flavos eſſe, vaſa ligata deſerere.

Ej. *De magnetiſmo corporis humani* ib. 1772. 4.*

J. Car. GEHLER *de ſanguine a partu profluente* Lipſ. 1759. 4.*

Ej. *De utero ſecundinas expellente* P. I. *theoretica* Lipſ. 1765. 4.*

P. II. *practica* ib. 1767. 4.*

Ej. *De partus naturalis adminiculis* S. I. Lipſ. 1772. 4.* Omnino reſpiratio multum ad partum facit, plus tamen uteri contractio, quæ fiat abſque dolore.

Pars altera 1772. 4.* potius chirurgici eſt argumenti.

J. Traugott ADOLPH, Prof. Helmſt. & Altdorf. *de commodis ex ſcapularum mobilitate homini oriundis* Hall. 1759. 4.

Ej. *Arteriologiæ recte concinnandæ leges, cum ſpecimine arteriæ carotidis externæ* Helmſtatt 1764. 4.*

Ej. *Obſervata in puellæ ſeptennis cadavere complectens* Francof. ad Viadrum 1765. 4.*

Ej. *De funiculo umbilicali intra ipſum uterum ſecando* Helmſtätt 1767. 4.* Varietates funiculi. Plethora requirit ſectionem arteriæ umbilici. Puer ſæpe a ſemunce ſanguinis detracta reviviſcit. Apoplexia fit a ligato funiculo, aut ante partum obſtructo. Calculos ponit ad definiendam ſanguinis copiam in toto fetu, & in quaque arteria, & in umbilicali, intra datum tempus contenti; unde conſtat, poſſe ſanguinem ad grana 2225. in uno minuto in funiculi arteriis accumulari.

Ej. *De nervorum longitudine in compenſationem multitudinis & vice verſa* Altdorf. 1769. 4.*

Ej. *De nervis cogitationes ſpontaneas recludentibus quemadmodum præludunt iisdem ſenſationes* Altdorf. 1769. 4.

Balthaſar Adam STIER *de tunica quadam oculi noviſſime detecta* Hall. 1759. 4.* præſide BUCHNERO; lamina nempe exteriori chorioideæ, quam a RUYSCHIANA diſtinguit, a qua ſatis facile decedat, ſimilis villoſæ ventriculi tunicæ, & plena corpuſculis quaſi glanduloſis, cui nulla ſint vaſa ſanguifera. Ita tres forent laminæ, nova, chorioidea, RUYSCHIANA.

Petr. Anton. CODELLI de FANENFELD *de voce, vociferatione, cantu, tubarum inflatu, ſternutatione, oſcitatione, pandiculatione, riſu, fletu & ſuſpirio* Wien 1759. 4.*

J. Jac. WERNISCHEK *de homine interno* Wien 1759. 4.*

Joſ. Ant. CARL *Palingeneſia* Ingolſtatt 1759. 4.* potius phyſica.

J. Peter SPRING *de phoſphoro anglicano* Ingolſtatt 1759. 4.

David Salomon SEILER *de ſtructura & actione ventriculi* Baſil. 1759. 4.*

J. Frid.

J. Frid. TEXTOR *Sialographia novis experimentis ſuperſtructa* Tubing. 1759. 4.* Aliqua nova experimenta habet, & novas hypotheſes.

Chr. Joh. BERGER, Prof. obſ. *Semejotica partus legitimi, de perfectiſſimi enixus ſignis* Præſ. *B. J. de* BUCHWALD Hafn. 1759.

J. Wilhelm WERNER *ubi hæreat urina fetus* Regiomont. 1759. 4.

Marinus Marcus Clarus ROBERT & auctor *Joſeph* DUSSENS *Ergo bilis ſapo acido-alcalinus* Pariſ. 1759. 4.*

EJ. *An detur imaginationis maternæ in fetum actio* Pariſ. 1759. 4.* Eadem quæ *Petri* BERCHER a. 1741.

Nicol. Franciſci ROUGNON *de humani corporis irritabilitate* Beſançon 1759. 8.*

Simon Philipp. BIEYSSE *de putredine* Monſpel. 1759. 4.* Habet etiam experimenta Cl. COULAS.

Gabriel Franc. VENEL *quæſtiones medicæ duodecim* Monſpel. 1759. 4.* Lotii analyſis. De ſale fuſili urinæ; putredinem ejus generationem adjuvare, quod viſcidum illud diſſipet, quo involvitur. Nullum nitrum eſſe in animalium humoribus. Oleum DIPPELII. Bilis analyſis.

Caſpar Joh. RENE' *quæſtiones medico-chymicæ duodecim* Monſpel. 1759. 4.* An chemia ad physiologiam neceſſaria ſit. Nullum præter chylum, humorem humanum acidi quidquam continere. Num digeſtio cibi ſit chemicus proceſſus.

EJUSDEM *quæſtiones medicæ duodecim* Monſpel. 1761. 4.* De viis bilis. Structuram anatomicam multum conferre ad explicandam pulmonum inflammationem. Cauſa mortis in aëre non renovato. Quid ſenſibus externis commune, quid proprium.

Al. Philipp. READ *de auditu* Monſpelii 1759. 8.

Henrici FOUQUET *de fibræ natura & morbis* Monſpel. 1759. 4. Partem alimentariam in telam celluloſam deponi.

EJ. *De la petite Verole* 1774. 12.* Valde urget corporis humani in duas partes bipartitionem.

EJ. *Eſſai ſur le pouls par rapport aux affections des principaux organes, avec des figures, qui répréſentent les caracteres du pouls* Montpel. 1767. 12.* Compendium hypotheſeos Cl. BORDEU. Omnino pro evicto habet, cuique parti corporis, & cuique viſceri laboranti, ſuum eſſe peculiarem pulſum: eos pulſus pingit gibbis, duris granis, de diffuſo humore expreſſis. Addit conſentientium medicorum aliquas obſervationes.

Franciſci BROUSSONNET *Quæſtiones chemico medicæ duodecim* Monſp. 1759. 4.* Quæ ſint ſalia animalia, quænam oleorum a vegetabilibus diverſitas. An materies phosphorica corpori animali infuſa & circumfuſa. An detur ſal peculiaris microcoſmicus.

Johannes LONGFIELD *de febre hectica* Edinburgh 1759. 8.* Habet experimenta ad humorem amnii. Mucoſum eſſe. Cum acido non fervere.

§. MCLXXXI. *Diaria anni* 1760.

In *Philoſ. Tranſ.* 1760. ſ. Tomi LII. P. II.

Petrus COLLINSON diſputat contra J. T. KLEINII hibernacula hirundinum in aquis. Negat ſimile quid in Anglia viſum eſſe.

Georgius EDWARDS de hybride, ut putat, ave ex venere galli Calecutici & gallinæ phaſianæ nata.

EJ. De rana piſce Surinamenſi. Non valde admittit illum retrogreſſum in piſcium genus, M. SIBYLLÆ MERIANÆ dictum.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1760. *de la* NUX de albis Aethiopibus. Morbum eſſe, eosque homines ex nigris Aethiopibus naſci.

De anguilla ſtuporifera.

De oſſe maximo tibiæ in pelvi reperto.

Articulatio vitio nata in fele.

In *Mem. preſentés à l'Acad. R. des Sciences* T. III. Paris 1760. 4.* præter ea, multa certe, quæ alias diximus.

de la TOUR animam non videre duo objecta, quorum imagines confluant, ſed in plerisque exemplis unum fortius objectum percipi, alterius nullum eſſe ſenſum.

In VANDERMONDII diario T. XII.

Cl. GAGNIER LAGREE puerum ano imperforato natum ſanavit incidendo.

Com. de TRESSAN de Polono nobili 28. pollices alto, cæterum bene facto & ingenioſo, cui ſoror ſit 21. pollicum. Idem vir ILL. in juventute anatomicis laboribus delectatus eſt.

GUIGNEUX Ren unicus.

JUVET tendinem a teſta porcellanea diſciſſum ſanavit abſque ſymptomate. Tendinem habet pro parte corporis proxime oſſi cognato.

le CLERC involucrum ovarii oſſeum.

In T. XIII. SONYER carnis averſatio.

AGASSE placenta in cellula incluſa.

GUJARD de homine obeſiſſimo.

VANDERMONDE, de viro, qui 26. annis parciſſimo victu & pauxillo lactis ſe ſuſtentavit.

BONTE' agnus cyclops.

REGIS

Regis funiculus umbilicalis a filo quodam conſtrictus, ut in varicem intumeſcunt.

Perrin homo altero rene deſtitutus, altero majori, morboſo, & calculoſo.

In *Mercure de France de* 1760. Cl. Perenotti diſſ. Tendines aliquoties, etiam experimentis in homine factis, inſenſiles fuiſſe vidit. Sic laceratam a dentibus trepani duram meningem; ſic pleuram & peritonæum.

In *Act. Helveticorum* T. IV. 1760. 4.*

Schmidt de partu puellæ novennis cum mammis & lacte.

Alia ſuis locis diximus.

In T. V. *verhandelingen der Hollandze maatſchappy der wetenſkapen. J. van der* Haar de tendine Achillis rupto aliquot obſervationes. Nulla unquam inde ſymptomata, ſenſus nullus.

Idem in *verhandelingen der Hollandze maatſchappy* T. XI. P. 2. de cruſta coriacea ſanguinis: nullam naſci, ſi in frigido aëre ſanguinem in frigidum vaſa miſeris.

In T. XV. egit de oſſibus præter naturam natis, quæ perinde, ut ego, ex ſucco conſiſtere docet.

P. Sanie de puella, cui dura membrana vaginam claudebat, ea inciſa ſanata.

Hoc anno cepit prodire *recueil de memoires concernant l'œconomie rurale, par une societé* Berne 1760. 8.* in qua collectione ſubinde aliqua ad rem noſtram ſpectant.

In *Hamburgiſches Magazin* T. XXIV.

J. Matth. Hube de generatione animalium. Novum animal per epigeneſin ex cerebro oriri.

Idem in T. XXV. de ſenſuum inpreſſionibus. Veram figuram objecti in retina delineari; ab oſcillatione per hanc figuram nata, per continuas fibras medullares, in cerebro productis iis fibris, ſimilem figuram delineari: ſic ſonos.

Dreſdniſches Magazin Dreſd. 1760. 8. T. I. p. 17. Poſt rapidum iter rangiferum debere occidi, alioquin periturum. Aliqua zoologica. T. II. 1765. Polypi brevibus brachiis, alii qui in duos finduntur.

Gli atti dell' Academia delle ſcienze di Siena, detta de fiſico critici dell' a. 1760. Siena 1761. 4.* Fere practica.

§. MCLXXXII. *Petrus* Lyonnet,

Diximus de notis in Lesseri inſectotheologiam.

Inde Haagæ edidit 1760. 4.* *traité anatomique de la Chenille qui ronge le bois du ſaule.* Eximium opus, quo omnem Swammerdamii induſtriam longe

 ſupe-

ſuperavit. Viſcera, muſculos, nervos, bronchia animalculi incredibili ſtudio perſecutus elegantiſſime delineata dedit omnia. Nihilo pauciores partes in eruca detexit, quam in homine innotuerunt. Linguam erucæ tribuit. Num reſpiret dubitat. Muſculi, tendinis, & carnis diſcrimen hæc inſecta non habent; fila muſculoſa ad microſcopium intorta adparent. Cerebrum non differt a reliquis 13. gemellis medullæ ſpinalis nodulis: ea durior eſt, quam hominis, & ſuum habet corticem. Quod cor dicitur, is tubulus eſt pulſans: vaſa omnino nulla ſunt in animale. Tubuli ſericei: tubuli ſaliva pleni. Renes, aut futuri forte teſtes atque ovaria. Via cibaria. Tubuli pneumaticis adfines, alii a ſalivalibus. Multi in ventriculo & inteſtino muſculi. Spirale eorum fibroſum ſyſtema. Papilionis anatomen promittit. Polypum triſectum convaluiſſe.

Seorſim prodiit *deſcription des inſtrumens & des outils dont l'auteur s'eſt ſervi* La Haye 1762. 4.* Microſcopium etiam potiſſimum.

In Tomo III. *verhandelingen der Hollandze maatſchappy* etiam eam menſulam microſcopicam deſcripſit. Una fere quinta parte minorem eſſe microſcopiorum vim augentem, quam putatur.

In *Hanöverſche Beyträge* T. I. 1759. 4. diſſ. os de oſcitatione.

§. MCLXXXIII. *Simon Petrus* PALLAS.

Ex præcipuis anatomes comparatæ ſtatoribus, a quo iter juſſu Imperatricis Ruſſiæ urgente multa porro ſperamus. EJ. Diſputatio inauguralis *de inſectis viventibus intra viventia* prodiit Leid. 1760. 4.* Animalcula, quæ vermes ſolemus in homine nominare, in claſſes conſtituit; paſſim etiam phyſiologica aliqua adjicit. Non credit ZAMPONIO, lumbricos viva animalia parere. In animale penem utique vidit: in duabus tæniæ ſpeciebus caput. Quarta tænia articulos dejicit, qui in proprium animal convaleſcant, & unum tamen eadem eſt animal. Tænia hydropica TYSONI verum eſt animal. Suſpicatur congenitos eſſe nobis eos hoſtes.

EJUS *Elenchus zoophytorum, generum adumbrationes, ſpecierum deſcriptiones, cum ſelectis ſynonymis* Haag. 1766. 8.* & Belgice vertente cum notis P. BODDAERT Utrecht 1768. 8. Apud IMPERATUM aliqua de animali natura lithophytorum ſe legiſſe monet. Zoophyta vegetatione ad plantas, vi contractili ad animalia accedere. Polypi vulgares, tum qui eſcharas, ſertularias, aliasque plantas marinas incolunt. Animalcula minora ſimplicia. Gorgonia polypis effloreſcit. Polypi antipathes, coralliorum, milleporæ, madreporæ, tubiporæ; alcyonia, pennæ marinæ. Spongiæ fila animali gelatina ambeuntur. Tænia unum animal, ex viventibus & propria ovaria habentibus animalibus conpoſitum. Corallinæ meræ ſunt plantæ.

EJ. *Miſcellanea zoologica* Haag. 1766. 4.* & *Naturgeſchichte merkwürdiger Thiere* vertente ILL. BALDINGER Berlin 1770. 4. Rariorum animalium ſunt deſcriptiones, ſubinde & inciſiones, ut capreoli & Saviæ Æthiopicæ. Deinde animalia aliqua marina mollia conſtituit. Eorum communem fere fabricam eſſe, ut ex inteſtino vena proveniat, quæ in arteriam continuetur, porro ramos ad muſcu-

muſculos daturam. Medullam ſpinalem habent, abſque capite & oculis. Eorum aliqua ſunt androgyna, ut in eodem animale & lactes ſint & ova. Nereides androgynæ. Lumbrici. Echini anatome, ovula: & ſeminales veſiculæ. Inter eas deſcriptiones marina ſunt aliqua, tum tænia hydatigena TYSONI, mirum animal ex veſica & animale compoſitum, nulla partium diſtinctione, ut tamen irritabile ſit, verumque adeo animal. Pennatulæ zoophytæ polypis obductæ. Polypus anomalus. Opus quantivis pretii.

Ej. *Spicilegia zoologica, quibus novæ imprimis & obſcuræ animalium ſpecies illuſtrantur.* Primus faſciculus prodiit Berolin. 1767. 4.* decimus ib. 1774. 4.* Gazellæ genus conſtitutum. Cervicapra cum integra anatome: initium aortæ cartilagineum. In T. II. Savia porcello Guineenſi adfinis, cum anatome, ſingulari fabrica recti inteſtini, & duabus ut in avibus appendicibus. III. Veſpertilionis anatome, enormes teſtes, cor magnum. IV. Gallinæ criſtatæ cranium ea ſede perforatum & & quaſi carioſum.

In VII. Berlin 1769. 4.* rana, quæ fere ut chamæleon colores mutat.

In T. VIII. fiſtulariæ paradoxæ aliqua anatome.

In P. X. de vermiibus & molluſcis agit. Anatome & organa cibaria echini; ventriculi duo, inteſtinum ſpirale in quo mera terra. Veſiculæ ſeminales, unci duo venerei.

In *Nov. Comm. Acad. Petrop.* T. XIII. deſcripſit varia oſſa, dentesque & cornua animalium in Sibiria detectorum, cornu rhinocerotis ex fibris compactum articulatis, enormia cornua bubalina: denſiſſimum rhinocerotis cranium, hoc accurate deſcriptum. Tum leporem minimum cum aliqua anatome, potiſſimum inteſtini coli & cæci ſatis humanorum ſimilium.

In *Nov. Comm. Acad. Petrop.* T. XIV. de mure criceto *Suslik.* In frigore ſopitur, ejusque calor minuatur a gradubus 103. Fabr. ad 80: una inteſtinuorum tubus arctatur. Alia animalia.

In T. XVII. de oſſibus & dentibus elephantum, rhinocerotum, bubalorum, paſſim per imperium Ruſſicum diſperſis.

In *N. E. N. C. Vol.* III. phalænam dixit, quæ abſque mare concepit.

§. MCLXXXIV. *Felix* FONTANA,

Roboretanus, Profeſſor Piſanus, egregius inciſor & philoſophus. Ejus epiſtola ad *Urbanum* TOSETTI data a. 1757. prodiit, in meæ collectionis T. III. Refutat LAGHII ſecundam epiſtolam, & perhumaniter & optimis rationibus. Oſtendit LAGHIUM poſt maturiora cogitata priora placita fere deſeruiſſe: pleuræ & peritonæi ſenſum porro non adfirmare, ſæpe duram meningem inſenſilem vidiſſe, de cerebri ſenſu multa prius adfirmata revocare, fateri cor bene inanitum quieſcere; de tendinum ſenſu incertum eſſe. Addit experimenta ſua FONTANA. Tendines ſibi perpetuo & in omnibus experimentis inſenſiles fuiſſe. Decies ſe duram matrem abſque ſenſu uſſiſſe & laceraſſe, etiam in homine, & LAGHIO præ-

 ſente,

ſente, eam ſenſu caruiſſe. Celluloſam telam fuiſſe, quod LAGHIUS habuit pro nervis, cum pellucidum fuerit. De venarum, arteriarum, membranarum inſenſili natura ſupra centum ſe experimenta habere. Differre phænomena nervorum ab electricis. Non opium eſſe, ſed ſpiritum vini, qui nervis facultatem aufert, ſua irritatione convulſiones producendi, & eum ſpiritum perinde id facere abſque opio. Nulla nervorum irritatio cordis motum auget aut mutat. Placenta & ſecundæ inſenſiles. Cor utique etiam in anguillis, dum agit, brevius reddi. Adverſus alias de natura irritabili objectiones.

EJ. *dei moti dell' iride* Lucca 1765. 8.* Iridem omnino ſenſu irritationis carere, & lucem per infundibulum in iridem determinatam nullam facere in pupilla mutationem: utique vero, quam primum lux per pupillam ad retinam venit. Ita in homine & in animale repetito vidit. Eo demum inclinat, ut iridem ſibi relictam putet clauſam eſſe & extenſam, & aperiri atque claudi arbitrario motu, ut palpebras. Nullas habere fibras anulares. Dilatari poſſe pupillam diminuto humorum adfluxu.

EJ. *Nuove oſſervazioni ſopra i globetti roſſi del ſangue* 1766. 8.* Contra TURRIUM, veros inmutabiles globulos rubros vidit, neque pallidos, neque oblongos, neque cavos, neque ſe producentes in longum. Ranarum pulmo & ejus rete vaſculoſum. In ſemine animalium vera animalcula caudata; non caudata vero in aqua cum variis quisquiliis infuſa, utraque vera animalia. Creſcere eadem, neque in minorem molem redire.

In *actorum phyſico criticorum* T. II. Senis 1767. 4.* edidit *Lettera ſulla epididime.* Maceratione, injectione, detracta albuginea, (quod difficile eſt) bis replevit teſticulum; conos noſtros omnino 37. numeravit, rete confirmavit, & epididymidem unicum eſſe vaſculum.

Ibid. *de legibus irritabilitatis*, recuſ. Luccæ 1763. 8.* Ab unica ſtimulatione unicam in muſculo contractionem ſequi. Cor perfecte inanitum, quieſcere, & ſubito: ſeque in ſiniſtro ventriculo experimentum feciſſe. Cor etiam in frigidis animalibus diu ſua in inertia manere. Ad novam contractionem novum ſtimulum requiri. Oſcillationes carnium & cordis frigidorum animalium ab aliis cauſſis continuari poſſe. Videri in relaxato muſculo aliquem ſtimulum ſupereſſe, qui ſenſim increſcat, & demum ſufficiens robur nactus in contractionem erumpat. Vim nervei liquidi in corde obſcuram eſſe, cum perpetuo adfluat, cor vero alterne laxetur.

EJUSD. *Richerche fiſiche ſopra il veneno della vipera* Lucca 1767. 8.* Eximium opuſculum. Dentes viperæ accurate deſcripti, tum eorum canalem veneniferum, foramina excretoria, ductum, veſicam, rectius quam REDUS. De eo veneno experimenta in variis animalibus capta. Non videtur acidum neque acre eſſe, ſubpingue utique. Contra MEADIUM, ut canes id avide deglutiant. Apum venenum acre eſt. Nulla in veneno viperæ animalcula. Videri idem irritabilitatem deſtruere, & ad opii naturam accedere &c.

EJ.

Ej. *Saggio ſopra il falſo ergot e tremella* Firenz. 1775. 4.* & fere ſimilia in *Abb.* Rozier diario 1776. Fevr. Multa bona. Anguillas ſecalis corniculati omnino ad vitam ſe vidiſſe redeuntes, aqua addita. Tremellam regnum animale cum vegetabili conjungere. Verum clavum eſſe ſtrumam plantæ, ſpurium clavum degenerationem unici ſeminis. In iſto anguillulæ vivunt, in illo ſerpentes multo majores. Motus earum anguillarum, quas in utero matris noſter ſe agitaſſe vidit. Earum anguillarum vita ſuſcitabilis eſt, etiam repetito.

Ej. *Richerche filoſofiche ſopra la fiſica animale* Florent. 1775. 4.* Recudit hic primum auctum librum de legibus irritabilitatis. Deinde plurima nova addidit. Omnino nervos nihil ad cordis motum facere, multis rationibus evincit. Cor non evacuari, perpetuo adeo irritari, neque tamen perpetuo contrahi. Nempe vim irritabilem a ſtimulo natam ſuum habere tempus, & eo elapſo evaneſcere, etſi ſtimulus irritare pergat. Magnum eſſe cauſæ irritantis diſcrimen a cauſa efficiente motum: illam non perinde, ut iſtam quidem, eſſe proportionalem effectui. Non eſſe a ſpiritibus reſiduis motum irritabilitatis, qui a morte ſupereſt, nam etiam pluſculis diebus a morte irritabilitatem manere. Nervos cordis irritatos cordis motum neque reſtituere neque accelerare. Animal rotiferum ſuum cor pro arbitrio movere, tamdiu enim id cor moveri, quamdiu brachia agitantur. Utique ſanguinem a venoſis valvulis in aures rejici, dum cor contrahitur. Cor in rana, teſtudine & anguilla, dum contrahitur, tamen reddi longius, id putat ſe oſtendere. Cor non eſſe ultimum mobile, neque irritabilitatem ejus diuturniorem, quam muſculorum eſſe, neque cor ob perpetuam irritationem perpetuo moveri, ſed unice, quod irritabilitas muſculi & conſtantia per habitum agendi augeatur. Alternam contractionem cordis & auricularum, non eſſe a preſſione alterna nervorum. Muſculum a morte a pondere lacerari, quod vivus idem elevet, viventem nempe duplici vi pollere, irritabili & mortua, mortuum hac ſola. Viperam, & perinde ſcintillam electricam, occidere delendo irritabilitatem putredine introducta.

Icones anatomicas perpulchras Idem vir Ill. parat, inter eas oculi muſculos nervosque, & pharyngem depingi curavit.

§. MCLXXXV.

Collectio Anatomica ad inſenſiles partes & irritabiles.

Anno 1759. quidem edidi collectionem libellorum ad litem *de partibus ſentientibus & irritabilibus corporis humani* facientem: præfixus tamen eſt annus 1760. Primus tomus & ultimus mei ſunt, reliqui aliorum. Tomus II. & III. audiunt *memoires ſur les parties ſenſibles & irritables du corps animal* Lauſanne. 12. 2.Vol.*

Pleraque diximus, Experimenta Zinnii, Zimmermanni, Oederi, Castelli, Walsdorfii, Heuermanni, hæc ex Cl. Viri phyſiologia ſumta, & ex operationibus chirurgicis, porro Muhlmanni, Tosetti, Broklesby, Pozzii, Berdoti, Caldani, Bordenavii, Cignæ, Vernæ, Miegii, Tissoti, Fontanæ.

Novæ ſunt quinque epiſtolæ Cl. Housseti Altiſidiorenſis; in quibus, 1. experimenta referuntur, per quæ ei conſtitit, tendines, perioſteum, duram menin-

meningem, ſenſu carere. 2. Partem cerebri definivit, in qua læſa convulſiones cientur; reperit eſſe corpora ſtriata. 3. De magno momento novorum in ſenſibilitate & irritabilitate experimentorum; deque utriusque potentiæ diſcrimine. Experimenta aliqua ad irritabilitatem; ad motum cerebri a reſpiratione naſcentem. 4. Varia iterum experimenta ad convulſiones a læſo corpore ſtriato natas, ad inſenſilem naturam tendinis, duræ membranæ cerebri, & ad irritabilitatem. 5. Iterum experimenta ad ſedem cerebri definiendam, quæ læſa convulſiones ciet.

Idem Cl. Housset nuper Lauſannæ 1770. 8.* edidit diſſ. *ſur les parties ſenſibles du corps animal.* Ut debeant hæc experimenta fieri: neglectas eſſe ab adverſariis (M. Tandon) neceſſarias cautelas. Ad objectiones reſponſio, ſumtas a metu, a carnibus noviter efflorеſcentibus & ſentientibus. Ipſe tendinem in homine vidit ſenſu carentem, teſtesque ſimilium eventuum producit D.D. Lessere' & Farion. Avum ſuum duram membranam abſque metu diſſecuiſſe. De nimia præcipitatione Tandoni.

Ej. In *Journal des Savans* 1770. exemplum abdominis utrinque perforati abſque malo.

Ej. In *Hiſt. de l'Acad.* 1771. fetus imperfectus ano ſuper ſymphyſin oſſium pubis poſito, varie difformis.

In *collectionis* T. III. *Caroli Philippi* Gesner, archiatri Saxonici, experimenta in homine facta, ad demonſtrandam naturam inſenſilem duræ membranæ cerebri.

Ejusdem experimentum duræ membranæ in homine ſenſu carente, exſtat in *Epiſtolis* ad me datis IV. p. 193.

In *collectione* porro *J. Baptiſtæ* Moretti experimenta. Propriam tendinum vaginam & tendines inſenſiles reperit. Nervi percurrentes tendinis Achillis ſuperficiem, tamen cutem adeunt, non tendinem. Dura mater in homine ſenſu caruit. Aliquas objectiones ſolvit.

Nihil addidi de meo, niſi quod excerptis experimentis Zinnii, Walsdorfii, Castelli, etiam corollaria addidi, quæ meræ ſunt ſummæ eorum, quæ communia ſunt in aliquot experimentis.

§. MCLXXXVI. *Varii.*

Richard Davies *Eſſay I. to promote the experimental analyſis of blood* Bath. 1760. 8.* De ſeceſſione ſpontanea ſanguinis. Pondus partis rubræ ad partem flavam eſt ut 1126. ad 1103. Gluten ſanguinis in cruſta inflammatoria diſſolutum eſſe, ut rubris globulis permittat fundum petere, & a ſanguine diſſoluto non longe diſtet. Leeuwenhoeckii diſſilitionem in minores globulos rejicit.

Joh. Kæmpf *kurze Abhandlung von den Temperamenten* Schafhauſen 1760. 8.* Cuique temperamento ſua eſſe commoda. Temperamenta mutari. Quatuor recepta temperamenta retinet.

Samuel Musgrave *ſome remarks on D.* Boerhaave's *theory on the attrition*

tion of the blood in the lungs London 1760. 8.* Negat eum adtritum, cum cor & arteriæ pulmonis debiliores ſint, neque ſanguis celerius per pulmones fluat, quam per alias corporis humani partes. Imo minus ſanguinis dato tempore per pulmones fluere perſuadetur, quam per reliquum corpus.

IDEM, aut certe ejusdem nominis vir, *apologiam, pro empirica medicina* Lond. 1763. 4.* adverſus mechanicos & BOERHAAVIUM ſcripſit.

Traité d'optique par BOUGUER Paris 1760. 4.

Lettre d'un ancien Profeſſeur en Medecine à M. VANDERMONDE *pour ſervir de reponſe à la lettre d'un medecin de Province à un Medecin de Paris* Paris 1760. 8.* FERRENIO vaſa lymphatica arterioſa tribuit. Sanguinem aqua ponderoſiorem eſſe.

Mich. Angelo GRIMA, Chirurgi Melitenſis, *Memoire ſur la ſenſibilité dus tendens* Paris 1760. 8.* Contra CÆSAREUM POZZI pauca profert experimenta tendinum ſenſu præditorum, nervosque, non ſatis firmiter iis tribuit.

DIODATUS a CUNEO, Monachus. EJ. *notizie fiſiche ſtoriche conducente alla ſalvezza de bambini abortivi e projetti* Venez. 1760. 4.* Scopus viri fuit excitare parochos, ne negligant uniquam nuper natuis etiam teneris abortubus, aut cæſareo partu editis, baptiſmum adminiſtrare. Totam hac occaſione hiſtoriam fetus tradit, iconibus a BIANCHO ſumtis. Tum de generatione hominis tractatum addit. Fetum a primis ſuis primordiis animatum eſſe, quod quidem in propria epiſtola confirmat. Semeſtres partus pro legitimis reenuntiat. Regis Siciliæ & Archiepiſcopi Panormitani lex, ut gravidam feminam nonniſi inciſam & educto fetu ſepeliiſſe velint De partu præternaturali & difficili. Gemellos tamen etiam duorum ſexuum dari, per exempla oſtendit.

du FAU *expoſicion da anatomia pelo que reſpecta a oſteologia ed a ſarcologia* Lisbon. 1760. 12.

Ant. J. RODRIGUEZ *Abhandlung über die Adern, und von der Art und Weiſe, Arzneyen in die Adern zu bringen* Madrit 1760. 4.* Ita Germanice, titulum Hiſpanicum ignoro.

Lettre de M. HATTE' *de la* TOUCHE *à M.* DUGERON *ſur les dents* Paris 1760. 12. ASTR.

Theodor ARNOLD *die Fabric und Bildung des Auges &c.* Lemgow. 1760. 8. An ex HILLIO.

In *Claudii* POUTEAU *melanges de chirurgie* Lyon 1760. 8.* exemplum eſt fetus in ſceleton reducti, vulgati fetus ſceleto majus, in tuba repertum. Contra BUFFONII theoriam dolorum a partu: non eſſe a placenta, quæ abſque dolore de utero ſolvatur.

Entretien ſur la nature des animaux Berlin 1760. 4. Opinionem collectio-

PAUL *ſur la peripneumonie* Paris 1760. 12.* BOERHAAVII laudes. Cruſtam ſanguinis pleuriticam optime ſolvi a ſale ammoniaco. Venæ ſectionis effecta non a calculis poſitis, ſed per experimenta demum diſci.

TIPHAIGNE *eſſai ſur l'hiſtoire œconomique des mers occidentales de France* Paris 1760. 12.* De raia piſce, ejus oſſibus, pene & coitu.

Herm. Sam. REIMARUS (Theologi) *allgemeine Betrachtungen über die Triebe der Thiere, hauptſächlich ihre Kunſttriebe* Hamb. 1760. 8.* 1773. 8.* Inſtinctus fines habere præviſos. Animalia cum pueris comparat, tantum quod nemine docente ſuæ vitæ muniis defungantur. Veram memoriam beſtiis negat, tum reflexionem, ratiocinium, abſtractionem. Inſtinctus ducit ad optimos fines; & nidos cellulasque ad archetypos conſtruit & reparat, neque dolor inſectorum operum cauſa eſt. De ſenſibus bene. Inſecta omnino ſagire. Cochleas & erucas non audire. Irritabilitas cauſa eſt motus ſpontanei contra WHYTTIUM. Inſtinctus a creatore eſt: eo homo non eget, cui ratio data ſit. Contra renovationem corporis BERNOULLIANAM.

IDEM in *vornehmſten Wahrheiten der natürlichen Religion* Hamburg 1754. 8.* experimenta BUFFONII & NEEDHAMII rejicit, neque firma putat.

J. Heinr. KOCH's *wohlerfahrner Bienenwirth* Arnſtatt 1760. 8.* Si huc facit.

J. Frid. THYM's *Practik des Seidenbaues* Berlin 1760. 8.

§. MCLXXXVII. *Diſputationes.*

J. Chriſtian BRUNS *obſervationes quædam anatomicæ & chirurgico-medicæ* Gotting. 1760. 4.* Anatomica varia. Varietates vaſorum ſpermaticorum, aliorum. Menſium fontes in utero viſi, non in vagina. Duæ coſtæ acceſſoriæ, ex proceſſibus transverſis vertebrarum factæ. Arteriam ex centrali retinæ per vitreum corpus ire, nullos huic ramos dare, ad proceſſus ciliares venire.

Georg Wilhelm STEIN *de ſignorum graviditatis æſtimatione* Gotting. 1760. 4.* Multa de cauſis ſterilitatis. Pleroſque conceptus fieri vere, aliquot a menſibus diebus.

EJ. *Theoretiſche Anleitung zur Geburtshülfe* Caſſel 1770. 8.* LEVRETI diſcipulus. Partus naturalis cauſam ſtatuit, quam PETITUS. Anatome & menſuræ pelvis. Ovum de ſua cellula avelli, aque tuba recipi. Os uteri primis tribus menſibus continuo deſcendere. Signum partus oſtium rotundum. De tactu. De tempore partus. Membrana HUNTERIANA. Senſim caput ſe præceps dare &c.

In EJ. *practiſcher Anleitung zur Geburtshülfe* Caſſel 1772. 8.* pleraque ſunt chirurgica. Situm pravum fetus eſſe fere a placenta alieno loco adnata. Menſuræ.

Georg Car. HILLEFELD *experimenta circa venena* Gotting. 1760. 4.* SPRÖGELII inſtitutum imitatus eſt: phænomena datorum venenorum adnotavit, occiſorum animalium cadavera incidit, & effecta toxicorum rimatus eſt.

J. Frid.

J. Frid. ZUNKEL *de morte ex alieno ſitu partium thoracis* Hall. 1760. 4.

Melchior Auguſt BARCHEWITZ *ſpicilegia ad phoſphori urinarii uſum internum* Hall. 1760. 4.* & in theſauris SANDYFORTI. Præſes BUCHNERUS.

J. Rudolf MULLER *de irritabilitate iridis, hincque pendente motu pupillæ* Baſil. 1760. 4.* bona diſp. Ne quidem a ſtimulo foci vitri convexi iris contracta. Elapſa parte aquei humoris pupilla arctatur. Iridem non eſſe irritabilem, & ſtimulum debere in retinam agere, ut iris moveatur. Conſtringi eam ab aucto humorum adfluxu, & ab aliqua inflammatione.

Thaddæi BAYER *de animi adfectibus* Wien 1760. 4.* Dari ens ſenſitivum ſpirituale, ab anima diſtinctum, mortale, a quo motus variis ex ſtimulis nati oriantur, ut ſternutatio. Varia nobis imputat, quæ nunquam ſenſimus.

J. Georg KUGLER *de ſingultu* Wien 1760. 4.*

Jacobi GUMMER *de cauſa mortis ſubmerſorum eorumque reſuſcitatione experimentis & obſervationibus indagata* Groning. 1760. 4.* & in theſauro SANDYFORTI. Bona diſputatio. In animalibus ſubmerſis aquam fere vidit in pulmonem ſubire, ſpumaque repleri aſperam arteriam: etiam deglutiri aquam. Refocillari animal inflando, venæ ſectione, calidis cineribus. Ventriculum etiam totum aqua repleri. Vena jugulari caſu læſa animal revixiſſe. Aërem inflatum in cor veniſſe.

J. Friderici LOBSTEIN, Profeſſoris nunc Argentinenſis, egregii medici ocularii & anatomici, *de nervo ſpinali ad par vagum acceſſorio* Argentor. 1760. 4.* Inter omnia paria cervicalia is nervus oritur; cum primo abſque nodulo cohæret, tum cum pharyngeo octavi. Viſcera vidit vir Cl. ad alterum latus transpoſita. Varietas memorabilis renalis venæ ſiniſtræ in cavam euntis.

EJ. *De valvula* EUSTACHII Argentor. 1771. 8.* egregia diſputatio. Tuberculum LOWERI eſſe iſthmi partem craſſiorem. Intra valvulam EUST. fibras eſſe carneas. Eam avertere ſanguinem a corde, ut foramen ovale ſubeat: quare in homine adulto, quoties valvula integra eſt, foramen ovale etiam apertum reperitur, & viciſſim clauſum, ubi reticulata.

EJ. *De hernia congenita* 1771. 4.* Ut paulatim a GALENO, HALLERO & HUNTERO via & iter teſtis ſint detecta. In maturo fetu teſtes fere in ſcroto eſſe. Duæ plicæ ad teſtem in pſoa M. decumbentem euntes, a colo altera, altera a cæco, poſterior vero alia plica peritonæi ab uno teſte ad alterum. HUNTERI ligamentum celluloſum. Aditus in abdomen, qui teſte ſublato evaneſcat. Is aditus ducit ad canalem, per quem teſtis migrat, adjuvante diaphragmate, comite peritonæo. Idem aditus cum proceſſu connaſcitur ad ſummam partem teſtis, & reliquus canalis ad partem teſtis poſteriorem.

EJ. *De nervis duræ matris* diſp. Argentor. 1772. 4.* Accuratiſſime de his nervis quæſivit, nullos invenit, ſed arteriolas noſtras, quas accurate deſcribit, poſteriorem, & anteriorem. Vitia in experimentis LAGHII, AURRANI. Dura membrana utique inſenſilis & dura. Hernia ſinus falciformis,

Ej. *De liene* Strasb. 1774. 4.* Duplex involucrum, prius ab omento. Fila celluloſa mera eſſe vaſa. Arteriolas ſerpentinas eſſe, in penicillos terminari. Alios ramulos arcus cum minimis arcubus inoſculatos facere, ex quorum convexitate recta vaſa exeant, iterum in penicillos terminata: & alios ex parte concava ſurculos edere, rete facientes cum ramulis ex longitudine majoris arteriæ natis. Ejusmodi ramos arteria multos dat. Sic minuitur diametro, & demum in multos ſurculos terminatur, pariter efficientes ſuos penicillos. Ex uno ramo penicillos fere octo oriri, quemque in duos ramos dividi: hos porro in duos & tres. Minimi rami trunco arteriæ propiores, maximi ab eo remoti ſunt. Ut venæ ex arteriis oriantur, quarum rete penicillum ambit arterioſum. Venas arteriis numeroſiores eſſe. Alia retia venoſa majora plures ambire penicillos. Nullum in cellulas ſanguinem effundi. Inter duo involucra lienis lymphatica vaſa eſſe, ex interioribus lienis nata. Sanguinem lienis nihilo eſſe tenuiorem, paulo tamen minus floridum, quam venæ cavæ ſanguis ſit. Videri tempore digeſtioris arteriolas lienis contrahi, & ſanguinem uberius ad hepar remittere: facilem vero ſanguinis ex arteriolis in multo majores venulas eſſe tranſitum.

Ej. *Tres tunicæ vaginales* Epiſt. ad me T. V. p. 233.

Vitam dedit Cl. BALDINGER in *Biograph.*

Jacob Ludwig SCHURER *num in curatione ſuffuſionis lentis cryſtallinæ extractio depoſitioni ſit præferenda* Argentor. 1760. 4.* Experimenta cum aqueo humore facta. Non coit cum acido, neque cum ſpiritu ardente.

Georg Albrecht FRIED *fetum inteſtinis plane nudis intra abdomen propendentibus natum deſcribit* Argentor. 1760. 4.* Foramen in peritonæo rotundum. Multi muſculi deerant.

Ej. *Anfangsgründe der Geburtshülfe, ein Leſebuch* Argent. 1772. 8.* Brevis anatome partium genitalium. Menſuræ: pelvis inferiores diametri æquales. Nymphas urinam non regere. Graviditas, partus.

Franciſci VIGAROUS *quæſtiones medicæ duodecim* Monſpel. 1760. 4.* Anatomen ad theoriam quam ad praxin utiliorem eſſe. Cui adſentiendum de glandularum fabrica, RUYSCHIO an MALPIGHIO, dubitat.

Gabriel DANIOU *de generatione* Monſpel. 1760.

Stephani Franciſci CRASSOUS *quæſtiones duodecim* Monſpel. 1760. 4.* Mechaniſmus reſpirationis difficilior eſt, quam deglutitionis. Num convulſivi motus ex ſympathia, num ex animato principio.

Stephan. D. HUAULME & auctoris *Coſmæ Auguſtini* LEZURIER *Non ergo motus vitalis a nervis cerebelli* Pariſ. 1760. 4.* PETITI hypotheſis. Inter inſpirandum, quamprimum aër aliquis in pulmonem venit, nervum phrenicum, ab ea preſſione irritatum, diaphragma in motum ciere.

Auguſtini ROUX & MAUDUIT *de la* VARENNE *E. ex unico ſyſtemate legum deduci non poſſunt omnia phænomena œconomiæ animalis* Pariſ. 1760. 4.*

IDEM

Idem diarium *Journal de Medecine* ab a. 1762. poſt exceſſum *Caroli* Vandermonde regit.

J. Alberti Palm *de reſorbtione inteſtinali* Leid. 1760. 4.*

Blaſius Morin *de* Pons *de inflammatione* Utrecht 1760. 4.*

Michael Gregor. Stevens *de quinque partibus medicinæ* Utrecht 1760. 4.*

J. Martin Butt *de ſpontanea ſeparatione ſanguinis* Edinburg 1760. 8.* Experimenta facta cum ſanguinis exhalatione. Plus exhalare ſanguinem, qui per amplius orificium effluit, & plus habet ſeri. Phænomena ab admiſtis variis ſalibus oriunda. Filamenta & rete, quæ lympha. Lymphæ coagulabilis phænomena & albuminis ovi. Differre ſanguinem arterioſum a venoſo, & denſiorem eſſe. Lymphæ coagulum firmius, quam cruoris.

§. MCLXXXVIII. *J. Aug. Phil.* Gesner,

Medicus Northuſanus. Ejus *Beweis, daß unſere Seele ihrer Vorſtellungen und Wirkungen ſich allezeit bewußt ſey* 1760.

In *Sammlungen von Beobachtungen aus der Arzneygelahrtheit* Nördlingen 1771. 8.* teſtatur ſe tendines & perioſteum ſenſu vidiſſe carere. Sic in T. III. 1772. 8.*

§. MCLXXXIX. *Diaria anni* 1761.

In *Phil. Tranſact.* T. LII. P. I. ſ. anni 1761.

Joſeph Gærtner de urtica marina & *animal flower* Anglorum, aliisque polypis marinis.

Philippi Morand elapſus utrinque malleus, auditus amiſſus.

Richard Pultney de corde dilatato.

T. W. adverſus tabulas Halleyanas de ſpe vitæ, ſuperſtructas faſtis emortualibus & natalibus Vratislavienſibus. Novæ tabulæ ſpei vitæ & numeri morientium ad quemvis annum.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1761, cyclopis deſcriptio, ut tamen vere duo eſſent oculi.

Puella puber nata, & quarto menſe menſes patiens.

Virgo per quatuor annos ſola aqua vivens, ſanata.

J. Gottlieb Schæffer relatio de homine a nimio adipe exſtincto.

Idem *Vol.* III. *Nov. Act. Nat. Cur. obſ.* 1. de fetu cui in umbilicalem funiculum elapſum hepar.

In *K. Swenſka Wetenſk. Acad. Handlingar* T. XXII. ſ. anni 1761.

Car. Frid. Lund de piſcium venere. Sola fieri frictione, neque ſemina miſceri.

In *Allgemeine Magazin* T. XI. *Antonii le* CAMUS conſilia, ut homines bene nati generentur. De vitæ termino probabili & longævitatis ſpe.

In *Journ. œconom.* 1761. Inſitio cornuum in gallis, quæ pro criſta ſupponantur, & ſuccreſcant atque duarum unciarum longitudinem adtingant. Artificio nata fabrica non tranſit in pullos.

Antonii MARTIN R. fil. de materie lucente piſcium marinorum: in aqua dulci nulla. Primi lucent oculi. Lucens materies digitis adhæret, cæterum volatilis.

IDEM T. XXV. ſ. anno 1764. de calore corporis humani. Aeſtate ad 91. gradus FAHRENH. pervenit, in febre ad 98. Humores reliqui potius frigidiores ſunt. In Finnia calorem in hypocauſtis ferunt enormem.

In T. XXVI. calorem dimenſus eſt, quem in iis hypocauſtis Finnicis tolerant, ſiccum nempe ad 147: humidum ad 122. gr. FAHRENH. Homines caleſcunt ad gr. 108; & pulſuum maximus numerus eſt 150.

A. 1766. de calore per alvi evacuationem in homine diminuto.

A. 1767. venæ ſectionem omnino refrigerare.

A. 1768. ſomnum durabilem pulſuum copiam minuere, & corpus refrigerare. Omnium ætatum eumdem eſſe calorem.

In T. XXX. & anno 1769. Commentariorum Academiæ Suecicæ, experimenta habet de dilatatione & contractione alterna pectoris & epigaſtrii. Dilatatio a reſpiratione a vigiliis, ab via. Contractio a frigore, a purgatione, a ſedibus, a ſpiritu nitri dulci.

IDEM *Vol.* XXXIV. anni 1773. Caloris mutationes & pulſus in variolis perſecutus eſt. Calor pectoris ſummus fuit 37°, urinæ 40°, pedum 34°. Pulſus non eodem numero in carpo inque temporibus fuit, etiam ut 68 ad 98, ut 87 ad 128. Summus numerus pulſuum 132, 140. Reſpirationum numerus ad pulſus iniquus eſt, ut a 46 ad 22. Non in eadem ratione creſcunt calor, pulſuum numerus, & reſpiratio.

In diarii VANDERMONDIANI T. XIV. a. 1761, DU MONCEAU (non DUHAMEL) de cornu ex femore puellæ nato.

LORIENT de coſtarum cartilaginibus oſſeis.

JUVET ex relatione J. SIMON, de fetu, cui deerant tegumenta capitis, pectoris & abdominis.

DESSAIX manus pueri difformis, a chirurgo correctæ.

de la VERGNE fetus 29°. menſe inciſione ex abdomine eductus.

LANDEUTTE fetus criſta Amazonica inſignis.

T. XV. anni 1761, AUBER caput ſemiduplex, & oculus ſemiduplex vituli.

MAIGROT fetus galea cranii deſtitutus.

MAU-

MAURAND de linguæ nimia longitudine. Oſſiculis auditus amiſſis, amiſſus etiam auditus.

THIBAULT fetus galea capitis deſtitutus.

le CLERC partus veſicularis.

LANDEUTTE de plica.

Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft in Zürich Zürich 1761. 8.* In hac collectione *Rudolfi* BURKHART experimenta ſunt, quibus didicit, in homine duram meningem, tendines varios, & aponevroſes ſenſu carere.

In *excerpto literario* anni 1761. *J. Elias* BERTRANDUS, *Eliæ* fil. agit de gigantibus contra TORRUBIAM. Gigantes paſſim fuiſſe, non vero populos gigantum. Libellus ſeorſum recuſus eſt.

§. MCXC. *Dominicus* COTUNNUS,

Profeſſor Neapolitanus, vir ingenio acri, & ſolers in minutiſſimis perſcrutationibus anatomicus. EJ. *Diſſertatio anatomica de aquæductibus auris humanæ internæ* Neapoli 1761. 8.* Aquæductus vocat novas vias, quæ ex caveis veſtibuli & cochleæ in cranii caveam tendunt, & eo rubrum ſuum humorem effundunt, quo auris internæ omnes ſcrobes & caveæ replentur. Accuratiſſime hæc deſcribit, tum univerſam aurem internam, cochleam, ejus infundibulum, ſcalarum menſuras, tenues ramos nervi mollis, & membranam in veſtibulo expanſam, quam habet pro auditus organo, toties oſcillante, quot aëris undæ tympani membranam concuſſerunt. Ii aëris tremores humorem internæ auris evacuant & reparant. In cochleæ ſepto ſtrepitum percipi, tonorum diſtinctionem in cochlea. Venæ cochleæ & veſtibuli.

EJUSD. *De iſchiade nervoſa* liber, Neapoli 1764. 8.* & in SANDYFORTIANORUM THESAURORUM T. II. Aqua circumfuſa nervo iſchiadico (aliisque nervis) etiam copioſa, tum in cerebro effuſa, inque medulla ſpinali, volatilis avolat, & vitio in gelatinam abit. Morbos infert acris. Cum celluloſa nervorum vagina hic aquoſus vapor continuatur. In nervo iſchiadico alia vagina acceſſoria adeſt, diverſa ab ex quæ a cerebro advenit. In teſtudine marina aqua inter cerebrum & duram meningem non coagulabilis, niſi vitio. Pericardii vapedem in cane totum exhalare, etiam recentem abdominis vaporem in pectore cogitur. In pericardio vitio concreſcit. Cum bile experimenta. Nocet ventriculo, non digeritur, villoſam tunicam pene ſecedere cogit, ſanguinem diſſolvit, calorem auxit.

EJUSD. *De ſedibus variolarum ſyntagma* Neapoli 1769. 8.* Nullas variolas intus in corpore dari. Glandulas conglobatas exiguas reperit, colo inteſtino incumbentes. De incarceratione inteſtini; ut fiat parte contracta, quam pars ſana amplectitur: ut noceat, quando inferior pars in ſuperiorem ingreditur. In puſtula varioloſa MALPIGHIANUM mucum turgeſcere.

In *Ep.* V. n. 169. Nova aliqua de ſuis aquæductibus ad nos refert. In venas non in ductum excretorium vapor reſumitur.

§. MCXCI. *J. Maria de* Turre,

Theologus Neapolitanus, microſcopicis contemplationibus delectatus. Edidit *epiſtolam* ad A. Nollet nullo anno nec die addito, 8. forma excuſam, quam hoc ipſo anno accepi.* Lentibus uſus eſt vitreis, objecta maxime augentibus, ut diameter 1280plo increſceret, Leeuwenhoeckianis adeo vitris multo acutioribus. Globulos rubros inter duas talci laminas ſuſcepit, quæ mala eſt adminiſtratio. Hinc globulos ſæpe difformes reperit, cavos veros ſacculos, cuticula factos & ſero plenos. Craſſiſſimos in columbis eſſe, tenuiſſimos in lacte.

In *Phil. Tranſ.* T. LV. iterum eſſe, corpora ſphæroidea perforata, anulo circumdata articulato, cujus articuli etiam diſcedant. De ejus viri vitris convexis relatum eſt ad Regiam Societatem in *Vol.* LVI. Minutiſſimas eſſe ſphærulas, ſed nullius uſus.

Ej. *Nuove oſſervazioni intorno la ſtoria naturale* Napoli 1763. 8.* Hoc princeps viri opus eſt. 1. De ſuis microſcopiis, diametrum 2500es augentibus. 2. Chylus. In eo ſaccos eſſe membranoſos, qui in globulos ſanguineos abeunt. Anuli chyloſi etiam compoſiti dantur, & quaſi articulati. Globuli ſanguinei anuli ſunt perforati, articulati, ex pluribus particulis compoſiti, quæ a ſe invicem diſcedere poſſunt. Solitarii iidem flavi ſunt, compoſiti rubent. Nunquam ſphærici ſunt. In anguſtis canalibus compreſſi, in longitudinem majorem producuntur, flexiles iidem, neque elaſtici. In aqua minores fiunt. In aliis animalibus ſimiles adparent. Articuli & ipſi totidem ſunt membranoſi ſacculi figura mutabili 3. Fibræ muſculares turgidæ ſunt, tendineæ planæ. Minimæ fibrillæ, quæ ſint tranſpiratio inſenſibilis coacta, quam etiam alias viderit in laminas abiiſſe. Subſtantia medullaris cerebri globulis fit; celluloſa tela tota vaſis.

§. MCXCII. *Anatomici varii.*

Hugh. Smith *Eſſays phyſiological and practical on the nature and circulation of the blood and the effects of bloodletting* London 1761. 8.* Non certum eſſe, globulum rubrum in ſex minores diſcedere: & omnino ſerum flavum non naſci ex rubro ſanguine. Motum cordis a ſtimulo eſſe, non recte, Whyttio inventum tribuit. Derivationem & revulſionem rejicit. Dubitat num ab oſcillatione Whyttiana inflammatio naſci queat.

. . . . Pankouke, bibliopolæ, aut certe viri, qui id nomen ſibi ſumſit, *de l'homme & de la reproduction des différens individus, ouvrage qui peut ſervir d'introduction & de defenſe à l'hiſtoire naturelle des animaux de Mr. de* Buffon Paris 1761. 12.* Buffonianam hypotheſin repetit, abſque ullo experimento. Fatetur abſque ſenſu ſexto aut ſeptimo non poſſe modulum internum intelligi. Partes organicas a vi, quam noſter ſibi tamquam datam ſumit, ordinari, eamque vim ſeligere, & in ordinem diſponere. Mera undique hypotheſis.

Avis d'un ſerviteur d'Eſculape ſur les melanges de chirurgie de Mr. Pouteau Lyon 1761. 8.* Aſperum ſcriptum. Cl. Pouteau in canibus viderat, ſenſu ten-

tendines carere, anonymus adfirmat non carere. In venas animalis camphoræ ſpiritum injecit. Arteriæ contractationem, pariter ut ſanguinis grumum, ad vulnus claudendum facere. Arteriam reſectam ſe retrahere.

Cl. MONROI tractatus tres *de nervis eorumque diſtributione, de motu cordis & de ductu thoracico*, Latine redditi a G. COOPMAN'S, qui præter commentarium perpetuum adjecit librum de cerebri & nervorum adminiſtratione anatomica. Ed. I. . . . . . . Ed. II. Haarling. 1763. 8.* Diſcipulus CAMPERI, potiſſimum etiam in nervis occupatur. Par tertium oriri a cruribus oblongatæ medullæ, non a ponte. Labii inferioris cancrum raro cum labio ſuperiori virus ſuum communicare, ob nervorum diverſitatem. Sextum par nihil a corporibus pyramidalibus habere. Multa paſſim pathologica a nervorum conjunctionibus interpretatur. Pupillam in verminoſis ægris dilatari. Ad brachii & manus muſculos & nervos aliqua, deque origine nervorum cruralium. Methodi etiam diſſecandi deſcriptionem continet. Methodi, quas vocat, non ſunt methodi. Qui nervos primario quærunt, poſſunt vaſa negligere. Qui vaſa delineanda ſibi ſumſerunt, iis potiſſimam curam dicent. Medulla ſpinalis non debet malleo & cuneo nudari, ſed forfice elaſtica, & in tenerioribus pueris.

J. STEPHEN'S *practical treatiſe on conſumtions* London 1761. 8.* Cauſa ignis animalis non eſt in motu aut in adtritu, neque in pulmone, in quo ſanguis potius refrigeretur, neque per arterias advenit: in motu inteſtino eſt, & in fermentatione, quæ in ventriculo inequit, per vaſa univerſa continuatur. Motus muſcularis hanc fermentationem urget. Ita J. S.

F. J. W. S. *de ſplenis uſu*, *morboque ſplenico ad* WERLHOFIUM l., *in quo ſimul virium phyſicarum, monadum, motus, caloris & ignis occurrit theoria metaphyſica nova* Wolferbyti, ut videtur, 1761. 8.* Singularis liber. Cibum vere a calore lienis & hepatis coqui. Calorem eſſe a luce originali prima, quæ ipſa lux conſtat monadibus materiem agitantibus. Monadum aliquam abire in animam humanam. Omnes alios motus a calore oriri. Nervos igne ſubtili repleri. In celluloſo liene ſanguinem fluidiorem reddi & agiliorem. Morbum omittimus.

EJ. pleno nunc nomine *Friderici Joſephi Wilhelmi* SCHROEDER, Prof. nunc Marburgenſis, *von der phyſicaliſchen Theorie der Empfindungen, Schmerzen und Schmerz-ſtillenden Mittel* Quedlinburg 1764. 8.* Senſatio naſcitur, quando tenera vita nervorum per objectum extraordinarium ad majorem reſiſtentiam irritatur: dolor oritur, quoties ea reſiſtentia diuturnior fit.

EJ. *De vita robore tono ac vitalitate nec non de medicamentis roborantibus præcipuis* Marburg 1771. 4.*.

EJ. *De temperamentis hominum* Marburg 1774. 4.

Jacob. Frider. WEISS *tr. de natura animi & potiſſimum cordis humani* Stuttgard 1761. 8. ſi hu. facit.

Thomæ GATAKER, chirurgi, *an account of the ſtructure of the eye* London 1761.

1761. 8.* Brevis anatome oculi: conjunctivam non vult bipartiri. Scleroticam tamen ex dura meninge naſci. Nullam vim irritabilem, neque motrices vires in iride eſſe. Velum pupillæ a partu rumpi & evaneſcere.

J. Ulrici BILGUER, Helveti, *de membrorum amputatione rariſſime adminiſtranda*, Hall. 1761. 4.* Perioſteum inſenſile reperit, tendines audacter diſſecat.

EJ. *Chirurgiſche Wahrnehmungen, welche meiſtens währendem von 1756. bis 1763. gedauerten Kriege in den Preuſsiſchen Lazareten ausgezeichnet worden* Berlin 1763. 8.* Chirurgici argumenti, ut tamen paſſim phyſiologiam illuſtret. Varia exempla motuum in nervis contra animæ voluntatem ortorum. Arterias conſervere abſque grumo ſanguineo. Oſſicula duo libera in cerebro reperta.

EJUSD. *Anweiſung zur ausübenden Wundarzneykunſt in Lazareten* Glogau 1763. 8.* Perinde tendines, ut alias corporis humani partes, ſuppurari.

J. Franc. SIMON *collection de differentes pieces concernant la chirurgie, l'anatomie & la medecine pratique*, Tom. I. & II. Paris 1761. 12.* T. III. & IV. anno 1762. 12.* Collector chirurgus. Adnotationes collectitiæ, ex Germanicis potiſſimum diſputationibus & diariis. Integer inſertus eſt MONROI de vaſis lymphaticis libellus, & BUTINI de non pulſantibus venis diſſ.

Euſebio SGUARIO, medici, *diſſ. epiſtolica intorno al ravivar i ſommerſi* Venet. 1761. 8.* Infantem, qui in puteum inciderat, cum vita reconciliavit. Signa mortis incerta eſſe, neque nos debere facile deſperare, vitam enim diu ſub aqua poſſe produci. Optimum auxilium eſſe in aëre inhalato. De irritabilitate, quæ ſit vis nervoſæ fundamentum. Minima vita, quæ requirit, ut cor irritabile ſit, & ad proximum ganglion ſuum ſanguinem mittere valeat.

Deſcrizzione della teſtudine Venez. 1761.

Hoc anno PALFINI opus a PETITO recuſum Noribergæ prodiit, ex verſione *Georgii Leonhardi* HUTH. 4.*

GORINI CORIO *l'anthropologie, traité metaphyſique* Lauſanne 1761. 12. 2.Vol. De animæ cum corpore fœdere opuſculum, quod fit per animales ſpiritus. Corpus humanum exſiſtere in ovulo & evolvi.

Giuſeppe CENERESI *il latte* Milano 1761. 8. Poëma, quo lactis laudes traduntur.

Nicolai Ambroſii KRAPF *Weltſpiegel, oder anatomiſche Erklärung von der Erzeugung des menſchlichen Geſchlechts* Baſil. 1761. fol.

EJ. *Adnotationes medico-morales quoad quæſtiones ponderoſiores matrimoniales & caſuiſticas, in reali anatomica partium dilucidatione, ac præſertim corporalis vitæ principii ſenſu fundatæ* Aug. Vind. 1765. 4.

EJ. *Syſtema recentiſſimum de eſſentia hominis, quoad animalitatem in genere & ſpiritualitatem in ſpecie* Aug. Vind. 1767. 8.*

EJ. *Geſpräch von dem neuerfundenen principia vito* Augſpurg 1768. 8.*

Omnia

Omnia in animali mechanice geri, abſque animæ imperio. Ab irritabilitate motus eſſe animales. Contra privilegia nervorum cerebelli.

§. MCXCIII. *Varii.*

J. H. SULZER *die Kennzeichen der Inſecten nabh Anleitung des H. v.* LINNE' Tiguri 1761. 4.* Cum pulchris animalium iconibus, paſſim aliquæ partes microſcopio auctæ. Majus opus in *auctario* dicemus.

D. Marci (ut puto) HOUTTUYN, nomen ſuum reticentis, *natuurlycke hiſtorie of uytvoerige beſchryving der dieren, planten en mineralien volgens het zamenſtel van* LINNÆUS prodire cepit Amſterdam 1761. 8.* & octodecim voluminibus de animalibus agit. De parte phyſica alias dicetur. Ad anatomica paſſim aliqua pertinent, aut certe ad phyſiologica. In T. I. hominem cum brutis animalibus, cumque plantis comparat. Noſtra experimenta de irritabilitate fuſe recenſet, & noſtra placita ſequitur. Eam vim habet pro cauſa motuum animalium, & a ſenſu ſeparat. Phyſiologiam inde BUFFONIANAM proponit.

T. II. 1761. 8.* de cane fuſe.

T. III. 1762. 8.* Piſcem narwhal bicornem eſſe.

T. IV. 1762. 8.* Brevis phyſiologia avium. Cornicem ova gallinacea incubaſſe & excluſiſſe.

T. V. 1763. 8.*

T. VI. 1764. 8.* De amphibiis, quibus unica ſit cordis cavea. Pedes rajæ pinnarum partes eſſe.

T. VII. 1764. 8.* De piſcium auditu, quem tuetur, de generatione, in qua non recedit ab ea opinione, quæ penem piſcibus tribuit, verumque coitum.

T. IX. 1766. 8.* Negat papilionem in eruca jam formatum eſſe, & mavult intra eam formari. Cæterum hic incipit de inſectis agere.

T. X. 1766. 8.* porro de ſcarabæis, locuſtis &c.

T. XI. 1767. 8.* Papiliones; Nullum in iis cor eſſe, etſi erucis ſuum eſt. Monſtra papilionum ex preſſione inæquali naſci. SCHÆFFERI papilionem androgynum feminam eſſe.

T. XII. 1768. 8.* Apes &c.

T. XIII. 1769. 8.* Inſecta. Oculi cancellati & leves alii. Venus timida aranearum non nimis amanti fidentium. Apodum aliqui androgyni ſunt, maſculus unicus.

T. XIV. 1770. 8.* Molluſca. Aſcaridibus ſuas partes genitales eſſe. Non omnes limaces eſſe androgynos.

T. XV. 1771. 8.* Teſtacea. Margaritæ, Mytulos venenatos non admittit.

T. XVI. 1772. 8.* Animalia teſtacea. Teredinis navibus infeſtæ venerem a VOSMAERIO viſam eſſe.

T. XVII. 1772. 8.* Plantanimalia marina. Coralliorum hiſtoria & apologia vitæ eorum animalis. Diſcrimina zoophytorum & phytozoorum, quorum priora immota ſunt, poſteriora de loco in locum ſe movent.

T. XVIII. 1773. 8.* Animalcula microſcopica. Polypi, chaos, pinnæ marinæ &c.

§. MCXCIV. *Adam Gottlieb* SCHIRACH.

Adam Gottl. SCHIRACH V.D. M. *Oberlauſnizizſche Bienenvermehrung, oder Kunſt junge Bienenſchwärme beym Anfange des Maymonats in Stuben zu machen* 1761. 8.

EJ. *Kunſt Ableger mittelſt gewiſſer Brutkaſten im May Weiſel zu verfertigen* Budiſſin 1761. 8. annon IDEM?

Vir celebris ob inventum ex favo, ovis, & nymphis apum pleno, ſolo fotu & uberiori nutritione, quam ovo vulgari apes præſtent, reginas obtinendi, ita ut ovum operariæ apis in reginam perficiatur.

EJ. *Abhandlungen und Erfahrungen der œconomiſchen Bienengeſellſchaft in der Ober-Lauſniz* Dreſden 1766. 8.* Hic Cl. SCHIRACH porro aperuit artem, valde quidem improbabilem, matres apes ex vulgaribus apibus producendi. Requirit unice favum, in quo ova, vermes & nymphæ ſint. Vulgares apes eſſe virgines, quæ meliori cultu, alimento uberiori & magis aromatico, in reginas perficiantur.

EJ. *Sächſiſcher Bienenvater* Zittau 1766. 8.

EJ. *Melitto theologia* Dreſd. 1767. 8.* Hiſtoria naturalis apum. Valere ſonos edere, edere ad certos fines varios. Anatome aliqua apum, dentes, oculi majores, minores, teſtes, veſiculæ ſeminales, earum communis ductus, penis articulatus. Ventriculus primus, alter, inteſtinula minora, unum majus. Ovaria, ova ad tria fila adhærentia, uterus.

EJUSD. *Natürliche Geſchichte der Feld- Erd- und Acker- Schnecken* Leipzig 1772. 8.* Coitus & hiſtoria horum animalium. De renaſcentibus capitibus cochlearum.

EJ. *Erläuterung der Kunſt, junge Bienenſchwärme oder Ableger zu erziehen* Bauzen 1770. 8.* In Luſatia inventi neceſſitatem fecit calamitas, quod apes vix ſponte examina dent. Conditiones ad obtinendam reginam requiſitæ. Requiritur, ut favi exciſi portio ova, & vermes triduanos, & nymphas cellulas incluſas contineat. Hæc favi pars cum apum globo in ciſtam datur abſque regina, apes defringent aliquas cellulas apum vulgarium, & earum loco regias cellulas ædificabunt. Alimentum his nymphis præbent aromaticum. Nullum ergo in primis ſtaminibus diſcrimen reginæ eſt, & apis operariæ.

EJ. *Wald-Bienenzucht* Breslau 1774. 8.* a morte auctoris prodiit. Practici argumenti, de quo in phyſicis & chemicis. Ut in ſylvis apes educentur.

IDEM *in Ober-Lauſiz gemeinnützigeſ Arbeiten* I. ſexageſies ſibi ſucceſſiſſe teſtatur,

ſtatur, ut ſuæ apes ſibi reginam creaverint. Reginam volantem impraegnari, alba & humecta vulva in alvear redire.

Iterum in *Abhandl. der Ober-Lauſiziſchen Geſellſchaft* 1772. 8.* de ſuo artificio, & de uſu fucorum.

§. MCXCV. *William* HILLARY.

William HILLARY *an inquiry into the means of improving medical knowledge* London 1761. 8.* BOERHAAVIUM plurimi facit, etiam in anatomicis. Ei deberi tabulas EUSTACHIANAS. In hiſtoria medicinæ, quam noſter hic breviter tradit, aliqua ſunt noſtri ſcopi.

Antonii MONTANARI *trattenimento intorno ai principali ſiſtemi dell' anima delle beſtie, con alcune oſſervazioni ſopra l'anima umana* Venez. 1761. 4. Contra CARTESIANOS. Nihil proprii habere lego.

Memoires ſur l'uſage œconomique du digeſteur de PAPIN Clermont Ferrant 1761. 8.* Auctor correxit lebetem PAPINI, ut empyreuma averteret, & jus in eo coctum edule fieret.

Almanac de vieilleſſe — de ceux qui ont vecu cent ans & plus Paris 1761.

Jerome GUARINONI *art d'elever les oiſeaux* Bergame 1761. 12. & alias ut puto.

§. MCXCVI. *Joſeph Thaddæus* KLINKOSCH.

EJ. *Theſes phyſiologicæ de ſenſibilitate & irritabilitate ex experimentis factis deductæ* Prag. 1761. 8.

EJ. *Anatome partus capite monſtroſo* Prag 1766. 4.* Magna pars ſuperioris cranii amiſſa, ut dura mater nuda eſſet. Aortæ diviſio mirifica; Subclavia dextra ex ductu arterioſo nata & anulum faciens. A primævo tempore hanc difformitatem fuiſſe.

EJ. *Programma, quo anatomicam monſtri bicorporei monocephali hiſtoriam deſcribit* Prag. 1767. 4. max.* Pura anatome abſque hypotheſi. Caput & cerebrum ſemiduplex, cerebellum duplex: corda duo per arterias conjuncta. Arteriæ pulmonales ex aorta natæ, venæ in aurem cum vena cava inſertæ: hepar unicum, cum arteriis ex utroque infante accedentibus. Ventriculus ſimplex, inde fiſſum inteſtinum.

EJ. *Quæſtio academica num jam verus uſus pulmonis in machina humana notus ſit* Prag. 1771. 4.*

EJ. & *Fr.* HERMANNI *de vera natura cuticulæ & ejus regeneratione juxta ſenſum* Cl. KLINKOSCH Prag. 1771. 8.* Cuticulam ad celluloſam telam pertinere, hinc pariter ut aliæ celluloſæ telæ ſolent, evolvi & conpleri. Fila celluloſa cava eſſe, in iis cavis nutritionem locum habere. Initia hujus telæ ſemifluida eſſe, & gelatinæ ſimilia, & a cute celluloſa fila epidermidis germinare, facere reticulum, quod macerando in mucum contabeſcat, & cuticulam ex-

exteriorem & duriorem. Non habere vaſa conſpicua. Maceratam in laminulas, tum in pultem abire. In parte averſa fila conſpici, per quæ cum cute cohæret. In areola mammæ ſe cuticulam nigerrimam vidiſſe. Aethiopibus cutem ſubnigram eſſe. Nihil in corpore regenerari præter celluloſam telam, per veram epigeneſin, & evolutionem, non ex ſucco concreto. Cordis vi fetum evolvi; eam vim a ſemine maſculo excitari. Novam celluloſam telam ad ſimilitudinem muci de partibus corporis pullulaſſe, paulatim fila ſe confirmaſſe. Oſſa ex celluloſa tela naſci, in quam particulæ oſſeæ deponantur. In omni inflammatione nova vaſa evolvi.

Edidit vir Cl. Pragæ 1775. 4.* *collectionem diſputationum Pragenſium*; cum ea exemplum tendinis denudati ſenſilis.

§. MCXCVII. *Diſputationes.*

Car. J. Sigismond THIEL *de ſingultu* Gotting. 1761. 4.* Cauſæ variæ, ſedes in diaphragmate ſolo; ſingultus incidit in tempus inſpirationis.

J. Hermanni VOGEL *fetum in utero non liquore amnii, ſed ſanguine per venam umbilicalem advecto nutriri* Gotting. 1761. 4.*

Carolus Fridericus HUNDERTMARK. Ej. diſſ. *de urina cretacea* Lipſ. 1761. 4.* potius pathologici eſt argumenti.

Frid. Theodor REITZ *de vomitu* Leid. 1761. 4.*

WILDRIK WILDRIK *de fabrica pulmonum* Franeker 1761. 4.* Pro cellulis clauſis. Veſiculas unius lobi cum veſiculis alterius non communicare.

J. Georg LOCHER *de ſecretione glandularum in genere* Leid. 1761. 4.*

J. Jacob DUVAL *de inhalatione externa* Leide 1761. 4.

Chriſt. Andr. de MELLE *de vi vitali quoad medicinam & morbos ex illa orientes* Leid. 1761. 4.*

J. T. OFFERDINGER *de primis viis, ut fonte plurimorum morborum* Leid. 1761. 4.

J. Henr. MEINCKE *de œconomia fetus in utero* Utrecht 1761. 4.

Andreæ Gottlieb TROXEL *hiſtoria partus impediti a membrana tendinoſa os uteri internum arctante* Altdorf. 1761. 4.* Conceperat, cum hæc membrana ſemen ab utero avertiſſet.

Gottlob Thom. HERMANN *ad placentam expellendam remediorum commendatorum inſufficientia* Hall. 1761. 4.*

Franc. Ludwig WATT *de origine hominis* Baſil. 1761. 4.*

Guil. le BEGUE *de* PRELE & *Hugo* GAUTHIER *Ergo ut ſanguinis, ita lymphæ alibilis datur per arterias & proprias venas circulus* Pariſ. 1761. 4.*

Simon VACHER, præſide *A. le* CAMUS *E. a fluido electrico vita, motus & ſenſus* Pariſ. 1761. 4.*

Guilielmi

Guilielmi SHIPPEN *de placentæ cum utero nexu* Edinb. 1761. 8.* Contra commercium placentæ cum matre. In utero relictam placentam, reſecto funiculo, nullum ſanguinem dare.

Thomas YOUNG *de lacte* Edinburg 1761. 8.* Analyſis lactis vaccini: Pondera butyri & cremoris, a lacte diverſarum vaccarum ſecedentis. Phænomena lactis cum variis liquoribus miſti. Coagulum, & ejus cum variis ſalibus admiſtis phænomena. Caſeus. Serum. Sacchari ex variis lactis ſpeciebus portiones. Analyſis lactis diverſorum animalium, alia. Egregium opuſculum.

§. MCXCVIII. *Paul. Joſeph* BARTHES.

Paul Joſeph BARTHES *quæſtiones medicæ duodecim* Monſpel. 1761. 4.* Iridem a ſanguine congeſto dilatari, oculum a proceſſibus ciliaribus produci. Non benigne de BORELLO judicat. CÆSALPINUM eſſe inventorem circuitus ſanguinis, LAMURIUM pulſus venoſi, quod eum a. 1749. deſcripſerit. Non deſcripſit eo anno, ſed anno 1753. SCHLICHTINGII experimenta anno demum 1750. prodierunt, quæ LAMURIANA provocarunt. LACAZII ſyſtema defendit. Paucos eſſe in tendinibus nervos, & eos tamen acriter ſentire. Confundit irritabilitatem cum facultate ſentiendi.

EJ. *De principio vitali hominis* Monſpel. 1773. 4.* Archæum admittit, quem vocat principium vitale, & qui ſit ſcaturigo virium vitalium. Eum Archæum neque fines prævisos habere ut anima, neque mere mechanicis impreſſionibus regi ut corpus. Agere & per motum rapidum muſculorum, & per lentiorem tonum. Eumdem humorum miſcelam ſervare immutatam. Ad eum ſenſationem pertinere, neque ullam corporis partem abſque aliquo ſenſu eſſe, neque ſenſum a nervis omnino pendere. Non certum eſſe, poſt quemquam ſenſum certum motum ſequi. Sympathiæ, potiſſimum per nervos agunt. Cuique organo vires ſunt ſentientes & moventes, per quas ſua actione defungatur. Corporis in duas partes diviſio. Archæum etiam magnis læſionibus aſſueſcere.

EJ. *Nova doctrina de functionibus naturæ humanæ* Monſpel. 1774. 4.* Phyſiologiæ compendium, in quo principium vitale dominatur, quod vir Cl. ab anima ſeparat, eique fere omnes vitæ humanæ functiones tribuit. Arcus zygomaticus maxillam ſuperiorem ad calvariam firmat. Aliam eſſe vim contractilem ventriculi, alium periſtalticum motum. Ante fermentationem ciborum coctricem putredinem præcedere. Cuique animali ſuum eſſe principium vitale. Characterem vitalem alimentis potiſſimum a bile impertiri. Oſcillationes circuitui ſanguinis oppoſitas, & retroceſſiones in venam portarum frequentius locum habere. Sanguinem in lienis cellulas deponi, ibi quieſcere. Pulſum eſſe a motu periſtaltico. Non in ea ratione, qua ſuæ origini propius eſt, celeriora fetus incrementa eſſe. Partem pectoris inferiorem inter inſpirandum non ad dorſum duci. Uterum fibris carneis non fieri. In quavis parte fetus imagines analogarum partium parentum excudi. Muſculos rectos conjunctos oculum breviorem reddere. Animam non immediate motus arbitrarios producere. Vim dari in homine imitatricem.

§. MCXCIX. *Diaria anni 1762.*

In *Philoſophicarum Tranſactionum* T. LII. P. II. ſive anno 1762. & in *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1762., pauca huc faciunt, quæ non ſint alias dicta.

In *Mem. de l'Acad. de Berlin* 1762. CASTILLON de albis Aethiopibus.

In *melanges de philoſophie & de mathematique de la Societé R. de Turin* T. II. a. 1762. excuſo varia, ſuo loco dicta.

In *K. Swenſk. Wetenſk. Academ. Handl.* T. XXIV. J. LECHE de rore melleo. Eum aphidibus ſolis tribuit. In regionibus calidioribus certo ſuccus eſt, qui ex arborum foliis exſudat.

Gabriel LUND exomphalos naturalis.

Torſtani WASSENII faſti emortuales WASSENDÆ. Multi longævi.

In VANDERMONDII diario T. XVI. CELLIES menſes vetularum.

Menſes infantis præcoces.

. . . . DAVIEL, celebris medicus ocularius. EJUS *epiſtola ad me* de ſua adminiſtratione, qua lentem cryſtallinam opacam extrahit. Iridem inſenſilem eſſe. Cæcos natos reddito viſu corporum figuras non adgnoſcere.

Vena ſaphena ſponte rupta, eventu lethali.

Hoc anno obiit *C. Auguſtus* VANDERMONDE, hujus diarii editor, & in eam curam ſucceſſit *Auguſtinus* ROUX. In T. XVII. ALLIET de abſtinentia triginta & trium dierum in femina hyſterica.

Calixtus GAUTIER de infante per biennium cibo & potu abſtinente.

Vapor formicarum venenatus & ſtuporifer.

Louis le BLANC de ſenſu in dura matre perepto; ipſe tamen fatetur, eam membranam non ſentire, ſed in nervulis, ut putat, arterias comitantibus dolorem percipi.

EJ. *Nouvelle methode d'operer les hernies* Paris 1768. 8. Utique tendines ſentire, & inciſis columnis abdominalibus ægros dolere.

EJ. *Sur les avantages de l'etude de l'anatomie* Paris 1769. 8.

Verhandelingen uytgegeeven door de hollandſche maatſchappy der wetenſkappen T. VI. P. II. anni 1762. Dura mater nudata inſenſilis.

J. F. van der LOTT, chirurgus, de phænomenis anguillæ ſtuporiferæ Surinamenſis. Violentia ictus amat metallum ſequi, tamen & aquam; demum per aërem ſuam efficaciam continuat.

GALANDAT, chirurgus, de inflatione celluloſæ tunicæ, in ora maritima Quaqua recepta, & ad varios morbos utili. In T. VII. de eadem curandi ratione, & in *Comment. Berolinenſibus.*

Gerard ten HAAF, chirurgus, de ſubmerſis ad vitam revocandis. Venæ ſectionem laudat, quæ ſpei reſpondit, cum inteſtinorum irritatio fruſtra fuiſſet.

In

In *bataaffch genootſchap* T. I. IDEM omnino glutinoſam materiem eſſe confirmat, ex qua oſſa præter naturam conſiſtunt.

Actorum Helveticorum phyſico-mathematicorum &c. T. V. Baſil. 1762. 4.* Comparatio fabricæ dentium animalium & pennarum avium.

Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians in London. T. II. Lond. 1762. 8.* Aliqua ſunt HUNTERI.

BARD fetum ventralem, cæterum perfectum, feliciter excidit.

Vertit hoc diarium Cl. BOURRU, & edidit Paris 1764. 8.*

In *Gazette ſalutaire*, quæ a. 1762. & ſeqq. Bullione prodiit, varia huc faciunt.

§. MCC. ANATOMICI.

Wenceslai J. Nepomuceni LANGSVERT *diſp. de cauſa rubedinis in ſanguine humano* Prag. 1762. 8.

EJUSD. *Theoria medica de arteriarum & venarum in cörpore humano adfectionibus* S. I. Prag. 1763. 4. magn.* Jatromathematicus, minus tamen a natura receſſit, quam alii ejus ſectæ viri, multum noſtris uſus. Diviſionem globuli rubri in ſex minores retinet. Globulos ponderoſiores majorem vim exercere. Elaterem eſſe in globulis. Pro derivatione. In vaſis minoribus ſanguinem non valde retardari. Valvularum venoſarum efficaciam contra HAMBERGERUM tuetur. Pro errore loci.

EJ. *De vaſorum lymphaticorum humorum ſecretionis, telæ celluloſæ & temperamentorum in corpore humano adfectionibus* T. II. Prag. 1764. 4.* Fere nobiscum ſentit, etſi paſſim nos notat. Arterias lymphaticas admittit, ex rubris ortas, neque ſucceſſivas vaſorum minorum ſeries. Serum coagulabile facit, non ita lympham: ad lympham ſalivam & cerebri humores refert. Omnia vaſa lymphatica in ductum thoracicum convenire. Valvulas motum lymphæ regere.

Jean Ferapié DUFIEU *traité de phyſiologie* Lyon 1762. 12. 2. Vol.* Juvenis eo tempore & diligentis chirurgi opus, quod paſſim ſuis in noſocomiis adnotatis ornat. De DUHAMELII hypotheſi fuſe. Pro ſpiritibus animalibus. Pro potentia maternæ imaginationis. Se omnino ſemivitulos, ſemipueros vidiſſe. Circuitum ſanguinis non eſſe ab oſcillatione vaſorum minorum. Menſes per urinam manantes. BUFFONII totam hypotheſin adoptat. Pro retina viſus organo. Deſcribit partum cyclopem, cordibus duobus.

In nonnullis exemplis ad finem operis agit de WHYTTII mecum exercita lite, ei viro faventior: In aliis hæc diſſertatio omiſſa eſt, ejusque loco inſerta relatio D. d'AUMONT, Profeſſoris Valentini, de pueri lue venerea ſanata lactis ope ex capra mulcti, quam hydrargyro inunxerant.

EJUSDEM *Dictionnaire raiſonné d'anatomie & de phyſiologie* Paris 1766. 12. 2. Vol.* abſque auctoris nomine. Anatomen ex WINSLOWO habet, noſtra de par-

partibus ſenſibilibus & irritabilibus, de pullis, de oſſibus experimenta in compendium reduxit, phyſiologica addidit ex noſtris & ex Pariſinorum prælectionibus, chirurgica ſuis locis admiſcuit. Duram meningem ſenſu carere habet pro re demonſtrata. Glandulas coronæ glandis vidit, humoremque effluentem. Ex LEVRETO refert de fetu in ovario, de variis placentæ figuris. Chirurgus DEIDIER hominem ſubito periiſſe vidit, cui utrumque pectoris latus aperuerant. SUE de ligamentis uteri. Nigrum Aethiopum colorem utique elui poſſe. Puellam atretam per anum concepiſſe, cum ejus uterus intus in rectum inteſtinum aperiretur. Varietates corniculi ſphenoidei, arteriarum iliacarum; os ſeſamoides in muſculo glutæo minori. De placenta varia, bona.

J. GARNER, medici, *obſervations on* HUNTER's *commentaries* Lond. 1762. 8.* Pro venis reſorbentibus rubris, & contra experimenta HUNTERI.

J. Pierre DAVID (generi *le* CATII) *recherches ſur la maniere d'agir de la ſaignée & les effets qu'elle produit relativement à la place où on la fait* Paris 1762. 12.* Sanguinem per venam inciſam minus celeriter moveri, quam per integram vult, contra omnem experimenti fidem. Nullam dari derivationem, nullam revulſionem. A vinculo ſanguinem in inferiorem venam cavam colligi, ſuperiorem vero evacuari; ſic oriri dimotionem. Hæc omnia neque experimentis factis, neque libris lectis.

EJ. *De lactis origine, augmento, decremento* in *verhandelingen der Holland. maatſchappy* T. VII. P. II. Lac augeri ſub finem graviditatis, quod compreſſum abdomen ſanguinem ſurſum repellat. Gallice prodiit Paris 1763. 12.* cum titulo, diſſ. *ſur ce qu'il convient de faire pour diminuer ou ſupprimer le lait des femmes.*

EJUSD. *Sur le mechaniſme de la reſpiration* Paris 1766. 12.* mirum opuſculum, quod in Academia ſoceri præmium meruit. Utique coſtarum intervalla reſpirando fieri longiora, & muſculos intercoſtales omnes eſſe exſpirationis organa, neque inſpirationem facere ſerratum magnum & ſupracoſtales. Alternas reſpirationis vires eſſe a preſſione & laxatione nervi phrenici. Sanguinem in pulmone refrigerari.

EJ. præſide LOUIS *de ſectione Cæſarea theſes anat. chir.* Pariſ. 1764. 4.

CHIROL *tableau de toutes les arteres du corps humain* Paris 1762. fol.* & *tableau de tous les muſcles du corps humain* ibid. eod. anno. Non icones ſunt, ſed anatome WINSLOWI in ſpeciem tabulæ diſpoſita.

EJ. *Lettre où l'on prouve la poſſibilité des naiſſances tardives, d'après la ſtructure & le mechaniſme de la matrice* Paris 1764. 8.* Cauſas ſerotini partus recenſet, inter eas uteri fibras duras, nimisve tenſas.

§. MCCI. *Varii.*

Theophilus v. KLINGSTEDT *Memoires ſur les Samojedes & les Lapons* Königsberg (loci non expreſſi) 1762. 8.* Auctor Cl. KLINGSTEDT. Puellis Samojedis

mojedis mammæ areolam nigram eſſe, mammas ſemper molles, menſes copioſos, pubertatem ſupra fidem præcocem.

In ARTHUR CONRADI ERNSTING *Beſchreibung der Geſchlechter der Pflanzen* Lemgow 1762. 4.* agitur etiam de ranarum generatione, & de generatione univoca & æquivoca, & comparatur propagatio plantarum cum animalium generatione.

Leberecht Ehregott SCHNEIDER, Chirurgi, *chirurgiſche Geſchichte, mit theoretiſchen und practiſchen Anmerkungen* Chemniz 1762. 8.* Fuſas in explicationes ſolet ſe diffundere, & partium adfectarum anatomicas deſcriptiones. A principio ZIMMERMANNUM & HEUERMANNUM, inventores ut putat, inſenſilis naturæ tendinum, cupide refutat.

P. II. a. 1763. 8.* vidit cutem in gelatinam reſolvi.

T. III. a. 1765. 8.* Vix huc facit.

Juan Luis ROCHE *nuevas y raras obſervationes para prognoſticar las criſes per el pulſo* . . . 1762. 4. SOLANI obſervationes collegit.

J. Baptiſtæ Ludovici CHOMEL *Eſſai hiſtorique ſur la medecine en France* Paris 1762. 12.* magni operis prodromus. Librum cum titulo *recherches ſur l'origine de la chirurgie* fuſe refutat, & hactenus anatomen adtingit.

Marci v. PHELSUM *hiſtoria phyſica aſcaridum* Leeuwaarden 1762. 8.* Caput, inteſtinum contractile, aliud in ſpiram circumductum, quod videtur eſſe ovi-ductus.

EJ. *Brief aan* HOUTTUYN Leeuwarden 1770. 8.* de aſcaridibus.

EJ. in ORTESCHII *diario* Venetiis edito 1766. aliqua etiam de aſcaridibus. Ova ex dextro latere fiſſo aſcaridum prodiiſſe. Vaſa mediæ cartilaginis epiphyſium femoris ex ſuperficie nata.

Antonii Cajetani PUIATI *della preſervazione della ſalute de letterati* Venez. 1762. 8.* Fuſe de perſpiratione inſenſili, quam valde neceſſariam eſſe perſuadetur. Eadem vaſa ei humori patere & ſudori. FONTANA & CALDANUS ei motum periſtalticum inteſtinorum demonſtrarunt. Aortam a paſtu non comprimi.

BAUME', chemicus & pharmacopola. Paſſim anatomen adtigit, aut certe phyſiologiam.

EJ. *Elémens de pharmacie theorique & pratique* Paris 1762. 8.* Ad animalium etiam producta. *Franciſcum* ROUELLE non bonam dediſſe mumiæ analyſin &c. De mucilagine teſtæ, a qua ejus firmitas ſit.

EJUSD. *Manuel de chymie* ib. 1765. 12.* Calorem putrefactionis pertinere ad fermentationem, quæ præcedat: ipſam putrefactionem calorem non facere. Putridas plantas utique dare ad ignem ſalem volatilem; cruciferas etiam absque putredine. Dari urinas, quæ ſyrupum violarum viridi colore tingant, alias quæ rubro: has qui reddunt, eos minus calculo obnoxias eſſe. De ſaccharo lactis fuſe.

Ej. *Memoires ſur les argilles* Paris 1770. 8.* De terra animali: vegetabilem eſſe terram, paulum mutatam.

Eſ. WICHEDE *nieuw verhandelingen over de kramteele* Amſterd. 1762. niſi male legi.

J. C. *New theory of generation* London 1764. 8.* Poſt horam 48. cor vidit ſalire coſtasque pellucidas; hora 60. pulſum cordis apprime conſtitutum, & quæ exſiſtebant partes animalis perfectas, ut non egerent, niſi extenſione.

§. MCCII. *Diſputationes.*

J. NISSEN STORM *de rubro ſanguinis colore* Hafniæ 1762. 4.* præſide J. B. de BUCHWALD. Diſputatio per experimenta nata. Utique, ad noſtra cogitata, colorem rubrum ſanguinis a ferro oriri. Nullum habitare in parte fibroſa ruborem. Analyſis. Ruber color eſt in ratione roboris cordis. Ab aëris etiam contactu ſanguinem rubere.

J. Heinrich KRONAUER, Helveti, diſ. *de natura & compoſitione ſanguinis humani* Argentor. 1762. 4.* Contra aërem elaſticum. Ut ſerum de placenta ſanguinea exſudet. Pro fibris ſanguineis, eluto colore ex coagulo rubro paratis, parca copia, ad 12. grana ex 960. Cruſta pleuritica in mera fila ſolvitur. Vera eſſe ſanguinis elementa. Analyſis. Sal ex carbone paratus, digeſtivo SYLVII ſimilis.

Joſ. Ludwig DORER *de ſaltatione* Argentor. 1762. 4.*

Georg Friederich STEINMEYER *de rubia tinctorum* Argentor. 1762. 4.* Oſſa lente tingi in animale juniori, celeriter in vetulo, non vero perioſteum.

Carl Warner CURTIUS ſcripſit Leidæ 1762. 4.* *Monſtrum humanum cum infante gemellum.* Egregius libellus. Caput ad corpus adtractum, valde imperfectum, abſque oculis, pene abſque cerebro; inteſtino utrinque cæco, viſceribus vix ullis: nullum cor, venæ nullæ.

Gottlob Sigmund SCHNEIDER *adverſaria de pulſu* Leid. 1762. 4.*

Antonii RIDIGER *chemiæ univerſalis uſus* Lipſ. 1762. 4.* Sanguinis analyſis.

Joh. d'ARCET præſide *Auguſtino* ROUX *E. omnes humores corporis, tum excrementitii, tum recrementitii, ex fermentatione producuntur* Paris 1762. 4.*

Coſma Auguſtin LEZURIER & MAIGRET *Ergo in triplici corporis cavitate diverſus ſanguinis motus* Pariſ. 1762. 4.* Olim anno 1732. prodierat *H. Theodori* BARON opus.

J. BAPTISTÆ CHOMEL, & non CAR. SALLIN & JOSEPH. PHILIP, opus eſt *Ergo præcipuum reſpirationis organorum diaphragma* Pariſ. 1762. 4.*

Spiritus Claudius Franciſcus CALVET *de fluidi nervei ſecretione, natura & uſu* Avignon 1762. 4. HE.

Joſeph

Joſeph GALTIER *de prognoſi medica ex necrologiis eruenda* Monſp. 1762. 4.* Mortes infantum nuper natorum creberrimæ, ut plus dimidia parte intra menſem intereat.

§. MCCIII. *Diaria anni* 1763.

In *Philoſophical Tranſactions Vol.* LIII. ſ. *commentariis* anni 1763. huc faciunt aliqua, ut *Andreæ Petri du* PONT inſecti marini deſcriptio, quod ex genere eſt polypi, ejusque multicipitis.

In *Sw. Wet. Acad. Handlingar* T. 24. *David* SCHULZE deſcribit fetum viſceribus pectoris & abdominis nudis.

IDEM in T. 28. de fetu per novem menſes in utero retento.

In diario *Journal de Medecine* 1763. T. XVIII. huc facit BRISEBARRE & DUVOLLIER de duobus fetubus duplici umbilico connatis, pedibus tantum tribus, inteſtinis confluentibus, unica abſque ano vagina. Viſcera abdominis duplicia.

CHAMBRY *la de* BOULAYE (puto *de la B.*) Ingens oſſeum concrementum in tuba dextra feminæ.

In T. XIX. *Philip* contra *Antonii* LOUIS diſſ. de ſuicidio. In ſtrangulato homine pectus & venas ſuperiores ſanguine repleri. Mortis cauſam eſſe in defectu reſpirationis.

Reſpondit ib. D. LOUIS.

Du FOUR Fetus 160. dierum, ſectione cæſarea detectus, ſed vivus.

Memoires preſentés à l'Acad. des Scienc. T. IV. Paris 1763. 4.* Ad anatomen. MARRIGUES de fetu, cui nullum cor, neque vaſa majora.

WILLIAMSON de cornuum cervi delapſu, quem deficienti tribuit alimento.

MARCORELLE de hydrocephalo, in quo oſſa membranacea facta.

La TOUR experimenta, ut definiret, num uno videamus oculo, num duobus. Negligenler viſuras utroque nos oculo uti, unico quando accurate.

Hoc anno duo nova diaria, potiſſimum etiam medici argumenti, prodire ceperunt: *Medical muſæum*, conpilatio, in qua & HAENII *difficultates* reperias, & noſtras *reſponſiones.*

In T. II. anonymus ruborem ſanguinis ab acore derivat.

D. Petrus ORTESCHI hoc eodem anno Venetiis diarium cepit edere, in quo libri quidem recenſentur, multæ tamen etiam peculiares medicorum Italorum adnotationes reperiuntur.

Virgo 49. diebus alvo clauſa vixit.

POLLAROLI, poſt uſum internum hydrargyri hoc fluidum metallum in vena cava reperit.

Infans ante diem puber & menſtruatus.

Vita J. DOMINICI SANTORINI.

Infans brachiis deſtitutus, oſſibus cum ſtudio deſcriptis.

Alius perampla in dorſo macula.

Cl. WAGLER, ROEDERERI inciſor, præmium Societatis noſtræ R. meruit diſſertatione de oſſibus dealbandis, Societati oblata. Macerationis effectum juvari muria harengorum. Non novi alibi ſuas encheireſes edidiſſe, niſi in *Göttingiſche Anzeigen* 1763. p. 1139.

In *Hanöv. Anzeigen* 1763. anatome ſubmerſæ feminæ. Spuma in pulmone. Epiglottis erecta.

In T. V. 1767. J. D. D. De coitu piſcium; de hybrido piſce ex cyprino & piſce *Karauſche* miſto. Hirundinem aliquamdiu abſque reſpiratione ſupervivere. De chamæleonte. De ciborum mutatione.

In T. VI. De refocillatione ſubmerſorum, ſtrangulatorum. Sic in T. VII.

§. MCCIV. *Henricus Auguſtus* WRISBERG,

Profeſſor & inciſor Gottingenſis. In conventu *R. Societatis* d. 15. Octob. hujus anni aliqua experimenta ſua in animalculis oſtendit, quæ vocant infuſoria, præmiumque eo labore meruit.

Earum *obſervationum de animalculis infuſoriis ſaturam quæ Societatis Regiæ præmium reportavit* edidit Gottingæ 1765. 8.* Animalcula dicit, caudis ſuis ad putreſcens corpus connexa, ab eo ſe liberantia, & motu oſcillatorio agitata, ſatis cæterum animalculorum ſeminalium ſimilia; tum veſiculis facta, in quas putrida materies ſe reſolvit, qualia & ſimplicia vidit, & compoſita. In ſumma putredine ſimplicia animalcula vidit motu tremulo oſcillatorio agitata, numeroſiſſima in perfecta putredine, ut iſta ex moleculis ſphæricis inorganicis paulatim motum concipiant. Alia illa majora, racemoſa, globulis etiam 25. facta, tarde moveri viſa ſunt, & toto racemo moveri, & ſingulum ſeorſim, quaſi roſulæ fierent ex vivis ſphærulis. Vidit etiam polypos pedunculatos, pedunculum & extendentes & contrahentes, ore bifido, de corpore putrido natos, qui abſciſſi vermiculorum ſeminalium globoſorum ſimiles fierent, & celeriter in orbem agitarentur. Exſtinctus animalculorum motus aqua adfuſa renovatur. Suſpicio de corde in animalculo microſcopico conſpecto. Ad cruſtam putreſcentis liquoris animalcula cauda ſua adhæreſcentia, ore bifido, cauda oblonga, ſe de cruſta liberatura, natantia, novum de latere animal generatura. Vidit duo animalcula microſcopica in unum coiiſſe. Acor animalcula occidit. Majus ovale animal in multa minora diſcedens; alia magno impetu in communem rempublicam nitentia. Polypi campaniformes, qui diſciſſi in duo viventia animalia convaluerunt. Animalcula cauda bifida, puncto contractili, in unum coaleſcentia. Animalcula microſcopica cum polypis in ſerie naturali continuari. Nunquam ovum ſe in his animalculis vidiſſe, neque ex ovo generari. Animalculi *trichuridis* fabrica, canalis alimentarius, circa cum convolutus, canalis ſpermaticus: ſuſpicatur ſexu diſtingui.

EJUSDEM

EJUSDEM *de reſpiratione prima, nervo phrenico, & calore animali* Gotting. 1763. 4.* Motum reſpiratorium a fetu naſci, non ab urgente aëre. Nervi phrenici tenſionem nihil facere ad reſpirationem, neque evictam eſſe. Calorem animalem in cerebro oriri, cum ROEDERERO ſentit.

EJUSDEM *Embryonis deſcriptio anatomica obſervationibus illuſtrata* Gottingæ 1764. 4.* diſputatio recuſa. Adnotationes ſunt ex fetubus inmaturis ſumtæ omnino quinque. Gelatina inter duas fetus membranas viſa: icteri materni ſigna in fetu ipſo in oſſe. Chorii facies villoſa. ALBINI veſica & vaſculum; id manifeſto eſt arteria omphalomeſenterica. Saccus gelatina plenus, inter duas fetus membranas poſitus, a chorio ſeparabilis, multum adfinis allantoideæ aliorum auctorum membranæ. Alius fetus varie difformis, perbrevibus inteſtinis. Ter arteria umbilicalis unica viſa. Pondera & menſuræ embryonum. Auricula dextra cordis in fetu 70. dierum corde major. Pulmo embryonis difficulter inflatur.

Opuſcula ROEDERERI edidit, & de arte obſtetricia opus, notulasque addidit ſuas. Lochiorum menſuræ.

Sic opuſcula BRENDELII. Cum integra & clauſa valvula EUSTACHII adnotat hiatum foraminis ovalis ſemper patulum reperiri, cum eo foramine perfecte clauſo valvulam deletam conſpici.

In *Nov. Comm. Vol.* II. Membrana pupillaris. Reperitur in omnibus quadrupedibus, optime conſpicua verſus finem menſis octavi. In animalibus etiam ante partum aboletur, vidit tamen tertio a partu die, & in puero trienni ſuperſtitem. Ejus vaſa repleta.

Vol. III. de incrementis fetuum. Die 40. pondus embryoni fuit gr. 37, die 80 gr. 70, die 101 = 100, die 115 unciæ cum parte quarta, die 119 drachmarum 15, die 130 unc. ſex. Die trigeſimo aliquis in muſculis motus apparuit. Semeſtres fetus reſpirarunt.

Vol. IV. Placenta clauſa eſt, ut nullus hydrargyrus de injectis vaſis exeat. Menſuræ funiculi a 22′ ad 18′; vidit tamen etiam 7 unc. & 48, tum craſſum ad ſeſcuncem & alium 2. unc. cum dimidia. Hæmorrhagiam fieri a vaſis placentæ adnatæ ad cervicis ſuperficiem inferiorem, ad oſtium uteri. In chorion vaſa placentæ ſubire. Placenta veſicularis.

Vol. V. Num variolæ in partibus corporis internis reperiantur. Non reperiuntur ultra fauces, neque in utero, viis urinæ, neque eo referenda ſunt tubercula nonnulla paſſim viſa.

A. 1776. prælegit de nervis duræ cerebri membranæ, quos nullos invenit, cum accuratiſſime inquireret.

§. MCCV. INCISORES *aliqui.*

J. MASON, chirurgi, *lectures upon the heart, the pleura, lungs, pericardium, aſpera arteria, mediaſtinum, diaphragma.* Reading. abſque anno, ſed anno

no ut puto, 1763. 8.* Satis recte pleuram pulmonem utique contingere docet. Pleuritidem in pleura reſidere &c.

Carl Gottfried GELLER *manes Pinæani ſ. dilucidationes uberiores circa ſigna virginitatis atque perſpicua hymenis illibati teſtimonia, obſervationibus & notis non vulgaribus adornatæ* Roſtock 1763. 4.* Carunculas in virginibus illibatis ſtatuit, quas putes eſſe fines columnarum vaginæ. Hymenem & integrum deſcribit & ſemicorruptum.

Tr. de l'œconomie animale & des cauſes premieres des maladies, avec un recueil de diſſ. ſur la maniere de traiter la petite verole par le D. T. Geneve 1763. 12.

§. MCCVI. *Varii.*

Caroli Abraham GERHARD M. D. *triga diſſertationum phyſico-medicarum* Berol. 1763. 8.* Prima diſſertatio eſt de irritabilitatis in pathologia dignitate. Diverſam eſſe a vi ſentiendi, ab elatere, ab adtractione; reſidere in glutine, a nervis non pendere; vitioſe augeri & minui.

IDEM in *Mem. de l'Acad. de Berlin* 1772. de influxu electricitatis in corpus humanum agit. Accelerat exhalationem, pulſum elevat, replet, reſpirationem intendit, odorem habet phlogiſti cum acore miſti.

Joſephi BAADER *obſervationes medicæ incisionibus cadaverum anatomicis illuſtratæ* Friburg Briſgow. 1763. 8.* Pathologicæ diſſectiones. Dorſales nervos producere truncos crurales. Cerebri functiones in decuſſim ire. Hæmorrhoidarii veri & regulares rariſſimi. Ex vena liquorem injectum in arteriam redire vidit.

Recueil de pieces de medecine & de phyſique traduites de COCCHI *& d'autres auteurs vivans* Paris 1763. 8. PONTONOI deſcriptio corporis humani. MANTELASSI pro ſuperfetatione. D. G. J. de vi imaginationis.

AUGIER *du* FOT *de motu cordis* 1763. 12.

IDEM in l. *de morbo circa Laon epidemico*, pulſus numerat vaccæ & bovis, ſani & ægroti.

D. Samuel CLOSSY *obſervations on ſome of the diſeaſes of human body taken from the diſſections of morbid bodies* London 1763. 8.* Duram meningem neque ſentire, neque læſam ſymptomata facere. Appendix in colon illapſa.

WOUTER *van* LYS *genees en heelkondig œffeningen waar in de voornaamſten ziekten beſchreeven worden* Middelburg 1763. 4.* Aliquam partium adfectarum anatomen addit.

ROBERT (num idem qui p. 521. 561.) *Recherches ſur la nature & l'inoculation de la petite verole* Paris 1763. 12.* Ob theoriam *la* CAZII, quam adoptat. Motum humorum, fluxumque & refluxum, celluloſæ telæ tribuit.

EJ. *Traité des principaux objets de la medecine* Paris 1766. 12. 2 Vol.* Obſcurus auctor & ſemi-STAHLIANUS, phyſiologiam ex adnotationibus indeterminatis mavult conſtituere, quam ex conſpicuis phænomenis. Celluloſam telam

lam corpus humanum bipartiri, peculiarem cuique medietati eſſe circuitum. Iterum ei telæ circuitum ſanguinis tribuit. Confundit cum irritabilitate ſentiendi facultatem. Pro parenchymate pugnat, in quod ſanguis effundatur. Contra circuitum ſanguinis & contra anatomen. Non diſtendi ramos laterales ligato arteriæ trunco.

In T. II. ventriculum animal eſſe, ſibi vivere, ſuas habere cupiditates, etiam *caprices*. Duo magni diſtrictus celluloſæ telæ, inter quos ventriculus jacet. Morbi vel celluloſam telam nimis reddunt irritabilem, vel ventriculum & diaphragma. Secando & urendo nihil de ſenſu partis alicujus definiri, & ſenſum poſſe ineſſe, ubi nihil ex punctione aciculæ ſequitur. Cuique parti corporis ſuus ſenſus & ſua voluptas eſt &c.

Chriſt. Wilhelm v. HEPPE *wohlbeſtellter Jäger* Regenſpurg 1763. 8. Cervum cornutum vidit, in quo quatuor hinnuli, & mammæ lacte plenæ.

Martin Franc. BRUNNICHE, Theologi, *natürliche Hiſtorie des Eidervogels* Kopenhagen 1763. 8.* ex Danico verſ.

EJ. *Ornithologia borealis* Hafniæ 1764. 8.*

EJ. *Entomologia* Hafn. 1764. 8.*

EJ. *Ichthyologia Maſſilienſis* Hafn. 1768. 8.* Paſſim aliqua phyſiologia.

EJ. *Fundamenta zoologica* Hafn. 1772. 8.* Organa animalium. Piſcibus veſicam urinariam tribuit & diaphragma. Senſus. Phyſiologica varia.

FEDERIGO Com. ALTHAN *della ſomiglianza che paſſa tra il regno vegetabile ed animale* Venez. 1763. 8.* Vitam, ſomnum, ſemen, ova, in utrisque adfinitatem habere.

P. Paulus MARIA, Aſtenſis, Capucinus, edidit *pſychologiam, ſ. motuum animalium & reciprocorum machinæ animalis theoriam medicam, methodo inaudita* Venet. 1763. Scholaſticum opus eſſe a gnaris viris audio.

EJ. *Arcanum impenetrabile de mutua neceſſitate animæ & corporis* ib. 1764. 4.

Lud. FAVRAT *aurea catena* HOMERI Francof. 1763. 8. cum ſuis notis.

Alberti VENTURI *de mellis origine & uſu* Venez. 1763. 8.* Parvi momenti op. Germanice recuſum inter commentarios Societatis Luſaticæ.

Videtur etiam ſcripſiſſe de corde humano, ſi idem eſt, quem modo diximus.

ALLEON *du* LAC *melanges d'hiſtoire naturelle* Lyon 1763. 12. 2.Vol.* Varia fragmenta & diſſertationes ad rem naturalem ſpectantes. Inter eas DESMARS de oniſco ante mutatam cutem feminam ineunte CHARUET non eſſe oculos in cochleis, qui putantur. C. de TRESSAN lac coralliorum eſſe polypos.

EJ. T. III. IV. V. Lyon 1765. 12. 2.Vol.* DUPATY de muſculis, quos immobiles facit. Aethiopes albi, oculis debilibus, ex nigris nati. (quorum

morbus videntur eſſe, a defectu muci nigri in oculo & in epidermide natus). Fabuloſa varia. Infans hirſutus & robuſtus.

§. MCCVII. *Diſputationes.*

Andreæ BONN *de continuationibus membranarum* Leid. 1763. 4.* bona diſputatio, in theſauro SANDYFORTII recuſa. De interna lamina duræ membranæ; putat eam in arachnoideam cerebri tunicam explicari, neque eam membranam perforari. Circulum WILLISII inter duas laminas piæ membranæ decurrere (ſic omnia vaſa). Subtilem laminam duræ meningis ſuper glandulam pituitariam continuari, & infundibulum in vaginam ſuam recipere. Valvulas aliquas eſſe in ſinu ſuperiori, reperiri quæ ſint arachnoideæ propagines, prope ingreſſum venarum cerebri in falcis ſinum poſitæ.. Vaſa ex dura meninge in piam excurrere, & viciſſim.

EJ. *Oratio de ſimplicitate naturæ anatomicorum admiratione chirurgorum imitatione digniſſima* Amſterdam 1772. 4.*

EJUSD. in T. IV. *verhandelingen der Zeeuwſchen genootſchap* T. IV. uterus retrorſum replicatus, veſica amplillima.

Jac. GASSER *de viribus naturæ humanæ actuoſis* Leid. 1763. 4.*

Jacob KOELMANN *brevis conſpectus virium naturæ humanæ medicatricium* Leid. 1763. 4.*

Cornelii YSERMANN *de veſica urinaria ejusque ulcere* Leid. 1763. 4.*

Joſeph Liborius PUDELKO *de ſaliva* Wien 1763. 8. C. L.

Ger. Alb. NOORTWYCK *de organis reſpirationis & eorum uſu* Leid. 1763. 4.*

Chriſtian Eberhard KAPP *motum humorum in plantis cum motu humorum in animalibus comparat* Lipſ. 1763. 4.*

Gottlieb Sigmund SCHNEIDER *adverſaria de pulſu* Lipſ. 1763. 4.*

J. Caſpar HÖRMANN *de arteriarum flexuoſo progreſſu* Lipſ. 1763. 4.*

Frid. Gebhard Theodor. GRUNER *de ſanguinis mutata diſtributione ex ætatum viciſſitudine* Hall. 1763. 4. C. L.

Adam Wilhelm FRANZEN *de auditu proluſio* Hall. 1763. 4.*

Anton. TRUHART *de organis humores præparantibus, ſtricte ſic dictis* Jenæ 1763. 4.*

Timothei Chriſtian Wilhelm OVERKAMP *Comm. in quæſtionem an aër elaſticus ope reſpirationis ſanguini permiſceatur* Greifswald. 1763. 4.*

Franc. Joſeph Balthaſar GOERING *de hymene* Argentor. 1763. 4.* cum hiſtoria hymenis integri, menſes retinentis.

Johann KLEIN *caſus rachitidis congenitæ obſervatæ in infante varie monſtroſo* Argentor. 1763. 4.* Oſſa difformia, ureteres in rectum inteſtinum aperti, nulla veſica urinaria.

Alexii

Alexii PROTASSOW *de actione ventriculi in ingeſta* Strasburg 1763. 4.*

Stephan. Petr. LELAUMIER & *la* COSTE *de fractura pollicis in manu* Paris 1763. 4.*

J. Bapt. Wilh. FERRANT *de encephalocele* Pariſ. 1763. 4.* præſide Cl. SABATIER.

Petri SUE *de ſectione Cæſarea* præſide *le* VACHER Pariſ. 1763. 4.* Nepos videtur, de quo porro dicemus.

Petri du FOUART *de intumeſcentia partium* Pariſ. 1763. 4. præf. BORDENAVE.

Theodori BARON & *la* CASSAIGNE *Ergo quo manducantur accuratius, eo coquuntur perfectius alimenta* Pariſ. 1763. 4.*

Petri BERCHER & BARON *Ergo ſua cuique ideæ in cerebro fibra* Pariſ. 1763. 4.

Fr. Joſeph COLLET *Ergo junioribus connubium* præſide *la* RIVIERE Pariſ. 1763. 4.*

Car. Lud. Franc. ANDRY *E. a motu & gravitate humorum ſecretiones diverſæ.* Pr. BOYROT. Pariſ. 1763. 4.*

Joſeph BERTHOLET *de venenatis Galliæ animalibus* Monſpel. 1763. 4.*

Antonii CAP *de* VILLA *phyſiologiæ, pathologiæ &c. quædam momenta* Valent. 1763 4.* Amici noſtri compendium phyſiologiæ.

Guſtavi CHRONANDRI *om lüftens förmöga at medelſt blåſan utwigande lyfta tynger* Abo 1763. 4.* phyſici argumenti, ut tamen ad hypotheſin diu receptam faciat declarandam, quæ fibras muſculorum veſiculares facit. Parvæ veſiculæ utique compendium virium faciunt.

Theodori BLAND *de coctione animalium in ventriculo* Edinburgh 1763. 8.* Experimenta facta tum cibis de ventriculo humano rejectis, tum de cuniculi ſtomacho. Nullum unquam aëris veſtigium vidit. Caro cum ſaliva abſque fermentatione computruit. Contenta ventriculi neque cæruleos liquores tinxerunt, neque cum acido efferbuerunt, neque cum ſale lixivo. Sic ſuccus ventriculi cuniculi.

§. MCCVIII. *Eduardus* SANDYFORT.

Vir Cl. diſputavit Leidæ 1763. 4.* *de pelvi ejusque in partu dilatatione*, quam paulatim ab adfluente muco præparari, & demum locum habere, etiam exemplo producto confirmat.

IDEM edidit *theſaurum diſſertationum, programmatum & diſputationum ſelectiſſimarum*, quorum T. I. prodiit Roterdam 1768. 4.* T. II. ibid. 1769. 4.* Bonæ diſſ., etiam anatomicæ hic reperiuntur, tum programmata HUBERI, COTUNNI duo libelli, alia; & recenſiones a Cl. Autore præmiſſæ.

IDEM ab anno 1766. 4. diarium edere cepit, quo libros novos recenſet. Titulum fecit, *natuur en geneeskondige Bibliothek.* Adſpergit ſuas paſſim adnotationes, etiam rerum viſarum exempla; ut in T. II. DINKLERI de corde

pueri nuper nati de pectore pendulo, abſque ſterno & pericardio, deque ejus cordis motu. Colorem non mutabat. Arteriarum motus nullus erat, auris ſiniſtra minor &c.

In T. III. connatæ puellæ abdomine male clauſo, hepatibus duobus, corde unico, communi utrique fetui umbilicali funiculo, ut omnino ejusmodi fabrica caſu naſci non potuerit.

In *Nov. E. N. C. Vol.* IV. *obſ.* 33. dixit de partu monſtroſo, ut in majoris puelli corpus alterius minoris anteriora intruſa viderentur.

In *Act. Helvetico* T. VII. Fetum deſcribit abdomine aperto, corde propendente.

Ej. *De circumſpecto cadaverum examine optimo practicæ medicinæ adminiculo* Leid. 1772. 4.* Nullum eſſe aërem pleuram inter & pulmonem. Ridicule adhæſionem duræ membranæ cerebri ad calvariam pro morborum cauſa haberi.

Degli atti dell' Academia delle ſcienze di Siena detta de fiſico critichi Siena 1763. 4.*

Cl. Mancini ab irritatis in vulnerato meningibus nullum ſenſum cieri reperit.

§. MCCIX. *Diaria anni* 1764.

In *Philoſ. Tranſ. Vol.* LIV. anni 1764.

Johann. Hadley de mumia Aegyptia male tractata, calida pice unice perfuſa.

Wolfe de coccinella Polonica, ad radices fragariæ & potentillæ argenteæ depoſita. Pergit in eo argumento in *Vol.* LVI. Ipſe hæc animalcula aluerat.

Jacob Johnston de utilitate gangliorum. Nervos imperio animæ per ganglia ſubduci.

Ejusd. De fetu, cujus cranium & cerebrum imperfectum erat.

Idem in *Philoſ. Tranſact. Vol.* LX. per experimenta confirmat, iridis motum nihil pati a nervorum irritatione.

Ejusd. *Eſſay on the uſe of the ganglions of the nerves* Shrewsbury 1771. 8.* Ganglia interrumpere actionem voluntatis, & eos nervos de animæ ſatellitio excludi, qui ganglia ſubeunt. Iterum nervos cordis, & ipſam medullam ſpinalem, irritatione ſua nihil in motu cordis mutare. Cor vacuatum extemplo de motu deſiſtere. Motum ab irritatione naſci viſum a DEO proficiſci. Ganglia poſſe etiam pro inferioribus nervorum originibus, & quaſi cerebris haberi, medullam enim continere & corticalem ſubſtantiam.

In *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1764. D. Tillet & Duhamel de maximo gradu caloris retulerunt, quem homo ferre poteſt. Furnariæ puellæ in 112.

gradu REAUM, integro quadrante horæ vivunt; in calore adeo fere 20. gradibus majori, quam eſt aquæ ferventis.

In *Journ. des Savans* 1764. Mira illa *le* ROYER *de la* SAUVAGERE hiſtoria terræ, in qua conchæ & aliæ teſtæ ſponte naſcuntur & ſe reparant.

In *Swenſk. Wetenſk. Acad. Handl.* 1764.

ARVID FAXE de vetulis lactantibus.

In diario *Journal de Medecine* T. XX. BOURGEOIS vitulus capite unico, duobus corporibus, ex pelvi fiſſis, partibus abdominis duplicibus, ventriculo & inteſtino ſimplici, duobus cordibus, cerebro ſimplici, medulla oblongata fiſſa.

Homo uno oculo presbyops, myops altero.

Chirurgus nomine CUCHET de fetu bicorporeo unicipite.

SAULQUIN puella abſque lingua loquens & deglutiens.

T. XXI. LAUNAI HAMET infans duplex ab umbilico diviſus, duabus linguis, duobus inteſtinis.

D. BONTE' contra *la* CAZII hypotheſin de menſium origine.

In T. III. *Medici Muſæi* epiſtola B. CONNOR, in qua ſpiritus facit aëreos.

De lacte diſſertatio.

In *Petri* ORTESCHI diario, anno 1764.

Juvenis odore ſtyracis.

Pro fetu legitimo quarti & decimi menſis.

Agnus ex duobus connatus.

Catellus organis deglutitionis corruptis, ut animalculum per umbilicum nutrimentum cepiſſe neceſſe ſit.

Vincentius PASQUINELLI, Chirurgus Venetus, tendinem Achillis abſque ægri dolore conſuit.

Legitur etiam ibi de D. GREGOIRE prælectione in Academia Burdigalenſi a. 1764. habita *ſur l'irritabilité & la ſenſibilité.* Pro noſtra ſententia. Irritabilem naturam in muſculis reſidere, in nervis ſenſum.

In *Gazette litteraire* iniqua in noſtram phyſiologiam cenſura, chemici ut videtur hominis. Lectionem multiplicem carpit, quæ in ejusmodi opere primo loco requiritur.

Thom. SOUTHWELL *medical eſſays and obſervations being an abridgment of the medical papers in the R. Academy of Paris* London 1764. 4. Vol.

§. MCCX. *Johannes le* Bas,

Chirurgus, magnæ litis auctor fuit, plurimos per libellos in Gallia agitatæ. Edidit Pariſ. 1764. 8.* *Queſtion importante; Peut-on determiner le tems de l'accouchement?* Occaſionem dedit femina, quæ pene anno a mariti morte elapſo demum pepererat. Collectionem dat monſtrorum & partuum ſerotinorum, & fetuum induratorum, qui diu in materno utero retenti fuerunt. Cæterum limites temporis partus laxat, & ſerotinos fetus recipit, adſtipulantibus Ferrenio & Tenonio.

Cum *Antonius* Louis in hunc libellum ſcripſiſſet, reſpondit noſter in *nouvelles obſervations ſur les naiſſances tardives* Paris 1765. 8.* Princeps teſtimonium eſt obſtetricis Reffatin, pro partu undecimeſtri dictum, & ſubjecta eſt in eumdem ſenſum *conſultatio*, cujus princeps ſubſcriptor eſt *Antonius* Petit. Seorſim etiam in *Journ. œcon.* Febr. 1765. hæc diſſ. prodiit. Partum eſſe a diminuta extenſili natura in aliqua uteri parte.

Ej. *Lettre à M.* Bouvart *au ſujet de ſa derniere conſultation* Amſterdam (potius Paris) 1765. 8.* Aſpera reſponſio.

Ej. *Replique a un ouvrage de M.* Bouvart Paris 1767. 8.* Convitia.

Ej. & Thevenon ſunt *de fractura femoris theſes an. & chir.* Pariſ. 1764. 4.*

§. MCCXI. *David* Macbride. *Alii.*

Chirurgi Dublinenſis, nunc medicinæ doctoris, *experimental eſſays on the fermentation of alimentary mixtures; on the nature and proprieties of fixed air: on the reſpective power and manner of acting of the different kinds of antiſeptiks: on the ſcurvy, and a new method to cure the ſame at ſea, on the diſſolvent power of quik lime* London 1764. 8.* Germanice vertente Cl. Rahnio, Tiguri 1765. 8.* & Gallice vertente D. Abbadie Paris 1766. 12. Salivam & ſuccum etiam putridum animalium, carnium fermentationem & aceſcentiam non morari. Etiam in homine contenta ventriculi fermentari. De aëre fixo: fuſe, qui ex corporibus diſſolutis ſeparetur, & idem in corpora redire poſſit, quæ aëre egent. Fermentationem alimentorum bilis ciet. Aër ex fervore ſalium natus animalia occidit. Dari in ſuccis noſtris aërem elaſticum. In ſpatio inani corpora putreſcere; ab aëre putredinem impediri: ſanguinem putridum cum acido ſale fervere, non ita bilem, etiam putridam. Acor carnem a putredine ſervat, tum ſal alcalinus volatilis, & magis adhuc ſal medius, potentiſſime tamen acor vitriolicus. Putredo jam nata ab acore ſuperatur. Vapor, de fermentantibus corporibus adſcendens, impedit putredinem, tum cortex Peruvianus, etiam in bile; nihil vero potentius ferventibus corporibus, aut in fermentatione conſtitutis. In chylo fermentationis initium eſſe. Aër fixus abundat in globulis ſanguineis, in lacte.

Ej. *Introduction to the theory and practice of phyſik* Lond. 1772. 4.* Brevis phyſiologia. Partes inorganicæ, confuſæ, ex ſucco concreto natæ: partes orga-

organicæ, celluloſæ, vaſa, nervi. Partes neque nervis præditæ, neque fibris muſculoſis, inter illas celluloſa tela. Globulum rubrum non conponi ex ſex globulis: probabile videri ſanguinis ruborem a ferro eſſe. Lympha coagulabilis, & ſerum pariter coagulabile, ſed a lympha diverſum. Irritabilitas princeps poteſtas animalis, & cauſa circuitus ſanguinis. Irritabilitas cordis major. Vis arteriarum contractilis & elaſtica, & muſculoſa. Temperamenta nata ex compoſitione roboris & irritabilitatis.

Faſciculus diſſertationum anatomico-medicarum Amſterdam 1764. 8. MADAI ovum fecundatum. BOEHMERI urachus, & confluxus trium venarum cavarum. THEMEL de fetus nutritione.

Urban Nathanael BELZ *diſſertation ſur le ſon & ſur l'ouie, qui a remporté le prix propoſe par l'Acad. R. des Sciences de Pruſſe* Berlin 1764. 4.* Ipſa diſſertatio Germanice ſcripta eſt. Oſſicula auditus tympani membranam tantum ſuſpenſam tenere. Diſcrimen nervorum cerebelli vitalium admittit. Muſculos mallei tres mechanice agere, incitatos a motu membranæ tympani impreſſo. Ad ſonos profundos eam membranam tremere.

Chriſt. Ern. ENDTER *das hundertjährige Alter, welches etliche, die noch am Leben ſind, glücklich zurüch gelegt haben* Frankf. 1764. 8.*

Chiromantia, nebſt der Geomantia und Phyſiognomie, nebſt einem Traumbuch Koppenhagen 1764. 8. 2.Vol.

Chriſt. WEBER *obſervationum medicarum faſciculus* I. 1764. 8.* II. 1765. 8.* Pluſcula huc faciunt. In ſuſpenſo homine pulmones & ventriculus cordis dexter pleni, ſiniſter inanis. In tænia canalis totam longitudinem animalis utrinque metiens, cum transverſis communicationibus. Sudor in lethargo acris & urinoſus. Submerſus ore perfecte clauſo, pulmone & ventriculo ſine aqua.

Charles COLIGNON *inquiry into the ſtructure of human body relative to its influence on the morals of mankind* Cambridge 1764. 1765. 8.* Ita ſcribit.

In *Phil Tranſ.* LXII. de cadavere incorrupto a temporibus HENRICI IV. Ipſum diaphragma conſervatum.

Lud. BARBIERI ſcripſit *de ratione unionis animæ cum corpore* in Tom. XXVI. *opuſc.* CALOIERAE. Motus beſtiarum a DEO eſſe, in relatione ad animas poſſibiles non exſiſtentes, quæ, ſi in brutis fuiſſent, ejusmodi motus edidiſſent.

IDEM contra adverſarium ſe tuitus eſt in *lettera al S. Nicol.* BEREGAN *ſull eſame del l. ſopra l'anima delle beſtie* Vicenza 1764. 8. SMITH.

Diſcorſo ſopra l'irritabilita Firenz. 1764. 8.

MAUGER *de* S. MARC Diſſ. *ſur la population & l'age des poiſſons* Paris 1764. 12.

Diſcours ſur l'utilité de l'Anatomie 1764. 8.

Quid eſt RIOLAN *von Erzeugung des Menſchen* 1764. 8. C. Lipſ.

§. MCCXII.

§. MCCXII. *Ferdinandus* MARTINI,

Chirurgus, vir excitati ingenii, ſibique credentis, *chirurgiſche Streitſchriften, welche unter dem Vorſitze Herrn Prof.* HENNINGS *im K. Hörſaale der Wundärzte zu Koppenhagen aufgeſetzt ſind* Koppenhagen 1764. 8.* De callo: ex cerebro abſque ope perioſtei prodire. Ventriculos cerebri non communicare. In tendinibus obtuſum ſenſum ſe percepiſſe, neque eorum vulnera periculum habere, ſed acri unguento in tendine inſenſili ſenſum tamen natum eſſe, (divulſis fibris tendinis, & vicinis forte nervis adroſis). Symptomata tendinibus imputata, aut perioſteo, eſſe a nervis.

EJ. *Ein Duzend Beobachtungen, welche das Gehirn betreffen* ib. 1768. 8.*

EJ. *Zweytes Duzend* ib.

EJ. *Spuhren zum Begriffe von der Erſchütterung des Gehirns* ib. 1764. 8.* Ovalem capitis figuram mutari, ita cerebrum comprimi, inane ſpatium oriri inter cranium & cerebrum; in id ſpatium ſanguinem ab aëris pondere compelli, vaſa ſanguinea repleri, etiam lacerari &c.

EJ. *Unterſuchung der Frage, ob ausgetretenes Blut wieder aufgenommen werden könne* ib. 1770. 8.* Negat, niſi ſanguis prius in tenuem humorem reſolutus ſit, quæ equidem communis eſt ſententia.

EJ. *Verſuche und Erfahrungen über die Empfindlichkeit der Sehnen* ib. 1770. 8.* Per experimenta in homine ipſi conſtitit, tendines in ſano homine ſenſu deſtitui, in morbis tamen acria unguenta ſentire, (vicinos nervos irritantia).

§. MCCXIII. *Varii.*

Medicus veri amator ad Apollineæ artis alumnos Moſcau 1764. 8.* Auctor D. *le* CLERC. Videtur opus ex majori opere decerptum. Pluſculi ſunt tractatus: inter eos de calore corporis humani: de perſpiratione, de humoribus.

EJ. *Hiſtoire naturelle de l'homme conſideré dans l'etat de maladie, où la medecine rendue a ſa premiere ſimplicité* Paris 1767. 8. 2.Vol.* De partibus ſolidis & fluidis corporis humani in univerſum, & de temperamentis vulgaribus. Nullam partem corporis humani pauciores, quam cor, nervos habere. De lacte vaccæ per aptum pabulum medicato. Rubor ſanguinis ab acido aëreo.

Jani REGHELLINI *oſſervazioni ſopra alcuni caſi rari medici e chirurgici* Venez. 1764. 4.* Huc refero mirum morbum unguium & cornuum de glande virili naſcentium, quæ ſubinde neceſſe eſſet reſecare.

J. Frid. ZÜCKERT *mediciniſche und moraliſche Abhandlung von den Leidenſchaften* Berlin 1764. 8.* Adfectus animi eorumque remedia etiam a medicina ſumta, utilitas ad emovendos homines, temperamenta.

In *materia alimentaria* habet aliqua ad hiſtoriam digeſtionis.

In *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* III. *obſ.* 99. de inſomniis ut ſigno.

In

In Cl. ENZ (puto ENS) *morbo boum Oſtervicenſi* Petropoli 1764. 4. alias etiam excuſo, deſcribuntur ventriculi pecoris.

P. ANDRE' *tr. de l'homme ſelon les differentes merveilles qui le compoſent* Iverdon 1764. 12. 2.Vol.* Phyſiologia vaga & præteriti ſeculi.

Ontleed en heelkondige verhandeling over den ontwrigten voet Utrecht 1764. 8.* auctoribus chirurgis, qui in ſocietatem coaluerunt. Anatome pedis, fere ex WINSLOWO.

Radulph BIGLAND *obſervations on mariages baptiſms and burials in parochial regiſters* London 1764. 4.* Ad vitia faſtorum emortualium Anglicorum.

Dictionnaire portatif de medecine, d'anatomie, de chirurgie &c. par Jean Fr. LAVOISIEN Paris 1764. 8. 2.Vol.

TAILLIER M. D. *le grand age depend il d'un genre de vie conforme aux regles de la phyſique & de la morale* Pont. à Mouſſon 1764. 4. Diſputationem inaug. eſſe lego.

A compleat dictionary of arts and ſciences London 1764. fol.* Medicæ ſcriptor eſt *Thomas* WILLIAMS, quæ valde vitioſa eſt. *Botale foramen* pro *paſſage of botal.*

Friderici v. GLEICHEN, genannt RUSWURM, *das neueſte aus dem Reiche der Pflanzen, oder microſcopiſche Verſuche und Beobachtungen* Nürnberg 1764. fol.* Paſſim aliqua huc ſpectant. BUFFONII errores natos eſſe ex uſu microſcopii compoſiti, ubi ſimplici uti oportuerat. Intercurrunt aliquæ inſectorum contemplationes. Muſculus ſpiralis in crure muſcæ poſt mortem agitatus. Animalcula infuſoria longe caudata. Pollinem ſtaminum mobilem fieri, & in animalcula mutari microſcopica. Perire animalcula infuſoria, quando muria adfunditur, ſuſcitari a ſpiritu vini. Perire etiam, quando animalcula ex cannabi nata cum iis miſcentur, quæ ex ſecali gignuntur. Pro hybride eruca. Vaccæ caput cornubus cervo ſimile.

Præfationem addidit ILL. SCHMIEDEL, & aliqua in vermiculos ſpermaticos, inque meas microſcopicas adnotationes dixit.

EJUSD. *Verſuch der Geſchichte der Blatläuſe, und Blatläuſefreſſer* Nürnberg 1770. 4.* Aphides abſque alis pariunt alatas nymphas, plenas fetubus, quos etiam in veſiculis uteri abſque venere pariunt: ſic mater interit, aphides juniores avolant.

Antonii MICHIELI *delle febbre e tratt. anatomico teoretico pratico* Udine 1764. 4.* Multa collectanea anatomica, etiam cum iconibus decerpta. Multa ex BOERHAAVII prælectionibus, aliqua ex commentariis. Magna pars phyſiologiæ de corde, nervis, ſpiritibus, nutritione; de ſex rebus non naturalibus.

J. BELGRADO *delle ſenſazioni del calore e del freddo* Parm. 1764. 4.* Sæpe differre ſenſus teſtimonia a thermometri indiciis. Calor humanus eſt 32. grad. REAUM. ſed homo multo majorem gradum fert.

§. MCCXIV. *Matthias* SAXTORPH.

Celebris vir obſtetricius. Scripſit a. 1764. *Erfaringar om den fuldſtändige födſeln* Koppenhagen, Germanice verſa cum titulo, *Erfahrungen, die vollſtändige Geburt betreffend* 1766. 8.*, male omiſſa tabula, in qua S. mutationem capitis in pelvi progredientis accurate repræſentabat. Totum ſuæ collectioni PLENKIUS inſeruit, auctore non nominato. Cæterum deſcribitur hic graviditas, partus. Anatome corporis gravidi, pelvis, uteri, fetus. Muſculi abdominis. Phænomena partus recenſentur, ut procedat in partum fetus, ut caput mutetur, & uterus a partu. Excluſio placentæ.

EJ. Diſp. *de partu diverſo* Pr. *Chriſt. Joh.* BERGER Coppenhagen 1771. (1774. B. Chir.) 8.* Pariſiis & Vindobonæ optimis magiſtris uſus eſt & ſua manu, & maturiorem hic certe diſputationem dat inauguralem, quam facile alias reperias. Partus via, quam fetus debet procurare. Mutatio capitis in anguſto itinere neceſſaria. In ſuperiori aditu caput debet transverſum poni, ut ſutura ſagittalis in obliqua linea ſit, quæ a conjunctione oſſis ſacri cum oſſe ilium ad conjunctionem oſſium pubis ducitur, & quæ maxima eſt inter aditus pelvis. Pelvis nimis ampla periculo pleniſſima eſt. Oſſa pubis & pelvis omnino in partu nonnunquam diſcedere, ut mater ne quidem gradi poſſit. Durus partus ex fonte pulſatili præmature clauſo. Reliqua practica.

In *Collectan. med. Hafn.* deſcribit duo ſepta funiculi &c.

§. MCCXV. *Diſputationes.*

J. Lud. FRANK *de liquore amnii* Gotting. 1764. 4.* De hujus humoris origine; reſorberi eum & per os & per cutem, & alere. Aquæ ſpuriæ ex hydrope uteri aut ſecundarum proveniunt.

Marci Chriſtiani Caji DAME *dijudicatio placida objectionum, quæ contra theoriam originem caloris ex adtritu deducentem adferuntur* Gotting. 1764. 4.* In HAENIUM, ROEDERERUM, STEVENSONIUM. Celeritatem frictionis, in vaſto per quem peragitur campo, calorem producere poſſe. HAENIUM varias pulſus conditiones objeciſſe &c.

Iſaac du BOIS HOOLEWERF *corpus humanum διαπνοικον in ſtatu ſano & morboſo* Utrecht 1764. 4.* In febre acuta ſal albus in facie viſus: & ſudor ſanguineus.

Gabriel ZAGONI *de inventis hujus ſeculi in arte ſalutari novis* Leid. 1764. 4.* Inventa anatomica nupera. Nervus ſympathicus magnus integre erutus, repletio villorum inteſtinorum LIEBERKUHNIANA; irritabilitas & inſenſibilitas conſtituta.

Michael BALOG SOOS *oſteogenia humana* Leid. 1764. 4.* Pleuræ pulmo contiguus. Animalcula vidit ſeminalia.

J. LUCAS diſſ. *de nutritione* Leid. 1764. 4.*

YOUNG

YOUNG PRIME *de fluxu muliebri menſtruo* Leid. 1764. 4.

J. SIMS *de temperie feminea atque morbis inde oriundis* Leid. 1764. 4. SANDYF.*

EJ. *Diſcourſe on the beſt method of preſenting medical inquiries* Lond. 1774. 8. Aſperum ſcriptum in dogmaticos, mechanicos, BOERHAAVIUM, experimenta in vivis animalibus capta.

P. GENEVRAI *de ſynchroniſmo cordis* Leid. 1764. 4. SANDYF.

Petri v. NOEMER *de fabrica omenti* Leid. 1764. 4.*

Alexander Bernard KÖLPIN *de fetus & adulti differentia* Greifsw. 1764. 4.*

Et *de ſtructura mammarum ſexus ſequioris* ib. 1765. 4.* Ad WALTERI injectiones canales lactiferi delineati. Papillam irritatam non erigi. Vaſa lymphatica mammæ in venas ſubclavias inſerta.

EJ. progr. *de Deo per formationem oſſium cognoſcendo* Greifsw. abſque anno.

EJ. in *K. Swenſk Wetenſk. Acad.* T. XXXI. eſt accuratior inciſio piſcis gladii. Valvulæ venoſæ cordis arterioſarum ſimiles. Appendices cæcæ ad anum. Ventriculus ſuccenturiatus ſ. appendicum cæcarum faſciculus.

J. Frid. ISENFLAMM *de tunica celluloſa* Erlang. 1764. 4.*

EJ. *De rotatione femoris* Erlang. 1765. 4.*

EJ. & SELIG *de odoribus* 1766. 4.

EJ. *De muſculorum varietate* R. A. HAMMER. Erlang. 1765. 4.*

EJ. *De vaſis nervorum* Erlang. 1768. 4.*

EJ. *Verſuch einiger practiſchen Anmerkungen über die Nerven* Erlang. 1774. 8.* Influxus irritabilitatis in univerſam vitam. Anatome nervorum. Sedes animæ. Sentiendi facultatem cum irritabilitate proxime conjungi. In ultima fila nervoſa vaſa rubra penetrare. Medullam nerveam poſſe muſculoſis fibris irritabilitatem impertire. Duarum partium corporis humani valde vicinarum ſenſationes non diſtingui. In paralyſi vagina nervi iſchiadici pituita plena. Læſam medullam ſpinalem nihil in ſenſatione mutare. Nervos non tenſos eſſe.

EJ. *De diverſo pathematum animi in corpus humanum imperio* Erlang. 1774. 4.*

EJ. *Epicriſes de difficili in anatomicas obſervationes epicriſi*, quinque omnino; prima anni 1771. Earum aliquæ anatomica continent, reſpondentes vero auctores inſcribuntur. Oſſa emollita. Opticorum nervorum alter corruptus adusque conjunctionem cum nervo ſodali, alter integerrimus. Arteria brachialis in humero diviſa. Nullum ganglion thyreoideum. Oſſa pelvis mobilia. Recurrentes arteriæ brachii; putes eſſe reſpondentis MEYER.

J. Theoph. DIETRICH, præſide SIEGWARTO, *Theſes* etiam *phyſiologicæ* Tubing. 1764. 4.* Arterias eſſe cylindricas.

J. Car. BRETSCHNEIDER *an fœtus in utero materno per os nutriatur* Pragæ 1764. 4.* Negat.

Franciſci MITTERBACHER *de ſecretione urinæ feminarum hyſtericarum, & de ea ut ſigno adfectionum hyſtericarum* Prag. 1764. 8. C. L.

Henrich Palmatius LEVELING, Prof. nunc Ingolſtadienſis, *pylorus anatomico phyſiologice conſideratus* Argent. 1764. 4.* Nulla vera eſſe ventriculi ligamenta. Fibras carneas eſſe, quæ congeſtæ valvulam pylori faciant. Eas cum fibris duodeni anularibus conjungi. Fortiter ab iis digitum in vivo animale comprimi. Irritabilitas non eſt a nervis. Folliculi ventriculi. Bona diſputatio.

EJ. *Diſquiſitio cruſtæ inflammatoriæ ejusque mire variantium phænomenorum* Ingolſtatt 1772. 4.* In ſanguine utique dari fibras, ex quibus cruſta coriacea ſuas per cauſas conſiſtat.

EJ. *De carie cranii militis quondam venerei &c.* Ingolſtatt 1774. 4.* Accurate ad nova oſſis incrementa. De oſſium formatione fuſe.

J. Henr. GARMSEN *de concoctione ciborum in ventriculo.* Præſide LODBERG FRIIS *Hafn.* 1764, alii 1765.

IDEM & MAYER *exploratio obſtetricum* Hafn. 1764. Habet anatomica & pelvis menſuras.

Fr. Guil. le VACHER & DES NOUES *de læſione aponevroſium theſes anatomico-chirurgicæ* Pariſ. 1764. 4.*

Edmund Claud. BOURRU & PR. *la* CASSAIGNE *E. pili plantæ* Paris 1764. 4.*

Ludov. Claud. GUILBERT & PORTIER *E. ſua eſt cuique ætati propria evacuatio* Pariſ. 1764. 4.*

Joſeph. Philipp. & CEZAN *E. corporis balſamum bilis* Pariſ. 1764. 4.*

Andreas Blaſius PELEE *de* VALONCOURT & *Pr.* QUERENET *E. nutritio eſt fluidorum duntaxat reparatio* Pariſ. 1764. 4.*

Gabriel le PREUX & Pr. *J. B. Alex.* MAIGRET *E. ſpiritus animalis ut & ſanguis, motu gaudet circulatorio* Pariſ. 1764. 4.*

Ant. B. Maclov. GRENET Pr. BOULLAND, *E. vis pulmonum quoad ſanguinis adtritum non major, quam cæterarum in eundem effectum corporis partium conſpiratio* Pariſ. 1764. 4.* Pulmonum ſoliditas ad ſoliditatem corporis eſt ut 1. 6. Multo plures aortæ rami & plures diviſiones.

Stanislas MITTIE' & D'ARCET *E. a gangliis nervi intercoſtalis partium omnium conſenſus* Pariſ. 1764. 4.*

J. Nicolai LAMBLOT & Pr. BORDENAVE *de veſicæ paracentheſi theſes anat. chirurgicæ* Pariſ. 1764.

J. Baptiſta Montec. FRAIRIOT *de viribus vitalibus* Monſpel. 1764. 4.* Calculi ad motum cordis: ponit mire parvos, ut vires cordis contractiles ad vires in quiete exercitas tantum ſint ut 2085 ad 2058. Saltum ad 7 pedes ex arteria, ex vena quinque pollicum æſtimat. Vim ſanguinis venoſi in ſano homine inque ægroto eſſe $= \frac{1}{12}$ vis ſanguinis arterioſi.

J. B. Nicolai BOUGE *de ſingultu* Monſpel. 1764. 4.*

Lucas SICHI, Chirurgus, *de irritabilitate & ſenſibilitate* Piſis 1764. 4.* Cor in cane bene inanitum utique quieviſſe, & ad motum rediiſſe, cum ex vena ſanguis in idem derivaretur. Nullum in hominis perioſteo, inque ejus tendine, neque in tendine Achillis trium canum ſenſum fuiſſe.

In diario P. ORTESCHI oſſiculum auditus rarius in fine manubrii mallei.

In *J. P. Mariæ* DANA & *Caroli Ludovici* BELLARDI Turin 1764. 4.* inque *univerſis theſibus inauguralibus* Taurinenſibus, aliqua ſunt anatomici argumenti.

J. Gottlob HAASE *de icone fœtus* Lipſ. 1764. 4.* Hepar permagnum &c.

EJ. *Comparatio clavicularum animantium brutorum cum hominis* ib. 1766. 4.*

EJ. *De fabrica cartilaginum* ib. 1767. 4.* Maceratione uſus eſt. Fieri aut ex celluloſa tela ſtipata, aut ex ligamento, aut ex utroque. Poros cellulas unguine plenas in laryngis cartilaginibus reperiri. Fibras cartilaginum HUNTERIANAS vidit.

EJ. *De gangliis nervorum* ib. 1772. 4.* Ex compreſſione cerebri convulſiones. Celluloſa tela laxa, denſa, vaſa Nervi videntur laxari & a ſe invicem recedere, intervallum celluloſa tela repleri, unde ganglii potior moles. Non facta eſſe ut nervos uniant.

EJ. *Experimenta anatomica ad nutritionem unguium declarandam capta* ibid. 1774. 4.

J. GOULD *de rheumatiſmo* Edinburgh 1764. 8.* Ligamenta rotunda carpi & genu parum acute ſentire.

Max. GARTSHORE *de papaveris uſu in parturientibus & puerperis* Edinburgh 1764. 8.* Opium calefecit in experimento proprio, ſudorem pellit & tamen ſenſum minuit. Multo uſu alvum induravit. Parturientium dolores incitat, uterum relaxat.

§. MCCXVI. *Diaria anni 1765.*

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1765. d'ARCY de duratione ſenſationum objectorum viſoriorum.

RIGAULT de ſcolopendris marinis lucentibus.

In *K. Swenſk. Wetenſk. Handlingar* ſ. *Vol.* XXVI. n. 3. *Mich.* GRUBB & *Pet. Joh.* BERGIUS de teredine marina dentibus quaſi aureis.

N. 4. *Alexander Michael von* STRUSSENFELD de holothurii ſpecie, ore, gula, cornubus polypo ſimilibus, ſed vero prædita ventriculo, veſicula in œſophagum aperta, & adipe.

Tiburtius TIBURTIUS de oſſibus giganteis in Wreta Kloſter adſervatis, hic, & a. 1766.

Der K. u. Ch. Braunſchweig-Lüneburgiſchen Geſellſchaft Nachrichten von Verbeſſerung der Landwirthſchaft und des Gewerbes. Erſte Sammlung Zell. 1765. 8.* 1766 8.* Paſſim aliqua ad animalium hiſtoriam pertinentia. Nihil ab exoticis arietibus ſperatur, cum oves in nativam indolem redire feſtinent. Equorum cura; admiſſarii, venus, cura pulli. Vaccarum cura, partus. In mulo magnitudo eſt a matre. Equa in venerem pruriens per vulvam mucum album emittit. Pullus alterutri parenti ſimilis eſt, aut utrique. Si diverſo in climate nati fuerint, prævalet parens climatis æſtuoſioris. Dantur notæ familiæ communes.

In *verhandelingen der Holland. maatſchappy* T. VIII. P. I. II. varia Cl. van GEUNS.

Cl. HUSSEM, Chirurgus, Tripoli vidit chamæleontis phænomena. Nulla certa in his decolorationibus eſt ratio, neque colorem induit corporis, cui incumbit.

In *Journal de Medecine* T. XXII. ſ. 1765.

CAESTRYK de viro menſtruis intervallis ſanguinem per nares fundente.

Obſtetricis REFFATIN relatio de fetu undecimeſtri, ſatis probabili.

Cl. LUCANO peritonæum inſenſile reperit, ROUVEYRE duram meningem.

Pars inſignis inteſtini de ano deceſſit.

Motus in cadavere ſuperſtes eſt ab aeris in tela celluloſa expanſione.

T. XXIII. BONAMY de puella abſque lingua loquente.

RENAUD de fetu, cui deficiebant tegumenta capitis & colli, ut nulla eo loco medulla ſpinalis ſupereſſet.

THOMAS de capite & oculis tæniæ.

MARTIN de oſſium pubis diſceſſu.

IDEM exemplum adducit claviculæ nimis curtæ, neque ſternum adtingentis.

Schriften der Druntheimiſchen Geſellſchaft Koppenhagen 1765. 8. T. I. II. Hæc ſocietas, excitante animos epiſcopo J. E. GUNNERO, animalium rariorum & pene ignoratorum hic hiſtorias dedit. Canes aliqui carchariæ, quibus omnibus pulmo eſt & duo penes, tum alii piſces. In ſpongia marina ſyſtole adnotatur & diaſtole, in qua media ſedet inſectum, quod per fibras ſpongiam conſtringit

ſtringit & laxat. In cane carcharia ampliſſima gula, ut phocam bove non minorem deglutiat: hepar oleo pleniſſimum. Cerebri medulla aqua tegitur. Pori mucoſi numeroſi gelatinam fundentes *in der Seekaze*. Delphino nulla veſicula fellis, & tamen bilis viridis. Sic in T. III. SCHYTTE de ſpongiis marinis contractilibus.

In T. IV. de ſqualo maximo, in cujus faucibus homo commode ſedere poſſet & ſpirare.

In T. XXVIII. *Sw. Wetenſk. Acad. Handling.* deſcribitur animal ſecpungan ex genere polyporum.

In *Petri* ORTESCHI diario T. III. Venez. 1765. 4.* Ureteres in tumorem infantis aperti.

CESTARI de viro glande cæca urethra inferius aperta.

Epiſtola CALDANI ad me data de ranarum experimentis: & mea adverſus HAENIUM defenſio.

PEPERINO porcelli capitis parte connati.

De anatome lutræ.

Vincentinus PASQUINELLI, nulla eſſe læſorum tendinum ſymptomata.

In *Journ. des Savans* 1765. Oct. RENARD refert de puella calculos per os ſedes & uterum edente. Fraudulenta narratio.

Hoc anno cepit prodire viri ILL. OTTONIS *a* MUNCHHAUSEN *Hausvater* Hanover 1765. 8.* Oeconomici potiſſimum argumenti, ut tamen paſſim aliqua admiſceantur nobis uſui futura. In T. I. deſcribit uſtilaginis animalcula, quæ in globulos convaleſcunt ex punctis, & ſuos globulos tanquam ova relinquunt. Fungos eſſe inſectorum laborem, aque inſectis ſuis, ut corallia, ſtrui.

In T. IV. P. II. confirmat ſua animalcula ex fermentatione nata. Phyſiologica aliqua: objicit phyſiologis, quod nos non doceant, num contractio thoracis & cordis præcedat, num dilatatio. Num vere poſſit de hac quæſtione reſponderi.

In *Hanov. Magazin* 1765. Fetus gemelli pectoribus obverſis plerique connati ſunt, alias decuſſati, alias bicipites. De formatione ovorum.

§. MCCXVII. *Lazarus* SPALLANZANI,

Vir egregius, & potiſſimum etiam in minutis animalibus contemplandis, & in difficilibus experimentis iterandis ſolers, Ticinenſis Profeſſor. EJ. *Saggio di oſſervazioni microſcopiche concernenti il ſiſtemo della generazione de S.* NEEDHAM *e* BUFFON abſque loco & anno; ſed a. 1765. Mutinæ 4.* Animalcula deſcribit nata in aqua, cui varia corpora infuſa fuerunt: ea fere veſiculis conſtant, membrana variæ formæ factis. Globoſa aliqua, in ambitum radiata, motu ſuo aquam conturbantia. Vera omnia per ſua ſigna animalia, non organicæ particulæ,

ticulæ. Vermiculis ſpermaticis ſua utique cauda eſt: eorum ſimilia ſunt, quæ in aqua cum nonnullis leguminibus infuſa naſcuntur, (& quæ videntur BUFFONIANIS ſimillima, cum caudam ſuam deponant). Ad polypi claſſem pertinent. In principio putredinis hæc animalcula potiſſimum adparent, eaque perfecta intereunt. Idem calor, qui germina plantarum expellit, etiam animalculis favet. Nihil ex vegetabili regno vitam animalem induit, & quæ videntur animalcula ex vegetabili materie nata eſſe, ea non vera ſunt animalia, neque vitalis conditionis ſigna oſtendunt. In jure carnis cocto etiam animalcula naſcuntur. Fervida quidem aqua vitam animalem opprimit, & quæ in certis liquoribus naſcuntur, ea videntur ab aëre eſſe, & nulla ſunt, quando calidiſſima vitra continuo cum aqua infuſa colliqueſcente vitro obturantur. In tenuiſſimis corpuſculis ſpeculandis præſtat ſimplicibus microſcopiis uti.

EJUSD. *Dell' azione del cuore ne' vaſi ſanguigni nuove oſſervazioni* Modena 1768. 8.* Experimenta de motu ſanguinis in ſalamandra aquatica fecit vir Cl., microſcopio adjutus. Pleraque noſtrorum ſimilia. Cor contractum decurtatur. Pro aqua pericardii. Ordo in partium cordis repletione & inanitione &c. Oſcillatio, ſanguinis ſtagnatio, reſuſcitatio motus, acceleratio in anguſtatis arteriis, retardatio in dilatatis: nullus flexionum & angulorum conſpicuus effectus: nulli vortices: flavus color globulorum in rubrum convaleſcens; circuitus ab arteriis in venas per vaſa unius, vel & plurium globulorum: Cordis ſolius in ſanguinem imperium, ſanguinis quies a vinculo injecto, globuli aërei. In rana globulos rotundos eſſe, in ſalamandra etiam oblongos. Semel putat ſe vidiſſe longiores factos. Semel exiguam venam in magnam inſeri &c.

EJ. *Prodromo di un opera da imprimerſi ſopra le riproduzione animali* Modena 1768. 8.* & Gallice vertente *B. de la* SABLONNE Genev. 1768. 8.* Brevis narratio, de experimentis factis, in lumbricis primum terreſtribus. Caput novam caudam reſectam reparat. Sæpe & caput renaſcitur, dum non nimis multos anulos reſecueris. Neque vis reparatrix animalis una detruncatione exhauritur, & ad quartam uſque vicem reſectæ partes renaſcuntur. In alio verme aquatico reparatio etiam facilior eſt. Girinorum cauda reparatur, & incrementum oculis poteſt uſurpari: ad quartam uſque vicem cauda redit. In matre jam girinos vidit vir Cl. ante fecundationem, ut neceſſe ſit, novum animal matris partem eſſe. In terreſtri limace caput cum oculis, cerebro & cornubus renaſcitur: in aquatica lacerta etiam pedes, & centum omnino oſſa, & ipſæ maxillæ.

EJ. *Memorie ſopra i muli di varii autori* Modena 1768. 8.* BONNETI de Jumaris epiſtola. Cardinalis DES LANCES curavit, ut ejusmodi animalia inciderentur; meri ſunt muli, & nihil habent a bove. Papiliones mares feminas in ciſtula incluſas inire feſtinant. HEBENSTREITII de mulorum fabrica epiſtola, tum KLEINII & SPALANZANI. Omnino animalcula ſpermatica vera eſſe animalia, & creſcere neque minui. Non omnia ex hybride venere nata animalia ſterilia eſſe.

Edidit

Edidit etiam BONNETI *contemplation de la nature* Italice verſam Modena 1769. 1770. 8. 2. Vol.* SPALANZANUS varia addidit. Gallis experimenta in limacibus capta minus recte ſucceſſiſſe, quod ea præmature abruperint. Oculos reticulatos papilionum lucere. Sperma ranarum meros convolutos eſſe girinos, neque inter fecundatum ſperma, atque non fecundatum, ullum diſcrimen adparere, fetum adeo a matre eſſe.

In T. II. Tæniam eſſe animal unicum, & animal rotiferum & gordium reconvaleſcere poſtquam exaruerunt. Hirundo a frigore ſubito necatur, neque ad ſe redit; paſſer utique. Veſpis cellulæ non hexagonæ ſunt, quia ſolis fetubus deſtinantur, non melli. Ut eruca duas ciſtulas fabricetur. Vim torpedinis non videri a muſculis eſſe. ROBINETI ſomnia de animalibus.

Tres hi libri conjuncti prodierunt Lipſ. 1769. 8.* Liceat mihi hic addidiſſe, quæ in Jumaris, juſſu *Card. des* LANCES inciſis, præcipua adparuerunt, & quæ certe nihil miſtæ ex diverſis animalibus fabricæ ſimile indicant, & in mulo verum omnino equum demonſtrant.

EJ. *De fenomeni della circolazione oſſervata nel giro univerſale de' vaſi, de fenomeni della circolazione languente, de moti del ſangue independenti dell actione del cuore o del pulſar delle arterie* Modena 1773. 8.* Nobile opus. Ranas & lacertas contemplatus eſt, non in menſula LIEBERKUHNII, ſed in LYONNETIANA. In pleriſque mecum conſentit, diſſentit in nonnullis. Omnino mecum cor contractum brevius reddi, plerumque integre evacuari, arterias perpetuo plenas eſſe. In principio embryonis ſanguinem alternis quaſi antliæ ictubus propelli, in adultiori animale continuo radio ſalire. Sanguinis motum in venis eadem in ratione accelerari, qua ipſæ grandeſcunt. In pulmone ſanguinem nihilo celerius circumire. Utique velocitatem per axin majorem eſſe, neque venoſum ſanguinem ab arterioſo differre. Nullos eſſe globulorum turbines aut vortices. Globulos conſtanter ſphæricos eſſe. Poteſtatem ponderis in ſanguinis motum confirmat, & torrentes oppoſitos, & celeritatem ſanguinis auctam dum cor exſcinditur, & arctationem arteriarum. Arterias utique in pulſatione dilatari, cum dilatatione longiores reddi, a vinculo pulſum intercipi. Ab HALLERO differt, quod motum perturbatum ſanguinis nolit admittere, quem tamen certo ipſe vidit; quod globulos neget unquam flavos eſſe, quod ſemel globulos in ſalamandra longiores reddi viderit.

EJ. *Opuſculi de fiſica animale e vegetabile* T. I. II. Modena 1776. 8.* Non poſſum, etſi poſt a. 1775. prodiit, nobile opus prætermittere. Tomus I. eſt de animalculis infuſoriis, ſ. quæ microſcopio conſpiciuntur in aqua, in qua varia corpuſcula de plantarum vel animalium genere macerata fuerunt. In Cl. TURBERVILLE NEEDHAM monet, fervidæ calorem non impedire, quin animalia naſcantur vivantque, nequidem diu protractum; ſed etiam toſta coffeæ ſemina, cum aqua macerata, ſimilia animalcula dare, etſi aliquanto lentius, demumque in vero carbone eam vim ſupereſſe. Hæc de quibuſdam fere minutioribus

animalculis vere dici, nam alia 25. gradum R. non ferre; ova animalium (ranarum) non ſupra gradum 45. Sic ova muſcæ carnivoræ. Seminum majorem eſſe conſtantiam, edurare ea ad 60. gradum, qui tamen plantas enecat, quando germinarunt. Frigus glaciale parcit aliis animalculis, alia occidit, germina & ova minus lædit. Piſces frigidi ad uſque gradum 37. R. tolerant. Hirundines in gelu glaciali pereunt. Animalia calida etiam ſopita ſanguinem habent calentem, ut erinacei, veſpertiliones: Pereunt eadem frigoris, non coactis humoribus, ſed a ſolidis partibus utcumque corruptis, ſublata, ut videri poſſit, irritabilitate. Minuta animalcula ab odoribus occiduntur, camphoræ, olei terebinthinæ, tum a ſcintilla electrica, etiam debiliori. In ſpatio aëre vacuo diu, ad 24. diem, eadem ſupervivunt, & denique pereunt. De NEEDHAMIANO tranſitu vegetabilium in animalia, & fungillorum ex granis frumenti maceratis naſcentium in vitam animalem: Nihil habere veri, mucoris genus eſſe, ſuis cum capitulis, in quibus animalcula non raro nidulantur, caveamque ſubeunt. Nihilo magis MUNCHHAUSII grana fungina in animalcula confirmari. Animalcula microſcopica ſexu non diſtinguuntur, multiplicantur per diviſionem transverſam, perpendicularem, multiplicatam, per germen decedens, per ovum; hæc noſter per varietatem animalculorum perſequitur. Ab adfuſa aqua vitam non perinde recuperant, ut animal rotiferum, ſed utique ova. In ſubjunctas Epiſtolas C. BONNETI noſter notulas adjecit, in quibus ſententiam de ortu animalculorum dicit, quorum ova ex aëre adveniant. NEEDHAMO ſe ſuas adnotationes breviter indicaſſe, eum virum præpropere inde corollaria deduxiſſe.

T. II. etiam magis ad rem noſtram facit. 1. De animalculis, quæ in ſemine hominis & quadrupedum habitant. Ea inter princeps eſt vermiculus, capite ſubrotundo, cauda longa, quale animalculum NOSTER in non alio præter ſemen liquore reperit. Eorum motus vitalis manifeſtus eſt, & aliquot per horas durat, poſtquam de corpore animalis exemta fuerunt: diſcrimen in diverſis animalibus modicum eſt. In conſervato ſemine vermiculi pereunt & exſtinguuntur, quamprimum putredo acceſſit. Cauda pars animalculi eſt, & perpetua. Hos vermiculos integra etiam in epididymide, ut verum hoſpitem ſeminis maſculi, denique in arteriis venisque animalium vidit. Altera ſpecies eſt globulorum, ejus generis, quod in aqua cum variis plantarum aut animalium partibus infuſa reperitur. Id cum putredine incipit apparere, & pluſculis diebus mobile & vegetum ſupereſt. 2. De vita animalium & plantarum in aëre clauſo nec renovato. Semina, ova, & animalcula infuſoria, vivunt in ejusmodi aëre, tantum ne vas ſit anguſtiſſimum. Cauſa, quare intereunt, non eſt adeo reſpirationis defectus, etſi ea utique laborat, & aër de elatere ſuo amittit, quam vapores noxii, quibus animal vivum & mortuum aërem replevit. Quare eo celerius pereunt, quo minor eſt aëris portio, in quo animalcula incluſa ſunt, quo plura & majora animalia, in data copiæ aëris incluſa fuerunt. Quare in parte vaſis ſuperiori aër citius corrumpitur, isque aër exiguo de foramine receptus avem ſubito necat. Vapor noxius videtur nervis nocere. 3. Animalia

revi-

reviviſcentia. Rotiferum animal, cujus particula, quæ vulgo pro corde habetur, ex analogia potius ventriculus fuerit: Tam diu id vaſculum contrahitur, & viciſſim dilatatur, quamdiu rotæ circumvolvuntur. Hoc animal videtur ovum ponere. Arena ſiccata perire putes, figuram enim mutat fitque informe; ſed adfuſa aqua idem figuram ſuam & motum recuperat, etiam undecies, tantum eo lentius, ut ſæpuis eo privilegio uſum eſt. Eodem privilegio gaudet animal tardigradum, ſatis rotiferi ſimile, ſed rotis deſtitutum; & anguilla, tum tegularis, tum alia, quæ in frumenti granis rachiticis habitat. Privilegium reviviſcendi per annos integrum ſupereſt. Polypi & alia animalia eo deſtituuntur. De mucore aliqua.

§. MCCXVIII. Varii Incisores.

Reflexions ſur les hermaphrodites, relativement à ANNE GRANDJEAN *qualifiée telle* Lyon 1765. 8.* Virili cum ſexu vixerat, duxerat uxorem, vera tamen ex tota fabrica corporis mulier. Non dari androgynos.

Recherches ſur la durée de la groſſeſſe & le terme de l'accouchement Amſterdam (Paris) 1765. 8.* Contra BOUVARTUM, acre ſcriptum. Puellos præcocius pari quam puellas. In coriario pulvere pullum gallinaceum jam die decimo ſeptimo excluſum fuiſſe.

Mad. PLISSON *reflexions critiques ſur les ecrits qu'a produit la queſtion ſur la legitimité des naiſſances tardives* Paris 1765. 8.* De incertitudine cauſarum partum facientium. Felis peperit die 53. De tritonibus compilatio.

DENELE *les prejugés des anciens & des nouveaux philoſophes ſur la nature de l'homme où examen du materialiſme* Paris 1765. 12. 2.Vol.

Phyſiological reveries London 1765. 8.* Reſpirare animalia, ut aërem adtrahant, qui vitalem ignem foveat; ſalivam ſuccum eſſe alentem & ſeminis analogum. Febrem opus & induſtriam naturæ.

H. JACKSON *eſſay on Engliſh iſingglaſs its nature and proprieties. The beſt methods of converting it into fining glace and ſtarch. An analyſis of iſingglaſs and a rationale of its clarifying liquors* Lond. 1765. 8.

THORLEY μελιτσολογια, *or the female monarchy being an enquiry into the nature of bees* London 1765. 8. Editio II.

Sebaſtiani SEBENICO, Forojulienſis, *diſſ. phyſiologica, qua reſpiratio fetus in matrice eventu nupero evincitur eſſe nulla* Venet. 1765. 8. C. L. Fetum absque ore imperfectum vidit. Infantem non reſpirare. Aliqua de vermiculis ſpermaticis: vera eſſe animalia, nunquam plantas, neque magnitudinem eorum minui.

De PILES *abrégé d'anatomie accomodé à la peinture & à la ſculpture* Paris 1765. fol. antiquus liber.

J. B. COVOLO *de metamorphoſi duorum oſſium pedis in quadrupedibus aliquot* Bonon. 1765. 4. & in *Comm. Bonon.* T. V. P. II. In ovis fetu duo oſſa metacarpi & metatarſi diſtincta ſunt, in ove adulta eadem conferbuerunt. Nullas hic perioſtei partes eſſe.

Ej. *Anatomicæ de mammis obſervationes* cum poſthumis tabulis I. D. SANTORINI prodierunt. CUBOLUS hic de mammarum fabrica nimis magnifice dicit. Rete celluloſam glandulam obvolvens. Glebæ pinguedinis ubique niſi ſub areola, ubi nullæ: & meri ductus lactiferi, aliquæ interſertæ inter lobos glandulæ mammariæ. Rete brevibus fibris factum, quo glandula mammæ ad muſculos adhæreſcit. Nullos ductus a pinguedine ad mammam venire. Foveæ, cavernulæ & appendices glandulæ. Acini rubri. Lac in mammis reſes flaveſcit. Veſiculæ (partes latiores ductuum lactiferorum). Sic ſinus ad duas lineas lati, ampliſſimi ſtatim ad originem ductus lactiferi. Nullæ anaſtomoſes, neque circulus lacteus. In centro mammæ ſoli ſunt trunci ductuum & ſinus, celluloſa tela obvoluti. In papilla conici ſunt, ad ſua orificia anguſtiores. Aliquando tamen pars eorum lateſcit. Ductus numerat ad 24. Tubercula areolæ omnino habent ductus ſibi inſertos lactiferos, & in uno ad uſque quatuor foramina excretoria; ſe omnino lactis ſeroſi guttulas expreſſiſſe, quod a propriis racemis acinoſis paretur. Depictos dat acinos, ex iis radiculas. T. II. Ductus conferti cum ſuis ramis & radiculis ſinubusque. Oſtiola in papilla. Foveolæ & appendiculæ glandulæ mammariæ.

Zacharia BETTI *bacco di ſeta* Veron. 1765. 4.* Potiſſimum huc faciunt adnotationes poemati adjectæ. Convenire ovis excludendis calorem 92°, qui ſit corporis humani. Ex varietatibus bombycis copulatis novas hybrideas varietates ſibi natas eſſe fere, imperfectas, varicolores, ſemiæthiopes.

In *Epiſtola* MARIÆ GALLI BIBIENÆ fere eadem redeunt, quæ diximus in *Comm. Acad. Bonon.*

Raimundus COCCHI in *epiſtola ad me* T. V. lacteos utriculos reperit in celluloſa tela ſitos, clauſos, plenos chylo, ut putat.

De ejus nupero opere in *Add.* dicam.

In DOMINICI MAZOTTI *litotomia delle donne perfetionata* 1765. 8.* Cellula veſicæ, in qua lapillus latebat.

§. MCCXIX.

§. MCCXIX. *Philippus* FERMIN,

Olim Comicus, inde Medicus, qui aliquamdiu in Surinamenſi colonia degit, nunc vero Trajecti ad Moſam. Cum l. *des maladies les plus fréquentes à Surinam* edidit, *une diſſ. ſur le fameux crapaud de Surinam nommé Pipa* Maſtricht 1765. 8.* Anatome Pipæ. Veſicam habet urinariam atque penem. Tubercula in cute utriusque ſexus, in mare ſicca, in femina unguinoſa, dilatabilia. In dorſalia tubercula feminæ mas inſpiciente FERMINO ova depoſuit: Feminam inire videtur, ſuoque ſemine ova conſpergere. Femina ſemel omnino parit. Pulmo maximus, ut ova poſſit urgere.

EJ. *Hiſtoire naturelle de la Hollande equinoctiale* Amſterdam 1765. 8.* Catalogus animalium Surinamiæ. De anguilla ſtuporifera: totam turbam hominum, qui manu ſe tenebant, ita concuſſam fuiſſe, ut nemo experimentum vellet iterare: ictum a duobus muſculis infligi.

EJ. *Inſtruction importante au peuple ſur l'œconomie animale* la Haye 1767. 8.* Pars prior eſt anatome & phyſiologia corporis humani. Ex BOERHAAVIO multa. Ortus animalis ex ovo. Gemelli, quorum alter Aethiops, alter ſemiæthiops, adeoque ſuperfetatio locum habuit. Pueros Aethiopum albos naſci, deinde octavo die atrorem ſubrepere. Genitalia utriusque ſexus continuo atra eſſe.

EJ. *Deſcription générale hiſtorique, geographique & phyſique de la Colonie de Surinam* Amſterdam 1769. 8. 2.Vol.* Sæpe Aethiopes rubris oculis, pupillis mobilibus, cute alba, ex nigris naſci Aethiopibus. Ranam in piſcis naturam relabentem MERIANÆ conſtanter ranam manere. Iterum de duobus muſculis, a quibus ſit vis ſtupefaciens anguillæ Surinamenſis.

§. MCCXX. *Varii.*

Michaelis SARCONE, Medici Neapolitani, *iſtoria ragionata de' mali oſſervati in Napoli nell' anno* 1764. Napoli 1765. 8. 2.Vol.* & nunc Germanice Tiguri 1770. 8. Egregium opus, clinici quidem argumenti. Pleuram nudam ſæpe tetigit, neque vidit doluiſſe, neque in ea membrana ſedem putat eſſe pleuritidis, ſed in carnoſis utique partibus. In febre epidemica ſanguis per initia morbi diſſolutus erat, cum cruſta coriacea: quæ ſub morbi finem evaneſcebat. In ſanguine vitium erat, quod faciebat, ut pars gelatinoſa a rubra ſecederet. Experimenta ea cruſta facta. Multa in noſtram ſententiam: mollitiem conjungi cum vi ſentiendi, & viciſſim. Experimenta noſtra in tendinibus, perioſteo & dura matre ſuis confirmavit.

Franciſci BIUMI *obſervationes anatomicæ ſcholiis illuſtratæ* T. I. Mediolan. 1765. 4.* Ad anatomen fere pathologicam. Carotis ſiniſtra communi cum ſubclavia trunco nata.

Antonii GERMANI *de* ALBERTIZ *prodromus recenſionis criticæ hiſtoriæ medicæ* Wien 1765. 8.* Aſperrime de FREINDIO & CLERICO judicat, & HIPPOCRA-

TEM anatomen exercuiſſe vindicat. Dederat diverſam ab iſta diſputationem, *ſpecimen hiſtoriæ medicæ, an gens Hebræa olim medicinam de induſtria coluerit* Wien 1765. 4.*

Thomas DICKSON *a treatiſe on blood letting* P. I. London 1765. 4. Veteres nihil firmi de venæ ſectione ſtatuiſſe. Vix huc facit.

J. WILLIAMS *ſome hiſtories of wounds of the head* Falmouth 1765. 8.* Sæpius abſque ſymptomate violata dura meninx.

Andreæ WILSON *thougths on the natural cauſe of the bile's putreſcency, phyſiological thoughts on the ſpaſms* London 1765. 8.* Multum hypotheſium. Morbos ſæpe per nervorum conjunctiones exponit. Sanguinem arterioſum minus alcaleſcere, venoſum magis. De vermiculis ſeminalibus perobſcure. Fibras carneas electricas eſſe. Calorem animalem non eſſe a putredine, & iſtam potius a calore inhiberi. Nova vaſa per morbos naſci.

EJ. *Enquiry into the many powers employed in the circulation of the blood* London 1774. 8.* Paradoxus vir, refutat quæ per experimenta demonſtrantur, adoptat quæ per conjecturas. In ipſo ſanguine ſcaturiginem motus eſſe. Cor non ſufficere, cujus virium menſuram ignoremus. Reſorbtionem a corde non pendere. Ad motum ſuccorum requiri ſpatium vacuum, in quod effundantur. Non plus motus a corde ſanguinem ſecum ferre, quam poſſidebat, cum cor ſubiret: imo vero momentum ſanguinis venoſi majus eſſe momento ſanguinis arterioſi. Cor nihil facere ad circuitum per hepar. Cum nullus ſipho ſufficiat, neque cor ad circumagendum ſanguinem ſufficere. Sanguinem a ſe ipſo habere quod exhalet, quod adeo verſus extremos vaſorum fines properet. Fervere & aërem fixum dimittere. Cor unice ad motum ſanguinis conferre, quod ſpatium inane faciat. Præcipuam cauſam motus cordis eſſe a nervis. Et in fluidis partibus animalis vitam eſſe. Singulum ictum cordis partes omnes tendere, & irritare vitale principium. Cor & cerebrum eſſe ſolem & lunam microcoſmi.

J. MEMYS *the midwife's pocket companion* London 1765. 8.* Pelvis menſuræ: ſuperne diametrum majorem a dextris ad ſiniſtra eſſe, inferius ab anterioribus ad poſteriora. Fetus caput plerumque cernuum reperiri.

Egnazio MONTI *epiſtolaris epilogus quæſtionis medicæ de menſium perturbatione in ætate provecta* Lugano 1765. 8.* Menſes in vetula manantes.

EJ. *Aringa Medica: Epiſtolæ ad viros illuſtres miſſæ* Pavia 1767. 8.* Ipſa oratio (aringa) agit de ſignis fetus vivi & mortui. In quinta Epiſtola, exemplum eſt hominis, qui per aliquot horas ſe mortuum ſimulavit, atque ea arte inimicorum ſuorum crudelitatem effugit.

Joh. COLOMBIER diſſ. *de ſuffuſione ſ. cataracta* Pariſ. 1765. 12.* Anatome oculi. Corneam tunicam non acute ſentire. Viſionis mechaniſmus.

EJ. *E. pro multiplici cataractæ genere multiplex ἐγχείρησις* Pariſ. 1768. 4.* Deſcribit hic novam membranam, quam ſibi Cl. DEMOURS tribuit, noſter DESCE-

DESCEMETO vindicat. Retinam obvolvere productione ſua lentem cryſtallinam.

Ej. Diſp. *E. prius lacteſcit chylus, quam in omnes corporis humores abeat* Pr. GUILBERT Pariſ. 1767. 4.*

Franc. Garcia FERNAND *de* TOLEDO *Doctrina de* SOLANO LUQUE *aclarada.* 1765. cum ſuis de pulſu obſervationibus.

ROYER, Chirurgi, *inſtruction pour adminiſtrer des lavemens antivénériens* Paris 1765. 8.* Clyſteres hydrargyro imbuti non movent ſalivam, urinam tamen cient. Utique in colo inteſtino vaſa lactea dari.

Ej. *Nouvelle methode de guérir la maladie vénérienne* Paris 1767. 8.* Iterum de clyſteribus nutritiis & febrifugis; his uſum eſſe MOLINUM, celebrem clinicum. Crocatus clyſter ſuo colore urinam tinxit, tum meſenterii vaſa & glandulas.

Ludovici Antonii Proſperi HERISSANT *Eloge hiſtorique de* J. GONTHIER *d'Andernach*, hactenus huc referas, Paris 1765. 12.* excuſum. Contendit, contra VESALIUM, GUNTHERUM tamen corpora humana incidiſſe: venam humerariam deſcripſiſſe. Verum certum eſt, JOHANNEM veſiculas ſeminales ad VESALII adminiſtrationem expoſuiſſe.

J. Adolph OVERBECK *gloſſarium meliſſurgicum* Brem. 1765. 8.* Vocum occaſione etiam varia ad fabricam & generationem hujus animalium pertinentia colligit.

Petri DELSANCE *kurze Anweiſung zur gerichtlichen Wundarzney* Frankfurt 1765. 8.* Prima pars operis eſt phyſiologica, fere ad BOERHAAVII ſenſum.

Abhandlung von der Schaafwolle &c. Strasburg 1765. 8.

Carl SCHERFER *von den zufälligen Farben* Wien 1765. 8.

Eloge de J. Laur. GASSER Wien 1765. fol.

E. D. KLUGE *quatenus ex animi diverſa ratione diverſum recte deduci ac demonſtrari queat temperamentum* Zerbſt 1765. 4.

J. H. LAMBERT *Beyträge zum Gebrauche der Mathematik* Berlin 1765. 8. 3. Vol. Catalogus mortuorum & natorum.

J. Henr. LANGE in *l. de remediis domeſticis Brunſwicenſium* 1765. 8.* ſanguinis globulos conjicit filis fieri, quæ ſe expandant, ita ſanguinem reſolvi. Fuſius in *veritatibus*.

Bericht, wie die aus dem Waſſer gezogenen zu ſich ſelbſt gebracht werden können Bern 1765. 4.* 1776. 4.* Nomine collegii ſanitatis ſcripſi: commendo aerem inflatum, ſtimulos, venæ inciſionem.

§. MCCXXI.

§. MCCXXI. *Diſputationes.*

Chriſtoph. Bernh. CRUSEN *de tenſione nervorum* Gotting. 1765. 4.* Tamen tenſos eſſe.

Wilh. RICKMANN *de judicio ex pulſu, quatenus eſt actio* Gotting. 1765. 4.*

Chriſtian RICKMANN, præſide FRIEDIO, *de cauſis & effectibus ſecretionis* Jen. 1765.

EJ. *Oſteologiſche Abhandlungen* Jen. 1766. 4.* De fabrica & formatione oſſium. Callum non eſſe a perioſteo. Cum arteria nutritia nervum medullam adire. Perioſteum noc acutiſſime ſentire.

EJ. *De partu legitimo* Jen. 1767. 4.

EJ. *De adfectibus animæ quatenus machinam corpoream in conſenſum trahunt* Jen. 1768. 4.

& cum titulo *tractatus medici de adfectibus animi* ib. 1768. 4.

EJ. *Abhandlung von der Unwahrheit des Verſehens in der Hervorbringung der Muttermahle durch die Einbildungskraft* Jen. 1770. 8.* Præjudicatam illam de fetus a fœdos ſpectaculo deformationem, poſſe matri & fetui nocere. JACOBI hœdos varios ex miſcela diverſorum in parentibus colorum natos eſſe. Nævos & maculas abſque terrore naſci. Imaginationem neque cæruleum, neque viridem, neque flavum colorem impertire nævo, cum tamen mulier nihil videat, niſi colorem. Sanguinis in matre circuitum non communicare cum circuitu in fetu. Similitudines illas remotas eſſe & imaginarias.

Sila MITROPHANOW *de ſpontaneo aëris in pulmonem introitu* Leid. 1765. 4.*

J. Wilhelm BAUMER *de glandulis & vaſis lymphaticis* Jen. 1765. 4.

IDEM & auctor *Wilhelmus* WEISS *de funiculo umbilicali* Gieſſ. 1771. 4.*

IDEM in *Actis Haſſiacis*, de pulmone fetus, qui etiam tunc demerſus erat, cum putredine adficeretur; tamen ut nataret. Veſica duplex.

Valentin DALWIG & Præſ. *Ger. Henr. Chriſt.* SCHRADER *de liquore amnii* Rinteln 1765. 4.*

Stephan. FIALKOWSKY *de actione ventriculi in ingeſta* Leid. 1765. 4.*

Mathias KRUTEN *de manducatione* Leid. 1765. 4.*

Jac. a BERGEN *de naturæ humanæ efficacia, tam in præſenti ſanitate conſervanda, quam in amiſſa reſtituenda* Leid. 1765. 4.

J. Andreas WIECKHOFF *de alimentorum in chylum mutatione* Leid. 1765. 4.*

Samuel FARR *de animo ut cauſa morborum* Leid. 1765. 4. SANDYF.

EJ. *Philoſophical enquiry into the nature, origin and extent of animal motion* London 1771. 8.* Abſque experimento metaphyſicis fere ratiociniis nititur: Materiam ad motum producendum ineptam eſſe: ut omnino, etiam in planta, inque animale, motum a ſpiritu aliquo motum proficiſci neceſſe ſit: plantarum animam demon-

demonſtrari per imperium quod luci in eas eſt. A STAHLIO diſſentit, quod fines prævifos animæ non admittat. Unicam irritationem nullam cogitationem excitare, multas utique. Cuique parti corporis ſuis ſtimulum eſſe, cui præ aliis eadem obſequitur. Reſiſtentiam, quam pars irritata opponit, ſenſum facere, & dolorem, ſi continuata fuerit. In irritatione non quidem conſcientiam locum habere, ſenſum utique, neque perceptionem fieri cum conſcientia. Tres tantum ſapores eſſe, acidum, amarum, dulcem. Somnia. In ſomno circuitum ſanguinis celeriorem eſſe: animam in ſomno potentius operari. Animi paſſiones.

Laurent. METZ *de auris humanæ fabrica* Leid. 1765. 4. SAND.

Henrich PELLERIN *de incremento corporis humani* Leid. 1765. 4. SAND.

Corn. Gerhard van RHYN *de motu periſtaltico in genere* Leid. 1765. 4. SAND.

Maximilian Franc. OVERGOOR *de conceptu & prima fetus nutritione in utero* Utrecht 1765. 4.*

Bartholomæi PATUNA *hiſtoria fetus ſine involucris extra uterum inventi, placenta intra uterum hærente* Wien 1765. 8.* Fetus ventralis utero integro, in quo placenta & funiculus per foramen tubæ exeuns.

Michael SCHORETICS *de ſenſibus externis, eorumque inter ſe commercio* Wien 1765. 4.*

Anton. Balthaſar Raymund HIRSCH *paris Quinti nervorum encephali diſquiſitio anatomica* Wien 1765. 4.* ad Cl. GASSERI obſervationes. Utique receptaculum ad latus ſellæ equinæ poſitum a via nervi quinti ſepto ſeparari. In principio ramorum trium præcipuorum quinti paris eſſe rubellum ganglion. Arteriolas eſſe noſtras. quæ ſint pro nervis duræ meningis habitæ. Nervum VIDIANUM deſcribit.

Herman Adolph CRUWEL *de cordis & vaſorum oſteogeneſi in quadragenario obſervata* Hall. 1765. 4.* In oſſibus planis vidit celluloſam naturam inflabilem, ut aër de cellula in cellulam progrederetur: ea tela eſt thalamus, in quem natura oſſea deponitur. Situs cordis naturalis.

J. Frid. Gottl. GOLDHAGEN *dubitationes de quadam cauſſæ motus muſcularis explicatione* Hall. 1765. 4.*

Frid. Chriſt. BEER Pr. BUCHNERO *de tendinis Achillis ſoluti ſanatione* Hall. 1765. 4.* Non tendo correptus doluit, ſed vagina.

A. G. FRANCE *de auditu* Hall. 1765. 4.

Salomon SCHULTHESS *de ſero lactis dulci* Tubing. 1765. 4.* Ex diverſis animalibus lacte in vaporem abacto pulverem obtinuit. Muliebre lac minus ſolidæ materiæ dedit, tunc aſininum. Ex pulvere in aqua diluto ſerum fit. Valde laudat vim hujus ſeri medicatam.

Guil. J. Frid. HEINIKE *ep. de aëre fixo in corpore humano* Lipſ. 1765. 4. C. Lip.

Aug. Lebrecht MULLER *de cauſa palloris cutis hominum ſub zona torrida habitantium* Erlang. 1765. 4.* In Americæ inſulas delatos Europæos expalleſcere.

Andr. BOEHM *de ſomno vigilantium* Gieſſ. 1765. 4.

Philipp. Rudolph. VICAT *de facultate corporis locomotiva exercenda* Baſileæ 1765. 4.*

Gabriel HAECHLER *de vita & ſanitate* Baſil. 1765. 4.*

J. Bapt. GHIGI *de corpore reticulari* Turin 1765. 4.*

Dan. Mich. a TRINITATE *de oſſium differentiis* Turin 1765. 4.*

Anton. DAU *de diaphragmate* Turin 1765. 4.*

Jacob GOURLEZ *de la* MOTHE *E. condimenta ſanitati noxia* Pariſ. 1765. 4.* R. RAYMOND.

J. Baptiſta LANGLOIS & C. L. ANDRY *E. urina, ſuccus inteſtinalis, & inſenſilis perſpiratio humores analogi* Pariſ. 1765. 4.*

Jac. Albert HAZON & DESLON *E. in fœtu renibus ſuccenturiatis, glandulæ thymicæ, & aliis quibusdam partibus ſui ſunt uſus, ſuæ ſunt quoque functiones* Pariſ. 1765. 4.*

Henrici RAYMOND & Pr. GED. *de* RABOURS *Ergo ex avulſis ab utero materno placentæ radiculis partus naturalis neceſſitas* Pariſ. 1765. 4.*

Anton. J. B. Maclov GUENET & Pr. BOULLAND *E. vis pulmonis quoad ſanguinis adtritum non major, quam cæterarum in eumdem effectum corporis partium conſpiratio* Pariſ. 1765. 4.* Valde inutilis demonſtratio, pulmonem corpore univerſo minorem eſſe, & iniquus in univerſum libellus.

J. Nicolai LAMBLOT & Pr. BORDENAVE *de veſicæ paracenteſi* Pariſ. 1765. 4.*

François le MONNIER *de œdemate* Paris 1765. 4.* Pr. BORDENAVE.

J. Bapt. Guil. FERRAND & MOREAU *de variis hæmorrhagiæ ſiſtendæ methodis theſes anat. chirurgicæ* Pariſ. 1765. 4.

Petri LASSUS Pr. J. F. SIMON *de morbis linguæ theſes anat. chirurgicæ* Pariſ. 1765. 4.* Solum WINSLOWUM conjunctionem nervi octavi cum quinto & nono habere, non recte.

EJ. & *de la* BUSSIERE *de naſo fracto theſ. anat. chir.* Pariſ. 1765. 4.*

Joſeph Jac. GARDANE Pr. THURANT *Ergo a partu quies* Pariſ. 1765. 4.*

Franc. Ludov. Joſeph SOLAYRE'S *de* RENHAC *elementa artis obſtetriciæ* Pariſ. 1765. 4.* Multa peculiaria; inter ea zoogenia in catella, veſiculæ plenæ liquore furoris venerei tempore conſpicuæ, quæ a venere viſcidæ ſunt, & tunc adparere cicatriculas. Uteri cum placenta communicationem putat ſe in catella vidiſſe: a quarta die jam initia fetus putat ſe obſervaſſe.

Samuel BARD *de viribus opii* Edinburg 1765. 8.* Pulſus multo rariores fiunt ab opio; calor non creſcit. Alias tamen numerus pulſuum utique increvit.

Cor-

Corbin GRIFFIN *de viribus camphoræ* Edinburg 1765. 8.* Putredini adverſam eſſe. Magna doſi datam delirium facere, pulſumque valde incitare.

David THOMSON *de menſtruis* Edinburg 1765. 8.*

J. Frid. ERASMI, Anatomici Moſcuenſis, *de moleſtiis ſtudii anatomici, a deliciis maximaque illius utilitate longe ſuperandis* Moſcuæ 1765. 4.

§. MCCXXII. J. HUNTER.

J. HUNTER, *Guilielmi* frater, in *Phil. Tranſ. Vol.* LVI. anatomen dat amphibii bipedis, quæ ſirene LINNÆO. Pulmones habet, & ſinum venoſum, ad ſimilitudinem teſtudinis. Inteſtina abſque valvulis &c.

Cum *Georgii* ARNAULD *Memoires de chirurgie* London 1769. 4.*, J. HUNTER de oſtio in peritonæo dixit, per quod teſticulus exit, inque vaginam ſubit, quæ inde de ſuperna parte ſolvitur, atque excæcatur. De ſuſtentaculo teſtis, de ejus ſerotina in ſcrotum migratione.

IDEM & W. HEWSON in *Phil. Tranſ.* T. LVIII. dixit vaſa pellucida, quæ locum lacteorum tenent in avibus: de eorum rete in imo pectore, & de duobus ductubus thoracicis. In teſtudine ſimilia vaſa vidit, quæ ex inteſtinis adſcendant.

EJ. *The natural hiſtory of human teeth explaining their ſtructure, uſe, formation growth and diſeaſes* London 1771. 4.* Belgice vertente *Petro* BODDAERT Dordrecht 1773. Pulchræ icones. Inciſores vidit abſque alveolis. Utique maxilla inferior magis ad glenen oſſis temporum dearticulatur, minus ad tuberculum. Contortio, in qua capitula maxillæ inferioris deſcendunt, reliquum retrorſum cedit: & alia, in qua caput alterum antrorſum ducitur, retrorſum alterum. Muſculi. Caput in aperiendo ore non retrorſum duci. Pars vitrea dentis in igne crepitat & diſſilit, a rubia non tingitur: pars oſſea utique, nempe in ea parte, quæ nondum in os confirmata eſt. Duos dentes molares anteriores a poſterioribus ſeparat. Novi dentes ſuos nacti alveolos, vetuſtos non ſubeunt, neque primores expellunt, quorum radices ſponte delabuntur, & qui ipſi ſponte defluunt, etiam quando novi nulli ſuccedunt. Vis a mole aucta.

IDEM in *Phil. Tranſ. Vol.* LXII. Ventriculum animalis ſe ipſum ſubigere (coquere), ut pylorus digeſtus aperiatur, & cibum per foramen in abdomen dimittat.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LXIII. deſcribit muſculos torpedinis, qui utique muſculi ſunt: tum celluloſam telam, & nervos atque arterias per eam ſparſas.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LXIV. oſtendit, aërem ex cellulis pectoralibus & abdominalibus communicare in cava oſſa animalium volantium, quibus ideo nulla in oſſe medulla ſit, in ſternum, femur, humerum, vertebrarum cavam thecam, cellulas cranii (huc ex tuba). Non autem eſſe factum ad volatum. In omnibus avibus videtur aëris eſſe receptaculum, & robur vocis augere.

In eodem volumine de ventriculo in ſalmonibus. Piſcium nonnullorum ventriculi, quam aliis, magis carnoſi ſunt: eſſe etiam piſces ventriculo toto carneo, ut mullus.

In *Medical Comment.* Tom. XI. ſanguinem vivere, & coagulatum in vaſa abire docet.

In *Mém. de l'Acad. des Scienc.* de inſecto lumen ſpargente ex inſula Cayenne, D. FOUGEROUX.

In *Journal des Savans* Menſ. Sept. vir inverſis viſceribus.

M. de la PERRIERE *de* ROYFFE' pro monſtris accidentalibus. Reperitur etiam in *Extr. des Journaux* 1766. M. Janvier.

Et contra eum anonymus objecit, hypotheſin non omnia monſtra exponere.

Ibid. *Lettre ſur la cauſe des mouvemens muſculaires.* M. Maj. cum experimentis.

Pluſculis annis, etſi, ut puto, non omnibus, ſocietas regia Monſpelienſis ediderat geſta ſuorum conventuum. Demum commentarii ab a. 1706. ad 1730. prælecti conjuncti prodierunt, cum titulo, *hiſtoire de la ſocieté royale de Montpelier avec les memoires de mathematique & de phyſique tirés de ſes regiſtres* Lyon 1766. 4.* Hic referas Cl. BON libellum de aranea.

Ludov. NISSOLE de kermes, editum in GARIDELLI flora.

ASTRUCII miram demonſtrationem contra vim contractilem fibræ circularis.

Cl. SENEZ refutationem paralogiſmi ASTRUCIANI.

GAUTERON de experimento MARIOTTI. Eo refert, ut trunci nervorum majores minus acute ſentiant, acrius iidem, quando expanſi ſunt.

FIZES de motu vaſorum animalium. Eſſe ab eorum fibris longis.

Fr. GIGOT *de la* PEYRONIE de gallo gallinaceo, qui ova parere ferebatur.

IDEM de tendine abſque ullo ſymptomate lacerato.

ASTRUC ligata arteria renali nullam urinam ſecerni.

HAGUENOT de motu antiperiſtaltico. Periſtalticum motum negat ſe rejeciſſe.

D. POUSOL de fetu abſque capite, & corde, & aorta.

EJ. Graviditatis veſtigia: oſſa de abdomine educta, tum dentes, capilli.

MARCOT de vaſis lymphaticis cerebri, quæ ſe vidiſſe putat.

GONDANGE viſcera a dextris ad ſiniſtra translata.

RIVIERE dentium petrificatorum cum dentibus non mutatis comparatio, & aliqua analyſis.

IDEM de fetubus per frontes connatis.

ICHER fetus agninus tripes, varie monſtroſus.

Subjungam hoc loco eos annos, qui coram ſunt, poſt annum 1730.

Nihil

Nihil peculiare a. 1743. 1745. 1746. 1751.

A. 1747. Cl. ARLET de cerebri diverſo in diverſis animalibus volumine & pondere, bonam tabulam dedit.

A. 1749. vita *Franciſci* GIGOT *de la* PEYRONIE. Prodiit etiam a. 1757.

In *K. Swenſk. Wet. Acad. Handl.* Lis de ſceleto giganteo inter Cl. MARTIN & TIBURTIUM. Ille ex rationibus oſſium conficit, corpus non majus fuiſſe 80. pollicibus.

In *Journ. de medecine* T. 24.

POUTEAU de cauſis dolorum partus; a ſanguine in utero congeſto, a fibris irritatis. Pro partubus ſerotinis.

AUXIRON homo per umbilicum mingens.

DEPLAIGNE de ſomno per biennium præter pauca intervalla perpetuo.

REYNAULT tendines denudati, abſque malo.

In T. 25. Dura mater in fractura cranii lacerata, inpactæ ſquamæ oſſeæ, abſque ſymptomate.

Pullus undecimo die excluſus, exemplum pene incredibile.

D. MARTEAU de graviditate refert ſeptemdecimeſtri.

MARRIGUES felis nata 21. diebus poſt fratres.

BAYLE puer abſque cerebro.

YSABEAU dens 92. anno erumpens.

In diarii ORTESCHIANI Tomo IV.

Antonius TURRA de infante, cui urina per ſpongioſum tumorem ſtillabat.

Leopoldus TORRACA iridem non eſſe irritabilem. Sibi ipſi relictam pupillam anguſtam eſſe.

Hiſtoria & commentationes Academiæ Electoralis ſcientt. & elegantiorum literarum Theodoro Palatinæ Manheim 1766. 4.* Cl. CASSIMIRUS MEDICUS, de feminarum corporibus per menſem & ultra incorruptis.

De eo argumento in T. II. fuſe egit, & collegit exempla corporum, quæ putredinem non ſenſerunt, cauſasque exploravit ejus privilegii.

In T. III. *Actorum Taurinenſium* Cl. DANA aliqua animalia marina & infeſtam hirudinem deſcribit.

MURET in *Mém. de la Societé œcon. de Berne* 1766. T. I. Tabulas emortuales partis ditionis Bernenſis in tabulas conjecit. Adparuit multo vivaciores hic, quam in Gallia infantes eſſe. In $43\frac{3}{4}$ civibus unum mori, & in 35. unum naſci, &c.

Abhandlungen und Erfahrungen der œconomiſchen Bienengeſellſchaft in Ober-Lauſiz Dreſd. 1766. 8.* Fere SCHIRACHII, aut ad ejus placita. Iterum triplex genus apum requiritur, parva ova, vermiculi, & nymphæ: ex his incu-

bantes apes operariæ, non plures trecentis, norunt, ſi Cl. viris credas, reginam ſibi procurare. Voces apum ſe facile diſtinguere. Non ab alis eſſe; lætas dari & triſtes.

§. MCCXXIII. *Anatomici varii.*

C. la FOSSE filius, & ipſe medicus veterinarius, edidit Pariſ. 1766. 4.* *Guide du Marechal* Anatomen dat animalis univerſam, cum iconibus, in pede accuratis: ea anatome non valde ab humana differt. Cordis etiam fibras habet, & vaſa lactea. Soricis ſceleton delineat. Velum palatinum ſponte iter a faucibus in os claudit, ut equus facilius per nares vomat.

EJ. *Cours d'hippiatrique où traité complet de la medecine des chevaux* Paris 1772. fol. RAST. Magnificum opus cum ſplendidis tabulis & anatome animalis ad equum ipſum depicta: multum emendationum in BOURGELATIUM. Oſſium hiſtoria. Os petroſum a ſquamoſo conſtanter, etiam in adulto animale, diſtinctum eſt. Dentium fabrica & incrementa ante partum & poſt partum: utique etiam equo ſui ſunt dentes lactei decidui. Ligamenta cervicalia caput retrorſum ducentia. Utique metatarſus & digitus unicus cum duobus oſſiculis acceſſoriis metatarſi in equo ſunt. Nomina omnium gallica, nulla cum latinæ linguæ mentione, quod incommodum eſt. Laryngis muſculi & epiglottidis; perforantes digiti ultimi & perforati, magis ut videtur, quam in homine compoſiti. Vaſa. Cor mihi perparvum videtur. Analogia vaſorum cum humanis ſatis manifeſta. Vaſa pectoris & partium genitalium: ſpermaticæ arteriæ valde multiplices & intortæ: aorta vere adſcendens & deſcendens. In hepate fines arteriarum ſtellati. Inſignis corona arterioſa, maximis ramis facta, circa oram pelvis concurrentibus, ex qua corona arteriæ penis oriuntur. Nervi hic parcius expreſſi. Viſcera: nares ad terebrandum depictæ, contra malignum morbum *der rotz* delineatæ, quo malo membrana pituitaria corrumpitur. Ventriculi fibræ bene. Cerebrum humani ſatis ſimile. Oculus utcumque. Denique phyſiologia aliqua animalis.

EJUSD. *Dictionnaire raiſonné d'hippiatrique* Paris 1773. Video queri aliquos, auctorem, ex ſuo *cours* plurima hic repetiiſſe.

Richard de HAUTESIERK, medici regii, *Obſervations de medecine des hôpitaux militaires* Paris 1766. 4.* Utili inſtituto obtinuit, ut medici Noſocomiorum militarium meteorologicum diarium, morboſque regnantes & adnotationes in cadaveribus inciſis factas colligerent, ad ſe mitterent. In I. volumine veſicula fellis modice contracta. Vaſa lymphatica in cavo hepate humano conſpicua. In femina manantibus menſibus exſtincta, ſanguine plenus uterus, membrana interna plena floccis, quos etiam in puerperis videas. Utilitas perſpirationis. Pauci milites mortui, cum omni fere triduo lavarent.

T. II. Paris 1772. 4.* Inter numeroſas cadaverum morboſorum inciſiones aliqua huc referas. Lien in hernia umbilicali.

Franceſco

Franceſco VACCA *della nutrizione, accreſcimento, decreſcimento e morte ſenili del corpo umano* Piſa 1766. 4. SMITH.

Lorenzo MASSIMI *eſperienze anatomiche intorno alli nervi* Veron. 1766. 4. *C. Baſ.*

Joh. SOGRAPHI in EJUS libello *theoria lymphæductuu* MONROI & HUNTERI *exponitur, & ad praxin chirurgicam adaptatur* Patav. 1766. 8.* Nempe argentum vivum in animalis arterias inpulſum, non prius in vaſa lymphatica tranſire, quam vaſa rupta ſint, & liquidum metallum in celluloſam telam effuſum fuerit. Indicum & lac, ex inteſtinis in venas rubras non penetrare.

Opuſcoli di fiſico argomento. Deſcrizione dell' Elefanto. Saggio di conſiderazioni anatomiche fatte ſu d'un Leone. Oſſervazioni ſopra un fenomeno occorſo nel' aprire un cinghiale Napoli 1766. 4.* Auctorem audio eſſe Cl. *Franciſco* SERAO, neque repugno.

§. MCCXXIV. *Varii.*

Memoire ſur les maladies epidemiques des beſtiaux, qui a remporté le prix propoſé par la ſocieté d'Agriculture de Paris Paris 1766. 8.* Adjectæ ſunt *notæ*, in quibus pulſuum numerus initur. In pullo juniori pulſus numerantur ad 55, in equo 32; in bove ut in equo, in ove 65, in cane 97. Belgice vertit *Jooſt* SCHEMAKER Arnheim 1769. 8.

Le parfait Bouvier Rouen 1766. 12.* parum anatomicus. Adjectus eſt libellus Cl. MALOUIN de morbo *morve.*

J. Chriſtoph KELLER *hiſtoire de la mouche commune des apartemens* Nurnberg 1766. fol.* etiam Germanice. Ab oleo non occiditur, vermis utique a terebinthinæ oleo. Puto eſſe ILL. *van* GLEICHEN opus.

Joſeph Franc. AURRAN *table des articulations des os ſelon un nouveau ſyſtéme & leur rapport à celui des anciens* Strasbourg 1766. 4. C. L. V.

EJ. *Elinguis feminæ loquela* Argent. 1766. 4.* LE CATII adſecla, nervum ſe vidiſſe a quinto parc, adeuntem duram meningem, aliumque ex ſeptimo, & quidquid ſit, certe ſentire eam membranam. Veram tendinis naturam utique ſenſu deſtitui.

POITEVIN *des bains domeſtiques* Paris 1766. 12.* Pulſus in balneo ad 100. gr. FAHRENHEITII calente augetur fere binis in minuto primo pulſibus: ſenis ad gr. 102¼; quindenis ad 105; 41 omnino ad 113. Diminuto calore eodem ordine pulſus ad naturalem numerum redit.

Eſſai pour ſervir à l'hiſtoire naturelle de la putrefaction Paris 1766. 8.* Inſigne opus ill. feminæ opus D. de TH . . . . . de DARCONVILLE, ut lego. In ruſtico otio humores humanos & carnem cum variis ſalibus & corporibus compoſuit, effectus adnotavit, accurate, cum calore aeris. Caro in univerſum plerumque acidum ſpirat, deinde putridum: ex putrido ſtatu

tu poteſt revocari per acorem mineralem, perve Peruvianum corticem. Lac diu acet, demum tamen nauſeoſe putreſcit. Adjecta ſunt experimenta cum bile facta. Ineſſe alcalini aliquid: cum ſapone & aqua bene miſceri.

MESSENCE *recherches ſur la population des généralités d'Auvergne, de Lyon, de Rouen, &c.* Paris 1766. 4.* Maximus numerus infantum in Gallia perit, & vita media eſt 25. annorum. Pariſini faſti nimii.

PONCELET *la nature dans la reproduction des etres vivans* Paris 1766. 8.* Placita BUFFONII exponit. Animal ſtrui abſque modulo a viribus adtrahentibus particularum adfinium; fere ut magna bulla olei ex parvulis confluentibus guttulis oritur. De animalculis in aqua infuſa habitantibus, fere ut BUFFONIUS; ea etiam ad vitam revocari. Anguillas aceti multicipites ſe vidiſſe. Germina non lente, ſed ſubito ab adtractione naſci.

DEMACHY, pharmacopolæ, *inſtituts de chymie* Paris 1766. 12. 2.Vol.* Aliqua paſſim ad anatomen partium animalium. In ovo neque ſalem eſſe, neque ferrum. Junius animal plus dat gelatinæ. In ſalibus volatilibus terra animalis eſt & ſal volatile.

DEROME *de* L'ISLE *lettre ſur les polypes d'eau douce* Paris 1766. 12.* Granula polypi totidem eſſe peculiaria animalia, communi tegumento obvoluta. Non mirum adeo videri, ſi novum animal ex inciſione pullulet. Brachia non eſſe animalis partes, ſed involucri. Similem eſſe coralliorum fabricam.

Laur. DUTENS *recherches ſur l'origine des decouvertes attribuées aux modernes* Paris 1766. 8. 2.Vol.* Multa apud veteres phyſiologica & anatomica nuperorum inventa reperit; de errore ſenſuum; de particulis organicis BUFFONII & de earum ex univerſo corpore in ſemen confluxu: de circuitu ſanguinis, tubis FALLOPIANIS; ovis teſtarum. Probabiliter, ſed nimio cum vincendi ſtudio.

De MASSAC *Memoire ſur la qualité & ſur l'emploi des engrais* Paris 1766. 8.* Odorem fimi columbarii oculis nocere, lacrumas educere; eas fæces tegi ſale albo, odore aquæ fortis, ut ſalis volatilis cornu cervi.

Adam NIEZKY *elementa pathologiæ univerſæ* Hall. 1766. 8. Varia phyſiologica adtingit. Menſes tamen lunæ tribuit.

EJ. *De humoribus inteſtinorum tenuium phyſiologice conſideratis generatim* Hall. 1766. 4.*

EJ. Diſp. inaug. *de fluidi nervei exſiſtentia improbabili* Hall. 1771. 4. C. Lipſ.

J. Frid. CLOSS *ſpecimen obſervationum rem medicam illuſtrantium* prodiit cum *nova variolis medendi methodo* Utrecht 1766. 8.* Varia phyſiologica; dimidii corporis ſudor; fecunditas ante menſes; menſes in vetulis.

Sammlung einiger die Bienenzucht betreffenden Auffätzen, cura *A. Gotth.* KÆSTNERI edita Gotha 1766. 8.* Præter libellum J. THORLEY, aliquot diſſ. Germanicæ hic reperiuntur. Poſſe ex apibus vulgaribus operarias ſibi reginam parare. Apes non admittere reginam, niſi gravida ſit. Fucos ad concubitum ineptos eſſe, & ſpeciem propagari, commiſto trium ſpecierum ſemine.

Skrift-

Skriftwäxlingen om alla brukeliga ſätt at operera ſtarren på ögonen Stockholm 1766. 8.* Collectio ſcriptorum ad litem inter ACRELLIUM, WAHLBOMIUM & MARTINUM ſeniorem de cataractæ depoſitione agitatam pertinentium. Etſi agitur de encheireſium PETITI & CAROLI *de* Sr. YVES meritis, paſſim tamen anatome oculi tangitur.

Anton. Leopold HAAN l. *in quo demonſtratur, vegetabilia animalia & mineralia menſtruo ſimplici paucis horis ſolvi &c.* Wien 1766. 4.* Ex cranio humano ſalem pinguem & impurum, ex capillis ſalem habuit, & aquam alliatam. Nempe lebetis ope Papiniani.

Caroli Stephani SCHEFFEL *vitæ Profeſſorum Medicinæ in Academia Gryphiswaldenſi* Greifswald. 1766. 4.* Vix huc facit.

Chriſtian Frid. Carl KLEEMANN, pictor, optimi ROESELII gener: EJ. *Beyträge zur Natur oder Inſecten-Geſchichte* cepit prodire Noriberg. 1766. 4.* Studium ei ſimile ut ſoceri, cura potius major eſt, & paſſim aliqua in ovis & alibi emendata. Evolutio culicis: ad araneæ anatomen aliqua. In ſucco ovorum culicis animalcula. Oculi erucæ 12. Phalænarum oculi noctu lucent. Maxilla dentata araneæ.

Ad ſoceri opus bonas adjecit notas. Se vidiſſe, melioribus quam LEEUWENHOECKIUS vitris, vermiculos ſeminales papilionum, ovales, non caudatos, pro arbitrio ſe moventes. In femina etiam globulos, non vero ſpontanee motos. Minima naturæ omnia globulis fieri.

Georg Henrich WERNER *nützliche Anweiſung zur Zeichnung vierfüßiger Thiere* Erfurt 1766. 8.* Symmetria partium corporis bovis, equi, aſini, aliorum animalium.

EJ. *Anweiſung zur Zeichenkunſt, wie die Theile des Menſchen durch geometriſche Regeln zu ziehen* Erfurt 1768. 8.* Faciei partes. Animi affectus.

EJ. *Unterricht, was die zur Zeichnung gehörige Anatomie, Mahler, Bildhauer, und Anfänger der Chirurgie zu erlernen haben.* Aliqua anatome muſculorum, oſſium; figuræ ex VESALIO ſumtæ, cui pictores anatomes periti præſto fuerint.

Carl Auguſt GEUTENBRUCK *geſammelter Unterricht von Schaafen und Schäfereyen* Frankfurt 1766. 8.

Hippographia, d. i. *deutliche und vollſtändige Beſchreibung des Pferdes* Leipzig 1766. 8. ex Anglico verſa.

L. W. P. OEBSCHELWIT *der Holländiſche Stallmeiſter* Leipzig 1766. 8. cum morbis equorum.

George STUBBS *anatomy of an horſe* London 1766. fol. alii 1767. Splendidum opus.

Dietrich WERNER *Anleitung zur Bienenzucht* Hanover 1766. 8.

§. MCCXXV. P. A. Marherr.

Philippus Ambroſius Marherr *de electricitatis aereæ in corpus humanum actione* Prag. 1766. 4.* Animalia in aëre non renovato interire, quod electrica materia aëris per vapores pulmonis deſtruatur.

Ej. *Prælectiones in* Boerhaavii *Inſtitutiones medicas* Wien 1772. 8.* poſthumum opus & aſpera dictione editum. Juvenis, anatomes expers fuit, in locis auctorum repetendis fuſus. Ante cor venam cavam & aurem dextram moveri. Maxillam inferiorem ad glenen adaptari. Paſſim novorum inventorum auctores detrectat citare, ut inventæ arteriolæ, quæ a naribus ad palatum cum ductu inciſivo deſcendit. Salivam tamen fervorem ciere. Muſculum levatorem palati mollis nares claudere, hic contra Albinum, etſi alium nominat, quem refutet. De ſuctione ex Petito. Albinum ſeptem in ventriculo tunicas numeraſſe (nunquam numeravit). Ventriculi fibræ in alio & alio corpore aliter ſe habent. Ventriculum non plene evacuari. Bilem acorem non frangere, oleum non reſolvere, cæterum iterum hic injuſtus in refutando eo, qui Boerhaavium non ſequitur. Adhæſionem Hambergeri acute carpit. Ciſternam chyli frequenter reperiri, non bene. Valvulam ductus thoracici relapſum chyli non impedire. In beſtiis impedit, in homine ductus in venam deſcendit.

T. II. Proprii nihil, ſed acris in carpendo & aſperis vocibus non abſtinens auctor: & eumdem pariter phyſiologum perſequatur, cujus tamen inventa non ignorat. Subtilis judex: Arterias in vivo animale majores eſſe, quam cera repletas, nihil ergo menſuras ab iſtis ſumtas docere. Sanguinem tamen per pulmonem celerius circumire. Nervos tamen ad irritabilem cordis naturam conferre; & ligatis nervis motum cordis debilitari, redire ſolutis (falſum experimentum). Sanguinem ad cerebrum tendentem, non eſſe denſiorem. Contra anatomicos, in minutiis cerebri diligentes. Pro arteriis flavis, pellucidis. Non bene, in arteriis ſerum latera tenere. Sanguinem in cellulas lienis effundi.

T. III. Membranas vitioſas utique ex ſucco conſiſtere. Saporum diverſitatem non eſſe a figuris ſalium. Uveam tamen oculi tunicam poſſe circulares fibras habere, etſi eæ demonſtrari nequeant. Negat impulſu ſanguinis aucta vaſa iridis longiora reddi. Cum anulo mucoſo coronam ciliarem confundit. Arteriolam centralem retinæ Duverneyi, ab Albino renovatam, non bene Zinnio tribuit. Pro aquula labyrinthi. In ſomno ſanguinem lentius fluere. Pro Hallero in reſpirationis negotio, niſi quod neget a voluntate pendere. Sic de corpore luteo & generatione. Vaginam valide conſtringi. Fetum perire, ſi funiculum neglexeris ligare. Non explicari majorem diametrum arteriæ pulmonalis a majori diametro ductus arterioſi. Pro nævis, vidiſſe exempla Swietenium.

§. MCCXXVI. *Diſputationes.*

Caſpar Vieusseux *de erectione* Leid. 1766. 4.* Scepticus.

Sylveſtris Douglas diſſ. *de ſtimulis* Leid. 1766. 4.* In bronchiis ſuſpenſorum aquam ſpumeſcentem reperiri.

Alb.

Alb. Henr. ENGELBERT *van* BAUCHEM *de œconomia fetus naturali* Leid. 1766. 4.* SAND.

Abr. WALKERT *de conſenſu* Leid. 1766. 4. SAND.

Joh. Dav. BARTHELEMY *de patellæ oſſe ejusque læſionibus & curatione* Leid. 1766. 4. SAND.

J. CLARKSEN *de mulierum menſtrua conſuetudine* Leid. 1766. 4. SAND.

Gualther VERSCHUER *de arteriarum & venarum vi irritabili ejusque in vaſis exceſſu, & inde oriunda ſanguinis directione abnormi* Groning. 1766. 4.* Plerumque ferro raſæ arteriæ ad eam irritationem ſurdæ fuerunt, nonnunquam tamen ſe contraxerunt. Vaſa adeo etiam aliquid ad circuitum cordis conferre, neque eam ſolius cordis actionem eſſe.

H. a BACHIENE diſſ. *de ſecretione lactis in mammis muliebribus* Utrecht 1766. 4.

J. Henrich STOLTE *de morte ſuſpenſorum* Groning. 1766. 4.* Fere in ROEDERERUM: mortem ſuſpenſorum non eſſe apoplecticam, ſed impedito per pulmones ſanguinis circuitui imputari debere. In canibus ſtrangulatis nullam alicujus momenti ſanguinis in cerebrum congeſtionem ſe vidiſſe, ſed in pulmones & in venas utique cruorem colligi. Perinde perire animalia, ſi ſolam aſperam arteriam interceperis. Aethiopum cerebrum ejusdem cum Europæorum cerebro coloris eſſe. Foramen ovale apertum mortem ſuſpenſi non eſſe moratum.

Franc. Gabriel SCHOENMEZEL *de ſectione anatomica in cadaveribus de autocheiria ſuſpectis* Heidelb. 1766. 4.*

EJ. progr. *de viribus vitalibus* ib. 1771. 4.*

Frider. Chriſtoph. OETTINGER & MOSER *de ortu dentium & ſymptomatibus, quæ circa dentitionem infantum occurrunt* Tubing. 1770. 4.* Omnis cartilago, & omne os, ex gelatina conſiſtit. In dentibus fetus facies interior coronæ prima dureſcit, dum exterior mollis, & gelatinæ ſimilis eſt.

EJ. *De vi corporum organiſatorum aſſimilatrice* Tubing. 1766. 4.*

EJ. & REUSS *de lacte caprillo medicato* Tubing. 1769. 4.*

Chriſtoph Frider. SCHOTT *de anatomia & ejus honore oratio* Tub. 1766. 4.*

Frid. Wilh. TAFINGER *oratio de anatomico ejusque honore* Tubing. 1766. 4.

Thomas Ludov. STUVE *de uſu nervorum telæque celluloſæ* præſ. BUCHNER Hall. 1766. 4.*

Bened. Chriſtian VOGEL *de regimine ſecretionum & excretionum* Helmſtatt 1766. 4.

Car. Fridericus REHFELD *de partibus conſtituentibus humorum noſtrorum* Greifswald. 1766. 4.*

EJ. & SCHOLZE *de ſitu fetus in utero materno* Greifswald. 1770. 4. *Holmiæ

 puerum,

puerum, qui nunc in lucem prodiit, fere novem libras pendere, etiam decem. Caput omni tempore cernuum eſt, & quindecim ante partum diebus ſe præceps dat, & in univerſum eo magis cernuum eſt, quo fetus maturior.

EJ. & *Samuel Wilh.* REHFELD *an vis irritabilis fibrarum muſcularium innata ipſis inhæreat, an aliunde ad eas accedat* Greifswald. 1770. 4.* Tamen a nervis eſſe.

Georg EGGER *de conſenſu nervorum* Wien 1766. 8.* Sympathias a nervorum conjunctione nata adoptat.

S. S. BEDDEI *quæſtio an pars bilis colorata in inteſtinis deponatur* Wien 1766. 8.*

Chriſtoph GELBICH *de* OSTRECH *de affectibus animi* Wien 1766. 8.*

J. Baptiſta URBAS *de ſanitatis natura* Wien 1766. 8.*

... ZAUSCHNER *de aquis Töplicenſibus* Prag. 1766. Irritabilitatem cordis tamen eſſe a nervis. In motubus animi faciem expalleſcere.

J. Nepomuc. Anton. Procopius MEDICUS *de cruſta ſanguinis ſic dicta inflammatoria* Heidelberg 1766 4.*

J. Daniel MEZGER *nervorum primi paris hiſtoria* Argentor. 1766. 4.* Accurata hujus difficilis nervi deſcriptio. Radices nonnunquam tres: rami cum ſuis vaginis nares adeuntes. Medulla oblongata læſa demum oriuntur convulſiones. Cl. LOBSTEIN duram meningem inſenſilem ſe reperiſſe teſtatur, & nervis deſtitutam.

J. Martin HEMERLE *de ſeceſſione terræ a communi humorum maſſa* Argentor. 1766. 4.*

J. MALON *de ſiti* Baſil. 1766. 4.*

DOMINICI J. BAPT. *de la* BICHE, Pr. Cl. C. BOURRU *Ergo in omnibus humani corporis partibus calor æquabilis* Pariſ. 1766. 4.*

Ludov. Henric. BOURDELIN, Pr. MITTIE *E. ab actione nervi diaphragmatici primæ inſpirationis cauſa* Pariſ. 1766. 4.*

J. Car. DESESSERTS Pr. GARDANE *Ergo altius recondita famis cauſa* Pariſ. 1766. 4.*

Petri Mariæ VIELLARD, Præſ. *de la* POTERIE *E. corpori viventi peculiare motus principium eſt innata fibræ irritabilitas* Pariſ. 1766. 4.*

J. B. L. Petr. DUMONT, & ROBIN *de la* VOISINIERE *de tendinis bicipitis læſione theſes anat. chirurgicæ* Pariſ. 1766. 4.*

Franc. CABANY, Pr. J. LASSUS, *de fractura maxillæ inferioris* Pariſ. 1766. 4.*

PIA GASPAR SECUNDUS diſputavit Taurini 1766. 4.*

JOH. FYSHE PALMER *de vermibus inteſtinorum* Edinburg 1766. 4.* Vas longe animalis articulis commune injecto humore replevit.

Nic.

Nic. JADELOT *de fatis medicinæ* Pont-à-Mouſſon 1766. Contra Jatromathematicos. Pro irritabilitate.

EJ. *De legibus quibus regitur machina vivens* Nancy 1769. 4. Gallice, *Tableau de la machine animale*, ut lego.

In *Journ. de Medec.* 1770. & 1773, arteriam defendit non eſſe irritabilem, neque cauſam aliam pulſus admittit, præter impulſum ſanguinis.

IDEM *ad tabulas anatomicas vivis coloribus pictas Arnaldi* GAUTHIER *explicationes* addidit.

EJ. *Memoire ſur la cauſe de la pulſation des arteres* Nancy 1771. 8.* Eadem experimenta, quæ Cl. ARTHAUD. Oſtendit aortam pone cor longiorem fieri corde pulſante, & figuram mutare: idem negat fieri, qua arteria a corde remotior eſt. In equo carotis in quovis pulſu ſubſilit, & ad caput propius accedit, deinde ab eo iterum recedit. Plerasque arterias in pulſu ſitum non mutare, ut ſcripſerat *Franciſcus* LAMURE, neque ab ea mutatione pulſum eſſe, neque cor per ſuam celluloſam telam revinctas arterias de ſitu depellere poſſe. Cauſam pulſus unicam eſſe ſanguinem, quem cor in arteriam ſubmittit, impetum vero cordis in arteria recta non valde percipi, utique vero, ſi per flexuram aliquam curvetur. Iterum pulſus eſt effectus obſtaculi, quod digitus motui ſanguinis opponit. Nihil ad ſanguinis circuitum facere vaſorum minorum oſcillationem, neque a tenſione arteriarum inflammationem eſſe.

§. MCCXXVII. *Diaria anni* 1767.

In *Philoſophicarum Tranſactionum Vol.* LVII. ſ. anni 1767. *Carolus* CLARKE agit de proceris Patagonibus, quorum ſtatura a ſeptem ad octo pedes vulgo æſtimatur. Sed ea miracula accuratior inſpectio ſuſtulit.

Thomas HARMER *de numero ovorum in piſcibus:* ſunt, qui 3,686,700. numerant.

P. COLLINSON *de magnis oſſibus* ad fl. Ohio erutis, quorum dentes maxillares valde ſimiles mihi videntur molaribus Elephanti.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1767. *Ludovicus Claudius* CADET analyſin bilis dedit, in qua alcaleſcentiam per putredinem incrementa capientem reperit, & ex qua diverſos ſales habuit; alterum alcalinum baſin marini ſalis referentem, alterum utcunque adfinem ſaccharo lactis.

In *Nov. Act. Nat. Cur.* T. V. miram hiſtoriam dedit cadaveris poſt 150. annos effoſſi, cujus capilli magna incrementa ceperant, & in quo acidiſſimi liquoris plurima fuerunt veſtigia, quem de cadavere manaſſe oporteat.

D. la FOSSE, Monſpelienſis Medicus, *de calamitate.* EJUSD. Cl. viri penes me codex eſt M.S. *de ſanguinis motu retardato per anaſtomoſes, & inde nato pulſu.*

In *Nov. Act. Natur. Cur. Vol.* III. ann. 1767. *obſ.* 9. *J. Friderich* KRUGELSTEIN

STEIN gravidæ feminæ a ſanguinis jactura mortuæ inciſionem dat, ſitum fetus, placentam ſemibifidam.

Petrus de WESTEN *obſ.* 78. fetum deſcripſit abſque brachiis & ano natum.

Gottlob Car. SPRINGSFELD, Archiater Weiſſenfelſenſis, *obſ.* 90. fetum bicipitem quadrimanum & tripedem dixit.

Philip. Bernh. PETMANN *obſ.* 97. de fetu vivo in utero ſe agitante, cranio deſtituto & cerebro.

Commentarii de Bononienſi artium & ſcientiarum inſtituto Tom. V. P. I. Bonon. 1767.

Franciſci BIBIENA de bombycis anatome, vaſculis ſericiferis, duplici ſerici materie. Inteſtina naſcentis papilionis internam membranam dejiciunt, quæ ſit pars epidermidis. Succus alcalinus, quo animal telam ſuam erodit. Interior etiam membrana trachearum decedit. Medulla ſpinalis in chryſalide oſcillat inque papilione. Capite detruncato mas feminam impraegnavit.

Cajetanus MONTI de eruca, cujus papilio femina alis deſtituitur.

In P. II., quæ eodem anno prodiit, *Aloyſius* GALEANI de fabrica renum in avibus; quæ fere ad bubulos renes accedit. Motum in ductibus uriniferis progreſſivum vidit.

J. B. SCARELLA de viſu directo reflexo & refracto. Conjungit ad mutatas diſtantias mutatam figuram oculi interni, & mutatam iridis diametrum. Satis perſuaſum ipſi videtur, nos unico oculo uti.

EJ. *Commentarius* XII. *de rebus ad ſcientiam naturalem facientibus* Brixiæ 1766. 4.* Aliqua oculi anatome. Fibras utriusque generis iridi tribuit. Num ex ſolo experimento docti de magnitudine &c. judicemus. Non ſolo in fine optici axis nos videre, & radios obliquos etiam viſui ſed obſcurius conferre. A veloci motu oculi, ad puncta ſingula objecti videnda converſi, de ejus magnitudine judicamus. Oculum omnino neceſſe eſſe mutari, ad remota videnda & propiora. Ad remota oculus antrorſum fertur & ſe exporrigit. Videre nos in loco finis axis optici vicino. Debuiſſent hæc poni ad p. 443.

Atti dell' Academia delle ſcienze detta de fiſico critichi T. III. *Joſeph* BALDASSARI de mira fabrica maxillæ animalis, ut videtur, marini, in Senenſi agro repertæ.

Hic P. TABARRANI, quas diximus, adnotationes.

In *K. Swenſka Wetenſk. Handling.* T. 28. anni 1767. varia ſunt cum ſuis auctoribus recuſa.

Iterum Cl. WARGENTIN de utilitate faſtorum publicorum ad vitæ mortisque in quaque civitate vices definiendas. In Suecia M. September fecundiſſimus eſt, & menſes æſtivi ſteriles, Aprilis funeſtus.

Sic in *Actor. Helveticor.* T. VI.

Medical

Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians in London London 1767. 8.* Fetus ventralis extra uterum ſedens, qui videtur ex ipſo ovario elapſus eſſe, CHRISTOPHORI KELLY.

SYMMONDS dentes tertium prodeuntes.

William HAY fetus in ventrem effuſus, cujus tamen placenta in utero erat.

WADE de enormi obeſitate.

In *Journal de Medecine* T. 26.

DESLANDES, Chirurgi, hydrocephalus cum capite difformi.

PICAMILH de tela celluloſa, cujus declarationem non æquus *Theophilo de* BORDEU tribuit.

LEAUTAUD de digiti pene integre ſoluti reconciliatione.

DAUNOU magnum fragmentum oſſis per cariem amiſſi reſtitutum.

SAUCEROTTE placenta in cellula uteri.

GARDANE pro pulſibus Cl. de BORDEU.

CORDON, Medicus, tres ejusdem matris partus parte brachii cute deſtituta nati.

T. 27. de VILLENEUVE de infante, cui urina de ſpongioſo tumore ſupra os pubis ſtillat. Habet pro veſicæ urinariæ hernia.

TELMONT de graviditate duodecim menſium non ſuſpecta.

ROUGERES de renato ungue.

ROGER de pulſu dicroto aliisque criticis pulſibus: tum ROBIN de iisdem.

HERLIN, Chirurgus, exciſſa veſicula fellis feles vixiſſe.

DESBREST contra graviditatem octodecimeſtrem D. MARTEAU.

Stralſundiſchen Magazins erſter Band ib. 1767. 8.* Hirudines riparias eſſe, quæ in arundinetis demerſæ reperiantur. In canibus facta experimenta, ex quibus conſtitit, nuce vomica naturam irritabilem cordis & muſculorum deſtrui, augeri in inteſtinis. Pro hydatico animale TYSONI; verum eſſe animal. Pro voce cygnorum ferorum, quæ pro cantu haberi potuit. Anates feminas mortuas & ligneas ineunt. De injectis vaſis, quæ parenchymate per erodentes liquores liberantur. De inſectorum alis per humorem & calorem evolutis, de papilionum ſudore, de fecundatione ovarium papilionis arte facta. De conſervandis corporibus naturalibus. De anſeris Chinenſis pancreate bilobo, & multiformi. Pullus cyclops, proboſcide quaſi elephanti, capite deformi, non a terrore, ſed a primordiis. Ad hiſtoriam naturalem rangiferi. Porcelli deformes tribus digitis. Viæ bilariæ buteonis: ductus hepaticus in veſiculam felleam inſeritur.

In T. II. porcellus cyclops proboſcide elephanti. PARET de cauſa partus, quæ eſt in uteri irritatione.

Natuurkundige verhandelingen Amſterdam 1767. 8.* Aliquot libellos poſſideo

deo hoc titulo editos collectaneos, omnino ex variarum linguarum ſcriptoribus ſumtos.

Petri ORTESCHI T. V. *Anton.* ALGHISI de duobus, ut videretur, connatis fetubus, cordibus duobus in unico pericardio.

PEVERINI de oſſibus male formatis.

Uterus in femina gravida nihilominus craſſus.

Culices ex quibus anguillæ.

Vita SANTORINI a filio ſcripta.

In *verhandelingen der Holland. maatſchappy* T. IX. P. III. Harlem 1767. 8.*

C. C. v. BRAAM HOEKGEEST de chamæleonte. Naturalem colorem cinereum eſſe. Non induere rubrum, nec album (nec cæruleum). Vivos parere catulos.

In *N. Hamburger Magazin* hujus anni narratur de hirundine, quam poſt 80 minuta horæ, cum plane mortua videretur, in roſtrum aër inflatus reviviſcere fecit, ut cor pulſaret, ſanguis in hepate circumiret, pulmone quidem immoto.

In *Abhandlungen und Erfahrungen der œconomiſchen Bienengeſellſchaft in der Oberlauſiz* anni 1767. T. II. HORNBOSTEL ceram ſudare ex ſex annulis abdominalibus. Opercula cellularum non fieri cera. Reginam abſque ullo marium commercio fecundam fuiſſe. Porro alii defendunt, quemlibet vermem triduanum operariæ apis, poſſe in reginam perfici. Vidiſſe ſe duas cellulas populares in regias, deſtructis vicinis cellulis, reformatas fuiſſe, neque in iis vermibus, qui in reginam convaluerunt, ullum ab aliis vermibus fuiſſe diſcrimen: cauſam majoris incrementi unice in aromatico eſſe alimento.

§. MCCXXVIII. *William* HEWSON.

Will. HEWSON, Cel. inciſor, in *Med. obſ. by a ſoc. of phyſicians at Londres* T. I. 1767. 8.* Aëris in cavum pectus effuſio, a quo pulmo comprimitur, & reſpiratio impeditur; manifeſto argumento aërem ſecundum naturæ leges pulmonem inter & pleuram non contineri.

IDEM in *Phil. Tranſ. Vol.* LVIII. deſcripſit & delineavit vaſa lactea, pellucida quidem, & lymphatica vaſa avium, ductusque duos thoracicos in venas jugulares inſertos. In teſtudine etiam vaſa lactea detexit. Etiam in aſello Kabeliau & in raja vaſa lactea argento vivo ſe repleviſſe.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LIX. denuo *de vaſis lymphaticis, quæ eadem lacteorum locum tenent in avibus, quadrupedibus frigidis, & piſcibus.* Teſtudo, ut aves, glandulis conglobatis deſtituitur, ductum vero thoracicum habet, vaſaque lactea & lymphatica plena plexubus, in venas jugulares inmerſa. In piſcibus & lymphatica & lactea vaſa in ciſternam communem aperiuntur, ex qua duo porro ductus thoracici adſcendunt. Nullæ in his vaſis valvulæ. Cuique villo inteſtinali, ſuus eſt lacteorum vaſorum plexus.

IDEM

Idem in *Phil. Tr. Vol.* LX. tres diſſertationes *de ſanguinis natura* dedit. Duas hic facit lymphæ ſpecies, lympham cui hoc nomen integrum ſervat, & quæ continuo in aëre cogitur, & ſerum, quod calore demum 160° Fahr. coit. Sanguinem venoſum ab aëris tactu floridiorem reddi. Sales medii ſanguinis fluiditati favent. In vaſe bis ligato ſanguis cogitur, ſed tarde, & videtur aëris acceſſus ad coagulationem ſanguinis requiri. Sanguinem ab inflammatione potius ſolvi quam cogi, & a ſolutione eſſe cruſtam, quæ dicitur inflammatoria. Eo celerius etiam cogitur, quo lentius fluit.

Hæc experimenta recuſa & aucta redeunt in *experimental enquiries on the proportions of the blood, with ſome remarks on its and an appendix relating to the lymphatic ſyſtem in birds fiſhes and amphibious animals* London 1771. 8.* Duæ diſſertationes prioribus hic additæ ſunt. Primum cogi ſanguinem, qui ultimus de vena fluxit, cum ægrotus jam debilis eſſet; tardiſſime vero ſanguinem cogi, de quo cruſta coriacea ſecedit. De ſero flaveſcente pellucido, globulis minimis rotundis. Eo refert G. Hewson chylum, qui dictus eſt cum ſanguine circumferri.

In *appendice* diſputat de gloria inventorum vaſorum lacteorum & lymphaticorum, quam junior Monrous ſibi tribuit. Monroum anno 1761. primum hæc vidiſſe, ſe anno 1758. lymphatica vaſa oſtendiſſe, lactea a. 1763.

Ej. *Inquiries* P. II. *containing a deſcription of the lymphatic ſyſtem in human ſubjects and animals, with obſervations on the lymph* London 1774. 8.* Vaſa lymphatica deſcripta. In artubus duos eorum ordines reperiri, ſubcutaneum, & alterum profundum. In crure duo ordines in glandulis inguinalibus uniuntur, in brachio in axillaribus. Inferiora porro cum venis lymphaticis abdominis, & lacteis vaſis conjungi, nullam tamen ciſternam eſſe. Vaſa lymphatica pulmonis in ductum thoracicum, & in venas rubras pariter aperiuntur. Iterum vaſa lymphatica avium, piſcium. Teſtudini chylus pariter palleſcit. Ut præparentur. Omni animali ſuum communem horum vaſorum truncum eſſe. Vaſa lymphatica ſola humores tenuiores reſorbere, non rubras venas. Villi inteſtinorum ab ano ad ventriculum: diminuntur ſenſim in œſophago, in ventriculo fere ſimiles, in tenui inteſtino longiores & lati, in craſſo perbreves. Cuique villo ſuam arteriam eſſe, ſuum nervum, ſuum, certe probabiliter, rete lacteum. Oſtia eorum vaſorum in villis vidit. Ampullas Lieberkuhnii refutat, tum glandulas renum. Papillas a ſanguine erigi poſſe.

In *Comment.* Duncani T. I. conjectura de liene, qui totus ad ſyſtema lymphaticum pertineat. Cellulas eſſe lymphatici generis. Glandulas conglobatas eſſe faſciculos vaſorum lymphaticorum.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LXIII. memorabilis diſſ. de moleculis ſanguinis, omnino ad ſenſum J. M. a Turre agit, contra ea quæ Spallanzanus, Fontana & Hallerus vidit. Globulos ſanguineos planos eſſe, non quidem anulos. Mole in diverſis animalibus differre, in aqua debere inſpici (quæ tamen encheireſis Cl. viri eorum figuram mutare poteſt). In medio ſolidam partem habere pel-

lucido ſacculo cinctam. A putredine anguloſos reddi. Figuram non mutari. Cancri globulos ſphæricos eſſe. Lactis minores globuli. Icones obſcuræ.

De his planis particulis egit in *Comm. Medic.* IX.

Repetuntur hæ obſervatioves in *Journ. des Savans* ed. Belg. 1774. Octobr.

§. MCCXXIX. *Antonius* PORTAL.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1767. deſcripſit renem ex duobus coalitum.

In *Journ. des Savans* Nov. 1767. deſcribit urachum, qui ſolidus ſit. Repetit hanc deſcriptionem in *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1769. In fetu bronchum ſiniſtrum magis ad perpendiculum, in adulto magis ad horizontem parallelum poni, eumdem bronchum magnam arteriam comprimere.

In *Précis de chirurgie pratique* Paris 1768. 8. 2.Vol.* Multa argumenti ſunt phyſiologici. A ſtimulo cordis motum eſſe & irritabilitatem. Cyſtides in celluloſam telam reſolvuntur. Nervum ſe vidiſſe, qui cum arteria in tubum medullarem oſſis ſubiret. Humorem inter cerebrum & duram membranam vivi animalis impulſum reſorbtum fuiſſe. Nullum dari internum perioſteum. Membrana tenuiſſima lentis cryſtallinæ. Ex ea fibræ in lentem ipſam penetrant. Diverſa eſt a capſula elaſtica. Humore vitreo abundante pupillam dilatari. Non putat dentes in alveolos depoſitos comprehendere. Foramen tympani clauſum circulo oſſeo, nato ex dura membrana exque perioſteo.

EJ. *Hiſtoire de l'anatomie & de la chirurgie* Paris 1770. 8. 6.Vol.* Eo cautius oportet me de hoc opere judicare, cum fere ejusdem generis opus ſcripſerim. Ordo pariter chronologicus; ſcopus eſt indicare, ut quisque auctor de re anatomica meritus ſit; phyſiologica enim paulo minus curat, & chirurgica hoc meo opere non tango. Multum certe laboris vir Cl. poſuit in legendis præcipuis ſcriptoribus ſeculi XV. & XVI.; multi etiam auctores non aliunde mihi innotuerunt, Gallici fere & Italici, Cl. viro cogniti, qui in urbe ampliſſima, bibliothecis inſtructiſſimis divite, habitat. Ad vitas ſcriptorum, magis quam ego, reſpexit.

In *Mem. de l'Acad.* 1770. capræ caput abſque malo perforavit. De tumoribus agit, quorum membranæ fiunt ex celluloſa tela craſſeſcente. Fetus nunc in lucem editi fabricam comparat cum fabrica hominis adulti. IDEM de pulmone, cujus vaſa repleverat in meraco acore macerando deſtruxit, quod non repletum erat. Ita invenit venas pulmonales arteriis majores eſſe. Canalem in medulla ſpinali ſe detexiſſe, qui in calamum ſcriptorium continuetur. Ventriculos cerebri non continuari. Icon ductus thoracici. Nullum dari chyli receptaculum. In phoca ventriculum cordis ſiniſtrum dextro majorem eſſe.

EJ. *Letre à Mr.* PETIT Paris 1771. 8.* DU CHANOY inciſor PETITI ſcripſerat adverſus PORTALII hiſtoriam anatomes & chirurgiæ. Noſter hoc ſcriptum PETITO tribuit, & acriter reſpondet. GALENUM putat anatomen minus per-

perſpexiſſe. Videri RIOLANUM verum ordinem & veras inſertiones muſculorum interoſſeorum inveniſſe, non HABICOTIUM. In WINSLOWUM aliqua.

In ejusd. *Raport ſur la vapeur du Charbon* Paris 1775. 8.* de reſpiratione aliqua. Animalia in noxio aëre perire dum inſpirant. Non omnia animalia poſſe ad vitam revocari. Cerebrum frigus lædit. Cerebrum in ſuffocatis ſanguine obrutum eſſe, ſic dextras caveas cordis.

Huc omnino revoco, uti canicidia ad DRELINCOURTIUM, ita ad PORTALIUM *lettre à M.* COLOMB *ſur un cours de phyſiologie fait en* 1771. *par M.* PORTAL Paris 1771. 8.* Auctor dicitur COLOMB, ſtudioſus medicinæ, ſed experimenta PORTALII ſunt. Ea omnino noſtrorum ſimillima ſunt, ut tamen mea viginti annis antiquiora ſint. Nervi involucra parum ſentiunt, medulla minime. Dura membrana cerebri, tendo, arteria, nervi ſenſu carent. Animal mortuum inflato aëre revixit. Revincta aorta cordis motus violentior fit. HARVEJANI eventus arteriarum & venarum ligatarum. Ordo ſucceſſivus, quo partes cordis ſaliunt. Venarum maximos truncos etiam micare. In exſpirando inflari venas jugulares, inter inſpirandum easdem depleri. Pulmonem nunquam a pleura diſcedere. Recurrentem nervum ligatum aphoniam facere. Bubulam vocem utique per laryngem bubulum inflando obtineri. Experimenta facta aëre de veſica extracto.

In *Journ. de Medec.* 1773. Jul. fetus galea cranii deſtitutus.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1771. Columba duobus rectis inteſtinis, duobus anis, tertio crure. In alia duæ aſperæ arteriæ confluentes. Et tamen pulmonis arterias venis anguſtiores eſſe.

§. MCCXXX. *Varii.*

MATTHYS *van der* HAAGE *ontleedkondige afbeeldingen* Amſterd. 1767. 4.* Quod accepimus, hiſtoria eſt artis anatomicæ, & tabulæ oſſium, vivis coloribus ornatæ, mediocre opus.

Hoc anno 1767. ſocietas benevolorum hominum *ad ſervandos ſubmerſos* coaluit. Scopus eſt præmiis eos excitare, qui miſeros ſervarent. Neque inutilis labor fuit. Ediderunt quoque anno a 1768. libellum, quo optimi ſucceſſus inflati aëris, venæ jugularis inciſæ, aut fumi tabacarii in anum pulſi, aliorumque auxiliorum narrantur, ut poſt 15, 30, 45 horæ minuta homines de aquis extracti convaluerint. Gallice audiunt *Hiſtoire & memoires de la ſocieté formeé à Amſterdam pour les noyés* Amſterdam 1768. 8.* Potiſſimum tamen fumum Nicotianæ urgent, qui per anum ſubdatur. Convoluti ſuper dolium potius pereunt.

E. P. SWAGERMAN, Chirurg., edidit Amſt. 1767. 8.* (Conf. B. *Chir.* II. p. 530.) *Ontleed en heelkondige verhandeling van het waterhoofd het watergezwell en andre bekande gebreeken des rukgrades.* Fuſum opus. Ut ex hydrocephalo poſſit ſpecies buſonis naſci, ut oſſa inæqualiter creſcere poſſint, & gigantea oſſa frontis produci,

ci, quale in theſauris Academiæ Leidenſis ſervatur. Exempla cervicis bifidæ, oſſis ſacri bifidi, ſpinis vertebrarum non conferventibus. Medullam ſpinalem, caudam equinam & tegumenta deſcribit. Ut ſpinales proceſſus embryonis membrana, inde cartilagine, demum oſſe conjungantur. Ab aqua congeſta impediri membranam, ne in os abeat. Fuſe de cauſis claudicationis. Utique oſſa perfecta & dentes creſcere. Contra nævos. Terroris effectus exſpectati, nulli fuerunt. Contra modulos; non deeſſe puero præputium, neque aures ei perforari. Duram meningem cranii eſſe involucrum, non cerebri. Odor demonſtrat exhalationem internam externæ faciei piæ meningis, internæ duræ, & ventriculorum.

Ontleed en heelkondige verhandeling van het uytzakken der ſcheede Utrecht 1767. 8.* Partes ipſæ obiter deſcriptæ.

Manier van de water gezwellen te opereeren en te behandelen Roterd. 1767. 8.* Ex Gallico verſum, minuta cura conſcriptum opus. Inſenſibiles tendines omnino gratus recipit auctor.

§. MCCXXXI. *Varii Itali.*

VALLI *trattato del parto naturale e dei parti devenuti difficili per la cattiva ſituazione del feto* Pariſ. 1767. 8.

Paolo ZAMBALDI *ſaggi per ſervir alla ſtoria dell uomo*, ſi huc facit, Venet. 1767. 8. 2.Vol.

Caſpari M. FORLANI *rariores obſervationes medico-practicæ aratomicæ Dec.* I. Venet. 1767. 8.* Uterus in duas caveas diviſus, confluentes in unicum oſtium.

Franciſci Maria FERNANDEZ *nuevo diſcorſo de la generacion de las plantas, inſectos, hombres y animales* Madrid 1767. 4.

§. MCCXXXII. *Varii Galli.*

SIGAUD *de la* FOND *leçons ſur l'œconomie animale* Paris 1767. 12. 2.Vol.* Non quidem inciſor, phyſicus magis, & hypotheſibus addictus. Cartilagines tamen ab uſu rubiæ ſubrubeſcere, ſolus omnium vidit, qui hæc experimenta repetierunt. Pallere agentem muſculum. Meninges acriter ſentire. Pro retina.

Dedit etiam *Cours de phyſique experimentale* Paris 1769. 12. 3.Vol. Oculus ex ALBINO, & viſio.

M. *le* V. M. & *de la* M. *Dictionnaire de Chirurgie contenant la deſcription anatomique des parties du corps humain* Paris 1767. 8. 2.Vol. Non vidi.

DURADE *Diſſ. ſur la nutrition, qui a remporté le prix &c.* Berlin 1767. 4.* Non quidem inciſor, pharmacopola potius & *Franciſci* ROUELLE diſcipulus. Mucoſum humorem a gelatinoſo non diſtinguit, ab eo corpus ali dicit. Salivam nerveo ſpiritu abundare, gratis recipit; ſanguinis ruborem a ferro eſſe dudum poſt nos & STORMIUM. Secretionem per telam cellulosam fieri, non vere. Recuſa eſt diſſ. Pariſ. 1767. 12.

Jean

Jean RIST *abregé methodique des principes d'anatomie & de chirurgie* Strasbourg 1767. fol.* Chirurgus WINSLOWUM excerpſit.

E. DEL BARE *diſſertationes ad artis theoriam & praxin, quarum tertia eſt de venæ ſectione & ejus effectibus hydraulice conſideratis* 1767. 4.

DEMANET *nouvelle hiſtoire de l'Afrique françoiſe* Paris 1767. 12. 2.Vol.* In T. II. agit de animalibus, de plantis, de hominibus. Atrum colorem eſſe unice a ſolis æſtu, neque a reticulo: primos incolas albos fuiſſe, ſenſim atrorem ſubrepſiſſe: Luſitanos in Africa a tribus ſeculis degentes, nigros eſſe.

Catalogue ſyſtematique des curioſités de la nature ... du Cabinet de M. DAVILA Paris 1767. 8. 3.Vol.* Rajæ dentes per totam maxillam. Serpens biceps.

THOME' *art d'elever les vers-à-ſoye* Paris 1767. 8.* Calor ad excludendos bombyces ne ſuperet 20. gr. REAUMURII. Aeſtu vita bombycum abbreviari poteſt, ſed cum jactura. Non timent tonitru.

§. MCCXXXIII. *Varii Germani.*

MOSES MENDELSSOHN, hebræus, vir acerrimi ingenii, circa hæc tempora edidit ſuum PHÆDONEM, ſ. SOCRATICUM *ſermonem de animæ immortalitate & natura incorporea.*

Frider. Henr. Wilhelm. MARTINI vertit GEOFROI *de conchyliis* Nürnberg 1767. 12.*

Edidit *Berliner Sammlungen*, *Berlin. Magazin*, *Mannigfaltigkeiten*, *hiſt. conchyliorum* V. I. II.

Cum hiſtoria naturali paſſim anatomen conjunxit.

Philip. Gabriel HENFLER'S *Beytrag zur Geſchichte des Lebens und der Fortpflanzung der Menſchen auf dem Lande* Altona 1767. 4.* Partus ad viventium numerum ut 1. 26. vel 27. (Segebergæ in Holſatia), mortui ad viventes ut 1. ad 36. Anno primo quarta pars natorum perit, decimo dimidia interiit. Pueri numeroſiores, puellæ vivaciores.

Joſeph Georg PASCH'S *Abhandlung aus der Wundarzney an den Zähnen &c.* Wien 1767. 8.* Dat etiam anatomen.

Jac. Herman OBEREID *univerſalis confortativa methodus* Carlsruh 1767. 8.* Elementa corporis humani. Irritabilem naturam etiam cum inanimatis corporibus communicat. Terram globulorum ſanguinis vitreſcere. Tres humores viſcidi, mucus, gelatina, oleum, inde temperamenta. Perfectio temperamenti eſt in conjuncta cum acri ſenſu conſtantia. Curationem morborum irritabilitati fere ſuperſtruit.

Paul J. Wilhelm MUNNICH *Etwas für Fremdlinge in der Kunſt in mediciniſchen Briefen* Quedlinburg 1767. 176 . 8.* In brevi phyſiologia motum cordis ad irritabilitatem refert, &c.

J. Bapt. SCHLUGA *primæ lineæ cognitionis inſectorum* Wien 1767. 8.* ob partium definitiones.

Maurit. Ant. CAPPELER *hiſtoria M. Pilati* Baſil. 1767. 4.* De ranis agit ex piſcina S. Urbani, ſimilibus ranarum Surinamenſium, pariter in piſces degenerantibus. Reperiri bipedes & quadrupedes; illis incluſum piſcem ſpithamalem.

§. MCCXXXIV. *Varii Angli.*

A comparative vieuw of the ſtate of the faculties of man with theſe of the animal world London 1767. 12.* Tribuunt *Jacobo* GREGORY. Potiſſimum de prima infantum modo natorum cura.

EJ. ſed addito auctoris nomine, *lecture on the duties and qualities of phyſician* Edinburg 1772. 8.* Phyſiologiam non debere in cadaveribus ſubſiſtere, cum in homine principium internum ſit, quod pleraſque functiones dirigat.

EJ. *Elements of the practice of phyſik* London 1774. 8.* Hypotheſes ſtudioſe vitat. Frigus ad ſenſum, quod ad thermometrum nullum eſt.

A treatiſe on the efficacy of a cruſt of bread Lond. 1767. 8.* De ſalivæ ſumma utilitate in ciborum coctione. Cum oleo facile miſceri.

§. MCCXXXV. *Diſputationes.*

J. Chriſtoph. HARRER *de partu ſerotino valde dubio* Gotting. 1767. 4.* præſ. R. A. VOGEL. Contra *le* BAS; paucos ultra nonum menſem dies matribus dat, male calculos ponentibus.

Georg. Dav. ALBRECHT *de iſchuria* Gotting. 1767. 4.* Partium urinam ſecernentium deſcriptio.

Thomas HOULSTON *de inflammatione* Leid. 1767. 4.* Nihil firmi in globulis ſanguineis eſſe; nullam noxiam humoris perſpirabilis indolem. Sanguinem arterioſum utique venoſo magis rubere. Inflammationem eſſe in natura irritabili arteriarum. Duas lymphas HEWSONIANAS habet.

Caſimir DA COSTA CAETANO *de ſtudio medico* Leid. 1767. 4.* de vi vitali.

Guil. COOPER *de abortionibus* Leid. 1767. 4.* Fabricam placentæ HUNTERIANAM deſcribit; vaſa arterioſa & venoſa uteri in cellulas placentæ aperiri. Decidua membrana, quæ involucrum eſt uteri, & per vaſcula minuta cum eo cohæret. Serum ſanguinis cogi gradu 160. FAHRENHEITII.

Thomæ COGAN *de pathematum animi vi & modo agendi* Leid. 1767. 4.* Anima muſculos animat. Opium externo uſu dolorem obtundere, & tamen ſecretionem cutaneam augere, ſi cantharidibus addatur. Rubor pudoris a ſanguine eſt, in arterias lymphaticas ſubeunte. Secundum HUNTERUM polypos in morte demum naſci.

DIEDERIC *van* RHYN *de dolore* Harderwic. 1767. 4. C. L.

Andr. RIEBECK *de ſaliva* Leid. 1767. 4.

J. Wilh. IPREN (ſi recte legi) *de quæſtione controverſa, num deligatio funiculi umbilicalis ſit abſolutæ neceſſitatis* Duisburg 1767. 4. Non eſſe.

Jacob

Jacob Joſeph WINTERL, Prof. Tirnav., *inflammationis theoria nova* Wien 1767. 8.* Minime timidus, ſanguinem ex arteriis in earum contractione altius ſalire adfirmat. Fuſe de motu ſanguinis; nervis magnas in motu cordis partes tribuit; & tamen cor ſentire negat. Arterias magis dilatari, quam impulſus ſanguis poſcat. Stimulus cor conſtringit, arteriam expandit. Diſtantes arterias per communicantes nervos ſympathice moveri. Gangliis corticalem ineſſe naturam, & ea communicationem motus facere.

Horat. Benedict. de SAUSSURE *de generatione* Genev. 1767. 4.*

Laurent. PRASSEN *de ſomno naturali & pomeridiano* Wien 1767. 8.

Andreæ Bernhard KIRCHVOGEL *de natura electricitatis aëreæ* Wien 1767. 8.* Cum in pice ſtaret, & torrente electrico perfunderetur, pulſus 14. in minuto primo ad priores acceſſerunt.

Simon LAURIN *de oſſium geneſi a morbis* Wien 1767. 8.*

Rudolph BUCHAVE *de peritonæo* Præſ. E. G. KRAZENSTEIN Hafn. 1767.

Hermann BLUM *de gelatinoſorum humorum corporis humani coagulis* Lipſiæ 1767. 4.*

Ernſt PLATNER *de vi corporis in memoriam* Lipſ. 1767. 4.* Simulachra corporea defendit.

EJ. *Specimen ſecundum memoriæ viciſſitudines ſiſtens* Lipſ. 1767. 4.

EJ. *De anima, quo ſenſu creſcere dicitur* Lipſ. 1768. 4.

EJ. *Briefe eines Arztes an ſeinen Freund über den menſchlichen Körper* Lipſ. 1770. 8.* Phyſiologia, in qua non deſcenditur in minutias, quas noſter non amat. Fibra, cor, reſpiratio. Cordis motus eſt a ſtimulo. Poſt detectam irritabilitatem miratur, STAHLIANOS aliquos ſupereſſe. Nervos tamen ad cordis motum facere. Arteriarum obſcura eſt irritabilitas. Sanguinis elementa & analyſis. Pulmonem fieri veſiculis apertis. Non bene neglectam fuiſſe firmitatem majorem coſtæ ſupremæ. Nullum thoracem inter & pulmonem aërem eſſe. Mallem non dixiſſet, odia inde nata HAMBERGERI, paribus odiis repenſa fuiſſe. Conſtat tamen retro a 22. annis, totam controverſam illam de reſpiratione quæſtionem a me ita retractatam fuiſſe, ut ne remotiſſimus quidem offenſæ locus ſuperſit, aut vel nomen HAMBERGERI citetur. Muſculos teretes ſubjici irritabilitati, longos voluntati. Pro tubuloſa nervorum fabrica.

T. II. 1771. 8.* Recte, inflammationem quæ fit ab effuſo ſanguine, GALENO non fuiſſe ignoratam. Organa coctionis ciborum. Debilem fibram poſſe valde irritabilem eſſe, & viciſſim. In ventriculo non fermentatio quidem, ſed niſus eo tendens locum habet. Ventriculum ſapores dignoſcere. Videri tamen a vena cava ramos ad inteſtina ire.

EJ. *Anthropologie für Aerzte und Weltweiſe* ib. 1772. 8.* SWIETENIUM nihil habere proprii. Phyſiologiam noſter pro philoſophis ſcribit. Se diverſum quid eſſe a corpore ſuo, nam id corpus per partes amittere poſſe, neque ideo

ſeipſum

ſeipſum dividi. Nervos non agere ut chordas tenſas. Animam eſſe in ratione medullæ cerebri. Non ſemper cogitare. Impreſſiones in medullam poſſe imagines eſſe. Conſcientia corpori non data eſt. Memoria non ſedet in anima. De nexu idearum. Non omnis repræſentatio in anima in prioribus repræſentationibus fundatur. Contra vim imaginationis maternæ & nævos. Vires animæ & facultates.

Chriſtoph. Alb. KLIMM *de ſecretionum in corpore humano natura & cauſis* Lipſ. 1767. 4.* Alchimiſta.

Chriſtian Frid. KADELBACH *de exhalatione* diſp. I. & II. Lipſ. 1767. 4.* De tranſpiratione animalium.

Daniel Chriſt. BURDOCH *de vi aeris in ſono* Lipſ. 1767. 4. potius phyſicus.

Adolphi Juliani BOSE *de morbis corneæ ex ejus fabrica declarandis* Lipſiæ 1767. 4.* Non poſſe a ſclerotica tunica corneam ſeparari: ſenſu eam carere. Pro vi corneæ refringente. Circulus oſſeus corneæ avium tunicæ a rubia tingitur. Laminæ corneæ ab aqua reſorbta mire craſſeſcunt.

EJ. *De differentia fibræ in corporibus trium naturæ regnorum* Lipſ. 1768. 4.*

J. Georg STOERZEL *de ſingultu* Hall. 1767. 4.* præſide BUCHNERO. Sonum eſſe ab aere inſpirato.

Chriſt. Theophilus MAYR *de vero & genuino tonſillarum uſu* Jen. 1767. 4.*

EJ. *Elementa phyſiologiæ* HAMBERGIANÆ *in uſum prælectionum Academicarum* Jen. 1769. 8.*

EJ. *De arte ſphygmica nuperis obſervationibus illuſtrata* ib. 1771. 4.*

Adolph Albert HAMBERGER *de ſecretionibus* Jen. 1767. 4.*

Chriſtian LOEBER *de cordis fabrica & functione & de ſanguinis per cor & vaſa ſanguinea circulatione* Erford. 1767. 4.*

J. Phil. NONNE *de cuticulæ totius corporis deſquammatione poſt prægreſſam inflammationem* Erford. 1767. 4. Exemplum ſecedentis a capite ad calcem cuticulæ. Fabricam videri ex muco fieri indurato.

EJ. *De meſenterio* ib. 1767. 4.*

EJ. *De ſanguinis tam fluidi, quam in ſcybalorum formam coacti, per alvum excretione* ib. 1767. 4. Exemplum, & fabrica inteſtinorum.

Georg Philip. MICHAELIS *de actione aëris in corpus humanum* Marb. 1767. 4.*

Frid. REICHENBACH *cautelæ & obſervationes circa extractionem cataractæ nec non methodum ſynizeſin curandi* Tubing. 1767. 4.* Anatome aliqua oculi.

Adolph KELZ *de temperamentis corporis humani in ſtatu hominis ſani* Gieſſen 1767. 4.

Anton. Joh. GULDENSTETT *theoria virium corporis humani primitivarum* Francof. ad Viadr. 1767. 4. Irritabilitatem vult & ſentiendi vim.

J. Gottfr.

J. Gottfr. MORGENBESSER *de fetus non vitalis partu dirigendo* Francof. ad Viadr. 1767. 4. Anatomia uteri.

Joſeph DOERNER *corpus animale chemiſta* Argentor. 1767. 4.*

J. Michael ROEDERER *de natura bilis* Argent. 1767. 4.* Pr. & adjuvante R. J. SPIELMANN. Bilis hepatica in homine modo nato inſipida, in adulto mitius amara eſt, quam aqua gravior; fere eodem cum cruore ſanguinis pondere. Serius quam ſanguis putreſcit, nunquam ambræ odorem induit. Acor fætorem impedit. Bilis cum oleo vitrioli vehementer fervet. Quando aqua exhalavit, flammam conjicit. In vena portarum aliquanto plus eſſe acoris. Foſſile alcali in bile eſſe. Non verum continet ſalem. Aliquid de ſaponis natura habet, & oleum aquæ miſcet &c.

EJUSD. *De valvula coli* Argentor. 1768. 4.* Diſcipulus Cl. LOBSTENII, a quo & adjutus eſt. Fibræ transverſæ inteſtini continuantur in valvulas, & in eas ſe diſpergunt. Fibræ transverſæ tenuis inteſtini cum coli fibris uniuntur. Fibræ ejus longæ in cæco inteſtino in anulares abeunt, neque valvulas adtingunt. Diverſa in variis animalibus fabrica. In equo humanæ ſimilis eſt. In carnivoris animalibus colon habet ſphincterem. In homine & fabrica partis relapſum impedit, & vis contractilis; hæc ſola in carnivoris.

J. Ernſt NEUBAUER *de tunicis vaginalibus teſtis & funiculi ſpermatici* Gieſſ. 1767. 4.* Egregia diſſ. Profeſſoris nunc Jenenſis. Tres vaginæ ſunt: communis vaſis ſpermaticis & teſti; propria vaſis: & propria teſti, quæ eadem ſaccum cæcum inter teſtem & epididymidem facit, &c.

EJ. *De epiplooſcheocele, cujus receptaculum peritonæi mentiebatur proceſſum, teſtem & epididymidem ſimul continentem* Jen. 1770. 4.* Peritonæum in digitabulum productum, cum icone.

EJ. & ERDMANN *deſcriptio arteriæ innominatæ & thyreoideæ cum icone* Jenæ 1772. 4.* Nova & accurata deſcriptio. De tendine cordis, de linea calloſa ſuper valvulas arteriarum ducta. Sinus VALSALVÆ. Arcus aortæ ejusque varietates; rami tantum duo, alias quatuor, aliæ varietates. Arteria thyreoidea inferior etiam ex aortæ arcu nata, & ex mammaria. Duæ glandulæ thyreoideæ. Vaſa cordis.

EJ. *Deſcriptio anatomica nervorum cardiacorum. Sect.* I. *de nervo intercoſtali cervicali dextri inprimis lateris* Francof. 1772. 4.* Egregium opus, magno labore natum & rerum difficillimarum. Excerpi vix poteſt. Quare pauca exempli loco decerpam. Nervus ſympathicus magnus nihil habet a quinti paris ramo primo; neque rete CATIANUM in carotide adeſt, neque ex celluloſa tela nervi oriuntur. Ganglion cervicale primum. Raro ſympathicus nervus aliquid ab octavo habet. Nervi molles Gangliolum caroticum noſtrum. Laquei, quibus nervi molles arterias amplectuntur. Plexus pharyngeus, laryngeus. Nervus cardiacus ſuperficialis. Ganglion cervicale medium. Ganglion cervicale imum. Rami ab eo ad cordis magnum plexum. Ganglion cardiacum. Ganglion thoracicum primum, ejus cum plexu cardiaco conjunctio, &c.

Ej. *De triplici nympharum ordine obſervatio anatomica* Jen. 1774. 4.*

Ej. *Peritonæi conceptaculum tenuia inteſtina ſecluſa continens* Jen. 1775. 4.* I. II. Francof. 1776. 4.* Ex eo ſacco per foramen proprium ilei inteſtinis finis exibat.

Chriſt. Frid. JÆGER *de antagoniſmo muſculorum* Tubing. 1767. 4.* Præſide *Ferdinando Chriſtoph.* OETTINGER.

Ej. *Obſervationes de fœtibus recens natis jam in utero mortuis & putridis cum ſubjuncta epicriſi* R. A. STORRIO Tubing. 1767. 4.* Bona diſputatio. Putridus fetus enatat, idem perfecta putredine ſubſidet. Pulmones fetus mortui nati aquæ per putredinem ſupernatant: ipſe fetus etiam putridus non enatavit.

J. Jac. TSCHUDI *de ſingultu* Baſil. 1767. 4.* Sonum fieri in ſumma inſpiratione, aëre in glottidem irruente, diaphragmate ſpaſmodice contracto.

Hugo CAPET & *le* MOINE *E. recens natis lac maternum* Paris 1767. 4.*

Thomas le VACHER *de la* FEUTRIE, Præſ. GUENET *E. ſui ſunt capiti, pectori, abdomini & artubus ſenſus peculiares, & reliquorum corporis humani ſenſuum revera principes* Pariſ. 1767. 4.*

Ej. & GUILLOTIN *E. veſiculæ felleæ bilis per ductum cyſticum mittitur* Pariſ. 1768. 4.*

J. Baptiſta Eugenius de MANGIN *E. pro varia ætate variat temperamentum* Pariſ. 1767. 4.*

Ambroſio Auguſto BELANGER Præſide A. BLASIUS PELE'E *E. ſola bilis pars colorata in inteſtinis deponitur* Pariſ. 1767. 4.*

Bertrand DUPUY & *Car. Gabriel le* PREUX auctor *Ergo ex minoribus diverſis & pene infinitis ſanguinis circuli componitur ipſiusmet circulus univerſalis* Pariſ. 1767. 4.*

BERN. *du* PUY & *de la* NOUE *E. fit decompoſitio bilis in inteſtinis* Pariſ. 1767. 4.*

J. DARCET & MITTIE *E. a ganglio nervi intercoſtalis omnium partium conſenſus* Pariſ. 1767. 4.*

Henr. RAYMOND & *Joſeph. Anton.* COUTAVOZ *E. arteriæ ut ſenſibiles, ſic irritabiles* Pariſ. 1767. 4.*

Oſma Aug. LEZURIER & MAIGROT *E. in triplici corporis cavitate diverſi ſanguinis circuitus* Pariſ. 1767. olim BARON a. 1732.

Joh. TREMBLEY *de generatione* Genev. 1767. 4.*

CAROLI MARIÆ VICTORII ANSELMI *Meletemata phyſico medica* Turin. 1767. 8.* Capillos vidit ramoſos, eos vidit etiam ex corpore cutis oriri, & ubi nulla eſt pinguedo: ſuperficiem poroſam eſſe. Naſci etiam ex cute, non ex adipe.

Petri

Petri Joh. VASTAPANA *Exercitatio phyſico medica* Turin 1767. 8.* De tunica celluloſa: de cute & ejus ſuccis.

Thomæ SMITH *de motu muſculari* Edinburg 1767. 8.* Vim inſitam muſculorum tamen a nervis eſſe; etiam ea animalia nervis pollere, quibus neque caput ſit, neque oculi. Solum inter ſales marinum ranarum muſculos in motum ciere, paucos alios idem poſſe nervis irritatis. Hæc incredibilia.

J. H. SCHOENHEIDER *de impotentia motus animalis* Hafn. 1767. .*

§. MCCXXXVI. *Diaria anni* 1768.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LVIII., quod hujus anni res geſtas continet, aliqua pertinent ad rem noſtram, *Joſephus* BENVENUTUS, qui caput maximum deſcripſit.

In *Mem. de l'Acad. des Scienc. de Paris* 1768.

HERISSANT & CONDAMINE cochleis caput amputarunt, & viderunt renaſci, & una cornua & dentes, ipſosque oculos.

DUPEIRON menſes in femina 91. annorum manantes.

TILLET Equa ſimul & uno partu & equum peperit & mulum.

In *Mem. de mathematique & de phyſique préſentés à l'Acad. des Scienc.* T. V. a. 1768. edito, ERNAULD de ſuo artificio, quo ſurdos loqui docet. Pleroſque ſurdos natos ingenio pollere. Aliqua de motubus oris, quibus literas efficimus.

BETBEDER duobus *de infantibus* per ſolam cutem conjunctis. IDEM qui de hydrocephalo pellucido ſcripſit.

Cl. vir *Gerh. Wilh.* MULLER de ichthyocolla, non ſatis facilis intellectu. Paratam eſſe in veſica natatoria.

... DESCEMET de oculo. Chorioideam membranam etiam ex ſclerotica oriri, producere tenuem membranam, quæ ſub cornea tunica continuetur, elaſtica, in magnis animalibus a cornea melius ſeparabilis.

In *Journ. de medecine* T. XV. IDEM denuo de nova membrana contra Cl. DEMOURS.

In T. XXX. IDEM porro contra *Petrum* DEMOURS jura ſua defendit, deſcriptiones comparat, & oſtendit non ſimiles eſſe. Non eſſe corneæ laminam, & fabricam differre.

T. XXXIII. IDEM omnino ſuam novam membranam non eſſe laminam interiorem corneæ tunicæ, naſci ab orbicolo chorioideæ & a cartilaginea membrana *Petri* DEMOURS differre.

K. Swenſka Wetenſk. Acad. Handling. T. 29. anni 1768. *J. Adolphus* MURRAY

RAY vir egregius, arteriam ſubclaviam dextram ex inferiori thorace de coſta prodiiſſe vidit, ſuumque brachium pone bronchum petiiſſe.

Ej. *Fundamenta teſtaceologiæ* Upſal. 1771. 4.* Fabrica & incrementum teſtarum. Vix putat oculos eſſe, qui in cancris dicuntur. Animalia rariora hujus claſſis.

Ej. diſputatio defenſa præſide *Jona* SIDREN Upſal. 1772. 4.* *Obſs. anatomicæ circa infundibulum cerebri, axium capitis in fetu ſtructuram alienam, partemque nervi intercoſtalis cervicalem.* Infundibulum cavum eſſe, ejusque canalem nulla medulla, nullis membranulis impediri: glacie utique repleri. In glandula pituitaria canalem in duos ramos ſecedere, quorum quiſque ſuum glandulæ lobum adit. Caput deforme, os frontis cum oſſe verticis lateraliter connatum, hoc verticis os magna inciſura exſculptum. Centra oſſea multa, etiam in ſutura coronali tria. Accurata nervi ſympathici magni deſcriptio, ut ſe in collo habet. Nervus cardiacus ſupremus, per aliquot lineas cum vago connatus, inde ſeceſſit. Plexus cardiacus primus nihil a recurrente habuit. Ganglion thyreoideum utique adeſt, quæ arteria hic vertebralis tunici ramus erat. Ganglion cervicale infimum, ejusque rami interni & externi. Plexus cardiacus poſterior.

Porro *Sw. Acad.* T. XXIX. artificia Sinenſium, quibus anatum ova in clibanis excludunt.

In *Mém. de l'Acad. R. de Chir.* T. IV. Fuſe de ſeparatione oſſium pubis, quæ in partu fit. Paulatim hæc oſſa diſcedere, etiam ad magna intervalla.

FABRE non eſſe novam carnem, quæ jacturam amiſſæ in vulneribus carnis ſarcit, quem recte A. LOUIS refellit.

Morbus equorum ex triſtitia & febre miſtus: vaſa lymphatica mole aucta, coacta lympha plena.

Non renaſci veram cutem poſt amputationem, nec habere papillas, neque textum reticularem.

BUTTET de ſeceſſu partis oſſeæ coſtarum a cartilaginea.

Medical tranſactions publiſhed by the college of phyſicians at London T. I. London 1768. 8.* Mere practici argumenti eſt.

Verhandel. uytgegeeven door de Hollandz. maatſchappy T. X. P. II. 1768. 8.*

Joſua v. IPEREN de infante cum ſignis variolarum in partu edito.

In *Petri* ORTESCHI diario T. VI. Venet. 1768. 4.* J. B. ROBERTI elogium P. J. MOLINELLI.

J. B. SAURA de cicatrice vaginam inſigniter arctante, quæ tamen conceptum non impediit.

Fragmentum libri anatomici Græci.

Cajetanus TORRACA de amiſſo cum incude malleo, abſque detrimento auditus.

IDEM

IDEM in *Epiſtolarum ad me datarum* T. VI. inciſionem vetulæ centenariæ dedit, in qua omnia mollia reperit & arterias peramplas.

Berliniſche Sammlungen zur Beförderung der Arzneywiſſenſchaft, der Naturgeſchichte &c.

De vampiris veſpertilionibus Surinamiæ.

De ſuſcitatione ſubmerſorum per preſſionem abdominis.

In *ſecundo Tomo der Chur Br. Lüneb. Landwirthſchafts-Geſellſchaft* Celle 1768. 8.* *C. Jeremias* ROLLIN, noſter olim inciſor, tres equos diſſecuit. Morbum *ſpat* eſſe liquoris articularis coagulum.

F. B. PAHLEN de apum generatione. Cum reginam carceri incluſiſſet, tamen generavit apes. Reginam ſolas reginas parere.

Schwediſches Magazin vertente *J. Carolo* WEBER T. I. Hafniæ 1768. 8.* Diſſertationes & orationes verſæ & recuſæ.

In *Gazette litteraire & univerſelle de l'Europe* Lauſanne 1768. 1769. 8.* aliqua huc faciunt. Anas inplumis natus. Piſces certo ſemen emittere, idque ex utroque ſexu miſtum fecundum eſſe.

J. Andreas MURRAY, Profeſſor botanices Gottingenſis, obſervationes de lumbricorum ſetis prælegit in *conventu Societatis Reg. Scient.* a. 1768, & recudi fecit Gotting. 1769. 8.* cum ſequenti libello. Eas ſetas accuratius deſcripſit ad greſſionem utiles.

IDEM *de vermibus in lepra obviis,* Gotting. 1769. 8.*

EJUSD. *Til om de på diurer anſtälde rön och förſökes politelighet och tillämpningen på männiſkans kropp* Stokholm 1772. 8.* Fateri neceſſe eſt, pleraque experimenta phyſiologica primum in beſtiis facta eſſe. Sed monet noſter, animal ſenſum ſuum non poſſe exprimere, equo ne querelam quidem exprimi poſſe (audivi queſtus percuſſi). Medicamenta aliter in beſtiis operari. Multa animalia abſque noxa hyoſcyamo uti, inſecta acerrimas plantas devorare. Melius adeo experimenta in homine fieri.

Aries habitus pro androgyno, cui fiſſa urethra.

Julius Herman SEEDORF deſcripſit coram eadem ſocietate duos fetus pectoribus connatos, duo corda connata, quatuor ventriculis & auriculis; ventriculum unicum, pyloros duos; arterias umbilici, venasque bifidas.

In *Journ. de Medec.* T. XXVIII. MARTEAU defendit partum octodecimeſtrem.

DU MONCEAU de fetubus per epigaſtria connatis. Pulmones, corda, viſcera abdominis duplicata, pericardium unicum, ſed auriculæ quatuor, & quatuor ventriculi.

DU PONT *du* MESNIL de dentitione. Ut prodeant novi dentes, debere alveolos rupto pariete oſſeo aperiri.

T. XXIX. Nolleson fetus monſtroſus capite humero inhærente, oſſa capitis penitus deformia, & nudum cerebrum, abſque galea cranii.

Laugier de anaſtomoſibus vaſorum ſuperiorum brachii cum inferioribus. Radialis arteriæ cum trunco arteriæ brachialis. Duæ aliæ cum recurrente, etiam conjunctæ cum alio ramo arteriæ brachialis. Tertia per condylum internum ducta ex ramo ad tertiam partem humeri a brachiali arteria natos, quæ ego plene dixeram.

Abhandlungen und Erfahrungen der œconomiſchen Bienengeſellſchaft vom Jahre Dreſden 1768. 8., ut puto. Abſque matre poſſe apes generari, & ipſam reginam, ſi prolem apes plebejæ incubaverint.

§. MCCXXXVII. Incisores. Sabatier.

. . . . Sabatier Paris 1768. 12. 2.Vol.* dedit novam editionem anatomes Cæsaris Verdier. Plurima pars novæ editionis pertinet ad editorem. Ductum inciſivum tamen nares cum ore conjungere. Ut poſſit unicus in maxilla dens numerari. De ſpina bifida primum a Tulpio dicta. De oſſibus pubis in violento partu diſcedentibus. In muſculis Albinum potius, quam Winslowum ſecutus eſt. Pectoralem muſculum utique ad reſpirationem facere. Contra Hambergeri de muſculis intercoſtalibus internis opinionem. In dura meninge neque nervos eſſe, neque ſenſum. Pro motu cerebri a reſpiratione pendente. Infundibulum ſolidum eſſe. Membranam pupillarem primum a Wachendorfio, inde a me deſcriptam fuiſſe. De muſculo externo mallei, deque myloglosſo recte dubitat. Coronarias arterias eodem tempore micare cum reliquis univerſi corporis arteriis. Pyramidales muſculos utrinque binos vidit. Prius ſe vidiſſe flatu valvulas inteſtinorum deleri poſſe, quam Albinum legiſſet. De rete quaſi veſicæ urinariæ. Contra hymenem. Mecum de origine lutei corporis. Albini arteriam centralem cryſtallinæ lentis non bene mihi tribuit, qui tantum eam arteriam in piſcibus vidi, membranam vitream rubris ramis perambulare. Nervorum involucra utique meram telam celluloſam eſſe.

Ejusd. *Traité complet d'Anatomie* Paris 1775. 8. maj. 2.Vol.* Egregium opus ſubſtituit Verdierii operi, quod olim ediderat. Totum excerpi non poteſt, quare in altero tomo ſubſiſtam. Omnino verus adeſt muſculus inciſuræ majoris auriculæ. Nullum eſt foramen membranæ tympani, niſi per accidens natum. Duos muſculos minores mallei non admittit. Muſculi cricothyreoidei glottidem arctant. Quod cor apice ſuo pectus percutiat, deberi duabus majoribus valvulis oſtiorum venoſorum, quæ partem ſanguinis in auriculam retrorſum premunt, & eamdem ſupra modum replent, ut reſiſtentia ſua apicem cordis antrorſum pellat. Aliquid tamen deberi arteriis magnis, quæ ex curvitate ſe in rectitudinem exporrigant. Nulla admittit oſtia ſanguinea in cor ipſum aperta. Motum ſucceſſivum partium cordis eſſe a migratione ſtimuli. Nullas fibras longas a cricoidea cartilagine in bronchum ire. Objectiones contra experimenta pulmonum natantium & ſubſidentium. In ventriculo veſtigia vaſorum lacteorum ſe vidiſſe.

Capſu-

Capſulam GLISSONII a meſenterio advenire. Nullæ in veſicula fellea fibræ carneæ. Caveam renis ſuccenturiati per venam repleri. Muſculi proſtatici, ſuperiores WINSLOWI mera ſunt tela celluloſa. Urachum utique cavum eſſe. Rete fibrarum circa veſicæ oſtia. Sanguinem uteri in ſinus deponi, & a venis umbilicalibus abſorberi. Fetum negat deglutire. Arteriam meningeam per foramen ſuturæ iviſſe, quæ os temporum cum oſſe verticis conjungit. In nervis diligenter verſatus eſt. Utique perſuadetur, nervum quemque opticum ex alterna parte cerebri advenire. Nervo quinti paris inciſo dolorem tamen non ſero redire. A nervo duro ramum ire ad muſculum maſtoideum. Non audire, qui utrinque oſſicula auditus amiſerunt. Frequentius unicam eſſe radicem nervi decimi, neque ſemper cum acceſſorio conjungi. Vidiſſe ſe ramum LANCISIANUM, qui arteriam vertebralem ſequitur, & ramos duos ad muſculos capitis obliquos & rectos. Sympathicum nervum tribus ramis cum nervis cervicis communicare, prius quam ramus anterior a poſteriori diſceſſit. Symptomata a venæ ſectione nervo læſo deberi, hinc etiam in pede ſimilia ſe vidiſſe. Nullum conſtans malum ligato nervo ſequi. Corpus luteum poſt conceptionem naſci.

§. MCCXXXVIII. *Varii Galli.*

BATIGNE *eſſai ſur la digeſtion & les principales cauſes de la vigueur, de la durée, de la vie &c.* Berlin 1768. 12.* Anatomicam primarum viarum in animale & in homine deſcriptionem comparavit. Ingluviem onocrotali & avium rapacium deſcribit. Ululæ & corvo carneus eſt ventriculus, ut in granivoris. De experimentis REAUMURII ſubdubitat, cum cibi in tubulos ſtanneos farti non abſque medio ſuccorum ventriculi actionem ſint experti. De fame &c.

Traité des cauſes phyſiques & morales du rire, relativement à l'art de l'exciter Amſterdam 1768. 8.* Francof. 1769. 8. A ſuperbia riſum naſci.

Theorie du ſyſtéme animal Leid. 1768. Subtile ſcriptum. Omnia in natura vivere, novas ſpecies naſci, &c.

KERENFLECH *nouvel examen de la queſtion de l'ame des bêtes* Rennes 1768. 12.

MENURET, Medici Monſpelienſis, *nouveau traité du pouls* Paris 1768. 12.* Iniquiſſimus in BOERHAAVIUM. Tota pulſilogorum hiſtoria. *Theophilus de* BORDEU pro reſtauratore medicinæ datur.

VALENTIN, Chirurgus, *Queſtion chirurgico-legale relative à la Demoiſelle* FAMINE Paris 1768. 8.* De ſignis partus prægreſſi: ad ea lac pertinere. Innocentem feminam cum PETITO ſervavit.

EJ. *Eloge de M. le* CAT Paris 1769. 8.* De partibus ſentientibus vere docuiſſe, nimis quidem ſibi placuiſſe.

Joſeph RAULIN *conſervation des enfans* Paris 1768. 12. 2.Vol.* Agit etiam de

de generatione, de conceptu, de anatome fetus. Et per os nutriri, & per umbilicum.

Etat des batêmes, des mortuaires, & des mariages de la ville & des fauxbourgs de Lyon Lyon 1768. 4.* Numeroſiſſimæ mortes infantum. Quinquageſimus quiſque civium ad nonageſimum annum pervenit.

FAISOLES & CHAMPEAUX, Chirurgi Lugdunenſes. Eorum ſunt *Experiences & obſervations ſur la cauſe de la mort des noyés, & les phenoménes qu'elle préſente* Lyon 1768. 8.* De aqua merſis; num aquam deglutiant, quæ ſpumeſcens aſperam arteriam obturet. An in cerebro ſubmerſorum vaſa tumida reperiantur. Experimentis in canibus captis conſtanter ſpuma in arteria aſpera reperta, in ventriculo pauca aqua aut omnino nulla. Animal in violenta inſpiratione perit. Signa ſtrangulantis funis valde pertinacia ſunt. Poſt mortem in aquam projectis, nulla in bronchiis ſpumeſcens aqua viſa, quæ certum ſubmerſionis vivi hominis ſignum eſt. Strangulatis vaſa in cerebro utique tumida. Puellam de qua quærebatur ſtrangulatam, deinde in aquam projectam fuiſſe. Probat Cl. LOUIS.

Eadem occaſione pluſcula ſcripta prodierunt, quibus FAISOLII & CHAMPEAUX judicium refutabatur, & oſtendebatur vitioſam fuiſſe inciſionem cadaveris pro ſuffocato habiti. Ej. primum Lyon 1768. 12.* mere hiſtorica defenſio celebris advocati L'OISEAU, & una edita defenſio ſuſpecti hoſpitis, in cujus ædibus violatio & ſtrangulatio dicebantur patratæ fuiſſe, auctore *la* ROCHETTE. Demum judicium tribunalis, quo rea liberatur.

Inde *lettre à Ant.* LOUIS *Secretaire &c. & ſa réponſe* Lyon 1768. 12* illa FAISOLII & CHAMPEAUX, hæc a nobis indicata LOUISII, qui in ſententiam horum amicorum it.

V. *Medecin* . . . Lyon 1768. 8.* De eadem virgine. De aëre genito poſt mortem in pectore & abdomine, qui idem perforata pleura bullarum ſpecie erumpit. Cadaver utique ſub liquorem coloratum demerſum partem ejus deglutit. Cibi cum bile loco calido ſervati primum aceſcunt, deinde putreſcunt.

Memoires & conſultations pour ANTOINE & JEAN PERRA & JEANNE DALIN *à cauſe du crime de viol & d'aſſaſſinat avec le jugement de la Senechalerie de Lyon, qui les decharge de toute accuſation* Lyon 1768. 12.

Tum *conſultation de Chirurgie, ou examen du rapport juridique fait le* 10. *Juill.* 1767 *pour decouvrir les cauſes de la mort d'un corps humain trouvé flotant ſur l'eau* Lyon 1768. 12.* auctore chirurgo DUPUY. Hic libellus propius ad rem facit, cum ſingulatim oſtendatur, cadaveris ignoti, putridi, a vermibus eroſi, inciſionem nihil certi de mortis cauſa proxima demonſtrare. In omni quidem animale ſubmerſo debere bronchia ſpuma viſcida repleta eſſe, cæterum exceptiones etiam hic locum habere. Putredinem aërem generare, & bullas adſcendere per aquam de ſede, in qua cadaver putreſcens latet, eo ſigno ſe ſubmerſa corpora detexiſſe. Linguam exſertam non demonſtrare ſtrangulationem. Submerſos

merſos mori in ſtatu exſpirationis. Sanguinem congeri in pulmone, per quem via ei clauſa ſit.

V. *Medecin, diſſertation ſur les noyés. Tout homme mort dans l'eau doit-il toûjours renfermer de l'eau dans ſes poumons?* Lyon 1768. 12.* Aerem a putredine generari: in cadavere hominis ſubmerſi, quod ſupernataverat, perforata pleura aëreas bullas erumpere, quæ per putredinem generatæ fuerint. Utique experimento facto, in cadavere aquam coloratam in pulmones ſubire, in quam animal ſubmerſeris. Poſſe ab aſthmate aliisque morbis ejusmodi ſpumoſam aquam generari, id omnino ſe in cadavere hominis vidiſſe ex morbo exſtincti. Progreſſus putredinis: maſſam miſtorum alimentorum aceſcere, deinde putredinem ſequi.

Reponſe de M. PRESSAVIN ib. Contra FAISOLE & CHAMPEAUX. Non neceſſario aquam in pulmonem in ſubmerſione receptam totis 15. diebus in pulmone retineri, & experimenta duorum amicorum non facta eſſe in animalibus adeo longo temporis intervallo ſub aqua relictis. Vidiſſe ſe de ſuffocato in aquis ſponte ſpumoſam aquam abunde per os & nares erupiſſe. Non debuiſſe duos amicos referre, niſi dubios ſe eſſe de cauſa mortis proxima feminæ de aquis extractæ.

ID. PRESSAVIN *nouveau traité des vapeurs, ou des maladies des nerfs* Lyon 1770. 8.* Elaſticitatem vivam vocat, quam alii mecum irritabilitatem. Majorem motum producit quam is motus erat, quo fibra irritata fuit. A ſenſu differt. Experimenta aliqua. Sed harum virium motus animalis ſcaturiginem cum *la* CASII viribus centralibus conjungit, & diaphragmati inter organa vitæ alterum locum adſignat. Senſus interior, qui ſumma eſt ſenſuum omnium partium corporis: ab eo pro ratione ſenſuum exteriorum motus naſci. Nervos negat a cerebro oriri. Pueros omnes ſtrabos eſſe, quando in lucem prodeunt.

Eloge de Mr. BOISSIER *de* SAUVAGES Lyon 1768. 4.* Potius nimius laudator.

In Cl. RAVATON *le Chirurgien d'armées* Paris 1768. 8.* Vulnera tendinum, diſſectione duræ matris abſque malo factæ.

VALMONT *de* BOMARE *Dictionnaire raiſonné univerſel d'hiſtoire naturelle* Paris 1768. 8. & Ebroduni 1769. 8. 12.Vol.* Continet etiam animalia multaque anatomica. Opus pharmacopolæ.

IDEM in *Avantcoureur* 1769. T. I. negat reproduci limacum capita & cornua.

IDEM in *Journ Encyclop.* 1776. II. n. 2. deſcribit damam unicornem abſque vagina, ſpecie prædita teſtium, ſaccoque qui uteri locum teneret, abſque ovariis tamen & tuba, pene nullo: non accurate inciſam.

Varietés litteraires, ou recueil de pieces tant originales que traduites, concernant la philoſophie, la litterature & les arts Paris 1768. 12. 4.Vol. Germani nobile opus in T. IV. eſt de animalium anima, ſenſationibus, memoria, ſyllogiſmis. Animalia carnivora diſcere venari, & verum aſtum adhibere, & feria ſibi mutuo præſtare auxilia in præda quærenda. Peritiam canum etiam in catulos tranſire.

Celebri Poetæ *Franciſco* AROUET *de* VOLTAIRE hæc quæ nunc dico tribuuntur. *Les ſingularités de la nature* 1768. 8.* pleraque quidem per jocum ſcripta. Pro ovis & evolutione germinum. Contra anguillas reviviſcentes farinæ.

EJ. *Les colimaçons du R. P.* ESCALOPIER 1768. 8.* & iterum 1769. 8.* Se in cochleis experimenta feciſſe, regenerata eſſe detruncata capita, cum cornubus.

Reponſe d'un campagnard de Pierrefort au phyſicien de St. Flour Clermont 1768. 8.* Contra libellum quem modo diximus.

Hugo MARRET, Medicus, EJ. *conſultation au ſujet d'un enfant que l'on prétend né au commencement du cinquieme mois* Dijon 1768. 4.* Impeditus feminæ partus 123. dierum recte refutatur. Eſſe ſua cuique perfectionis gradui tempora. Pulli diem 10. reſpondere humani fetus diei 123; neque fieri poſſe, ut fetus humanus eo tempore perficiatur, quo pullus ne pulmonem quidem habet ad reſpirandum idoneum. Mireris Senatum pro partu 135. dierum reſpondiſſe.

J. Phil. MARRET, Chirurgus, *memoire ſur la maniere d'agir des bains déau douce* Paris 1768. 8.* Spiritus nerveos fibram ad contractionem ſtimulare. Aquæ calidæ, frigidæ, in certos homines effectus. Pro calidæ reſorbtione. Frigida minus reſorbetur, & cutem breviorem reddit, calida longiorem: & fluida magis urget. Fervida breviorem reddit. Arteriæ phænomena, quæ cutis Cadavera aquam ſorbere, graviora reddi.

Hiſtoire des charançons avec les moyens de les detruire Avignon 1768. 12. Bonus libellus anonymi, qui ſe I. L. ſignat. Famem longam non ferunt, Vermiculus ſolus triticum exodit, qui de ovo prodiit, quod curculio in granum frumenti depoſuit. In ultima proboſcide duæ ſunt maxillæ, quibus roſtro expedito utitur. Ova una femina parit 150. Toſta hactenus grana nimis dura dentibus animalis reſiſtunt. Pro evolutione. Hominis ſtaturam paulatim minui.

J. B. ROBINET *conſiderations philoſophiques de la production naturelle des germes ou les eſſais de la nature, qui apprend à faire l'homme* Amſterdam, vel potius Paris 1768. 8.* Naturam omnia quidem ad prævifos fines creare, cæterum olim adeo imperitam fuiſſe, ut tentando demum & poſt innumera fruſtranea conamina, vitatis quos didicit adgnoſcere erroribus, demum animal diſcat perficere. Eam hypotheſin ut confirmet, noſter lapidibus quibusdam utrumque aliquam corporis humani partem referentibus utitur, quos habet pro tentamine indoctæ naturæ. In his adfinitatibus mire credulum ſe præbet; figuras humanas in fungis putat adparere, in mandragora. Sirene ei homo eſt imperfectus. De monſtris, quorum claſſes conſtituit. Sed etiam regno lapideo ſuam eſſe vitam.

EJ. *Parallele de la condition & des facultés de l'homme avec celles des autres animaux* Bouillon 1769. 12. An fuerit GREGORII libellus.

§. MCCXXXIX.

§. MCCXXXIX. *Germani.*

Carl Auguſt GRÆBNER *Gedanken von hervorkommenden und wechſelnden Zähne* Langenſalz 1768. 8.* Utique dentem alienum comprehendiſſe.

Corbinianus GARRUS *pragmatiſche Geſchichte des Schlafes* Cölln 1768. 8.

Memorial von einem Italiäniſchen Arzte, über die Nothwendigkeit, die Arzneykunſt von der greulichen Krankheit der Charlatanerie zu heilen Zürich 1768. 8.* Ex ſchola *la* CASII Gallus, ut videtur. Multa in BOERHAAVIUM declamatio. Nimis eum virum in ſanguinis circuitu fuiſſe occupatum. Contra jatromathematicos. Nervi deſcriptio. Celluloſam telam proxime ad naturam nervi accedere.

Anweiſung, wie die Menſchen, welche im Waſſer oder in der Kälte erſtarret oder ertrunken, oder ertränkt und erdroſſelt, oder auch von ſchädlichen Dünſten erſticket, zu helfen ſey Braunſchweig 1768. 4.* Bona conſilia dat.

J. Jac. Ludw. NEYDECK *Ob auf das Experiment vom Obenſchwimmen und Unterſinken der Lunge in Rechtlicher Folge zu beurtheilen ſey* . . . 1768. ſi recte legi.

J. Chriſtoph SOMMER, Prof. Brunſwicenſis, *Beobachtungen und Anmerkungen über die in der Gebährmutter zurückgebliebene und in einen Sack eingeſchloſſene Nachgeburt* Braunſchweig 1768. 4.* Uti ejusmodi ſacci in utero naſcantur, quando aliqua pars uteri minori vi contractili pollet. Aliquot ejusmodi hiſtoriæ.

J. TAUBE *Beyträge zur Naturkunde des Herzogthums Lüneburg* Zell 1768. 8.* SPALLANZANI experimenta in cochleis facta Cl. viro non ſucceſſerunt. Anas a gallo compreſſa anatem peperit pedibus galli, roſtrique parte.

G. C. SILBERSCHLAG *Cloſterbergiſche Verſuche in der Naturlehre und Mathematik* Berlin 1768. 8. De ſono, de tuba ſtentorea, de ſpeculis ARCHIMEDEIS; de ſono in ſpatio inani ſuffocato, de muſculorum mechaniſmo.

J. Daniel TIEZ (TITIUS) *gemeinnützige Abhandlungen zur Beförderung der Erkenntniß und des Gebrauchs natürlicher Dinge* Leipzig 1768. 8.* De coccinella Germanica. De thymo: ſecernere ſuccum alentem. De levi & pingui Abbate MOCCIA, qui in aqua non mergatur.

Phyſical. Unterſuchung, ob auch Patagoniſche Rieſen möglich ſind von J. C. E. S. Leipzig 1768. 8.* Non poſſe, non ſuffectura crura oneri, alios muſculos ad tam vaſtam molem regendam requiri, oſſa fore fragilia &c.

J. Leonhard EYRING *Plan der Fränkiſchen phyſical. œconomiſchen Bienengeſellſchaft* Anſpach 1768. 8.* Et ipſe vulgares apes vult in reginas emendare.

Sic in *Entwurf der vollkommenſten Bienenpflege* Leipzig 1768. 8.*

Friederich Traugott SCHMIDT's *Bienenbau in Körben, oder Niederſächſiſcher Bienenvater* Leipzig 1768. 8.* Multa de geſtis apum ad fines præviſos. Mi-

nante pluvia reginam occidunt, tum poſt ſecundum examen. Regina quaſi invita examen ſæpe ſequitur. Poſſe reginas apes arte obtineri.

Anweiſung, wie alle Arten Vögel zu fangen, Baſtarte zu ziehen, ihnen fremden Geſang zu lernen &c. Nürnberg 1768. 8. *nebſt Anmerkungen über* HERVIEUX *de ſerinis &* JOSEPH MITELLI *Jagdluſt.*

Chriſtian Polycarp ERXLEBEN *Anfangsgründe der Naturgeſchichte* Götting. 1768. 8.* Aliqua etiam anatomica continet.

EJ. *Einleitung zur Vieharzney* Götting. 1769. 8.* Brevis anatome. Venarum quæ in equo ſecantur cenſus, inter eas vena palatina. Ut ovibus vena incidatur.

EJ. *Practiſcher Unterricht in der Vieharzneykunſt* Götting. 1771. 8.* Ad equum potiſſimum.

Georg Albrecht FRIED, obſtetriciæ artis magiſtri, *Anfangsgründe der Geburtshülfe* Strasburg 1768. 8.* Brevis partium anatome. Menſuræ utriusque aditus pelvis & capitis. Graviditas, partus naturalis.

Joſ. Jac. PLENK, Chirurgus, CRANZII diſcipulus, ſcripſit a. 1768. 8.* *Anfangsgründe der Geburtshülfe.* Pelvis menſuræ, quæ SMELLIE. Partium genitalium deſcriptio: carunculæ in virginibus quatuor, membranis conjunctæ. Per exhalationem & reſorbtionem matrem cum fetu conjungi. Partus ad modum OULDII. Vagina a membrana obducta, tamen conceptus factus. Pro ſuperfetatione.

EJ. *Primæ lineæ anatomes* Wien 1775. 8.* Nullos nervos aut ſenſum duræ matris eſſe: pleuræ aut nullos nervos, aut paucos. Nulla tendinis irritabilitas aut ſenſibilitas.

§. MCCXL. *Itali.*

Joſephi CAVALLINI, Chirurgi Florentini, *de felici in quibusdam animantibus uteri extractione deque partium regeneratione & cicatricis natura* Florent. 1768. 8. C. L.

In *collezione iſtoriche*, quæ Florent. 1762 - 1763. 4.* prodierunt, aliqua huc faciunt. Nullus aër in thoracis cavo, qui pulmonem inflammet quando ſubit. Glomus capillorum ſub umbilico repertus. Tabulæ excretionum. M. Majo perſpiratio fuit ad urinam ut 45. 6. ad 162. ad fæces ut ad 26. 6. M. Junio ut 31. 8. ad urinæ 175, ad fæcum 33. 4. M. Julio ad urinam ut 6. 50. ad 115.6, ad fæces ut ad 31. 3. M. Auguſti parte ut 8. 3. ad urinæ 31. fæcum 15. cum puris portiones eſſent unc. 26. 3 : 52 : & 2.

Ignatii Ludovici BIANCHI *remedia æternæ ſalutis pro puerulis in utero materno morientibus* Venet. 1768. 8. SMITH.

Diſſertacion contra las mecanicas, en la quale pretende dar por ſuſpechoſos de materialiſmo theologico Madridt 1768. 4.

§. MCCXLI. *Angli.*

Jacob FLEMING, Chirurgi, *Treatiſe upon the formation of the human ſpecies* London 1768. 8.* Ne te mecum titulus fallat, monitum te velim, lector, potius agi de concubitu.

Brief eines Arztes an verheyrathete Frauen Lemgow 1768. 8. ex Anglico verſa, contra poteſtatem imaginationis maternæ.

William SMITH *a diſſertation upon the nerves* London 1768. 8.* Fuſiſſimus auctor de anima brutorum immateriali, de vita vegetabili & animali & ſpirituali differit. Ab irritabilitate circulum ſanguinis eſſe, &c.

EJ. *Nature ſtudied with a view to preſerve and reſtore health, an explanation of animal œconomy, the inſufficiency of theory in the curing of diſeaſes: How to reſtore health by ſimple methods: an account of a powerfull and ſafe deobſtruent medecine* London 1774. 8.

EJ. *Sure guide in ſickneß and health* London 1776. 8. Phyſiologica etiam habet, circulationem ſanguinis, animæ efficaciam.

Thomas REID *recherches ſur l'entendement humain d'après les principes du ſens commun* Amſterdam 1768. 12. 2.Vol.

Thomas BEARDMORE *treatiſe of the teeth: an account of their ſtructure, the cauſe of their diſeaſes, the moſt effectual method of healing the diſorders of the teeth and the gums* London 1768. 8.* Belgice etiam verſus. Brevis anatome, plus medicamentorum. Dentes non putat inſitos comprehendere. Dentitio.

WILHELM ALEXANDER *experimental eſſays on the application of antiſeptiks in putrid diſeaſes* London 1768. 8.* Vires antiſepticas nitri, corticis Peruviani, per ipſam cutem in corpus humanum penetrare. Sudorem valde debilitare; cum aucto calore febrili minui. Pulſus ad 138. gradus caloris ad 113. adſcendere.

EJ. *Experimental enquiry concerning the cauſes which have generally been ſaid to produce putrid diſeaſes* London 1771. 8.* Valde paradoxus ſcriptor. Putredo: caloris gradus, qui ei favet, ut 100, 110 gr. FAHR. Nullus animalculorum in putredinem influxus, ſed humiditatis. Microſcopica animalcula adeo non produci a putredine, ut ab ea deſtruantur. Nulla animalcula naſci in vaſe bene clauſo, Humores animales non putreſcere, ob cibum & potum, qui putredini reſiſtunt.

Daniel MAGENISE *the doctrine of inflammation founded upon reaſon and experience and cleared from the ſyſtemes of* BOERHAAVE *v.* SWIETEN *&c.* London 1768. 8, FERREINII diſcipulus, multa admiſcet phyſiologica. Contra globulorum ſanguinis circa axin rotationem. Calorem ab elaſticis aliisque particulis eſſe, quæ ex aëre per reſpirationem ſorbentur. Pro exſudatione ex tota longitudine arteriæ. Contra errorem loci. Bilem eſſe acidum ſaponem.

Barth. RUSPINI *treatiſe on the teeth, their ſtructure and diſorders of teeth and gums* London 1768. 8.

Thomæ

Thomæ PENNANT *Britiſh zoology* London 1768. 8. 2. Vol.* Compendium ſplendidi operis in fol. Nulla quidem anatome, aliqua tamen utcunque ad nos faciunt. Viverram *frettel* & putorium coire contra BUFFONIUM. Aviculæ congeſto fimo coguntur præcocius plumas mutare, ita præcocius etiam ad canendum aptas reddi, & coloribus pingi vividioribus.

In *ſynopſi quadrupedum* London 1769. 8.* varia ad phyſiologiam pertinent. Lupum utique catellam impræ̈gnaſſe.

Thomæ WILDMANN *treatiſe on the management of bees and the natural hiſtory of thoſe inſects* London 1768. 4.* Famam ſibi adquiſivit auctor, cum apes quaſi cicuraret, ut faciei ſuæ adplicatas impune circumgereret, aut brachio, juſſasque cogeret in alvear ſe recipere, qualia ipſe vidi præſtantem. Hoc libro, qui Germanice etiam prodiit, hiſtoriam naturalem apum & veſparum fere compilavit, artificia aliqua ſua adjecit & adnotationes. Voces colloquentium reginarum ante examinis iter audivit. Quando favi amputantur, recte jubet cellulis parcere regiis.

§. MCCXLII. *Belgæ.*

Petr. BODDAERT *de partibus vitalibus* in *verhandeling der Harlem. maatſch.* T. XIV. De corde, pulmone, cerebro. Nullum cor in polypo. Cordis per animalia varietas: nullum forte inſectis. Aviculæ quibus maxilla mobilis.

IDEM a. 1768. PALLASII *elenchum zoophytorum* vertit, & notas adjecit. Fortiſſime augente microſcopio in animali nullam fibram muſcularem ſe repeiſſe. Jumaros defendit. Polypi ex Sertularia erumpentes conſpicui.

Will. te REHORST *dierlyke huyshouding der kleine waerelt* Poëma, Amſterdam 1768. 4.

§. MCCXLIII. *Diſputationes.*

J. Joachim SCHOMBERG *decas obſervationum phyſico-medico chirurgicarum* Gotting. 1768. 4.* Fecunda femina, quæ menſes nunquam paſſa erat. Ante menſes ſanguis ex poro cutis faciei ſaliens.

Ludwig Albert APPUN *de non acceleranda ſecundinarum extractione* Gotting. 1768. 4.* De placenta, ejus ſitu, adhæſione, occulta in cellula uteri poſitione, adhæſionis nimiæ cauſis.

Adrian KOOY *de imaginatione gravidarum* Leid. 1768. 4.* A lapſu, fetui palatum fiſſum, & pars maxillæ ſuperioris & labii deleta. Non valde tamen credulus hypotheſi.

Jacob van BREDA *quid vir, quid femina, coeundo ad embryonis generationem conferat* Leid. 1768. 4.* Anatome nihil peculiare habet. Ad vires autem ignotas confugit, quæ fetum ſtruant. Ex utroque parente vim formantem eſſe, & materiem fetus.

Maurit. HERNIGHUYSEN *de lacrymis* Leid. 1768. 4. niſi error in anno eſt.

Bernard

Bernard PROOT *de viribus naturæ humanæ actuoſæ conſentientibus & medicatricibus* Leid. 1768. 4.*

Cornelius van DIEPEN *de ſenectutis morbis* Leid. 1768. 4.*

Ant. BLOM *de liquidi genitalis confectione* Utrecht 1768. 4.

J. EMANUEL *de homine automato* Utrecht 1768. 4. SANDYF.

H. *le* SUEUR *de temperamentis corporis humani* Groning. 1768. 4.

Abraham STEIL *de humore lacteo coagulato in placenta humana reperto* Groning. 1768. 4.

B. LAURENTII *de cauſa ordinaria & generali primam inſpirationem in fetu excitante* Prag. 1768.

Aloyſius Paulus TRABUCCHI, Buronienſis ex Valle Tellina, *de mechaniſmo & uſu reſpirationis* Wien 1768. 8.* Incertos valde eventus ſibi viſos narrat: & inter inſpirandum alias veram arctationem intervalli coſtarum, levationem coſtarum, pleuram pulmones tangentem vidit: in aliis experimentis horum directe contraria ſibi viſa narrat, intervallum inter pulmones & pleuram natum, aucta coſtarum inter inſpirandum intervalla: adſcendens ſeptum transverſum. Muſculos intercoſtales a mediocri reſpirationis inſtrumento vult abeſſe. Mallem non retuliſſet mea experimenta ad eventus accurate noſtris contrarios. Animam non vult ad reſpirationem facere. Fuſe de vi irritabili; debilem eſſe abſque nervis: motus a morte ſuperſtites ad nervos pertinere. Sphincteres a voluntate non arctari.

Joſeph Ferdinand FRIDERICH *de purgatione menſtrua* Wien 1768. 4.

Joſephi Nicolai LAURENT *ſpecimen exhibens ſynopſin reptilium emendatam cum experimentis circa venena & antidota reptilium Auſtriacorum* Wien 1768. 8.* Juſtus libellus & egregius. Multum de metu viperarum & bufonum demit; præter Italicam viperam utique periculoſe mordentem.

Jacob REINLEIN *de phoſphoris* Wien 1768. 8.* Chemici potius argumenti. In capite mortuo phoſphori ſal communis.

J. G. H. FEDER *de ſenſu interno* Gotting. 1768. 4.*

J. Gottfrid LEONHARDI *de reſorbtione cutanea* Lipſ. 1768. 4.*

Georg Chriſtian ARNOLD *de motu fluidi nervei* Lipſ. 1768. 4.*

EJ. *Gedanken von der Zuläßigkeit der Meinung, die Mutter würke in die Bildung ihrer Frucht durch die Einbildung* Leipzig 1775. 8.* Opinionem, quæ maternæ imaginationi imperium in formationem fetus tribuit, pro impia habet & noxia. Nulla niſi a DEO organica ſtructura proficiſci poteſt, neque creaturæ ſapientia ſufficeret fabricæ ad præviſos fines dirigendæ. Non omnes recedentes a vulgari fabrica fetus, etiam monſtra ſunt. Quæ olfactu deſtituebatur, non ideo monſtroſa facta. In monſtris conſpicua veſtigia ſunt fabricæ partium ad fetum connatum deſtinatæ, ut vita in ea a naturali ſtatu aberratione, quam minime

minime intolerabilis ſit. Fetum incidit ſimplicem capite duplici, ſic hepate, ventriculo, corde ſimplici, in quod vaſa utriusque fetus aperiebantur, ita ut quisque truncus ramos ad utrumque fetum daret. Conjunctio arteriæ aortæ alterius cum ductu anterioſo enormi fecit, ut æqua vi ad omnes partes utriusque fetus ſanguis ferretur. Aures tantum duæ. Naſus unicus. Ad objectiones reſponſio.

Ej. *Zweyter Theil* 1775. 8.* Imaginationem de poteſtate maternæ imaginationis in corrumpenda fetus fabrica poſſe in matre mœrorem & pœnitentiam excitare, ipſam demum morte acceſſere: exempla noſter producit.

Ej. *De partu ſerotino* 324. *dierum in ſingulari graviditate & puerperio* Lipſ. 1775. 8.* Diarium hujus diuturnæ graviditatis. Motum infantis mater perceperat 22. Jun peperit 19. Januar. fetum 25'' longitudine, fontanella arctiori. Multum & ante partum & poſt eum paſſa eſt: inde retardatus partus. Exemplum placentæ retentæ, & ſponte decedentis.

Simon Wolf. WORMS *de cauſa immunditiei ſpermatis humani apud Hebræos* Gieſſ. 1768. 4.

J. GORGOLIUS *de propoſita a* MACBRIDE *putredinis theoria examini ſubjecta* Pr. A. E. BUCHNER Hall. 1768. 4.* Non tantam eſſe aëris fixi in omnibus corporibus conſtantiam, neque putredinem animalem eſſe evacuationem fixi aëris.

Hermann David HECKER, præſ. *Friderico Chriſtiano* JUNKER, *ſalivatio ſpontanea* Hall. 1768. 4.*

J. Georg AMSTEIN & *Fr. Chr.* OETTINGER Præſ. *de uſu & actione muſculorum intercoſtalium* Tubing. 1769. 4.* Coſtarum deſcriptio, flexio cartilaginum contra HAMBERGERUM defenſa, & coſtarum rotatio. Quamlibet coſtam circa utrumque ſuum finem rotari, & alternis vicibus paulo longiorem iterumque paulo breviorem fieri. Intervalla in inſpirando minui. Obliquitatem muſculorum intercoſtalium actionem non mutare.

Gottlob Euſeb. OELTZE *comm. juridica de partu vivo, vitali, aut non vitali* Jen. 1768. 4. C. L.

Paul. BAUMER *de colore, denſitate, craſſitie pulmonum fetus* Erford. 1768. 4.

J. Laurent. NOLDE *de parentum morbis in fetum tranſeuntibus* ib. 1768. 4.*

Em. RIEDEL *de bilis qualitate laudabili & optimo præſidio ſanitatis* Erford. 1768. 4.* Aliqua analyſis.

J. Henr. RESPINGER *de præcipuis mutationibus, quæ in homine recens nato contingunt* Baſil. 1768. 4. ſi recte legi.

Franc. Henrich BUCHHOLZ *hepatomphalocele congenita* Argentor. 1768. 4.* Deſcribit anulum cutaneum circa funiculum umbilicalem pueri, & anulum tendineum a muſculis abdominis factum, cujus fibræ ſpirales ſunt. Duo exempla congenitæ herniæ umbilicalis ſanatæ.

Georg

Georg FERRAND *quæſtio* Monſp. 1768. 4.* *E. mulier prolificum ſemen ad fetus generationem confert. E. bilis vaſis contenta per ſe nutrire non poteſt.* Si recte legi.

J. Auguſtin COUTAVOZ *E. oſſium extremitatis comminutio non fragmentorum extractio* Pariſ. 1768. 4.* Spina reperta in medio tendine, ubi nullum dolorem fecerat.

Benjamin Michael SOLIER *de la* ROMILLAS præſ. COLOMBIERS *E. ſemen virile & catamenia ab eadem cauſa* Pariſ. 1768. 4.*

Claudii la FISSE & Præſ. *Lud. Henr.* BOURDELIN *E. reſpirationis ope æquilibrium quoddam aëris inter & ſanguinis calorem inſtituitur* Pariſ. 1768. 4.*

Ludov. Ant. Proſper HERISSANT Præſ. *P. Maria* VIELLARD *E. a ſubſtantiæ terreæ intra poros cartilaginum appulſu oſſea duritas* Pariſ. 1768. 4.* Analyſis oſſium; non naſci ex laminis perioſtei induratis. Filamenta radiata oſſium &c.

IDEM vitam ſcripſit GUNTHERI *v.* ANDERNACH.

J. Carl DESSARTS & *J. Car.* NOLLAN *E. ſanguis a liene ſpiſſior* Pariſ. 1768. 4.*

Petr. Mariæ VIELLARD *E. in pertinacibus capitis doloribus nihil prodeſſe, ſed plurimum contra nocere poſſe nervi quinti paris ſectionem* Pariſ. 1768. 4.* Deſcribit eum nervum e MEKELIO.

Bertrand DUPUY & *B. F. la* NOUE *E. fit in inteſtinis bilis decompoſitio* Pariſ. 1768. 4.*

Franc. LESCURE præſ. F. M. DISDIER *de vulneribus cum amiſſa ſubſtantia* Pariſ. 1768. 4.* De tunica celluloſa, ubi ſua tribuit inventori.

Annibal George MAGNIER præſ. SP. FR. CL. CALVET *diſſ. phyſiologica de motu muſculari* Avignon 1768. 4.*

J. Bapt. LAVIALLE *de* MAIMOREL diſſ. medica *de aquis montis aurei* Monſpel. 1768. 4.* In balneo corpus pueri etiam ſudantis libra cum $\frac{1}{4}$. gravior factum eſt: & pondus eo magis increſcit, quo homo junior eſt.

Benjamin RUSH *de coctione ciborum in ventriculo* Edinburgh 1768. 8.*

§. MCCXLIV. *Diaria anni* 1769.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LIX. *Henricus* WATSON delineat rete lymphaticum ad veru montanum convergens ex veſica urinaria. Articulata ſunt ea vaſa.

Richard PRICE de ſpe vitæ æſtimatio, & de incremento generis humani. Faſtorum emortualium Londinenſium vitia: Incolæ æſtimantur ad 650. 400.

In *Nov. Comm. Acad. Petrop.* J. A. BRAUNS in T. XIII. de calore humano agit. Is in hominis ore eſt graduum 98, 97½, urina vero gradu vel ſeſquigradu

gradu calidior. Inter animalia vituli calor eſt 104 gr., ſic porcelli; cani & feli $101\frac{1}{2}$; anſeri $107\frac{3}{4}$ tum in aliis avibus. In rubecilla $111\frac{1}{4}$. In piſcibus frigidis & ranis nullus eſt. In febribus homo calet ad 108. RICHMANNUS tolerabat calorem externum 121 gr. & balnea Ruſſorum fere 116 gradu calent. Calor tamen a motu ſanguinis progreſſivo oriri videtur.

In *Mem. de l'Acad. R. des Sc.* 1769. De homine, qui totis 46 diebus nihil edit, & demum ad cibi uſum rediit.

In S. DOMINICI inſula mula fecunda fuit, neque id rarum eſt: mulus autem conſtanter infecundus.

CADETI lib. de bile alias dictus eſt.

In *K. Swenſk. Wetenſk. Acad. Handl.* T. XXX. A. ARGILLANDER videri in ordine, quo pueri naſcuntur & puellæ, legem aliquam ſubeſſe.

J. C. WILKEN, ut capilli per frictionem electrici reddantur. Pili animalium ad vitrum adfricti adficiuntur electricitate adfirmativa vitrum imbuunt vi negativa.

In *Journal de Medecine* T. XXX. DESBREST iterum contra partus retardatos.

HOIN tendo Achillis inſenſilis.

T. XXXI. LEAUTAUD duo fetus in eodem amnio.

MARTEAU pro partubus ſerotinis.

MARTIN, Chirurgus Burdigalenſis, nullum a natura in membrana tympani oſtium factum eſſe. Poſt morbos utique a meatu auditorio viam ducere in os & pharyngem.

AUBRAI de modo, quo anus clauditur in nonnullis atretis. Perire ſi incideris.

La BORDE, de tænia vermiculi tamquam particulæ deceſſerunt.

In *verhandelingen uytgegeven door het Zeeuwſche genootſchap der wetenſkapen te Vliſſingen* Middelburg 1769. 8.* multa chirurgorum ſunt opuſcula. GISBERTUS *de* WITT de oculi anatome: admittit fibras circulares uveæ; in bove & balæna duplicem eſſe retinam, eam verſus chorioideam tunicam molliſſimam eſſe, duriorem verſus vitreum corpus.

Samuel de WIND de fetu, cui viſcera abdominis nuda cuti ſuberant. Cum puellus maturus videretur, cor tamen micabat abſque reſpiratione, & pulſus erant 30.

T. TOMLINSON *medical miſcellanies* Lond. 1769. 8.* In anatomicis WINSLOWUM, in phyſiologicis elementorum auctorem ſequitur.

In *Abhandlungen der Ober-Lauſnitziſchen Bienengeſellſchaft* pro anno 1767. Dreſden 1769. 8. excuſ.* Reginam abſque marium conſortio perinde fecundam fuiſſe. Quare, qui mares eſſe dicuntur, non ſunt. Iterum apem operariam poſſe in reginam convaleſcere.

In

In *Journ. des Sav. edition de Hollande* 1769. Febr. de limacibus contra SPALANZANUM. Forte virum caput non reſecuiſſe. A ſapone limaces lethargici fiunt &c.

In *Avantcoureur* 1769. experimenta etiam P. COTTE recenſentur, quæ non æque feliciter ſucceſſerunt, ac quidem ſolertiſſimi SPALLANZANI. Caput non putat renatum eſſe, ſed de ictu ab animale retractum, poſt ſuperatum periculum ſe dediſſe conſpicuum.

§. MCCXLV. *Varii Galli.*

Etat des baptêmes mariages & morts de Paris depuis 1714. *à* 1769. fol. 2.Vol.

Le medecin des bêtes à laine Paris 1769. 12. Anatome collectitia, ruminatio.

In *premier recueil phyſique & litteraire de la ſocieté typographique de Bouillon* Bouillon 1769. 12. dubia contra ſpiritus animales.

J. Jac. GARDANE *eſſai ſur les putrefaction des humeurs animales* Paris 1769. 12.* In præfatione vehementer in BOERHAAVIUM invehitur, & contra utilitatem anatomes; eſt enim de ſecta *la* CAZII. Collegit cæterum varios libellos, notasque ſuas addidit. Per putredinem ſalem alcalinum generari, qui continuo diffletur. Cruſtam coriaceam eſſe oleoſam partem ſanguinis. De ſaliva: eam & acidam degenerationem adjuvare, & putredinem. Negat glandulam preſſam ſuccum edere.

Jaques PERAS *Dictionnaire anatomique, françois - latin* Paris 1769.

FORMEY *entretiens philoſuphiques tirés de l'eſſai analytique ſur les facultés de l'ame par M.* BONNET Berlin 1769. 8.

Pierre Joſeph BUCHODZ *nouvelle methode facile & curieuſe pour connoitre le pouls* Paris 1769. 12. Amſterdam 1769. 12. Ad MARQUETI ſoceri libellum varia adjecit.

In *Manuel de medecine* Paris 1769. 8.* ſanatus, qui fæces revomuerat. Sanguis in febre equidem diſſolutus; fetus ſex hebdomadum ſeptimo menſe editus, poſt eum fetus maturior.

In innumeris viri diariis aliisque ſcriptis non dubie multa huc ſpectantia reperias.

SOLEILHET *Lettres à M.* ROUX *ſur des remarques relatives à la nouvelle doctrine du pouls, qui viennent d'etre publiées par M de* HAEN Bouillon 1769. 8. tum Wien 1770. 8.* Non bene HAENIUM de Chinenſium medicis ſilere, nihil de pulſu proprium habere. Nimis aſper.

GUERIN, Chirurgi, *traité ſur les maladies des yeux* Lyon 1769. 12.* Utique practicus. Pro chorioidea, ſede viſionis. Nervum opticum poſt ingreſſum ſuum in oculum, ſenſu poſſe carere. Utique membranaceam cataractam ſe forcipe comprehenſam eduxiſſe, quæ membrana fuerit capſula cryſtallinæ lentis.

Diſſertations ſur les antiſeptiques Dijon 1769. 8.* Prima eſt D. BOISSIEU medici

dici Lugdunenſis diſſ., qua præmium reportavit. Putredinis progreſſus per experimenta. In aëre aperto nullus inde generatur ſal volatilis, in vaſis clauſis utique. Putrida alcalinæ naturæ ſigna dant, ſed brevi duratura. Vapor detonantis nitri putredinem non confirmatam compeſcit &c. In ſinus ſiniſtri cordis ſanguine plus eſſe aëris quam in ſanguine dextri ſinus. Spiritus animales videri aërem eſſe fixum.

Recherches philoſophiques ſur les Américains Berlin & Germanice 1769. 8. 2.Vol.* BUFFONIUM ſequitur. In America omnia animalia minora eſſe & imperfectiora, homines minus robuſtos, minus hirſutos. De colore Aethiopum: atrum quid in omnibus eorum ſuccis dominari, etiam in ſemine. Contra proceritatem Patagonum. De albis Aethiopibus longis palpebris, & contra homines nocturnos LINNÆI. Multos in calidis regionibus dari androgynos, magna clitoride feminas. Quatuor generationibus Aethiopem in Europæum perfici, Americanum tribus.

In *defenſe des recherches philoſophiques ſur les Américains* Berlin 1770. 8.* priora confirmat, & debilitatem Americanorum.

BREZE' *Eſſai pour les haras, examen des moyens propres pour en etablir* Turin 1769. 8.* Neceſſario equilia requiri, cum brevis animalis vita ſit, & intra decennium omnes in aliqua regione equi pereant. De coitu, imprægnatione, partu. Equas prægnantes tamen faſtidioſas eſſe, moroſasque, feliciter vero parere.

ADAM *ſur la reſpiration* Caen 1769. 4.

EJ. *Sur les avantages qui reſultent de ce que les meres nouriſſent leurs enfans* Caen 1769.

EJ. *Sur le pouls* ib. 1769. 4.

§. MCCXLVI. *Varii Itali.*

Marchio Moſca BARZI in *penſieri filoſofichi* Piſauri a. 1769. 4. editis, ſi recte legi, mechaniſmum corporis humani & modum exponit, quo medicamenta in noſtrum corpus operantur.

G. Batiſta MUTINELLI *della generazione dell' uomo* Verona 1769. 4. SMITH.

Joſeph ROVATTI in *epiſtola ad me data*, vagitum uterinum pro certa adnotatione deſcripſit.

Relazione di due bambini attacati inſieme nella parte anteriore del petto e del baſſo ventre Piſa 1769. fol.* Meorum ſimiles fetus, corde unico, auribus tantum duabus, magnis vaſis ſimplicibus: lien unicus, arteriæ umbilicales duæ, ſed quatuor renes &c.

§. MCCXLVII. *Varii Germani.*

Der kürzeſte Weg zur Arzney Leipzig 1769. 8.* Antiquus liber, ut putes eſſe ineuntis ſeculi, cum BOERHAAVIANARUM *inſtitutionum* editio 1707. laudetur. Muſculorum nomina vetat diſcere, ut horrida.

Huc

Huc forſan retuleris, *Ob man Neigungen ausrotten könne, die von der Natur kommen. Præmium in eam quæſtionem inſtitutum retulit* L. COCHIUS Berlin 1769. 4.* Pro harmonia præſtabilita.

Gotth. Ephraim LESSING *wie die Alten den Tod gebildet* Berlin 1769. 4.* Utique veteres ſceletos depinxiſſe, per exempla oſtendit, alio tamen modo mortem expreſſiſſe. Larvas eſſe LUCIANO teſte, quæ pro morte habebantur.

A. C. PEUSCHEL *Abhandlung der Phyſiognomie, Metopoſcopie und Chiromantie* Leipzig 1769.

J. Chriſtoph CRICHSPRINGER *phyſicaliſche Unterſuchung, ob auch Patagoniſche Rieſen möglich, und die Erzählungen davon wahr ſind* Leipzig 1769. 8.

D. Friederich Auguſt WEIZ cepit ab anno 1769. edere, *Vollſtändige Auszüge aus den beſten chirurgiſchen Diſputen* Bauzen 8.* Paſſim ſuas adnotationes adjecit. Saccum hernialem ſe abſque dolore ſeparaſſe. Manus pene tota reſecta reconciliata, ut calor & pulſus redirent. Hernia ſpinalis. In gravida oſſa fracta non confirmari. Sterilis femina, ob membranam oſtio uteri obductam. Ab avulſis tendinibus nullus omnino dolor.

EJ. eſt *der Churſächſiſche Landphyſicus* 1771. 1772. Naumburg 8. 2.Vol.* Ut ſemianimes recreentur. Partus; dentitio.

J. Auguſt RIDDER *obſervatio rarior de fetu ſeptem annorum per inteſtinum rectum matre ſalva & ſuperſtite excluſo* Annaberg abſque anno.* Pro fetu habet, qui nunquam in utero fuerit conceptus, & continuo in ventrem exciderit.

J. Jacob GRIESINGER *vollſtändiges Bienen-Magazin* Ulm 1769. 8.* Non ſatis anatomicus. Non probat ſpem, quam SCHIRACHIUS in exciſo favo ponit. Reginas parere mares & reginas, operarias ab operariis naſci. Ova 21. die excludi. Apes non dormire, etſi videntur; noctu videre. Reginæ alterius gravem vocem eſſe, alterius tenuem, ut ſibi reſpondeant.

Drey Preisſchriften von der beſten Bienenzucht Manheim 1769. 8.* Calor apum idem qui majorum animalium, & 29 & 30 graduum R.

Carl Caſp. SIEBOLD, Prof. Bambergenſis, *collectio obſervationum medico chirurgicarum* Bamberg 1769. 4.* Cerebrum in ſacco occipiti appenſo contentum.

Fridrich Samuel BOCK *Verſuch einer vollſtändigen Natur- und Handlungs-Geſchichte der Heringe* Königsberg 1769. 8.* Habet etiam anatomen nervosque potiſſimum viſorios & olfactorios.

§. MCCXLVIII. *Varii Angli.*

Edward BANCROFT *Eſſay on the natural hiſtory of Guiana* London 1769. 8. & Frankf. und Leipzig 1769. 8.* Germanice. Pipam ova in dorſum mariti deponente. De vi ſtuporifera gymnoti, qua aquam impraegnat. Auctor chirurgi *van der* LOTT relationem de eodem piſce parvi æſtimat. Venenum Caraibum ſanguinem reſolvit.

John STEDMAN *phyſiological eſſays and obſervations* Edinburgh 1769. 8.* 1. Pulſus hieroglyphice expreſſi per certas lineas. 2. De menſibus; tamen a plethora eſſe.

R. CURTIS *on the ſtructure and form of the teeth* London 1769. 12.* Germanice 1770. 8.* parvi momenti l. in anatomicis.

A compendium of phyſik and ſurgery London 1769. 8.

John CAVERHILL *treatiſe on the cauſe and cure of the gout* Lond. 1769. 8.* Naturæ lege arteriæ vi muſculorum paulatim compreſſæ arctantur. Eædem laxantur, quando humor, diminuto nunc muſculorum motu, in celluloſa tela congeritur &c. Icones meæ arteriarum plantæ pedis hic redeunt.

EJ. *Experiments on the cauſe of heat in living animals* London 1770. 8.* Succum nerveum terreis fieri particulis, lente moveri: caloris tamen cauſam eſſe. In cuniculo perforata medulla ſpinali calor animalis ſenſim diminutus eſt. Pulſus numerat ad 180 & 200. Cum a læſa medulla ſpinali frigus animal occuparet, cor tamen celerius movebatur. Ignis vulgaris pulſum incitat. Calor animalis a vulnerata medulla ſpinali delapſus eſt a 103 ad 94 a 100 ad 84, a 96 ad 71 &c. & animal periit, muſculis poſterioribus emaciatis, cum frigore. Calor non eſt in ratione pulſus: nam cum medulla ſpinalis læſa eſſet, pulſusque 122, calor tantum fuit 78, & cum 140 pulſus eſſent, calor fuit $83\frac{1}{2}$. (pulſus nempe frequens & parvus).

EJ. *Treatiſe of ganglions* London 1772. 8.* Ganglia fere arteriæ alicui incumbunt, cujus micatio uberiorem facit influxum ſpirituum, qui iidem in omnes muſculos urgentur, qui ab eo ganglio ramos habent. Plexuum eadem eſt utilitas, minor tamen. Carotis etiam pulſatione ſua nervos cordis urget, cor incitat. Simili ratione motum muſculorum intercoſtalium exponit & reſpirationem. In nervis ſenſoriis & vagis nulla ganglia eſſe. Recurrentibus nervis reſectis vocem ſuperfuiſſe.

John BRISBANE *anatomy of painting or a ſhort and eaſy introduction to anatomy being 6. tables of* ALBINUS *with linear figures on a ſmaller ſcale*, ALBINUS *figure of the uterus*, *the anatomy of* CELSUS, *the phyſiology of* CICERO Lond. 1769. fol.

EJ. *Select caſes in the practice of medicine* London 1772. 8.* Potius practici eſt argumenti.

Robert Wallace JOHNSTON *new ſyſtem of midwifry* London 1769. 4.* Magna pars anatomica & phyſiologica eſt. Anatome partium genitalium. Pſoades muſculi, quando fetus vertex eos in partu tangit, contrahuntur, verticem extrorſum pellunt, ut caput oblique in margine ſuperiori pelvis retineatur. Menſuræ pelvis & capitis fetuum: horum pondus inter 10 & 14 libras troy continetur. Liquor in uterum injectus exiit per vaſa, quæ ligamentis teretibus includuntur. Oſtia uteri, ex quibus menſes manant. Tunicæ ovi humani, potiſſimum decidua, quæ olim chorion audiebat. Corpuſculum & filum noſter vidit ut ALBINUS. Liquorem amnii reſorberi. Villos fetus in villos uteri inſeri,

ſeri. Uteri arterias ſanguinem ſuum in cellulas placentæ deponere, ex iis venas eum reſorbere, quæ ad umbilicalem tendunt. Anthropogonia ex proprio experimento, & fetuum icones atque deſcriptio. Tenero embryoni ventres patuli ſunt artusque nulli. Fetus poſt duos menſes ape non major eſt. Ratio fetus ad aquam amnii primum eſt, ut 1 ad 168, ultimo ut 11 ad 7. Graviditas & uteri mutatio. Partus: ejus cauſa eſt vis irritationis.

§. MCCXLIX. *Diſputationes.*

Melchior REGE *de dolore colico* Gotting. 1769. 4.*

Salomon Levie ISACIDES *de ſemine, præſertim humano* Utrecht 1769. 4.* Semen delineare fetum ad archetypum, ad modum atramenti typographici: ſemen mas eſſe quaſi ſigillum convexum, femineum concavum, hæc ſibi reſpondere. Pro morbis congenitis.

Franc. RIGAIL FELIX *de inteſtinorum introſuſceptione* Leid. 1769. 4.* Inteſtina deſcribit.

Guil. SHAW *de conceptione* Leid. 1769. 4.*

Hadrian van der HAM *de nutritione* Leid. 1769. 4.*

A. BRILL *obſ. de humore lacteo coagulato cum placenta humana reperto* Groning. 1769. 8.

Franc. Ignat. BREDTSCHNEIDER *de lacte ejusque uſu* Wien 1769. 8.* De diverſa copia ſaccharinæ materiæ in lacte diverſorum animalium repertæ.

Leopold SCHARNDORFER *de purgatione menſtrua & morbis virginum* Wien 1769. 8.* Menſes eſſe a plethora particulari.

Jac. Joſeph MASTALLER *de lingua ſana & morboſa* Wien 1769. 8.*

Frid. Chriſt. SCHEIGGL *de auxiliis efficacibus ad vitam in viſo mortuo reſtaurandam* Vienn. 1769. 8.* Infanti non reſpiranti, cujus pulſus ceſſaverat, aërem noſter in os inflavit, ita rejecto multo muco demum convaluit.

Chriſt. Frid. REUSS & *Frid. Chriſtoph.* OETINGER *de lacte caprino viribus medicatis, digeſtionis animalis & artis ope impragnato* Tubing. 1769. 4.* Experimenta facta ſunt, & capris ſatis facile herbæ medicatæ propinantur.

Eberhardi GMELIN præſ. *J. Frider.* JÆGER *experimenta de ſubmerſis, cum examine phænomenorum* Tubing. 1769. 4.* Septem experimenta fecit, animalibus ſub aquam demerſis. Pulmo fere aqua ſpumoſa plenus fuit; aliqua etiam in ventriculo aqua. Pulmo pleuram utique contingebat.

Chriſtian Frider. HELD, præſ. viro ILL. *Erneſto Godofredo* BALDINGER, *de partu laborioſo, & cauſis, quæ caput in pelvi retinent præcipuis* Jen. 1769. 4.* Puero pes absque femore, tibia. In altero pede informe femur, ejus caput pone coſtas adaptatum. Nullus funiculus umbilicalis, ſed membrana robuſta coſtis dextris adnexa. Nulli muſculi abdominis, neque veſicula fellea, neque ſcrotum.

Gottlieb

Gottlieb Chriſtian BUSSE *de actione cordis, quatenus a nervis pendet* Hall. 1769. 4.*

Chriſtian Gottfried GRUNER *de cauſis ſterilitatis utriusque ſexus ex doctrina* HIPPOCRATIS *veterumque medicorum* Hall. 1769. 4.* Docta diſputatio. Novam conceptionem mederi prolapſui uteri.

EJ. *Cenſura librorum* HIPPOCRATICORUM Breslau 1772. 8.* De libro *de articulis* dubitat genuinum eſſe, qui mihi videtur manifeſto pars eſſe libri *de fracturis.*

EJ. *Gedanken von der Arzneywiſſenſchaft und den Aerzten* Breslau 1772. 8.* Pro ſyſtemate mechanico, quod STAHLIANO præfert. De artibus quas medicus tenere debet. Inciſores, qui iidem delinearunt.

EJ. *Semejotica generalis phyſiologica* Hall. 1775. 8.* Signa ſanitatis per ſingulas partes. Vires vitales. Functiones, temperamenta, natura propria cujusque partis corporis. Pulſus Galenici, Chinenſes, Gallici.

Chriſtian Ludwig SCHWEICKHART *obſervationes de non neceſſaria funiculi umbilicalis deligatione* Argentor. 1769. 4.* Duo anuli, qui funiculum amplectuntur, prior a tegumentis communibus factus, alter a tendine muſculorum transverſorum. Sanguinem de reſecto funiculo fetus, hactenus matri ſuæ adhærentis, vix ullum fluxiſſe. Videri tendinoſum anulum funiculum arctare, & hæmorrhagiæ obeſſe.

F. SEGER & BEHRESCH *de ſectione cadaveris occiſi* Lipſ. 1769. 4.

J. Wilh. BERMANN *de peripneumonia* Erford. 1769. 4.* cum aliqua anatome.

J. Petr, WUESCH *de methodo explorandi morborum latentes cauſſas per vitalium, animalium & naturalium functionum examen* Duisburg 1769. 4.

Dominicus J. Baptiſta de la BICHE & auctor *Car. Jac. Lud.* COQUEREAU *de* NANCE' *Ergo ſoliditati partium corporis humani confert aër* Pariſ. 1769. 4.*

EJUSD. & BUCQUET *E. oeconomiam inter animalem & vegetabilem analogia* Pariſ. 1770. 4.*

J. Baptiſta Mich. BUCQUET *Ergo digeſtio alimentorum vera digeſtio chymica* Pariſ. 1769. 4. recuſa 1771. præſide J. B. THURANT, & denuo 1772. præſide VARNIER. Aliqua in bile facta experimenta. Cum acido vitriolico ſal Glauberianus obtinetur, & ſal fixus per calcinationem. Ope ſaponis cibi comminuti, in modico calore ita digeruntur, ut ſuccum lacteum dulcem dent. Experimenta ſunt CADETI.

Carl. Franc. THERON *de* VALLUN, & NOLLAN, *E. ſenibus lac ovillum* Pariſ. 1769. 4.*

Stephan. Ludov. GEOFFROI & BUCQUET *E. recens nato lac recens enixæ matris* Pariſ. 1769. 4.*

J. le THUILLIER nunc CHESNEAU *E. fami, potius quam temporibus in aſſumendo cibo parendum* Pariſ. 1769. 4.*

Joſ. Philip. CEZAN *Ergo corporis balſamum bilis* Pariſ. 1769. 4.*

Franc. BERNARD, *M. Natalis* ANDREAS, *J. Baptiſta* CHESNEAUX & Cl. LAFISSE *E. fami, potius quam temporibus, in adſumendo victu parendum* Pariſ. 1769 4.*

Franc. Jacob HOIN *de vitalitate infantum* Beſançon 1769. 4.*

SWITHEN ADEE oratio *anniverſaria* HARVEIANA London 1769. 4.

J. WALLWIN *de calore animali* Edimburg 1769. 8.* Gradus caloris quem homo generet.

Joſeph CORTLEDGE *de urinæ cum ſanitute hiſtoria* Edimburg 1769. 8.

Robert BIRDWOOD *de cauſis fluxus menſtrui* Edimburg 1769. 8.*

§. MCCL. *Diaria anni* 1770.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LX. DAVIS & T. S. KUCKHAN de avibus in theſauris phyſicis conſervandis.

Jacob ROBERTSON *de balæna cachelot.* Omnino videtur ſperma ceti oleum eſſe cerebro circumfuſum.

J. LATHAM de viro, cui epidermis ita late deceſſit, ut integræ chirothecæ detrahi poſſint.

In *Hiſt. & Mem. de l'Acad. R. des Sciences de Paris.*

BIHERON virgo, anatomes perita, fetum cum utero imitata eſt.

Subita per inſolationem calvities.

Ut oculus vitrorum convexitate ſenſim diminuta poſſit ad objecta remota diſtinguenda adſuefieri.

Os integrum reparatum, quod caries deſtruxerat.

In *Memoires de l'Academie de Dijon* hoc anno verius editis, Dijon 8.*

CHARDENON fibras tendineas muſculorum obliquorum abdominis inmitti in lineas tendineas rectorum, & ab iis firmitatem habere neceſſariam, quoties truncum debent convertere.

In *Journal de Medecine* T. XXXII. a. 1770. AUCANTE de canicula, quæ repetito catellos labro ſuperiori fiſſo & bipedes pepererit. Non ergo ab imaginatione materna monſtra eſſe, quæ non eodem modo iterato erraſſet.

MARECHAL *de* ROUGERE de noxia acrimonia vaporis formicarum, a quo epidermis dejecta fuerit; etiam rationis uſus infirmatus.

ROBIN *de* AYAVALLE de fetubus galea cranii deſtitutis, quos partus bufonios vulgus vocat. Nullum cerebrum, neque ulla medulla ſpinalis.

VOYER femina, cujus lac ſaturato colore roſeo tingebat.

Le MEILLEUR cor anſeris totum oſſefactum.

In T. XXXIII. MARCHAN de homine cæco nato, qui, cum viſus ei redderetur, diſtantias non adgnovit, neque corporum ſitum, colores tamen aliquos diſtinxit.

Partus cum hernia ſpinali; & alius galea cranii deſtitutus.

In T. XXXIV. ſ. *Supplément.*

MARRIGUES caput galea cranii deſtitutum & difforme.

BEAUSSIER de duobus pueris per pectora connatis.

BINET de capite & fabrica tæniæ.

In *Nov. Act. Nat. Cur.* T. IV. a. 1770. 4.*

J. Friderich HARTMANN *obſ.* 21. de natura electrica plumarum pſittaci.

Guſtav Friderich JÆGERSCHMIDT de fetu ſemioſſeo, in ovario ſiniſtro reperto, *obſ.* 22.

EJ. *Unterricht für die Hebammen, erſter Theil* Carlsruhe 1775. 8.* Aliqua anatome partium genitalium. Graviditas; ejus ſigna.

Iterum in *Nov. Act. Nat. Cur. J. Carl* HOFMANN deformatio capitis & faciei fetus, ex lapſu matris gravidæ *obſ.* 35.

In *Actis Academiæ Theodoro Palatinæ* T. II. *Daniel Wilhelmus* NEBEL de fetu 54. integris annis in materno utero retento.

Friderich Caſimir MEDICUS de corporibus humanis incorruptis, duris aut mollibus. Conf. p. 621.

EJ. *Von der Lebenskraft* Manheim 1774. 4. maj.* Motus vitales non eſſe ab anima, cum eorum non ſimus conſcii; dari ergo vitale principium ab animali diverſum, neque voluntati ſubjectum, quod vires vitæ gubernat, & in brutis pariter reperitur, quibus nulla ſit ſui conſcientia. Habitare in cerebro, neque a gangliis impediri, quæ utique motus a voluntate imperatos frangant. Materiam ad motum producendum ineptam eſſe, neque organicam fabricam hic privilegium aliquod habere, neque adeo a vi muſculari officia vitæ humanæ deduci poſſe; archæum ſuum non fatigari, & in animale nuper nato ea omnia doctum eſſe, quæ in adulto homine ſit ſciturus; his ſignis ab anima rationali diſſidere. Voluntatem nihil in organa vitalia poſſe, quæ ſubito ſuo officio defungi ſit neceſſe, cum tamen ganglia vim a voluntate ſubmiſſam frangant.

In *conventu Societatis Regiæ Gottingenſis* D. CRELL retulit de utero bicorni Argentorati viſo (EISENMANNI).

In *Berlin. Sammlungen* T. II. De gymnoto ſtuporifero Surinamenſi; vim ſuam amittere ad magnetis acceſſum.

SCHURMANNIÆ corpus incorruptum detectum fuit.

In *verhandel. der Haarlem. maatſch. der wetenſk.* T. XII. B. TIEBOEL de oleo animali ejusque faciliori præparatione.

Adrian WOLF infans mancus.

Henrich

Henrich de BOSCH gemellorum alter poſt alterum 17 dierum partu editus intervallo.

G. BRUGMANS de fetu poſt longam graviditatem per alvum egeſto.

Vir male natus, cui urina per duo ſub umbilico oſtia prodibat.

In *Nov. Comm. Acad. Petrop.* T. XIV.

A. J. GYLDENSTETT anatomen accuratam muris *Suſlik* dedit. Sic gliris, quæ *Spalax*, non neglectis auditus organis, accurate enim audit, oculi vero obtuſe vident.

IDEM in T. XVII. anatomen dedit cyprini Capoetæ. Inteſtina longiſſima, quæ duodecies corporis ſui longitudinem ſuperent. Inde anatome cyprini in univerſum. Inteſtina tantum duplo longiora ſuo corpore.

In *K. Swenſka Wetenſkaps Acad. Handlingar* T. XXXI.

Joſeph Cæleſtinus MUTIS de putorio Americano. Fætoris ſcaturigo eſt in ſaccis ad exitum inteſtini recti poſitis. Anatome animalis. Inteſtina perbrevia.

In *Journal des Savans* 1770. Sept. negatur caput limacis reparari: potius ictui ab animale ſubtrahi, vivere id abſque capite, tantum ut nullum renaſcatur.

Iterum menſe Julio COTTIO idem experimentum non ſucceſſiſſe, videri SPALANZANUM ſolam capitis cutem reſecuiſſe.

In *Bemerkungen der phyſicaliſch- œconomiſchen Bienengeſellſchaft zu Lautern* Manheim 1770. 8.*

Johannes RIEM de apibus, contra nuperos. Venerem apum ſe vidiſſe. Negat ex vulgari ape operaria poſſe reginam formari. Ut apes nutriantur, & intra 21 diem excludantur. Aliquos mares tota hieme ſupereſſe, matremque fecundare. *Chriſtian* NIESEN de rore melleo tiliarum, quod apes prædentur. Eſſe omnino aphidum excrementum.

In *Mem. de l'Acad. des Sciences de Berlin* 1770., præter alia jam dicta MARCGRAFII, hic experimenta habentur a G. W. SCHILLING in gymnoto Surinamenſi facta. Magnes vires ei piſci demit & reddit languidum; neque ſinit vim concuſſionis exercere. Nigritas noſſe abſque metu hos piſces apprehendere. In concutiendo piſcis ſe contrahit.

In *Ober-Lauſniz. Bienengeſellſchaft Abhandlungen* pro annis 1768. 1769. 8. Dreſdæ 1770. 8.* excuſis, Cl. HATTORF experimenta. Reginam juvenem fecundam eſſe abſque fucorum commercio. Reginas mares ſibi comites datos occidiſſe. In favis, in quibus apis operaria in regiam dignitatem perficitur, fucum natum eſſe. Reginam vetulam ſolos fucos parere.

Abhandlung der Churpfälz. œconom. Geſellſchafts- Acta anni 1770. prodierunt Manheim 1771. 8.* Eadem ſocietas, quæ Lauteræ fuit. J. RIEM nondum admittit SCHIRACHI examina artificialia, ſed potius credit, apes operarias ovum regium transportare, eas eſſe matres fucorum, reginam parere & reginas, & operarias. Mares a coitu cum regina interire.

IDEM in *verbeſſerte Bienenpflege* Manheim 1771. 8.* Examen ne prodeat, reginam in carcerem dedit. Apes operariæ ad laborem ſe conferunt, quam primum ova regia poſſident. Operarias in reginas non poſſe mutari. Patrem ſuum eodem artificio uſum, quo SCHIRACH. Quatuor diverſas voces quatuor reginarum diſtinguit.

In altero tomo hiſtoria pernicioſi inſecti *Rebenſticher*, potiſſimum ab *Iſraele* WALTHER deſcripti. Vidit ſemivermem ſemiſcarabæum.

§. MCCLI. *Itali.*

Petri MOSCATI *delle corporee differenze eſſenziali che paſſano fra la ſtruttura de' bruti e la umana* Milan. 1770. 8.* Gottingæ Germanice verſum, & Italice recuſum Brixiæ 1771. 8.* auctum *appendice* ſatis ampla, qua auctor GALEAZZII objectionibus reſpondet. In ipſo libro humanam fabricam a natura ita paratam fuiſſe docet, ut homo quadrupes incederet. Pueros, qui in deſerto educati fuerunt, eosdem quadrupedes fuiſſe. A ſitu erecto fieri, ut cor diaphragmati adnaſcatur, ut origo magnæ arteriæ latior fiat, mutato angulo ſub quo ſanguinem accipit. Ob facilem refluxum ſanguinis meſenterici, animalia meſenterii obſtructiones ignorare. In homine, & perinde in animale, obtuſum eſſe tendinum ſenſum. Humani generis prærogativam eſſe in cerebri fabrica. A corpore fetus convoluto fieri, ut ſanguis in cerebrum uberior incumbat, & nimium fiat hominis in ſentiendo acumen.

In *appendice* animal Orang- outang neque ab homine, neque a ſimia ſatis differre, neque in univerſum a brutis homines.

EJ. inſignis labor in *Atti fiſico critichi di Siena* T. IV. Tendinis fabrica per longam macerationem evoluta. Tendinis fibra cum fibra carnea continuatur. Ea mere celluloſa eſt, quare tendo & ſenſu deſtituitur, & natura irritabili; facile etiam oſſeſcit. Jam viri pater inſenſilem naturam tendinum per experimenta confirmaverat, & cum produceretur tamquam ſentientium tendinum teſtis, adfirmavit, ſenſu carere; ſic in homine mediaſtinum. Tendines in fetu breviores eſſe, in adulto longiores. Nervos nunquam in celluloſam naturam ulla maceratione reſolvi.

EJUS *nuove oſſervazione ed eſperienze* in ſanguine & ſero induſtriam ſuam occupavit. Pars coagulabilis ſeri a thorace diverſa. Illa in aëre ſolvitur, iſte denſatur. Serum a phlogiſto cogitur, hinc a calce viva, non ab exſtincta. Sanguis exhalat phlogiſton, eoque aerem imprægnat. Color globulorum naturalis flavus eſt ex viridi, a phlogiſto rubet. In aere inteſtinali plurimum eſt phlogiſti. Pulmonum maxima utilitas eſt exhalare phlogiſton, quod graviſſimos morbos faceret, ſi retentum in ſanguine congereretur.

Jacob SCOVOLO, Profeſſor Patavinus, edidit Paduæ 1770. 4.* *Dichiarazione del Sr.* HALLER *publicata in Vienna dal Sr. de* HAEN. Voces epiſtolæ meæ, cum ILL. HAENIO communicatæ, aliquantum detortas eo explicat, ut meam

meam de inſenſili quarumdam partium corporis humani natura ſententiam me dicat revocaſſe; quæ quidem nunquam mea mens fuit. Sed ad virum illuſtrem utique reſcripſeram, poſſe ſuper tendinem nervos decurrere, qui ſentiant, eumque ſenſum tendini tribui.

Angeli FABRONI *Virorum Italorum doctrina excellentium, qui ſeculo XVIII. floruerunt decas* I. ad V. VALSALVA, LANCISIUS, GUILIELMINUS, MORGAGNUS, BORELLUS, BELLINUS, REDUS, alii, Romæ 1770. & ſeqq. 8.*

Cajetanus RUBERTI edidit Neapoli 1770. 8.* *Lettera ſcritta a i novelliſti di Firenza intorno alle oppoſizioni da lui fatte a certi capi delle ſue oſſervazioni dal morbillo.* Mirifice volatilem naturam adipis humani deſcribit, qui de clauſis phialis per poros, ut putat, vitri avolet, per experimenta ſua.

§. MCCLII. *Galli.*

J. F. DU FOUR *eſſais ſur les opérations de l'entendement humain, & ſur les maladies qui le dérangent* Paris 1770. 12. 2.Vol.

Le CLERC *de* MONMERCI advocati, *Epitre à M.* PETIT 1770. 8. poëma, in quo aliqua anatome & phyſiologia.

M. L. B. D. C. *memoire ſur les haras* Utrecht 1770. video laudari.

RICHARD *hiſtoire naturelle de l'air* Paris 1770. 12. Vol. 12.* Compilatitium & ampliſſimum opus. Aliqua huc referas. De nigro Aethiopum colore, qui tamen ab æſtu ſolis ſit. Per aerem particulas organicas BUFFONII circumvolitare, eas in plantas & in animalia convaleſcere: inquietas oberrare, donec ſui ſimiles nactæ, cum iis conſerveant. Inter has nunc quietiores particulas alias ſibi locum parare, earum ita pugnam naſci, & morbum; in mortem abiturum, ſi peregrinarum particularum ea fuerit felicitas, ut ſuperent.

MALVIEU *préſages de la ſanté, des maladies &c.* Paris 1770. 12.* phyſiologica etiam de pulſu habet, de animali calore, de temperamentis.

Antoine GOUAN, Profeſſoris Monſpelienſis & eximii plantarum cultoris, *hiſtoria piſcium, ſiſtens eorum anatomen internam, externam, genera* Argentorati 1770. 4.* Anatome aliqua. Cartilagines capitis in piſcibus amant conſervere. Piſces neque auditus oſſicula habere, neque auditu frui. Muſculos majores deſcribit. Pinnas alterne ſibi ſubvenire expertus eſt, cum earum aliquas reſecaret. Veſica aërea bilobata etiam & trilobata eſt, & in œſophagum aperitur. Omnibus piſcibus ſuam veſiculam felleam eſſe, ſuam urinariam veſicam. Lactes; ovaria. Penem noſter non reperit. Ligatis branchiis animal ægrotat, periturum niſi vincula removeas. Confluxus duarum magnarum arteriarum.

JOHANNET *les bêtes mieux connues* Paris 1770. 12. 2.Vol.* Pro CARTESIO, animalia meras eſſe machinas, neque animæ incorporeæ participes. Ut œſophagus & ventriculus ſe neceſſario contrahit, quando irritatus fuit, ita alias beſtiarum actiones ex neceſſitate fabricæ ſequi. Neque animal ſentire.

Philoſophie de la nature Amſterdam 1770. 12. 6. Vol.* Paſſim aliqua phyſiologica, ut in T. IV. V. de generatione, contra fetus in matre perfectionem.

LOUIS FLORENT DESHAIS GENDRON *tr. des maladies des yeux* Paris 1770. 12. 2. Vol.* Anatome oculi: non bene chorioidea pro organo viſus data, neque adoptatis fibris circularibus uveæ noſter bene meruit, neque aliis locis, ubi in errores incidit.

Cours d'hiſtoire naturelle, ou tableau de la nature Paris 1770. 12. 7. Vol.* De animalibus fuſe, fere ex BUFFONIO. Generatio. Senſus. De PEREIRA in docendis ſurdis felici. Muſica guſtus. Piſcium anatome ex PETITO. Collectanea.

DIDELOT *inſtruction pour les ſages femmes, ou methode aſſurée pour aider les femmes dans les accouchemens naturels & laborieux* Nancy 1770. 8.* Yverdon 8.* Partus. Secundas potius relinquit, quam reſiſtentes evellit. Recte progredi fetum aure altera anteriori, poſteriori altera.

NICOLAI *manuel du jeune chirurgien* Paris 1770. 8.* Anatome fere ex WINSLOWO recepta, etiam quando vir magnus errat, ut in arteriæ ophthalmicæ origine: ſed etiam rete linguale N. melius omiſiſſet. Inſenſiles eas partes eſſe, quas HALLERUS ſenſu carere docet. Contra BUFFONI hypotheſes.

DU PRE *de* l'ISLE *tr. des léſions de la tête par contre-coup* Paris 1770. 8.* In cranii cavea aerem eſſe: lymphatica vaſa in cerebro. Pro decuſſatione fibrarum med. obl.

EJ. *Du virus cancereux* Paris 1774. 12.* Partium infectarum anatome, & mammarum potiſſimum, hæc valde ſingularis.

FABRE *eſſais ſur différens points de phyſiologie de pathologie & de therapeutique* Paris 1770. 8.* Plurima phyſiologica, abſque ullo experimento. Nam ad irritatam arteriam in cane ſanguinem congeri certo falſum eſt. Sectam ſequitur *la* CAZII. Experimenta admittit, per quæ conſtat, certas humani corporis partes inſenſiles quidem eſſe; verum ſenſiles reddi per inflammationem contendit, ipſam etiam cellulosam telam. In mutatione circuitus ſanguinis, quæ a reſpiratione fit, mecum ſentit. Irritabilitatem omnibus corporis animalis partibus tribuit. Negat a preſſione glandulas evacuari. Motus animales eſſe a vi irritabili Globulos ſanguineos ab adfuſo aceto minores fieri. Utilitas retium vaſculoſorum.

DELEVRYE *traité des accouchemens en faveur des eléves* Paris 1770. 8.* Pelvis feminæ accurata deſcriptio, tum partes genitales. In utero nullum eſſe muſculum; lymphatica vaſa uteri copioſa reperiri. Craſſitiem in utero gravido non mutari. Partus. De hymene, de graviditate, de circuitus ſanguinis in fetu mutatione.

Hoc anno ni fallor, prodiit G. DU CHEMIN *de* l'ESTANG, Medici, *mémoire ſur la cauſe de la mort des noyés, pour ſervir de réponſe à M.* FAISOLE & CHAMPEAUX . . . . 12.* 8°. B. Chir. II. 560. In ſubmerſo nulla aqua in ventriculo, in pulmone nulla eſt, præter ſolitum in ſani etiam hominis pulmone reperiendum mucum ſpumoſum.

Pierre

Pierre Antoine MARTEAU *tr. des bains d'eau ſimple & d'eau douce* Amiens 1770. 8.* Præmium hæc diſſertatio meruit. De abſorbtione aquæ. Pro fibris longis arteriarum. Calor cutis debet eſſe 30 gr. balnei calor 31 ſi ſudorem movere volueris. Oſcillationes cutis, Phthiſicum hominem aquam balnei 15 gradibus calefeciſſe. Balneum frigidum pulſuum numerum minuit, calidum auget ad 107 in gradu caloris 35, ad 115 in gradu 36.

Manuel du Naturaliſte Paris 1770. 12.* Melioris notæ. De anguilla torporifera. Contra reproductionem capitis limacum.

Ludwig Michael COSTA *Diſquiſitionee anatomicæ* Perpignan 1770. 4.* Contra CARRERIUM de revulſione; de clyſterum effectu: fæces in horizontali parte recti inteſtini colligi. Non poſſe vaſa iliaca a diſtento quantumlibet recto inteſtino comprimi.

§. MCCLIII. *Angli.*

Thomæ OKES M. D. *Duæ diſputationes Cantabrigiæ habitæ; 1. Praxi medicinæ non eſt neceſſaria ſcientia anatomica: 2. Fetuum deformationes non oriuntur ab imaginatione prægnantis* Cantabrig. 1770. 8.* Monſtra connata eſſe de primigenia claſſe. Gemellorum cuique ſuum eſſe ovum peculiare.

In *Benjamin* FRANKLIN *letters and papers on philoſophical ſubjects* aliqua ſunt huc facientia. Se cum aër eſſet 100.° in umbra minus caluiſſe, quam omnia corpora circumpoſita.

J. ELSE *Eſſay on the cure of the hydrocele of the tunica vaginalis teſtis* London 1770. 8.* cum aliqua anatome.

William NORTHCOTE *the marine practice of phyſik and ſurgery particularly uſefull to all who viſite the coaſt of Africa* London 1770. 8. 2.Vol.* Compendium artis.

EJ. *Anatomy of human body* London 1772. 8.* Mera collectio ex WINSLOWO, MONROO & CHESELDENIO, plena obſoletis hypotheſibus. Negat ſe potuiſſe muſculos vaginæ DOUGLASSII invenire.

EJ. *A conciſe hiſtory of anatomy from the earlieſt ages* London 1772. 8.* Innumeri errores & inventa auctoribus adſcripta, apud quos nullum eorum veſtigium reperias. De utilitate & ordine anatomes.

§. MCCLIV. *Germani.*

J. C. W. MOEHSEN *Verzeichniß einer Sammlung von Bildniſſen groſſentheils berühmter Aerzte* Berlin 1770. 4.* De anatome & ejus cognitione pictoribus neceſſaria. Veteribus utique ſuas fuiſſe ſceletos. *Leonhardum* DA VINCI pro TURRISANO (*M. Antonio de la* TORRE) anatomica delineaſſe, *Michaelem Angelum* BONAROTAM propria manu corpora diſſecuiſſe, & RAPHAELEM demum ad ſummum in arte faſtigium perveniſſe, cum anatomen didiciſſet. TITIANUM pro VESALIO delineaſſe; id vix putem. De iconibus anatomicis Italorum, de CASSERIANIS, de tabulis *Petri* BERRETTINI, quas ad inciſiones *J. Mariæ* CA-

STEL-

STELLANI delineaverat. Fraus nuperi pſeudonymi PICCOLHOMINI. De tabulis ALBINI, HALLERI, LADMIRALI. Inter vitas medicorum etiam inciſores, ut S. ALBERTUS.

Simon PALLAS *practiſche Anleitung der Knochen-Krankheiten* Berlin 1770. 8.* Fabrica & incrementum oſſium; oſſa ſenſu carere, medullam & perioſteum acriter ſentire. Sulcos longos eſſe vaſorum itinera, obliquos medullæ vias. Nova oſſa renaſci ex ſucco concreto.

C. L. HOFMANN *Abhandlung von den Pocken* Münſter 1770. 8.* Practici quidem argumenti, multa tamen phyſiologica. Secretio, diverſitas ſecreti humoris a pondere ſpecifico nata. Corpora, dum partes eorum conjunctæ ſunt inodora, eadem odorata fieri, quando eæ partes ſeparatæ ſeceſſerunt. Humores noſtros, dum vivimus, nunquam putreſcere. Dari glandulas, quæ variolarum ſedes ſint, in ſola cute, non in partibus corporis interioribus. Particulas ad putredinem vergentes potiſſimum per pulmonem excerni, & eam præcipuam utilitatem hujus viſceris videri. Exemplum humorum acidiſſimorum, neque acrimonia aquæ forti cedentium.

Fulgentii BAUER *Experimental-Abhandlung von der Theorie und dem Nutzen der Electricität, und von der Luft-Electricität in dem menſchlichen Körper* Lindau und Chur 1770. 8.

EJ. *Kleines Buch für Aeltern und Lehrer* 8. puto 1771. De medica puerorum educatione: de animalium generatione.

J. Bernhard BASEDOW *Elementarbuch* Altona 1770. 8. Habet etiam anatomica varia.

Auguſt. Gottl. RICHTER, Clar. Prof. Gottingenſis, *obſervationum chirurgicarum faſciculus* Gotting. 1770. 8.* Cornea tunica vix ſentit, iris etiam ſenſum amittit.

IDEM *von Ausziehen des grauen Staares* Gotting. 1773. 8.* Iterum iridem inſenſilem eſſe.

EJ. *Chirurgiſche Bibliotheck* Gotting. 1771. 8. ſqq. Paſſim ſua cogitata ſubjicit. Ita in T. I. tendines inſenſiles certas per cauſas ſenſiles fieri putat, ut per inflammationem.

J. Jac. Petr. de TREYTORRENS *zwey mediciniſche Tractaten; Das Daſeyn Gottes in der Zeugung des Menſchen und im Umlauf des Blutes erwieſen* Lüneburg 1770. 8.* Anatomica, ad fetum, menſes, graviditatem, partum.

L. BAR. *de* SIND *vollſtändiger Unterricht in der Wiſſenſchaft eines Stallmeiſters* Götting. 1770. fol.* Anatome equi, generatio, equilia. Hippomanes eſſe partem membranarum fetus. Equos depictos non producere pullos ſimiliter coloratos.

L. F. B. LENTIN in *obſ. med. faſcic.* II. Cell. 1770. 8.* puellam gravidam abſque venere deſcribit.

In verſione Germanica *Encyclopædiæ œconomicæ*, cujus ab anno 1770. *J. Georgius* KRUNIZ quatuor tomos edidit, paſſim aliqua phyſiologici aut anatomici argumenti intercedunt. Ita venarum deſcriptio, quæ in equo ſecantur.

J. J. WETSCH

J. J. Wetsch *medicina ex pulſu, ſ. ſyſtema doctrinæ ſphygmicæ* Wien 1770. 8.* Tota hypotheſis *Theophili de* Bordeu & Fouqueti hic redit, aliquantum propriis auctoris adnotationibus aucta, cui tamen paſſim difficile fuit, pulſus illos certis corporis partibus proprios adgnoſcere.

J. Chriſt. Birkholz *alle Arten Fiſche, welche in den Gewäſſern der Chur-Mark gefunden werden* Berlin 1770. 8.* Anguillam viviparam eſſe. Certum medicamentum cyprinorum fecunditatem augere, quod in oſtium inflatur, ex quo lactis & ova prodeunt. Non raro piſces mares in femellarum alterius ſpeciei ova ſemen adſpergunt, ſic hybrides ſpecies generant.

J. G. Prizelius *Beſchreibung des ſogenannten Senner Geſtütes in der Grafſchaft Lippe* Lemgow 1770. 8.* Equi per vaſta deſerta oberrantes. Eorum ſaltus & celeritas, fecundatio &c.

J. Frid. Schütze *gründliche Anweiſung zur Hebammenkunſt* Hildburghauſen 1770. 8.* Anatome partium cum iconibus. Coccygem in partu per integrum pollicem retrorſum cedere. Vim vitalem Swietenii laudat. Certa ſub conceptione ſenſatio locum habet. Partus naturalis.

§. MCCLV. *Belgæ.*

H. Vink *leſſen over het herkaauwen der runderes en deres woedende veeſiekte* Roterdam 1770. 8.* Ventriculi animalium ruminantium. Arteriæ pulſum in bove optime tangi in linea ab anteriori angulo auriculæ ad poſteriorem ducta. Oeſophagus in ſecundum ventriculum aperitur, qui primum in vitulo volumine ſuperat; in bove ei ceſſurus. Folia libri 26. Cum craſſa materies ſecundum ventriculum ſubire nequeat, ruminando ſurſum ea repellitur. Tenuis cibus & potus ex œſophago in tertium ventriculum veniunt; quod vero ruminando ſubactum eſt pabulum, id in primum & ſecundum recipitur.

H. Vylhoorn *oſteologia door* S. M. D. *en* W. C. Amſterdam 1770. 8.* Breviſſime, ut nihil proprii habeat.

Hendrik Stolte *beſchryvinge der waanſchappen teeldelen en waterweegen in in een man* Zwoll 1770. 8.* Nullus umbilicus, ureteres in veſicam imperfectam aperti, ſub umbilico, & in fungo quidem cutaneo. Urina non guttatim manat, ſed radiatim ſalit, ter quater in minuto, ad tres in 15′ drachmas poſt theæ potum. Penis difformis, ad venerem tamen idoneus.

Albert Lentfrink *geneeskondige tydſchrift of verzameling van ontleed wondarzeny en natuurlyke waarneemingen en ontdeckingen* Roterd. 1770. 8.* 1771. 8.* Quatuor volumina ex variis collecta.

J. Bernh. Hulleſheim *gemellorum infantum abdominibus connatorum brevis hiſtoria cum animadverſionibus theoreticis & practicis & appendice de duobus monſtris necnon rariſſimi morbi hiſtoria* Zwoll 1770. 12.

Egbert Muys *nieuw en volkommene woorden boek van kunſten en wetenſkapen* Amſterdam 1770. t. 2.

§. MCCLVI. *Sueci.*

Nicolai ALSTROEMER *tal om den finyllige får afwelſen* Stokholm 1770. 8.* De propagatione meliorum varietatum generis ovilli. Animal a matre eſſe, maſculum ſemen externas partes perfectiores reddere.

RABBE *tal om folk mängden i äldere och nyare tiden* Stokholm 1770 8.* In Suecia poſſe ex viventium numero definiri numerum morientium & partu editorum, hunc ad $\frac{1}{27}$ viventium, illum ad $\frac{1}{47}$.

§. MCCLVII. *Diſputationes.*

J. B. LA LANGUE *Nevrologia* Wien 1770. 8.* Ipſa anatome inanis eſt.

J. HAWRANECK *de vomitu* Wien 1770.

J. PURTSCHER *Idea hominis generalis* Wien 1770.

Al. Nep. KRECSOVSKY *de miſſione ſanguinis* Wien 1770. 8.* Sanguis venoſus reſiſtit ſanguini arterioſo, hinc vena aperta ſanguis arterioſus acceleratur.

J. Chriſtian BRAND *de ſecundis ambitui oſtii materni interni adfixis* Leid. 1770. 4.

Conrad van SOM *de ſpirituum naturalium natura & vitiis* Utrecht 1770. 4.*

J. GNEE *de reſpiratione* Utrecht 1770. 4.

Eduard STRAETEN *de vi cordis motrice* Utrecht 1770. 4.*

Jani Marci BUSCH *tr. de mechaniſmo organi vocis, hujusque functione* Groning. 1770. 4.* Ex Cl. CAMPERI potiſſimum experimentis nata egregia diſputatio. In cartilagine thyreoidea, ad radicem proceſſus ſupremi, foramen ovatum eſt in ſiniſtro latere majus, alias tantum in dextro, per quod nervus advenit. Articulationem cartilaginis cricoideæ cum thyreoidea planam eſſe. In his cartilaginibus ſenilibus in corporibus medullam ſolidam reperiri. Larynx urſi marini: hoc ſolum animal habet appendices SANTORINI. CAMPERUS ab a. 1767. duas cartilagines reperit in membrana, quæ ab epiglottide ad arytænoidearum cartilaginum capitula expanditur: in animalibus quidem, cane, vulpe, talpa majores. Marſupium in concava parte oſſis hyoidis ſimiarum: ob id vocem non poſſunt edere (id marſupium *abatjone* non omnibus ſimiis datum eſt). In cuniculo Indico neque nares, neque larynx, nec pharynx ad os patent, ſed velum palatinum baſi oſſis hyoidis adfigitur: in eo medio foramen eſt, quod ducit in fauces & œſophagum, margine quaſi ſphinctere cinctum: Hinc videtur id animal ruminare, quia cibos non poteſt deglutire, niſi perminute contritos. Baſis oſſis hyoidis ſponte incumbit cartilagini thyreoideæ: quando vero vox acuta editur, tunc os hyoides antrorſum trahitur, ut tandem baſis ultra cartilaginem ſcutiformem producatur, & ſimul larynx retro baſin oſſis hyoidis elevetur, ſic larynx magis ſurſum eat, os hyoides magis antrorſum. Dum nunc cartilago thyreoidea adſcendit, ligamenta tenduntur, ſiquidem thyreoidea elevatur, arytænoideæ vero inmotæ reſiſtunt, & aſpera arteria forte deorſum it, atque cricoideam ſecum ducit, ut ſurſum thyreoidea ſola eat. Deinde thyreoidea

reoidea in priora trahitur, & cricoidea ſimul ejusdem m. cricothyreoidei poſterioris actione retrorſum it. Cricothyreoideus etiam muſculus ſcutiformem cartilaginem deprimit, anularem elevat, quæ non debet pro immota haberi, neque ab aſpera arteria firmitatem habet. In voce gravi edenda cricoidea cartilago antrorſum producitur, diſtantia eam inter & ſcutiformem nulla fit. Contra in acuta voce thyreoidea in priora, cricoidea in poſteriora ducitur, & ligamenta glottidis tenduntur. Cricoarytænoidei poſtici muſculi arytænoideorum proceſſus anteriores extrorſum ducunt, ſuperiores diducunt, & glottis dilatatur. Contra laterales cricoarytænoidei muſculi has cartilagines deorſum & ad latera trahunt, & proceſſus anteriores ad ſe adducunt, ſic baſes diducuntur, glottis fere clauditur, rimæ pars poſterior dilatatur. Thyreoarytænoidei arytænoideas cartil. in priora inclinant, ligamenta relaxant, rimam poſteriorem coarctant, ventriculos comprimunt. Et in univerſum arytænoideæ cartilagines retrorſum tractæ tendunt ligamenta. Pro FERRENIO, ut tamen vox cujusque animalis non liquide exprimatur. Hæc fuſe, nam diſputatio meretur.

Sam. Frid. WAGNER, Præſ. *J. Ad.* BOEHMER, *de hæmorrhoidibus externis* Hall. 1770. 4.* Anatomia; hæmorrhoides ex arteriis exque venis fluere.

C. L. LIEBERKUHN *de origine & utilitate inſpectionis & ſectionis cadaveris*, contra POL. LEYSER Hall. 1770. 4.

EJUSD. *De experimento veſicæ* progr. Hall. 1773. 4.

Car. Frideric. JUNCKER & *Caſp. Ludw.* CURTIUS *de explicando conſenſu partium, qui nervis debetur* Hall. 1770. 4.

Frid. Wilh. GOLDHAGEN & JETZEL *de tenſione nervorum in genere* Hall. 1770. 4.

Traugott Wilh. GRENECK *de imperio animæ in circulationem, ex fetu illuſtrato* Lipſiæ 1770. 4.*

Euſebii Traugott EBERT *imago ſenii Salomonei* Lipſ. 1770. 4.* Habet etiam morbos.

Chr. G. HOMMEL & KOBITZSCH *de perſonarum, quæ ſectioni cadaveris interſunt numero & qualitate* Lipſ. 1770. 4.

J. Lud. Frid. DIEZ *differentia fetus ab adulto* Gieſſ. 1770. 4.* Vidit apud MEKELIUM, ceram, abſque ullo extra vaſa errore, manaſſe ex uteri vaſis in placentam, & uteri vaſa magna vidit, quæ digitum admitterent.

A. F. BOECK & R. J. S. RUDIGER *de perpetuitate primorum corporis humani ſtaminum* Lipſ. 1770. 4.

Ernſt Gottl. BALDINGER & A. HAERTEL *de doloribus poſt partum &c.* Jen. 1770. 4.*

EJ. *De ſede pleuritidis* 1771 4.* Non eſſe in pleura inſenſili.

EJ. & *J. Theophil.* SCHELLER *de epilepſia & dolore capitis* Jen. 1771. 4.* Duram matrem ſenſu deſtitui fuſe demonſtrat.

EJ. *De veſtigiis irritabilitatis* HALLERIANÆ *in veterum monumentis* Gotting. 1775. 4.*

J. Jac. KOBER *ſpecimen oſteologicum de dentibus* Baſil. 1770. 4.* Ex animalibus. Dentium piſcium majorum fibras ab interiori facie dentis ad exteriorem penetrare. Dentes exſertos apri, elephantis, carere parte vitrea; in molaribus vero elephantis duras laminas vitreas eſſe: in equi vitrea natura labyrinthi in modum cum oſſea miſcetur. In piſce Narwhal & in Roſmaro fibræ circulos faciunt; in ebore circulos ſed oblique variegatos &c.

Georg EYTING *de conſolidatione vulnerum cum deperdita ſubſtantia* Argent. 1770. 4.* Experimenta fecit in animalibus. Vulnere vivo cani inflicto tegumenta removit, ſanato malo incidit: vidit puncta ex oſſe efflorescere, in quibus ope microſcopii multa vaſa rubra adparent, quæ novam in ſubſtantiam coaleſcunt. Deinde animale occiſo adparuit cutis nova & cicatrix plena vaſis. In alio exemplo nova ſubſtantia rubra, non mera tela celluloſa, non reticulata, ſed faſciculata, ut fibræ in muſculo. In tertio exemplo iterum rubra & vaſculoſa materies renata.

J. Philip. KEES *de læſionibus capitis* Argentor. 1770. 4.* Cani cranium inter & meningem liquorem impulit, is reſorbtus fuit.

Joſ. Ignat. GUILLOTIN quæ olim *Franciſci* THIERRY theſis fuit, *E. præter genitalia ſexus inter ſe diſcrepant* Pariſ. 1770. 4.*

Benj. Mich. SOLIER & *Lud. Car. H.* MACQUART *E. thymus in fetu nutritioni inſervit, pulmonumque vices gerit* Pariſ. 1770. 4.*

Car. Jac. SAILLANT & LAFISSE *E. ex vario variarum arteriarum motu variæ dignoſci poſſunt hominum diatheſes* Pariſ. 1770. 4.*

Gajus Felix ALLAN Præſ. DUMONT *de exoſtoſi* Pariſ. 1770. 4.*

Lud. GOUILLARD Præſ. P. LASSUS *de emphyſemate* Pariſ. 1770. 4.*

Franc. CHOPPARD Præſ. D. FERRANT *de læſionibus capitis per ictus repercuſſos, quos reſonitus vocant* Pariſ. 1770. 4.* Exempla. Contra nervos obliquos, qui decuſſatione ſua hoc ſymptoma explicet.

J. Franc. Barth. ANGLADE ſub J. F. CARRERE *de revulſione* Perpignan 1770. 4.* Defendit derivationem & revulſionem per mea experimenta. Inflammationi curandæ revulſionem deberi, non derivationem. Revulſio in ramis ejusdem trunci.

Pet. THOUVENEL *de corpore nutritio* Montpelier 1770. 4.* Mucum animalem a gelatina diſtinctum pro vero alimento habet. Ex albumine mucum album parari: idem albumen a calore aquæ bullientis vim gelatinoſam amittere. De coagulatione ſanguinis: De rete cruoris eluti. Contra fibras ſanguinis. Cruorem in fervida cogi, minus tamen firmiter quam lympham. Nullum in ſanguine ſe ferrum reperire. Membranulam RUYSCHII ex coagulabili indole muci

muci fieri. Albumen cogi gradu 38vo R. Alium eſſe in ſanguine aërem ab eo, qui in aqua eſt. Humores animales. Nutritio fit depoſita parte coagulabili in loculos celluloſæ telæ. Lac ab emulſione diverſum eſt principio fœtido ſulfureo. In carne & mucus & gelatina eſt. Piſces marinos plus dare gelatinæ ſed tenuiorem, quam carnes. Animalia juniora plus dare gelatinæ.

Guil. BROWN *de viribus atmoſphæræ ſentienti oviis* Edinb. 1770.

Iſaac NEE *de nutritione* Edinb. 1770. 8.* Pro nutritione per arterias. Ligato nervo crus tamen macilentum fit.

Jacobus MACLURG *de calore* Edinburgh 1770. 8. etiam animali.

EJ. *Experiments upon the human bile, and reflexions on the bilious ſecretion* London 1772. 8.* In ampla introductione de phyſiologicis agit. Nervorum functiones ab HALLERO fundatas perfectas eſſe a CULLENIO, cujus equidem experimenta ego nulla novi. Bilis. BOERHAAVIUS HALLERUM, GAUBIUM, CADETUM ſeduxit. Ipſe M. L. experimenta fecit in bile humana: ea cum vitriolico acore extemplo coit: viret; ſic cum nitri ſpiritu. Duplex in bile phlogiſton eſſe, alterum facile ſeparatu, difficile alterum. Acida vegetabilia bilem non cogunt. Negat adipem in bile oſtendi poſſe. Id quod cum acore marini ſalis cogitur, idem eſſe, cujus in ſanguine, lympha, lacte, natura coagulabilis eſt. Putredo ſenſim eam naturam deſtruit. Carnem ovillam aceſcere priusquam putreſcat. Bilem putredinem impedire. Lacti maxime analogam eſſe. A globulis tingi ut ſanguis. In humoribus noſtris progreſſum eſſe ad acorem, non ad putredinem.

Louis ODIER *de eſſentialibus muſicæ ſenſationibus* Edinb. 1770. 8.* Et absque oſcillatione partium corporis ſonori ſonos naſci, &cum ea oſcillatione nullos. Nullas partes organi auditus tantæ eſſe neceſſitatis, ut ea amiſſa ſenſus pereat. Muſica: cauſa gratiæ in certis conſonantiis.

§. MCCLVIII. *Diaria anni* 1771.

In *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1771. GRIGNON de fetu capite ſemiduplici.

GUYON fetus, qui de imis lumbis tumorem circumferebat, in quo caput, oſſa pelvis, os femoris alterum, alia oſſa informia.

Puella abſque lingua bene loquens.

In *Phil. Tranſ.* T. LXI. anni 1771. *Will.* GERSUCH tabulæ emortuales. Ex natis 165, homines 136 intra annum ſecundum obierunt, quæ enormis eſt jactura.

Wilh. RICHARDSON *de aphidibus*, gente numeroſa. Quæ vere de ovis ſuis prodeunt, eæ omnes feminæ ſunt, vivosque pariunt fetus, abſque venere: ſic earum filiæ & nepotes. Tertia generatio M. Junio alas expedit; decima demum mares habet, quæ Octobri M. copulantur, & feminæ ejus aevi nova ova pariunt, jam fecundata.

In *Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians at London* London 1771. 8.* femina ad ſecundam & tertiam hebdomadem alvum ſiccam retinens, denique aſita.

J. HAYGARTH analyſis ceruminis. Aqua potiſſimum ei ſolvendo idonea eſt, & mucum diſſolvit, a quo tenacitas ejus pendet.

De vitiis faſtorum emortualium Londinenſium.

B. WILMAR faſciam latam diſcidit, optimo eventu.

J. TECKEL plurima cum cura nudatum tendinem in homine vulnerato incidit, abſque ullo ſenſu ægroti.

Eduard ALANSON de femina, cui callus mollis manſit, quamdiu utero geſſit.

Eſſays phyſical and literary read before the philoſophical Society at Edinburgh T. III. Edinb. 1771. 8.* In eo diario D. TURNBULL morbum ſaltatorium deſcribit, quem tarantulæ tribuunt; noſter febrem eſſe vult, ab æſtu aëris natam. Etiam Melitæ eumdem morbum reperiri, ubi nullæ ſunt tarantulæ.

Alexandri MONRO junioris experimenta in nervis facta diximus.

In *Actis philoſophicis medicis Societatis S. Haſſiacæ* Gieſſ. 1771. 4.* aliqua huc faciunt.

In *Tranſactions for promoting uſefull knowledge* Vol. I. Philadelphiæ 1771. 4.*

LEWIS NICHOLLS *de variorum corporum in ſpiritu vini adſervatione.*

Novi Commentarii Acad. Imperialis Petropolitanæ (ad a. 1771.) Petropol. 1772. 4.* T. XVI.

J. LEPECHIN de viris, quibus urethra ſub glande aperitur, non eo minus prolem generantibus. ID. T. XVII. anatomen Gadi *ſaide* dedit.

Novi Commentarii Soc. Reg. Scient. Götting. ceperunt prodire a. 1771; Quo Vol. I. acta annor. 1769. & 1770. continentur, ea jam diximus.

In *hebdomadariis chartis*, quarum princeps auctor eſt Cl. TITIUS, *das Wittenbergiſche Wochenblatt*, hoc anno & in univerſum, varii generis phyſica continetur. A. 1772. de hirundinum hibernaculis.

Verhandelingen uytgegeeven door het genootſchap der wetenſkapen te Vliſſingen tweede deel Middelburg 1771. 8.*

Leonhard BOMME de nonnullis marinis polypis.

B. HUSSEM de vena medinenſi.

J. MARQUET de vi vitali, quæ fere irritabilitas eſt. Cuique tamen parti corporis ſuam vitam tribuit, easque vitas docet, ad commune bonum conſentire. Ut natura febres producat.

Abhandlungen der Leipziger œconomiſchen Geſellſchaft 1771. Leipzig 8.* SCHULZ fuſe de hiſtoria naturali cocci Germanici, qui in radice Knawel perennis, ſed etiam Myoſotidis habitat.

Abhand-

Abhandlungen und Erfahrungen der Fränkiſch - phyſicaliſch - œconomiſchen Bienengeſellſchaft auf das Jahr 1771. Nürnberg 1772. 8.*

J. Frid. STEINMETZ. Paucos mares cum regina coire, pleroſque abſque coitu ſemen cellulis regiis adſpergere. Ovum regium in ſuo verme jam præſto eſſe, neque per aliquam degenerationem formari, neque a peculiari pulte poſſe partes apis operariæ in feminina organa transmutari. SCHIRACHIUM cellulas regias videri cum plebejiis una reſecare. Non videri reginam totum in annum fecundatum eſſe. Seorſim hæc ampla diſſ. prodiit.

IDEM in RIEMS *Bienenbibliotheck* N. I. Regina parit reginas, quarum plurimæ degenerant in apes operarias feminas. Sic loco majorum marium gignit parvos mares operarios. Apes operarias feminas parere, & fucos, alios mares, ſteriles alios & minores.

Abhandlungen und Erfahrungen der phyſicaliſch - œconomiſchen Bienengeſellſchaft in Ober - Lauſiz pro annis 1770. 1771. Berlin 1772. 8.* J. G. WILHELMI defendit, fucos tamen veros eſſe mares, & ſemen in pultem alimentariam effundere. Operarias apes feminas eſſe.

J. Georg VOGEL apes operarias vult fucos parere. ULTYERFORTI de fucis dubia. Epiſtolæ BONNETI, WILHELMI, SCHIRACHI de generatione reginæ ex ovo plebejo.

In *Journal de Medecine* &c. *Auguſtini* ROUX t. 35., qui ad annum ſpectat 1771. VOYER de lacte muliebri, forti colore rubro lintea tringente.

DU CHANOY contra PORTALII diſſ. de arteria pulmonali. Negat arterias pulmonales venas diametro ſuperare, neque ordinem perpetuum in iis arteriis & venis admittit.

EJ. *Lettre à M.* PORTAL *ſur la critique qu'il a faite des ouvrages anatomiques de M.* PETIT Amſterd. (Paris) 1771. 8.* Librum *Précis de chirurgie*, qui ſub nomine PORTALII prodierat, & partem *hiſtoriæ Anat. Chir.* eſſe chirurgorum NICOLETI, & VAILLANT. De articulatione maxillæ inferioris. WINSLOWUM paſſim defendit. RIOLANUM negat interoſſeos muſculos recte notas hobuiſſe. Contra judicia PORTALII.

DE MARQUE pro PORTALIO. Pulmonem arteriam aortam urgere, dum aërem adducit: priorem bronchum dextrum aërem accipere, quam ſiniſtrum: hunc ab aorta comprimi, in recipiendo aëre impediri.

De fetu galea cranii deſtituto. Sic ANSELIN.

TUAL muſculos femoris evanuiſſe, eorum locum adipem tenuiſſe.

T. 36. *De la* BROUSSE ex pulſu divinat, num gravida femina puerum ſit paritura, num puellam. Pueros fere in dextro latere geri, eo in latere pulſum eſſe elatiorem. Porro de pulſibus Chinenſium & Gallorum.

DES BREST in latere tamen morboſo pulſum ait fortiorem eſſe. Sudorem a pulſu inciduo præſagiri. Pulſus fimbriatus.

AMO-

AMOREUX & ipſe ſexum infantis utero geſtati divinat. Ej. *Letre* I. & II. *d'un medec. de Montpel.* 1771. 1773. 8.* ad bibliographiam anatomicam faciunt.

MANSY fetus biceps pede tertio difformi.

SERAIN vitulus trioculus duobus collis.

Atti dell' Academia delle ſcienze di Sienna, detta de' fiſico-critichi T. IV. Senis 1771. 4.* & in T. IX. *Giornale d'Italia.* J. BATARRA de raja. Duos habet penes, uterum (cloacam) unicum, in quem etiam ureteres ſe inmittunt: ovaria duo præmagna. In pene dura oſſicula.

Berliniſche Sammlungen T. III. Berlin 1771. 8.* Dentes in abſceſſu puellæ quindecim annorum reperti. Vetula lactans, ſic catella ſterilis.

In *K. Swenſka Acad. Handling.* T. XXXII. *Zacharias* STRANDBERG Paroecia, in qua partus numeroſiſſimum, mortuorum dupli.

§. MCCLIX. *Germani.*

Ernſt Ludwig HAASE *Anweiſung zur Bienenzucht aus dreyßigjähriger Erfahrung* T. I - IV. Berlin 1771. 8.* ſqq. Practicus quidem, tamen ut paſſim aliqua intercedant, in phyſiologicis non inutilia. Reginam cum digitis teneret, totum examen ejus manui ſe adplicuit, circum geſtari ſe paſſum eſt, neque ei nocuit. Vocem illam, quam reginæ tribuunt, eſſe lætitiæ novi examinis vocem.

T. II. 1772. 8.* Si reginæ ſpatium paraveris, non expellit prolem. In duplici alveari poſſe duas reginas vivere.

T. III. 1772. 8.* Fimetorum aquam verno tempore ab apibus quæri ad inſtaurandas, ut putat, vires. Apes dari imperfectas, tribus non pluribus alis inſtructas. In alia ape vidiſſe ſe, ſemen maris emiſſum in ſuperficiem feminæ, non in uterum. Non probat artificium SCHIRACHI. Dari alvearia ſua beata prole abſque maribus.

T. IV. 1773. 8.* De ſexu & generatione apum. Alias apes mel, alias ceram parare. Omnino ex operariis apibus reginas poſſe parari. Apes mellis egenas nymphas ejeciſſe de alveolis & necaſſe.

P. C. ABILDGAARD *Unterricht von Pferden, Kühen, Schaafen, Schweinen &c.* Coppenhagen 1771. 8.* Equini pabuli pondus. Pullorum generatio, educatio. Partem anteriorem pulli matri ſimiliorem eſſe. Dentes & eorum mutatio. Plurima ab ovibus monſtra pari. Solus porcus nunquam dentes mutat.

J. Ernſt ZEIHER *Lehrbegriff von den Krankheiten der Pferde und der Pferdezucht* Berlin 1771. 8.* Multa ex BARTLET & BUFFONIO, WINTERO &c. De equilibus ucranicis. Utcunque huc facit. Idem puto qui p. 475.

Romani ASTHEIMER *machina corporis humani omnium admirationi propoſita* Soloduri 1771. 8.* Phyſiologia.

Franc. Xavier v. WASSERBERG *aphoriſmi phyſiologici de principiis corporis humani in genere* Wien 1771. 8. Ej.

Ej. *Sammlungen nützlicher Gegenſtände aus allen Theilen der Naturgeſchichte, Arzneywiſſenſchaft und Haushaltungskunſt* Wien 1772. 8.* Locus de modo, quo ſurdi loqui docentur, ex phyſiologia mea ſumtus. Nuperos faſciculos dicemus a. 1775.

J. Frid. HÆSELER *Betrachtung über das menſchliche Auge* Hamb. 1771. 8. Oculi artificialis præparatio.

J. Erneſti GREDING, qui in noſodochio Waldheimenſi furioſis deſtinato medicinam fecit, plurimæ obſervationes anatomicæ & anatomico phyſiologicæ, in LUDWIGIANIS adverſariis inque T. III. P. IV. reperiuntur. Figuræ capitis corruptæ, eminentiæ alieno loco poſitæ. In cerebro nullos nonnunquam gyros reperit. Granula ſemini cannabino ſimilia circa cerebellum in pia meninge. In tentoriis cerebelli venæ ſtellatæ. Cerebellum plerumque cerebello mollius: encephalon totum inſanis alias mollius, alias durius eſt. Bullæ aëreæ in vaſorum ramis & in ſinubus frequentes, & in pia matre granula fungoſa. De pede hippocampi & tertio ventriculo fuſe. Aqua ventriculorum ſedimentum ponit puris ſimile. Commiſſura cerebri anterior nulla; ventriculus tertius ſæpe aqua plenus, glandula pinealis arenulis. Thalamos opticos rariſſime ſe contingere. A colliculis minoribus pedunculi glandulæ pinealis. Infundibulum cavum eſt. Tubercula in cornu poſteriori ventriculi ſuperioris.

J. Chriſtian KEMME *Einleitung in die Medicin überhaupt* Hall. 1771. 8.* Contra STAHLIANOS pariter & contra mechanicos. Contra experimenta in brutis animalibus capta.

Adam Anton. BRUNNER *Abhandl. von der Hervorbrechung der Zähne* Wien 1771. 8.* Multum theoriæ. Redit in *Faſc.* I. WASSERB. excerpta.

§. MCCLX. *Otto Friderich* MULLER.

Vir feliciſſimæ induſtriæ in animalibus minoribus aquaticis indagandis, contemplandis, inque plantis ſtudioſiſſimus.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LXI. agit de monoculo, cui teſta pellucida & oculus in cervice eſt.

Ej. *Von den Würmern des ſüſſen und ſalzichten Waſſers* Koppenh. 1771. 4.* Genera definita. Oculos cum habeant & os, non videt vir Cl. cur capite dicantur deſtitui. Nereis: in ea inteſtinum intus arteriam comprehendens, alterne ſtrictam & laxatam, quæ ſuccum nutritium ab inteſtino paratum accipit. Ex parte poſteriori animalis novi naſcuntur articuli, in quos & arteria propagatur & inteſtinum. Sed etiam ex latere animalis colliculus eminet, in animal convaliturus, quod a matre ſecedit, (& alia eundem ad modum), idem fecundum futurum, etiam dum matri adhæret; & ipſum magnam arteriam habet & inteſtinum, non adeo matri nociturum, vulnus enim continuo clauditur. Sexus nullum veſtigium. Diaria incrementi utriusque animalculi. Si matri caput reſecueris, nihil inde mater mali percipit, namque caput ei reparatur, ſed neque fetus læditur. Reſecta pars perinde renaſcitur. Filia non unica eſt, ſed

multæ. Prima inter partes novæ Nereidis perficitur arteria. Sed & aliæ ſpecies de latere germinant; & in ſpecie *cæca* vena ab arteria diſtincta viſa eſt. Nereis vaſa habet ramoſa. Huic ſeries eſt cordium, quæ in unum vas quidem conſentiunt, quod corporis ſit longitudine, cæterum quodque cor ſeorſim ſalit.

Ej. *Tres obſervationes in Hafnienſi hebdomadario* libello excuſæ. Capita cochleæ acutiſſima forfice expedite reſecat, ut una maxillam, & duo paria cornuum, amputet. Vulnus clauditur, & altero vere, nonoque a ſectione menſe, demum renaſcuntur cornua, labra, maxillæ &c. De monoculo, duobus ejus ſexubus, duplici pene & utero. Inſectum aquaticum, duorum ſexuum: penis in canali caudæ conprehenditur, vulva ſub ventre eſt, quam femina ipſa peni adaptat.

Ej. *Pilelarven med dobbelt hole &c.* Hafniæ 1772. 4.* Accurate a primordiis ad vitæ terminos erucam ſalicis perſecutus eſt. Ova pleraque abortant, quæ animal plurima ponit. Nec oculi neque dentes cum exuviis decedunt, ſed eorum velamenta. Aquam acidam expellere novit, qua inimicos repellit. Vidiſſe ſe ſemen in plantis ante fecundationem illam, quam pollini tribuunt ſtamineo. De monade, prima materia animalium. Animal putreſcens reſolvitur in veſiculas, & rete membranoſum, ab eo mucus diſcedit, vitam & motum expedit, & nunc vivum eſt animal.

Ej. *Vermium terreſtrium & fluviatilium, ſ. animalium infuſoriorum helminthicorum & teſtaceorum non marinorum ſuccincta hiſtoria* Hafniæ 1773. 4.* Molluſca a teſtaceis non poſſe ſeparari. Genera. Animalcula infuſoria, vera animalia, quæ vitant ea, quæ ſibi nocitura eſſent. Ut ſe multiplicent, dum transverſa dividuntur, dum ſecundum longitudinem. Non unice in putrido humore vivunt. Hypotheſis de generatione animalium: ultimo naturam corporis animati in veſiculas reſolvi, quæ paulatim vitam induant, animalcula fiant infuſoria, omnia vaſa majorum animalium repleant, in ea tranſeant. Genera ſeorſim. Animal globuloſum: per rimam abdominis pariens. Cercaria animalculo ſpermatico proxima; in ea ſpecie inteſtina ſunt, ſic in trichode. Ut verticem hæc animalculo excitent, quo prædam ad ſe trahant. Animalcula compoſita.

Ej. *Hiſtoria vermium* Vol. I. Pars II. *Helminthica* Hafn. 1774. 4.* Inſigne opus. De capite tæniæ dubitat. Gordii diſſecti in experimentis Cl. viri non renaſcuntur. Polypus: vidit animalia devorata revomentem: eorum genera. Tubipora. Nereis, lumbricus. Vermium genera. In nonnullis magna arteria venaque magna. Hirudinis anatome. Oculi 4, 6 & 8, & aliquid linguæ ſimile. Cochleæ. Cupidinis ſagittam noſter vidit, & venerem, & intortos penes. In ovo cochleæ jam teſta eſt. Partes reſectas alias reparatas fuiſſe, etiam caput, alias ſecus. Alia animalia teſtacea. In nonnullis venerem mutuam ei contigit videre. A vario ſitu oculorum genera definit. Jaculator 2, 3 globulos expellit, in duas quaſi caudas fiſſos.

Papilio capite erucæ in *Memoir. preſentés à l'Acad.* T. VI.

In

In *Berliner Sammlungen anni* 1768. de zoophyto fimi equini agit, vermiculo, intra cryſtallinam ſphærulam ſe agitante.

§. MCCLXI. *Galli.*

JACQUIN *de la ſanté* Paris 1771. 12.* Simplex nec malus liber. Temperamenta: etiam atra bilis. Lac amarum reddi a foliis hippocaſtani, quibus vacca paſcitur; organa digeſtionis ex variis ſcriptoribus, etiam PITCARNIO. Lac feminis tenuius eſſe, quibus capilli pallidi ſunt.

VITTET M. D. *médecine véterinaire* Lyon 1771. 8. 3. Vol.* Egregium opus. In T. I. fabrica partium traditur in equo & bove. Oſteologia: dentes & ordo quo mutantur. Utique digitus equo unicus, cui tendo inſeritur, quem nonnulli ab ACHILLE dixerunt, præter analogiam. Muſculus cutaneus equi. Irritabilitas a ſentiendi facultate non ſatis diſtincta. Linguæ involucrum aliud ab epidermide, aliud fibroſum, papillis plenum. Nulla uvula. Oeſophagi fibræ in ove decuſſatæ. Valvula pylori in equo & bove, nulla vero valvula œſophagi. Nihil in ſucco ventriculi alcalini. Nullæ duodeni glandulæ: valvula ad oſtium ductus choledochi. Ventriculi bovis: crena ducens in tertium ventriculum, per quem aqua & tenue pabulum eo ex gula migrat. Aqua bilis bubulæ moſchum redolet. In equo duo ductus pancreatici. Nulla appendicula neque cæcum bovi. Vaſa lymphatica negat ex celluloſa tela prodire. Ad oſtium ductus chyliferi in equo duæ valvulæ. Fuſe de digeſtione. De oſſe cordis bubuli, quod poſt ſextum annum ſubnaſcitur. Contra veſiculas pulmonales. Arteriæ irritatæ non contrahuntur. Pulſus equo 40, pullo 50/55: plures equæ & vaccæ quam maribus. Nullæ bovi glandulæ renales. Duplo plus quam equus idem mingit. Ganglia in juniori animale majora. Nervus ſympathicus magnus cum octavo per celluloſam telam conjungitur. In bove idem muſculus malleum adit & incudem. Bovis ſecunda glandula lacrumalis. Partes genitales. Equi duæ veſiculæ ſeminales & tertia media. Fibræ carneæ in ſacco cavernoſo. In vaccis venerem ſequentibus ovarium diſſiluerat. Aqua amnii utique dotes habet liquoris nutritii. Hippomanes ad reſorbendum lotium factum. In utriusque animalis fetu fæces in ventriculo reperiuntur. Fetus nuper in lucem editus in utroque animalis genere lac in mammis habet. Lac & mammæ.

In T. II. Nulla magna ſymptomata a læſis tendinibus. Equus per nares reſpirat.

In T. III. bibliotheca veterinaria. Sudori critici ſapor, & odor ſæpe intolerabilis. Ovis parcius mingit.

Belgice prodiit Amſterdam 1775. 8.

EJ. *Reponſe à la lettre de M. M.* FAISOLE & CHAMPEAUX *ſur le rapport qu'ils ont fait des cauſes de la mort de la pretendue fille &c.*

Dictionnaire anatomique & chirurgique Paris 1771. 8.* Ex Gallis & ALBINO. Pro Archæo. Sæpe ex inidoneis auctoribus deſcripta partium fabrica, & multa dudum emendata hic repetuntur non correcta. Nova & recondita nolim quæras. Ligamentum interoſſeum pubis in feminis nullum eſt.

Obſervations curieuſes ſur toutes les parties de la phyſique Paris 1771. 12. 4.Vol.* Collectanea. Pars eorum a. 1718. & 1730. prodierat: anatomica etiam continet quartum volumen ſolum; nam priora fere ex vulgatis fontibus collecta ſunt. Vetuſtæ ſunt & obſoletæ hypotheſes, de reſpiratione &c.

Stephan. Lud. GEOFROI *Hygieine ſ. ars ſanitatem conſervandi* Pariſ. 1771. 8.* Sex res non naturales, particulæ phyſiologiæ, de ſecretione &c. Minime ineptum poëma ejusdem auctoris, cujus teſtacea dixi p. 435.

J. Pierre DAVID *de la nutrition & de l'accroiſſement précédé d'une diſſ. ſur les eaux de l'amnios* Paris 1771. 8.* Gener *le* CATI hypotheſium perinde amans. Aquam amnii fetui datam eſſe, ut eum refrigeret, minus enim calere quam ſanguinem. Fetum in principio lente, deinde celeriter increſcere, contra notiſſimam rerum naturam. In hominibus vim eſſe ex baſi compoſitam & longitudine, baſin vero eſſe ſummam totius ſyſtematis vaſorum.

DU CARNE *de* BLANGY *tr. de l'education œconomique des abeilles* —, *& leur hiſtoire naturelle* Paris 1771. 8.* Potiſſimum œconomice apes tractat. Primum examen unicam reginam habet, poſteriora plures: amiſſa regina examen in alveare maternum redit.

Car. le ROI *melanges de phyſique & de medecine* Paris 1771. 8.* De viſu, nullam in oculo interno mutationem locum habere, etſi propius vel remotius corpus inſpicias. Solam pupillæ arctationem vel dilatationem ſufficere. Eadem in *Acad. Scienc.* tradet.

GOULIN *lettre à Mr.* FRERON Paris 1771. 8.* de nonnullis erroribus PORTALII, de HABICOTI litibus fuſe. Contra nonnullorum auctorum nomina. Librorum deſideratorum catalogus.

EJUSD. *Memoires bibliographiques* Paris 1775. 4.* Anatomes antiquiores hiſtoria. De Aegyptiorum HIPPOCRATIS anatome humiliter ſentit, aſper judex.

ARTHAUD *diſſ. ſur la dilatation des arteres & ſur la ſenſibilité* Paris 1771. 8.* Proprio inſtrumento indagavit, num arteriæ dilatentur. Nullæ arteriarum fibræ carneæ, nulla irritabilitas. Rectæ arteriæ in dilatatione locum non mutant, curvæ utique. Pulſum percipimus etiam ſitu non mutato. Sub preſſione pulſus evaneſcit. Nulla rotatio arteriæ. De ſenſu. Has omnes partes carere ſenſu, quas ſcripſi ſenſu carere. PETITUM ſemper abſque ſenſu ægroti perioſteum laceſſiviſſe, ſic in tendinibus, etiam in dura membrana.

Jean François LAVOISIEN *dictionnaire portatif de medecine* Paris 1771. 12. 2.Vol. Breve compendium & paſſim erroneum. Male in tenerimis virginibus ait hymenem deſiderari.

Hugues

Hugues GAUTHIER *élémens de chirurgie pratique d'après M.* FERREIN Paris 1771. 12.* De productione tonorum celebre experimentum FERRENIO debemus, non ideo præceptori Europæ dicendo. Ex vaſculo minimo ſubcutaneo ſanguinem ad tres pedes proſiluiſſe.

SUE nepos in *dictionnaire de chirurgie* Paris 1771. 12.* De partu naturali, de hæmorrhagiis a natura excitatis.

EJ. *Élémens de chirurgie* Paris 1775. 8.* Anatomen & phyſiologiam continet, & multa meorum ſimilia.

Henry HAGUENOT *melanges curieux & intereſſans ſur divers objets relatifs à la phyſique, à la medecine & à l'hiſtoire naturelle* Avignon 1771. 12.* Analyſes chemicæ parum nos de natura ſanguinis docere. Frequenter in prima patella ſanguinis floridus eſt, cruſta coriacea in altera. Floridior fit ſanguis, quando longo itinere aërem trajecit. De viribus medicatis lactis ejusque ſeri.

Dictionnaire de ſanté T. III. Paris 1771. 8.* Potiſſimum chirurgica habet.

Lettre de M. JANIN *à M. le Chevalier de S.* Experimenta per quæ conſtat videre nos, quæ videmus, in horoptere, & utroque videre oculo. Violaceum enim colorem nos videre, dum uno oculo per rubrum, altero per cæruleum vitrum inſpicimus.

EJ. *Memoires & obſervations anatomiques phyſiologiques & phyſiques ſur l'oeil & ſur les maladies qui affligent cet organe* Lyon 1772. 8.* Multa nova. Anatome fere ex ZINNIO. Anteriorem membranam lentis cryſtallinæ a poſteriori teneriori diſtinguit. Viſionis ſedem in retina eſſe. De viis lacrumalibus. Poros exhalantes corneæ tunicæ in quibusdam morbis dilatari. Vitreum corpus per experimenta cellulis fieri. Carunculam lacrumalem vidit in ſolitarias cryptas reſolutam. In 24 horis duas uncias lacrumarum ſecerni. In puncto lacrumali papillam eſſe, quæ exeat, & iterum reſorbeatur, & reſorbtionem lacrumarum efficiat. Pro majori aut minori apertione palpebrarum, ductus lacrumalis directionem aliam & aliam induit. Lens neque a vitrea tunica continetur, neque a retina. Cæcos natos, cataracta liberatos, nihil aut duplex vidiſſe, aut inverſum, & colores recte diſtinxiſſe. Iridem irritabilitatem conſervare, etſi retina ſenſum amiſit.

EJ. *Reflexions ſur le triſte ſort des perſonnes, qui ſous une apparence de mort ont été enterrées vivantes &c.* Paris 1772. 8.* Spumam malum in ſubmerſis non reddere incurabile. Debere corpus ſubmerſi calefieri. Bonus effectus inhalationis, clyſteris tabacarii.

Pierre AUZEBI *tr. d'odontalgie: nouveau ſyſteme ſur l'origine & la formation des dents* Lyon 1771. 8.* Deſcriptio oris, oſſis palati, dentium. Hos ex ſucco naſci, neque fibras habere, neque laminas. Primorum radices aut nullas eſſe, aut per exiguas. Novos dentes primis craſſiores eſſe.

LANSEL *de* MAGNY *tr. de la ſympathie du corps humain dans l'état de maladie &c.* Paris 1771. 8.* Sympathia unice a nervis eſt. Ventriculi cum univerſo corpore conſenſus.

Th. GUINDANT *Expoſitions des variations de la nature dans l'eſpece humaine* Paris 1771. 8.* Fabricæ hominis & animalium aliquam varietatem eſſe. Multa fabuloſa. Gigantes 8, 10 pedum. Cyclopes. Androgynos in Florida frequentes. Partus ſerotini.

§. MCCLXII. *Itali.*

. . . . BALDINI *de odoris mechaniſmo in corpore humano* Napoli 1771.

Andreæ BRAGHETTI S. I. *phyſiologiæ ſpecimen* Milan. 1771. 8.

Rainerii Bonaventuræ MARTINI *Inſtitutionum medicarum* T. I. *phyſiologiam & Hygieinen complectens* Florent. 1771. 8.* Diligenter nuperos legit, neque male iis uſus eſt, propria etiam cogitata prodit. Mechanicas leges monet ſæpe exponendæ naturæ non ſufficere. Sanguinem ab aceto tenuari. Lac chylo tenuius eſſe. Alii humores. DAVIZARDIUM oſtendiſſe, bilem in ventriculum redire. Spiritus nerveos non eſſe materiam electricam. Per reſpirationem acidi aliquid de chylo diffiari, & aërem ad reſpirandum ineptum eſſe, quando vaporibus ſaturatus nihil porro abſorbet. Non videri gratiam muſicam a numero oſcillationum pendere. Pro irritabilitate; ſedem in glutine eſſe. Male BORDEVIUM circuitum ſanguinis pro nondum demonſtrato elevare. Corpus luteum poſt conceptionem naſci. Pro aquula COTUNNIANA. Somnus &c.

§. MCCLXIII. *Angli.*

J. AITKIN *eſſays on ſeveral important ſubjects in ſurgery chiefly on the nature and cure of fractures* London 1771. 8.* Auctor Chirurgus Edinenſis, breviter de fabrica & nutritione oſſium agit. Pro ſucco oſſeo contra perioſteum.

William WHITE *Eſſay on the diſeaſes of the bile, more particularly on calculous concretions* York 1771. 8.* Organa bilis. Bilem tamen inteſtina irritare, motum periſtalticum ciere. Bilem, dum in calculos abit, ad cruſtarum morem & in fila cogi.

MARMADUKE BERDOE *inquiry into the influence of electric fluid on the ſtructure and formation of animate beings* London 1771. 4. In BOERHAAVIUM aſper ex ſchola Monſpelienſi Helmontianus.

EJ. *Doubts touching the inverſion of objects in the retina* London 1772. 8. Abſurdum eſſe libellum critici ajunt.

EJ. *Eſſay on the nature and circulation of the blood* Lond. 1772. 8.

EJ. *Theory of human ſenſation* ib. 1773. 8.

§. MCCLXIV. *Belgæ.*

Jan. de REUS, Chirurgi, *naauwkeurige onderwys in de vroedkunde* Haarlingen 1771. 8.* In præfatione CAMPERUS, ligamenta oſſis ſacri & iſchii laxata vidit.

vidit. *De* Reus gemellorum alterum in clauſo ovo in lucem vidit prodire. Tactus oſtii uteri. Placenta in collo uteri adhærens. Eadem veſicularis.

Theodor Hoogeween *redenvoering over den oorſprong en algemeene nuttighet der ontleed konſt* Delft 1771. 4.

§, MCCLXV. *Diſputationes.*

J. Henrich Rahn *mirum inter caput & viſcera commercium* Gotting. 1771. 4.* Conjungi partes corporis animalis per telam celluloſam, per vaſa & nervos, per continuitatem membranarum, per ſimilitudinem fabricæ & functionum.

Samuel Gottl. Vogel *de lithophago & polyphago Islebienſi nuper mortuo & diſſecto* Gott. 1771. 4.* Mira homini fames: cibus omnigenus, etiam abſurdiſſimorum, lapidum, pilei. Omentum in cadavere craſſiſſimum, ventriculus enormi mole. Fæces vix odoræ. Potus perinde copioſus, ut is homo 13 libras carnis bubulæ, quartas vini 13 uno prandio adſumeret.

J. Wilhelm Moller *criteria partus olim enixi diagnoſtica* Gotting. 1771. 4.* Genitalia feminæ deſcripta. Nunquam ſibi ceram ex utero in fetum inde placentam veniſſe, neque viciſſim. Matre ſanguinem omnem amittente, fetum non reddi exſanguem. Placentam in utero relictam non dare ſanguinem.

S. S. Beddæus *An ſola pars bilis colorata in inteſtinis deponatur?* Wien 1771. 8. C. L.

Thaddæus Bischoff *de pulſu ſenum* Wien 1771. 8.* Quorundam ſenum pulſus. In ſenum cadaveribus cerebri durities, & in arteriis ſquama cartilaginea. Pulſuum in ſeculari homine bonus ordo. Pulſuum in morbis varietas. Aſphyxia in homine ab apoplexia convaleſcente.

Anthon. Barthel *de digeſtione* Prag. 1771. * Prælectio *Phil. Ambroſii* Marherr, eo fine ſcripta eſt, ut fermentationem chyloſam confirmet.

Bonaventur. Henr. Kemm *de elemento ſanguinis, a quo color ejus ruber præcipue dependet* Prag. 1771. 8.

A. A. Senft *progr. de viribus animalibus* Würzburg 1771. 4.*

Jani Bang *nervorum cervicalium anatome* Hafniæ 1771. 8.* Icones nervorum colli. Octo nervos cervicis numerat. Accurate nervus occipitalis major, nervi cervici, nervus phrenicus. Radices ſympathici magni ex ſexto pare duæ; in ſextum per ramum a nervo palatino natum, & aliis ſurculis in ſympathicum.

Idem in *Soc. Med. Hafn.* I. de ductu thoracico egit, ejus inſertione & ad eam valvula; & de monſtro galea cranii & cerebro deſtituto; demum de ſpina bifida.

Georgii Dove *de pleuritide* Edinburg 1771. 8.* Monrous ter in homine pleuram inſenſilem eſſe reperit, ſedemque pleuritidis in pulmone ponit.

Jac. Hamilton *de perſpiratione inſenſibili* Edinburg 1771. 4.*

D. Huggan

D. HUGGAN *de ſanguine humano ejusque miſſionis uſu & abuſu* Edinb. 1771. 8.*

P. ZWEERT *de circulatione ſanguinis in corpore humano* Utrecht 1771. 4.

Chriſt. ALLARD *de reſpirationis mechaniſmo* Groning. 1771. 4. C. L.

Wynold MUNNIKS *orat. de ſummis quas anatome habet deliciis* Groning. 1771. 4.* Oſſicula auditus in piſcibus, cochlea cartilaginea in ſerpentibus & teſtudine: membrana tympani. Sciurus meatum auditorium ſuis muſculis claudere poteſt. Avibus canales ſemicirculares ſui ſunt, & cochleæ loco bilocularis ſacculus.

H. A. BACHIENE *de ſecretione lactis in mammis muliebribus* Utrecht 1771. 4. C. L.

Jac. DIEZ *de amore* Leid. 1711. 4. C. L.

Abr. WALKART *de conſenſu* Leid. 1771. 4. C. L.

Sylveſt. DOUGLAS *de ſtimulis* Leid. 1771. 4. C. L.

Albert. Henric. Engelbert van BARCHEM *de œconomia fetus animalis* Leid. 1771. 4. C. L.

J. CLARKSEN *de mulierum menſtrua conſuetudine* Leid. 1771. 4.*

J. Dav. BARTHELEMY *de patellæ uſu ejusque læſionibus & curationibus* Leid. 1771. 4. C. L.

Dan. WEISSMANTEL alias SCHNEIDER *de refrigerio ſanguinis per reſpirationem* Erford. 1771. 4.*

Chriſt. Jac. EYRICH *de ſuperfetatione in ſimplici utero non poſſibili* Altdorf. 1771. 4.*

J. Gottf. LEONHARDI *de frigoris athmoſphærici effectibus in corpus humanum* Lipſ. 1771. 4.*

EJ. *De reſorbtionis in corpore humano præter naturam impeditæ cauſis & noxis* Lipſ. 1771. 4.*

Adam Mich. BIRCKHOLZ *quæſtiones quædam phyſicæ chemiæ generalis definitionibus explicatæ* Lipſ. 1771. 4.* De glutine animali. De ſenſibus, de humoribus, de ſtimulo cordis (ſpirituoſa parte ſanguinis). Solus mechaniſmus non ſufficit in phyſiologicis.

Chriſt. Nicol. LIPPENTIN *de irritabilitate ultimo termino motus animalis* Hall. 1771. 4.*

Daniel BERNOULLI, *Danielis* fil., *de uſu medico tabularum baptismalium, matrimonialium & mortualium* Baſil. 1771. 4.* In ſuæ patriæ ditione mares ad feminas ſunt ut 38 ad 37. Ruri mortui ad vivos 1. 41, in urbe ut 1. 28. Infantes vitales ſunt: ad 20 annum $\frac{3}{4}$ natorum tamen perierunt. Qui pueri absque lacte alebantur, eorum dimidia pars intra primum annum periit.

Frid. Leopold WEYLAND *de ozæna cum fiſtula maxillari* Strasburg 1771. 4.* Deſcribit ſinus pituitarios. Sphenoideus duplex, duobus foraminibus in nares patens. Canalis per quem ſinus maxillaris in ea nares patet, factus a proceſſu oſſis cavernoſi, oſſe unguis, & turbinato ſuperiori oſſe, inter ſe connexis.

P. Joſ.

P. Joſ. GENTIL & *Philip. Alex.* BACHER auctor, *E. actio vitalis a portione elaſticitatis ad flexilitatem, Ergo animalis a fibrarum natura flexili & elaſtica* Pariſiis 1771. 4.*

Jac. GUERLEZ *de la* MOTTE & GUINDANT *E. generalibus & phyſicis legibus, quibus corpus humanum obſtrictum eſt, natura quandoque diſcedere valet* Pariſ. 1771. 4.*

Franc. PARIS & SAILLANT *E. proprium homini alimentum vegetabile* Pariſ. 1771. 4.*

Sim. Ant. BRINGAND & *Theodor* NOSON *E. uterina placenta radix* Pariſ. 1771. 4.

Jacob VERDELHAN *des* MOLES diſſ. anni 1744. recuſa a *Th.* MOREAU *Ergo temperamenti diverſitas a fibris* Pariſ. 1771.

J. Jac. MILLAN & *Henr. J.* BAGET *E. a ſuperflui humoris perſpiratorii refluxu catamenia* Pariſ. 1771. 4.*

Lud. Par. Fl. REN. *le* THIEULLIER & GAPUY *E. fetus ſuſpenſio in aquis a funiculo umbilicali pendet* Pariſ. 1771. 4.*

SAVARY, *E. ſanitati nocet frequens exſpuitio* Pariſ. 1771. & a GUETTARDO denuo 1773.

Anſelmus GALLUS *de muſculis abdominis* Turin 1771. 8.*

J. Petrus Martinus MORENI *oculi humani bulbus* Turin 1771. 4.*

§. MCCLXVI. *Diaria anni* 1772.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LXII. *anni* 1772. *Joſephus* PRIESTLEY fuſe egit de aëre fixo, de aëre varie corrupto, de aëre quem reſpiratio noxium reddidit, pene ejus aëris ſimili, qui putridis vaporibus impraegnatur. Is aër etiam plantas enecat; ſi tamen eæ primo ejus impetui reſtiterint, eædem ſuo incremento aërem emendant. Emendatur idem ab aëre fixo. Mures noſter aliquot menſibus abſque potu educavit (hinc mures calculo obnoxii). Hæc eadem, & ornatius, repetuntur in *hiſtoria aëris fixi*, proprio opere, etiam Gallice excuſo *Experiences ſur differentes ſortes d'air* Pariſ. 1775. 12.* Animalia poſſident vim mutandi phlogiſtici in naturam electricam; potiſſimum vero id poteſt torpedo. Putredo aërem generat, ſed reſorbet eadem per plurimos dies. Pulmonem videri deſtinatum eſſe emittendis effluviis putridis. Aër nitroſus occidit inſecta, non ita aër inflammabilis. Phlogiſticon videri cauſam eſſe motus muſcularis; calorem fieri ab oſcillatione partium corporis animalis.

DAINES BARRINGTON in *Phil. Tranſ. Vol.* LXII. hirudines utique hieme ex limo extractas fuiſſe.

IDEM in *Vol.* LXIII. fuſe de cantu avium agit. Eum pulli a patre diſcunt, eo abſente etiam ab ave alterius generis. Mares canunt, ut alios mares ſuperent, non ut feminam delectent. Sæpe luſcinias altius canere quam noſtræ notæ,

tæ muſicæ adſcendant, & intervallis tonos ſuos diſtinguere nimium ſubtilibus. Aliquas tamen avium cantilenas notis muſicis vir ILL. exprimit.

Medical transactions published by the college of phyſicians T. II. Lond. 1772. 8.* *Guilielmus* HEBERDEN de pulſuum frequentia. Infantis dormientis pulſus ſunt 140. & primo anno non infra 108, in febre ad 158 & in adulto ad 150, non tamen ut funeſtus eventus ſit. In febre maligna tamen ſe 180 pulſus numeraſſe, neque evaſiſſe ullum ægrotum, cui 120 fuerint. Non putat pulſuum numerum infra 40 reduci poſſe. A doloribus calculi pulſum non augeri.

IDEM hepar ſenſu carere. Lac a bile retenta non tingi. In morbis bilem non putreſcere.

IDEM ſanguinis cruſtam inflammatoriam nihil nos docere. Tendinem non contrahi.

Georg BAKER de viro, qui ſex menſibus potu abſtinuit; ei homini 45 pulſus ſunt.

J. COLLET de hydatidibus; organicæ ſunt in ovario & alibi viſæ, & hepaticæ aliæ, craſſo involucro.

In *Hiſt. & Mem. de l'Acad. des Sciences* 1772.

PINSON fetus cerebro & cerebello deſtitutus, & galea cranii; pro cerebro cellulæ humore plenæ. Nervi exigui, & eorum pars deſtructa.

J. Jaq. PERRET cultorum & inſtrumentorum chirurgicorum artifex, de fele nuper nata, cui palpebræ non diſcedebant, quas ipſe aperuit. Mater, quæ infelicem catulum neglexerat, ſanatum aluit.

EJ. *Art du Coutelier ſeconde partie Sect.* 2. Paris 1772. Inſtrumenta anatomica, peculiares nevrotomi, rude inſtrumentum ad aperiendum cadaver, tubuli craſſiores, neque ulli, qui hydrargyrum recipiant.

Marchio de COURTENVAUX de cornu duro ſenſim ex facie vetulæ ſubnato, feliciter reſecto.

Maxima copia aquæ puræ de mamma manans, & exempla aliqua analoga.

In *Journal de Medecine* Tom. XXXVII.

PLAZANET de fetu, cujus caput humeris incumbebat, galea cranii deſiderabatur. Tympanum cum oſſiculis auditus paulum corruptum. Cerebri, cerebelli, medullæ oblongatæ ne veſtigium quidem. Medulla ſpinalis nulla, columna vertebralis vitiata.

PIETSCH, funiculus umbilicalis margini placentæ inſertus, ea placenta in partu ab utero facillime receſſit.

GUILHELMOND, quando unica videtur gemellorum amnios eſſe, vere tamen duæ ſunt, ſepto diſtinctæ.

T. XXXVIII. AMOREUX contra novos Gallorum pulſus. Sexum fetus in utero latentis ex pulſu non poſſe divinari. An IDEM p. 680.

BOU-

Bourienne veſica urinaria ſepto diviſa.

Chiseaux de neſcio qua articulatione oſſis temporum cum frontali.

K. Swenſka Wetenſk. Acad. Handlingar T. XXXIII. anni 1772.

Elias Lagus de ampliſſimæ parochiæ Kuſamo in Bothnia occidentali incolis. Partus mortes longe ſuperant, & in eo ultimo ſeptentrione adeo fecundæ ſunt nuptiæ, ut tria conjugia quotannis unum dent partum.

Andreas Joh. Hogström de adipe animalium. Solvi cum vitello ovi, & cum gummi, cum illo melius.

Petri Ascanii philina quadrupartita: ejus os, anus, & quatuor oſſa interna.

In Tom. II. Volum. XIII. anno 1772. edito diarii *Verhandelingen uytgegeven door de Harlemſche maatſchappy Wilhelmus de* Voss de experimentis, potiſſimum etiam de Sanctorianis, quæ laudat.

Commentarii novi Academiæ Scientiarum Petropolitanæ qui ad a. 1772. pertinent, & *Commentarii novi Soc. Reg. Göttingenſis* T. III. ad annum 1772. diſſertationes habent, alibi jam indicatas.

In Tomo IV. *Berliniſcher Sammlungen*, qui a. 1772. prodiit, de adſervatione animalium rariorum, at de gigantibus patagonicis agitur, qui nuper ad ſtaturam bene nati hominis redierunt.

§. MCCLXVII. *Galli.*

L . . . Chirurgi *tr. de l'homme & de la femme conſiderés phyſiquement dans l'etat de mariage* Paris 1772. 8. 2. Vol.* Temperamenta quatuor. Levis anatome partium generationi ſervientium: hymenem rejicit. Contra Buffonium ex meis experimentis; nullum dari ſemen muliebre.

Nouveau dictionnaire univerſel de medecine, de chirurgie & de l'art vétérinaire Paris 1772. 12. 6. Vol.* Auctores ſunt M. Nicolas *de* Marque, Laservole. Ad anatomen ea ſola tradunt, quæ maxime neceſſaria videntur. Errores bene multi, ut renales arterias ex meſentericis ortæ.

T. II. Darton muſculum eſſe.

T. III. Contra Buffonium.

T. V. Servata vita feminæ ſepultæ, cum latro anulum de digito violente avelleret. Bis tantum inflammatam pleuram *Joſepho* Lieutaud contigiſſe videre.

T. VI. Parum plene de ſaccharo lactis. Fabulam tarantulæ pro vera narrant. Venenum viperæ acidum eſſe, ſanguinem coagulare.

Memoire ſur les methodes rafraichiſſantes & echauffantes par M. de Boissieu

Dijon 1772. 8.* *Bartholomæus Camillus de* BOISSIEU vir juvenis, præmium hac diſſ. reportavit. Ut perdurare poſſimus in aere quam ſanguis noſter eſt calidiore. Experimenta aliqua ad indagandam cruſtæ inflammatoriæ indolem.

Obſervations ſur le Cacao & le Chocolat ſuivies de reflexions ſur le ſyſteme de M. LAMURE *touchant le battement des arteres* Paris 1772. 8.* Ad LAMURII ſententiam ita accedit auctor, ut arteriæ quidem ſitum mutent, ea vero mutatio non in corde cauſam ſuam habeat. Nunc lego, opus eſſe Cl. NAVIER.

ROZIER *obſervations ſur la phyſique, ſur l'hiſtoire naturelle & ſur les arts* Paris 1772. 8.* Bona collectio libellorum, quorum multi boni, & huic diario proprii ſint. Ecce aliqua ſpecimina. DANA de nonnullis animalibus marinis, inter ea de meduſæ ſpecie. Carnes in recente oleo bene conſervari. Dentes primores cum iis, a quibus expelluntur: dari, cui corona profundius in os immerſa eſt. De nano polonico 29¾ unciarum, corpore cæterum perfecto. Ad eumdem porro nanum. Ad hiſtoriam curculionis. CHAUSSIER de parte inteſtini ilei & meſenterii per anum decedente, ut tamen æger diu ſupervixerit. SCHÆFFER de puella muta, quæ canit. Quæ manuum officia pedibus ſupplet, & puerum ſanum peperit. T. NEEDHAM ſalem occidere animalcula infuſoria. DICQUEMARE de anemone marina, ex polypi adfinitate, quæ abſciſſa membra reparat. Omnino de latere germinare, ut polypi.

IDEM in *Phil. Tranſ. Vol.* LXIII. tres deſcribit ſpecies anemones marinæ. Radii renaſcuntur reſecti. Diu impaſtam vivere, teſtasque ſolas devoratæ prædæ revomere. Vivos pariunt pullos.

In Diario D. ROZIER IDEM a. 1773. de magna parte femoris amiſſa & reparata. IDEM ib. 1776. agit de ſua anemone, quæ in quatuor partes diſſecta convaluit. Dum irritatur & terretur, fetus ſuos edit.

Iterum in diario Cl. ROZIER anni 1772. Puer pene male formato. Catellus quinquepes. Androgynus aries utroque ſexu inſtructus. Coriacea machina, in qua neceſſariæ obſtetricis in fetu expediendo encheireſes, exprimuntur. Vetulæ lactantes. Olei animalis primum quod adſcendit, ſolum ſervatum puriſſimum eſt.

EJ. Cl. ROZIER *Tableau du travail annuel de toutes les Academies de l'Europe, ou obſervations ſur la phyſique, l'hiſtoire naturelle & les arts* Paris 1773. 4. Propria ſola dicemus. Animalis moſchiferi dentes exſerti pleni ſunt. De monſtris: contra vim imaginationis maternæ. Dens enormi mole. *De la* MOTTE de juvene, cui 15. quibusque diebus elapſis tota univerſi corporis epidermis delabitur. MANGOS hominem non poſſe volare. MAUDUIT fuſiſſime de conſervandis animalibus & partibus corporis anatomice præparatis: rejicit mercurii ſublimati uſum, & olei terebinthinæ: De teſtaceis etiam ornandis & ſervandis. Spiritus vini reliquis liquoribus præſtat, tantum ut admiſta aqua eum debilites. IDEM eodem anno. REAUMURIUM inſecta arcuiſſe fumo ſulfuris accenſi.

Anno

Anno 1774. Diarii D. Rozier. Symptomata a veſpæ ictu nata, ingentia. Baion de vi electrica gymnoti Guyanenſis; piſcis leviter tactus parum nocet, plurimum ſi firmiter tenueris, & eo vehementius, quo debilior piſcis eſt. Integram ſeriem hominum concutit. Repetitis ictubus vis animalis exhauritur. De anatome aliqua: duo magni muſculi, qui tamen non ſola ictus ſtupefacientis cauſa ſint.

Idem de luminoſis in aqua marina corpuſculis, rotunda eſſe, frictione lumen augeri.

Cotte repetit, tamen caput cochleæ non reparari.

Chevalier de ichthyocolla ruſſica: Acipenſerem ad eam inutilem eſſe. Partus Pariſiis 329. pueris mortes ſuperare, ob enormem numerum infantum expoſitorum, qui a. 1772. fuit 7776.

Blondel de muſca proboſcide quaſi ruminante. Walshii experimenta de torpedine, tum D. Seignette. In concuſſione motus tremulus manifeſtus eſt. Soli duo muſculi ſtupefaciunt, piſcis totus inſons eſt.

A. 1775. oſſa in lebete Papiniano abeunt in gelatinam, ſed in vulgari machina non ſunt edulia.

Fetus didelphidis in ſacco ventris, non in utero habitat. Sanguis nigritæ craſſus, parum fuſcus, miſtus eſt particulis nigris: non tamen niger eſt.

Electrica vis excitari poteſt in nonnullis partibus animalium, aliæ eam vim transferunt. Conf. 1776.

Veſpertilio major, qui uterum abſque cornubus habeat, muliebri ſimilem.

Ovum humanum cum involucro, fetu ad 6. lineas longo, cujus cor aliquoties pulſavit. Umbilicus latus & brevis.

Cyprinorum varietas circa Lugdunum frequentium, quæ fit maſculis lactibus deſtitutis, optimi ſaporis & maximi pretii.

A. 1776. Jan. Changeux exhalationem eſſe, quæ in homine caloris faciat tolerantiam, cum calorem minuat.

Gilibert *Anarchie medicinale conſiderée comme nuiſible à la ſocieté* Lyon 1772. 12. 3. Vol.* Quæ futurum medicum deceat addiſcere. Anatomen neque ab Hippocrate ſpretam fuiſſe, neque a Sydenhamo, neque phyſiologiam accuratam. Ad hiſtoriam medicam aliqua. *Franciſcum de* Sauvages paucos habuiſſe imperantes ægros. Ut plebs tumultu excitato theatrum anatomicum Lugdunenſe a. 1767. deſtruxerit. De nonnullis anatomicis judicia.

De la Chapelle *le ventriloque, ou l'engaſtromythe* Paris 1772. 12. 2. Vol.* Placet tamen accurate hic perſpicere, quid in ventriloquorum hiſtoriolis verum ſit, potiſſimum nuperorum & auctori notorum. Ut imponant colloquentibus, qui vocem eminus a dextris ave. ſiniſtris pro arbitrio ventriloqui advenire ſibi perſuadeant. Robur in muſculis faucium hæc ars requirit, quo engaſtromythus eas claudat & vocem edat, aëre reſervato in poſteriori parte oris. Multa aliena admiſta.

SAURI *l'hydroſcopie & le ventriloque, dans lequel on explique comment le jeune Provençal voit à travers la terre, & par quel artifice les ventriloques peuvent parler de maniere, que la voix paroiſſe venir du côte qu'ils veulent* Paris 1772. 12. Hydroſcopum eſt impoſtorem fuiſſe nunc notum eſt.

La CROIX *connoiſſance analytique de l'homme de la nature & de Dieu* Paris 1772. Habet etiam phyſiologiæ partem. Animæ ſedem ponit in meningibus, quarum ſenſus ſit acutiſſimus.

G. de CHAUFFEPIE' *vita* SERVETI Anglice reddita prodiit Lond. 1772. 8.

§. MCCLXVIII. *Angli.*

William CULLEN, maximæ famæ primus Profeſſor Edinburghenſis, in medicis potiſſimum & ſynonymis laboravit.

EJUS *lectures on the materia medica* London 1772. 4.* Prælectiones a diſcipulis editæ ſunt. Multa ad phyſiologiam faciunt. Aſpera paſſim de Cl. viris judicia, SENACO, GAUBIO, aliis. De vi cordis irritabili inſita. In membranis etiam irritabilitatem ſedere. Animam non imperare certorum muſculorum actionem, ſed effectum; neque deltoidem muſculum agere jubet, ſed humerum vult elevari. Senſationem eſſe, quando anima exterioris corporis conſcia eſt; irritationem quando effectus per totum corpus diditur. Temperamenta. Hominem perinde ad victum animalem factum eſſe, ac quidem ad vegetabilem. Hæmorrhoides non eſſe naturalem depurationem corporis.

N. D. FALK *treatiſe on venereal diſeaſes* London 1772. 8.* Partes genitales utriusque ſexus, cum iconibus collectitiis. Proſtatæ ſucci aliquam in fecundatione neceſſitatem eſſe, cum in eunuchis hæc glandula parva ſit & corrugata. Hymenem noſter ignorat. Semen muliebre & feminum miſcelam admittit. Ligamenta teretia veros eſſe muſculos, & plurimum ad partum facere. De temperamentis digreſſio.

James MACKITTRICK *commentaries on the principles and practice of phyſik* Edinb. 1772. 8.* Quamque claſſem morborum a phyſiologia orditur, contemtor anatomes ſubtilioris. Elementa corporis; inter ea monet, non debere aërem omitti, Vis mortua; dignitas tunicæ celluloſæ; vis inſita muſculorum, fere ut apud HALLERUM, tantum quod noſter omnibus partibus corporis humani ſenſum ſtimuli tribuat; & vim contractilem, quæ vi ejus ſenſus reſpondeat. Hic temperat noſter defectum irritabilitatis & ſenſus, quem in ſanis partibus experientia oſtendit. Sympathiam nervoſam ſolam admittit. A STAHLIO congeſtionem adoptat, ejusque late patentes effectus: tum conſtrictionem ſpasmodicam partium, quæ humores ab iis expellit. Globulorum ſanguineorum figuram mutari. Temperamenta. Irritabilitas nimia, nimis parva. Temperamentum validum, ſed parum ſentiens. Robur peculiare a tela celluloſa validiori natum. Temperamentum irritabile. Vires vitales. Reſpiratio: aërem in ſtatu fixo in pulmone ſanguinem ſubire, & cum dimidiata elaſticitate per vaſa lactea advenire.

Ex-

Excretiones. Animæ geſta. Senſus, motus. Calor tamen potiſſimum a frictione eſt. Motum ſanguinis inteſtinum auctor tamen admittit, tum derivationem & revulſionem, & tamen in experimenta invehitur, quæ in vivis animalibus capiuntur.

An eſſay on the force of imagination in prægnant woman Lond. 1772. 8.

Comparative view of the ſtate and faculties of man with theſe of the animal world London 1772. 8.

Directions and obſervations relating to food exercice and ſleep Lond. 1772. 8.

J. GREEN *oratio anniverſaria* HARVEYANA Lond. 1772. 8.

J. CLARKE *the ſhoing of horſes with an anatomical deſcription of the foot of a horſe* Lond. 1772. 8.

Guil. FALCONER *Eſſay on Bathwaters* Lond. 1772. 8. 2.Vol.* Bonus liber & experimentis dives. Effectus balnei : de calore, quem corpori impertit : de pondere, quod inde corpori accedit; inter 10 uncias & quaternas cum ſex drachmis. Calor augetur in alia ratione quam pulſus : pulſus a 86 ad 100, a 85 ad 100 adſcendit; calor a 98° ad 102°. Corpus univerſum in balneo amiſit partem ſui ponderis $\frac{1}{380}$. Alias calor balnei 110 gr. fuit, pulſus ad 120. Calor 114 gr. fecit ingentem ſudorem. In thermis omnino ſudor non ſupprimitur, etiamſi calor eſt 102 gr.

§. MCCLXIX. *Germani.*

J. Caſpar LAVATER *von der Phyſiognomik* Lipſ. 1772. 8.* Primus libellus, quo vir Cl. contendit, animi quaſi temperamentum, & ingenii modum, per externa ſigna detegi poſſe.

EJ. *Zweytes Stück* ib. 1772. 8.* Tituli capitum, in quæ auctor magnum de phyſiognomia opus partietur. Phyſiognomiæ nationales, religioſæ; ſignificationes muſculorum, glandularum, oſſium. Characteres virtutis, vitii. Multa a naſo ſperat & a maxilla, aliqua ab auricula.

In magno opere 1775. 4.* *Phyſiognomiſche Fragmente* cujus alii tomi aliis ſuccedunt, porro contendit, animam quaſi in ſuperficie corporis nudam adparere, eſſe omnibus partibus ſolidis, naſo, auriculæ, ſuam ſignificationem. Vim cogitandi reſidere in capite interius quam frons eſt, cupiditatem in corde. Vita triplex hominis, animalis, phyſica & moralis. Sublimitatem in fronte reſidere, generoſitatem in naſo.

J. Frid. MAYER *Geburt zweyer an den Bäuchen zuſammengewachſener Kinder* Frankf. 1772. 8.* Perfectæ cæterum puellæ, per epigaſtria connatæ; cor unicum inteſtina tenuia conjuncta, tamen ut ſecederent.

J. Phil. HERWIG M. D. *wahre Beſchreibung zweyer an einander gewachſener Kinder* Frankf. 1772. 8.* Ipſe eum fetum incidit. Funiculus ſimplex & hepar, duo ventriculi, inteſtina duo. Cor cum magnis vaſis ſimplex. Non bene pro accidentali fetu habitum fuiſſe.

Reſpondit J. F. MAYER in *Antwort auf die Herwigiſche ſogenannte wahre Beſchreibung zwey an einander gewachſener Kinder* Frankf. 1772. 8.*

Erfahrungen und Unterſuchungen über den Menſchen Berlin 1772. 8. Pars phyſiologica ad ſenſus externos pertinens. Plerumque CONDILLACUM ſequitur.

Anweiſung zur Wundarzneykunſt nach dem Lehrgebäude der neuern Riga 1772. 8.* Opus Cl. ALIX, ut lego. Pro partium inſenſilium & irritabilitate deſtitutarum claſſibus vere conſtitutis.

In LAMBERT's *Beyträge* T. III. Berlin 1772. 8. adnotationes ſunt ad vires morientium, & ſuperſtitum.

§. MCCLXX. *Belgæ.*

J. le FRANCQ *v.* BERKHEY *natuurlyke hiſtorie van Holland* T. I. Amſterdam 1772. 8.* Pars aliqua phyſiologiæ hiſtoriæ animalium præmittitur. Irritabilitas & motus ab ea productus, fit præter voluntatem, ut ſenſibilitas. Omnino omnes corporis partes ſentire. Contra evolutionem: pro ſemine ex utroque parente deciduo. Contra pulli in matris ovario præſentiam mira objectio. Monſtra: ſi una corporis particula deformari poteſt, poſſunt omnes. In phyſiologia animalium pulmoni alternam dilatationem & compreſſionem tribuit. Cujusque animalis aliqua, brevis, anatome.

In T. III. habet exempla hominum fecundorum, proportiones gemellorum, tergeminorum, & quadrigeminorum ad fetus ſolitarios.

Pieter van ESCH *eenige heelkondige waarneemingen en konſtbewerkingen* Gouda 1772. 8.* Veteranus chirurgus. De inſenſili natura tendinum; eos cartilagineos vidit. Cerebri denudati motus. Digitus conferbuit, qui pene totus reſectus de gracili filo pendebat. Anatomica deſcriptio venarum, quæ ſecari ſolent.

A. BALTHASAR *pathologia chirurgicalis*, *or heelkondige ziektkonde na de pathologia medicinalis van* GAUBIUS Leid. 1772. 8.* Multa phyſiologica. Vis vitalis; irritabilitas fit perceptione impreſſionum externarum, & eam ſequente contractione. Teſtium ſitus in fetu, in homine adulto. Globulos ſanguineos eſſe adipem. Fila ſanguinis inter elementa recipit. Sanguinem non in lympham mutari, neque viciſſim. Coriaceam cruſtam tamen eſſe denſationem partium ſanguinis ſolidarum.

§. MCCLXXI. *Itali.*

Anton. SCARPA *de ſtructura feneſtræ rotundæ & de tympano ſecundario obſervationes anatomicæ* Modena 1772. 8.* Magni laboris opus. Scopus eſt oſtendere, feneſtræ rotundæ magnas in auditu partes eſſe, quod quidem ex anatome comparata magna cura inſtituta oſtendi ſperat. Membrana hujus feneſtræ oblique ſurſum in ſcalam tympani ſe inmittit, ut & continuo arctior fiat, & verſus tympanum in umbonis ſpeciem emineat. In canale potius poni, quam in foramine. Cenſura eorum, quæ de hac feneſtra hucusque ſcripta ſunt. ALBINUM male circularem pinxiſſe. Cavum tympanum muco non repleri. In homine adulto (non quidem in fetu) feneſtram rotundam membranam tympani reſpi-

reſpicere. Sulcus in feneſtra, ejus figura triangularis. Duas laminas membranæ feneſtræ rotundæ eſſe a tympani perioſteo & veſtibuli. Aerem per tympanum feneſtræ rotundæ membranam percellere, hanc aquulam premere, quæ eſt in cochleæ ſcala: hanc iterum nervum concutere: ita potiſſimum ſonos percipi, qui per os & per tubam EUSTACHIANAM adveniunt. Ejusmodi feneſtram quadrupeda habent & aves, equus permagnam, ſic felis; & in variis animalibus hanc feneſtram quadruplo ovali majorem noſter invenit. Canales ſemicirculares in cellulas cranii (avium) aperiuntur. Pro cochlea in avibus canalis eſt bipartitus, rectus equidem. Zonæ perioſteo fiunt.

J. Alexandri BRAMBILLA, Chirurgi Cæſarei, *de phlegmone* l. Germanice Vindobonæ a. 1773. 8.* excuſus eſt, ut putes Italice a. 1772. aut prius prodiiſſe. Multum phyſiologiæ. Sanguinem utique, etiam in aqua dilutum, flaveſcere. Pro errore loci, qui in tunica cornea oculi conſpicuus fuerit. Chylum ſanguini noſter vidit innataſſe. Cruſtam coriaceam abſque inflammatione naſci. Ad anatomen arteriarum capitis ex WINSLOWO.

In ALGAROTTI, elegantis ingenii viri, operibus, diſſertatio etiam eſt Berolini 1772. 8. excuſa, *in qua quæritur cur erecta videamus, quæ inverſa in oculo pinguntur, cur ſimplicia.*

Petr. Ignatius ZECCHINI *de* GORTERIANA *corporum vitalitate prælectio Academica* Bonon. 1772. 8.* Pro vi vitali GORTERI. Eadem ſentire HALLERUM, non bene; neque recte ZECCHINUS vult, irritabilitatem a BORELLO eſſe.

§. MCCLXXII. *Diſputationes.*

Franc. Xavier SCHWEDIAUER *diſſ. exhibens deſcriptionem præparationum anatomicarum & inſtrumentorum chymicorum, quæ poſſidet facultas medica Vindobonenſis* Wien 1772. 8.* LIEBERKUHNIANA, quæ vocantur præparata, ſatis aliquamdiu neglecta. Injectio ex arteria in ductum paroticum penetrans. PEYERI glandulæ villis fiunt, tamen etiam veſiculis. Pulmo ranæ habet rete arteriarum cum venis inoſculatarum. Nulli coli inteſtini villi. Nihil glandularum ſimile in renibus. Sanguis in humorem vitreum urgeri potuit. Sceleti, morbi, monſtra.

J. de FRITSCH *de dentibus* Wien 1772. 4.* Anatome. Radices aliquæ, ſed deciduæ, dentium primorum. Vaſa, non bene. Dentitio.

J. Mich. STADLER *de vomitu* Wien 1772. 8.*

Franc. Xavier Caſpar TRZEBISKY *de irritabilitate & ſenſibilitate partium corporis animalis* Prag. 1772. 4.* Irritabilitatem, etiam cordis, tamen a nervis pendere. Nervum poſſe irritabilem eſſe, etſi in experimento non adpareat.

Pet. Joſeph GRUBER *de exceſſu vis vitalis vaſorum variisque in machina animali inde pendentibus phænomenis* Prag. 1772. 4.* Non quidem experimenta habet, vim tamen contractilem vaſorum minorum magni facit, etſi tantum eſt $\frac{1}{300000}$ pollicis.

Car. INSFELD *de luſibus naturæ* Leid. 1772. 4.* Collectitia. ALBINUS duos dentes vidit inter oculos & naſum erupiſſe. Cranium inæquale. Varietates ſuturarum, muſculorum dorſi. Coracohyoideus muſculus nullus. Duplex arteria meſenterica.

Gerardi ten HAAFF *bilis cyſtica* Leid. 1772. 4.* Egregia diſputatio. Carnivororum animalium bilis acrior: dum exhalat, odorem paulum moſchatum ſpargit. Aqua deſtillans aliquid habet volatile alcalinum. Extractum ex cuticulis ſubnaſcitur ſubdulce, flammam capiens. In cinerum lixivio cryſtalli aliæ marinæ, aliæ foſſilis alcali ſimiles. Cum acore chemico bilis cogitur, non fervet. Ex aqua de coagulo ſeparata, multiplex ſal, marinus, Glauberianus, ſeleniticus, aluminoſus obtinetur; ex eadem aqua balſamum habetur in reſinam abiturum. Sal ſeleniticus ab admiſto acore vitriolico oritur, qui cum terra calcaria hunc ſalem, cum ſale volatili alcalino Glauberianum ſalem ammoniacum facit. Cum acido nitroſo, nitrum fit cubicum. Pars reſinoſa bilis facile putreſcit. Cum oleo æthereo facilius miſcetur, cum reſina pini paulum. Non eſt ſapo. Cum farina & aqua fervet. Acorem bilis non domat, nec oleum cum aqua miſcet. Quæ lacti in animale accidant. In inteſtinis cremor adparet uniformis, cum in ventriculo aqua ſubacida a cremore diſtincta ſit.

Samuel VERESTOI *ſpecimen adnotationum helminthologicarum, quæ ſpectant hiſtoriam naturalem lumbricorum* Franeker 1772. 4.* Tæniam unicum eſſe animal & uniceps: cucurbitinos ſua eſſe animalia, non partes tæniæ. Contra BUFFONIUM, qui ex particulis ſuis organicis ſuperfluis vermes ſtruit.

Dav. Eberhard GUENTHER *Signa ex lingua* Duisburg 1772. 4.

S. SZEGEDI *de* PESTH *phyſiologia & pathologia* Utrecht 1772. 4.*

R. SCHEERS *de dentibus* Utrecht 1772. 4.*

DIEDERICI *de* SMETH *de aëre fixo* diſſ. Utrecht 1772. 4.* Aërem fixum non eſſe vinculum elementorum corporis noſtri.

Andr. MURCKE *de viribus ſanguinis & ſolidorum motum facientibus cautius definiendis* Jen. 1772. 4.*

Chriſtian Traugott HEFFTER *epiſtola de viribus vitæ* Lipſ. 1772. 4.*

Michael DIETELMAYER *de inflexionibus arteriarum capillaribus* Altd. 1772. 4.*

J. MELCHIOR & ALBERTI *de in & egreſſu bilis per ductum cyſticum e veſicula fellea* Erford. 1772. 4.*

EJ. & PLANER *de evolutione atque deſtructione corporum* Erford. 1773. 4. ſi huc facit.

Bern. Mar. LUTHER & *Joach. J.* BRUHN *de ventriculo humano æque ac quorundam brutorum ejusque actione* Erford. 1772. 4. ut puto.

Chriſtoph. Jac. HOFMANN *aliquæ muſculorum differentiæ* Altdorf. 1772. 4.*

Henr. HARDEGE *de præcipuis difficultatibus in explicando ſecretionis animalis negotio* Jen. 1772. 4.*

D. KOENIG

D. KOENIG & reſp. *Chr. Lud.* LIEBERKUHN *de experimentis pulmonum natantium* Hall. 1772. 4.*

J. GROSTLACHER *tr. medico legalis de ſtupro* Erlang. 1772. 4.

Franc. Ludw. Joſeph. SOLAYREZ *de* RENHAC *de partu viribus maternis abſoluto* Pariſ. 1772. 4.* Viri experti opus. Difficulter de vita fetus ex pulſatione fontis ſincipitalis judicari.

Car. Andreas GUEBELY & *Antonius* CHAUMONT SABATIER *E. in vivis animalibus ventriculorum cordis eadem capacitas* Pariſ. 1772. 4.* Neſcio quomodo proprio ſuo experimento reſiſtit.

Lud. Car. Henr. MACQUART & *Felix* VICQ DAZYR *E. inter oſſa capitis varii niſus abſumuntur communicatione retractione oppoſitione* Pariſ. 1772. 4.* Anatome calvariæ. Reſonitum locum habere, cum vis, in unum latus calvariæ urgens, effectum in latere oppoſito expediat.

Petri LALOUETTE anno 1742. & nunc A. L. *de* JUSSIEU diſſ. *E. nutrimentum tandem deſtinatio corporis* Pariſ. 1772. 4.*

L. du BOIS *de* ROCHEFORT & BOSQUILLON *E. nervus ſympathiæ vinculum* Pariſ. 1772. 4.*

Thomas le TENNEUR & *S. Lud.* GUINDANT *E. inter præcipuos reſpirationis uſus, chyli ex inteſtinis in ſanguinem propulſio* Pariſ. 1772. 4.*

Petr. Adrian. GADD *palingeneſia zoologiæ* Abo 1772. 4.*

§. MCCLXXIII. *Diaria anni* 1773.

In *Nov. Act. phyſ. med. Acad. Cæſar.* anno V. 1773. 4.* excuſo.

C. G. S. MELLE *de novo articulo ſuis cum ligamentis orto.*

Cl. DELIUS & *de* GLEICHEN *de articulo a terrore materno*, ut putant, *deformato.*

In *Melanges de mathematique & de phyſique de la societé R. de Turin* T. IV. Turin 1773. 4.* Abbatis *Mauritii* ROFFREDI microſcopica deſcriptio proboſcidis culicis & tabani: vagina, ſpiculum.

IDEM in T. NEEDHAMI obſervationes, fere metaphyſice animadvertit.

IDEM apud Abb. ROZIER 1775. fuſiſſime agit de anguillulis reviviſcentibus frumenti rachitici, de earum inteſtinis, ovario, ovis.

Medical and philoſophical commentaries by a ſociety at Edinburgh Edinburgh 1773. 8.* *Andreas* DUNCAN collector eſt; ſcopus fere qui LUDWIGII, cenſuræ librorum, tunc adnotationes aliquæ, clinicæ quidem potiſſimum. PURCELLI uterus duplex.

In *Comm. Petrop.* T. XVIII. anatomica LEPECHINI & KOLREUTERI ſuis cum auctoribus dicta ſunt.

In *Verhandelingen uytgegeven door het Zeeuwſche genootſchap der wetenſkapen te Vliſſingen derde deel* Middelburg 1773. 8.*

Leonh. BOMME animalcula rotifera. Sepiæ minoris ovarium.

Le ROI de monſtro difformi unipede, abſque anatome.

Verhandelingen uytgegeven door de Hollandze maatſchappy der wetenſkapen XIV. deel. Haarlem 1773. 8.*

BODDAERTI & BASTERI diſſ. jam dictæ.

PALUDANUS de faſtis emortualibus Alcmaerienſibus. Partus ad viventes ut 1. $29\frac{7}{54}$; mortes enormiter numeroſæ 1. $21\frac{1}{2}$.

Philoſophical Tranſact. pro anno 1773. prodierunt a. 1774., volumen nempe LXIII.

HUMPHREY JACKSON de ichthyocolla varia, & de artificiis, per quæ eadem ex aſellis paratur.

J. WALSH de ſuis experimentis in torpedine in oris Galliæ maritimis factis. Ictum piſcis concuſſionem electricam æmulari. Piſcem brevi in tempore fere quinquageſies concutere. Per aquam multis hominibus ſuum ictum impertire. Vim electricam in duobus muſculis reſidere, animæ arbitrio ſubjectis.

K. Swenſka wet. handl. 1773. Tom. I. *J. Car.* WILKE de Papiniano lebete: ſuccum ex oſſibus expellere vapore. Ex oſſibus bubulis egregium jus parari, quod in gelatinam coit. Succum pinguem ex poris oſſium ſudare; valde nutrire.

In *Auguſtini* ROUX *Journal de medecine* T. 1773. Vol. 39.

GASTELIER fetus difformis, cui venter & pectus confuſa, viſcera pectoris in pelvim ſubſederant. Una ſpina aderat bifida.

GALON de fetu quadrimanu, bipede, abſque anatome.

BOURIENNE vidit ſternomaſtoideum muſculum ad rectum abdominis continuari.

ROUELLE junior de ſeri & lactis analyſi. Poſt ſaccharum lactis ſal ad parietes adhæret, febrifugo SYLVII adfinis. Ejusmodi ſalem etiam in lacte poſt exhalationem adparere. Non multum alcali in lacte eſſe.

IDEM in T. XL. de nitro ſeri ſanguinis & cruoris.

EJ. De urina hominis, vaccæ, equi. In humano lotio reſinoſum quid eſt, quod a ſpiritu vini ſolvitur, tum gummi ſed parcius. In reſinoſo dimidia pars eſt alcali volatilis, ſalis ammoniaci parum. Sal marinus porro in urina eſt, & ſal volatilis, & ſal febrifugus SYLVII, & Glauberianus. Concentrata exhalando, deinde ſiccata, urina cum acore fervet. Aliter in equo & in vacca habere.

IDEM iterum de lacte & ſero. Multum continere alcali vegetabile, parum mineralis alcali. Sal febrifugum: marinum nullum.

J. LEPPIN a recto abdominis muſculo ad ſternomaſtoideum muſculoſum quid adſcendiſſe vidit.

CHARNAUX

CHARNAUX oſſa fetus per anum decedentia: fetus in ovario adoleverat.

RICHARD de fetu bicipite, trimanu, quadrupede.

Du BOSQ pro novorum pulſuum veritate.

In T. XL. ODIER epidermidem balænæ diu a morte ſe revolvere.

In *Journaux combinés* 1773. Oct. DISDIER de germinatione dentium agit. Radices primorum certiſſime a ſubnaſcentibus dentibus expelli. Dens inverſus, cujus corona in os demerſa.

Berliniſche Sammlungen V. *Band* Berlin 1773. 8. Animalia hybrida, ſuſpecta.

Gemeinnützige Arbeiten der Bienengeſellſchaft in der Ober-Lauſiz I. *Band* 1773. 8.* Continuatur prius diarium. BONNETI epiſtolæ, & ad eas adnotationes. Utique operarias apes vulgares cellulas deſtruxiſſe, & ex tribus unam ædificaſſe. Ovum in aliam etiam cellulam transferunt. SCHIRACHIUS ſua experimenta defendit.

J. LANGE reginam virginem peperiſſe, etiam in ſecunda & tertia generatione.

Anton. HUMEL venerem volantis reginæ vidit, & *Mathias* FORLANI marem feminæ adhærentem, demum GLOVER ejus ſemen.

Contra hæc varia monet Cl. RIEM.

J. SCHMIDT de veſpis, & earum per ſuam reginam propagatione.

OVERBEK apes operarias reginam aliquando lædere, ſic ovarii fabricam in ea vitiari, ut ſola ova marium, fortiora eadem, integra ſuperſint, & regina ſolos mares pariat.

MARTINI pro SCHIRACHI artificio.

In *Journal Encyclopedique* 1773. Dec. Exemplum hominis in duas medietates diviſi.

In *Journal des Savans* 1773. Nov. Obſervationes de natura epidermidis & cutis.

§. MCCLXXIV. *Germani.*

Epiſtolarum ad me datarum tomi VI. hactenus prodierunt. Primus 1773. Bern. 8.* Paſſim anatomica amicorum meorum intercedunt, ALBINI hic & HUBERI.

T. II. 1773. 8. HÆNELII adnotata anatomica; rami venæ cavæ ad inteſtina euntes. MEKEL de magnis arteriis penis, de epididymide; nulla eſſe vaſa lymphatica urethræ. Novi rami quinti paris. Invaginatio. RAMSPEK de ARANTII raro libro *de muſculis.*

T. III. 1774. 8.* LUDWIG de infundibulo cerebri aqua pleno. MEKEL de radicibus nervi ſympathici magni. ID. de imæ cervicis minoribus arteriolis. EJ. aorta perangusta & cor ampliſſimum, rami magnæ arteriæ a ſolita fabrica aberrantes. ZINNII dura membrana in experimento inſenſilis. MEKEL pleuram

ram inter & pulmonem nullum aërem eſſe confirmat, neque duram meningem nervis vaginam circumjicere. ZINNII fibræ retinæ. J. STEPH. BERNARD ovum humanum abortu editum deſcribit. ZINNIUS de corona ciliari, & anulo PETITI. ALBINI cum WACHENDORFIO, ſed potiſſimum HALLERO, lis de membrana pupillari. HALLERUS nihil ſibi ſumſerat, & gloria inventi WACHENDORFIO ceſſerat, qui præter epiſtolam ad TREWIUM nihil de hac membrana edidit.

T. IV. 1774. 8. LUDWIG de oſſibus mollitis. RAMSPEK de muſculo a recto abdominis ad ſternomaſtoideum propagato. BASSANUS, nullos eſſe tendinum nervos. ALBINUM nunquam membranæ pupillaris mentionem feciſſe, videri habuiſſe pro re vitio nata. CALDANI de ſenſu aliquo duræ membranæ. *Lud.* PALIANI nullum in tendinem nervum, etiam microſcopio adjutus, reperit. FONTANA etiam teſtudinis cor brevius reddi dum contrahitur. J. GESNER de dura membrana cerebri inſenſibili. ZINN de veſicula embryonis ALBINIANA. FONTANA, iridem non eſſe irritabilem. *P. Maria de* TURRE de globulis ſanguinis qui ſint ſacculi. BERDOT tendines inſenſiles. CALDANUS inteſtina avulſa violentiſſime moveri.

T. V. 1774. 8.* POLENO dura membrana præter naturam craſſa fuit, nihil inde paſſo. *Achilles* MIEG de fibris carneis valvulæ coli. BERDOT fetus biceps. SARCONE confirmat tendines, duram membranam, alias corporis partes ſenſu deſtitui.

T. VI. 1775. 8.* *Cajetanus* TORRACA in vetula nihil invenit induratum. *Joſephi* ROVATTI de vagitu uterino teſtimonium. *Dominici Aug.* ALBERGHETTI diſſ. contra aquulam COTUNNIANAM. Adnotationes anatomicæ CALDANI.

Ad *Philippi* FERMIN ex gallico verſam *Unterricht von der thieriſchen Haushaltung* Frankf. 1773. 8. editam, interpres notas aliquas addidit.

Philip. Ludwig Statius MULLER *vollſtändiges Naturſyſtem nach dem Houttuyniſchen Werke* Nürnberg 1773. T. I.* De phyſiologia diſſ. Non omnes animalis partes irritabiles eſſe. Hominis brevis anatome. Recte de Jumaris dubitat.

T. II. Anatome avium, organa vocis & reſpirationis, ventriculus, plumæ. Cygnus ſylveſtris fabrica aſperæ arteriæ a domeſtico diſtat.

T. III. 1774. 8.* de piſcibus. Diſſ. de vita. Tres cauſæ motrices, corporis pondus, organum irritatum, & anima. Irritabilitas a facultate ſentiendi tota differt. Anima a corpore diſtincta eſt. De ichthyocolla, aliter quam nonnulli: de cute, cauda, & viſceribus accipenſeris eam excoqui, non adeo paratam in veſica aërea præſto eſſe.

T. IV. 1775. 8.* Piſces porro. Diſſ. de iis quæ piſcibus communia ſunt.

T. V. 1775. 8.* de inſectis, eorum vita, generatione, miro robore, de generatione aphidum.

Jodoci

Jodoci EHRHARDT *Sammlung von Beobachtungen zur Geburtshülfe* Nürnb. 1773. 8.* Situs fetus vitioſi varii. Medicus ſecundas avellere ne properet, quæ plerumque ſponte decidant, etiam quando in cellula uteri reſident.

§. MCCLXXV. *Galli.*

M. R. CONDORCET *Eloges des academiciens depuis 1666. juſques à 1669.* Paris 1773. 8.* MARIOTTI, CLAUDII PERRAULT, CHARASSII elogia.

Reflexions philoſophiques ſur l'homme & ſur les animaux Leid. 1773. 12.* Multa phyſiologica. Cerebrum inter omnia animalia homini maximum eſſe; cerebellum cerebro firmius. Pulmonem ad refrigerium paratum eſſe. Seminum origo. In embryone cor & cerebrum ſtructum adeſſe, reliquas corporis partes ex ſucco nutritio ſubnaſci. Contra BUFFONIUM. De cornuum origine. In ſeptentrione plures pueros naſci.

In VERDIER l.l. *de la perfectibilité* T.V. agitur de memoria poſt apoplexiam amiſſa, dum in reliquis mens ſibi conſtaret. In T.I. ſummam phyſiologiæ in educatione utilitatem laudat.

§. MCCLXXVI. *Angli.*

Henrici PEMBERTON *courſe of phyſiology* London 1773. 8.* Poſthumum opus clari viri, jatromathematici, perſpicuum tamen & ab erroribus fere purum. Nervos, qui molles ſint, non poſſe ad chordarum morem agere. In vitulo lactente primum ventriculum parvum eſſe, quartum fere inanem. Valvulam coli nihil retrorſum transmittere. In ciborum coctione ad putredinem accedi, eam non adtingi. Nervos oſcula vaſorum exhalantium legere, iterum ea vaſa conſtringere, ſic motum tenuis humoris promovere. Lienem eandem penum ſanguinis recipere, quam jecur accipiat. Lentum motum ſanguinis in hepate augere collectionem partium viſcidarum ſanguinis & bilis generationem adjuvare. Non poſſe muſculos intercoſtales, quæcunque ſit eorum directio, quin intervalla breviora reddant. Perire, qui reſpiratione carent, ob ſanguinis ſtatum putridum. Ex aëre tenue quid ſolum in ſanguinem venire. Cerebellum cerebro firmius eſſe, in apoplexia minus pati. Poſt apoplexiam repueraſcens febre levatus, iterum ſenſus amiſit, cum febris deſiiſſet. Canem facillime vomere. IDEM p. 137.

John HERRIES *the elements of ſpeech* London 1773. 8.* Mira varia de pronuntiatione & valore literarum. Laudes BRAIDWOODII Edinenſis, qui ſurdos loqui docet, etiam cum gratia. Artificium AMMANNI. Tonorum acumen & gravitatem a tenſione & latitudine glottidis conjunctis pendere.

John ARMSTRONG *medical eſſays* London 1773. 8.* Contra theoriam, & tamen noſter febres nervoſas ab acrimonia irritante ſanguinis repetit.

Charles

Charles WHITE *a treatiſe on the management of pregnant and lying in women* London 1773. 8.* Partus. Fetum omnino obliquum in utero vidit, qualem ſitum FIELDING OULD deſcribit. Secundarum exitum a natura exſpectat. Ex funiculo non ligato ſanguinem ad mortem uſque pueri effluere.

COAKLEY LETSOM *medical memoirs of the general diſpenſatory* Lond. 1773. 8.* Qui per 14. continuos annos enormem opii vim ſumſit. Faſti emortuales & natalitii. Sanguinem ab hydrargyro non diſſolvi.

Encyclopædia of arts and ſciences compiled on a new plan Lond. 1773. 4. 3.Vol. Non placuit criticis.

§. MCCLXXVII. *Itali.*

Lettere di uomini illuſtri Firenz. 1773. 8. REDI, BELLINI, BORELLI.

Germani AZZOGUIDI *obſervationes ad uteri conſtructionem pertinentes* Bologna 1773. 4.* Rejicit membranam internam uteri. Injectum in arterias humorem de facie uteri interna exſudare. Nullos eſſe floccos ejus membranæ, nullas fibras muſculares. Nullum commercium per uterum inter matrem & fetum. Mater catelli exſanguis, cum catellus ipſe nihil de ſuo ſanguine amiſiſſet. Fetus capite & corde deſtitutus: vaſa ex ſacco carnoſo orta.

EJUSD. *Inſtitutionum medicarum* Vol. I. Bonon. 1775. 8.* Phyſiologia meæ non diſſimilis, præter ſpiritus animalis quos rejicit. Inſenſiles partes eſſe mecum conſentit, experimento in dura membrana cerebri in homine facto, pro *Bartholomæum* RIVIERA. De ventriculo abſque mora liquidiora exire. In Vol. II. pulſus, urina ſex res n. n.

§. MCCLXXVIII. *Diſputationes.*

Franc. Joſeph. KRAUS *de natura cruſtæ inflammatoriæ* Prag 1773. 8.* Lympham a ſero ſeparat; a lympha cruſtam eam derivat. LEEUWENHOECKIANOS globulos minores rejicit. Negat cruſtam coriaceam eſſe a diſſoluto ſanguine. Mediam partem arteriarum lympha coagulabili plenam vidit.

Joſeph de PLENCIZ *de calore animali* Wien 1773. 8.* Non eſſe a tritu, neque ab oſcillatione, ſed a proceſſu ad putredinem tendente, licet exiguus ſit. Compendium phyſiologiæ.

Jacob v. den HOUT *de febre petechiali ſ. morbo cum petechiis* Leid. 1773. 4.

Petri v. SWIETEN *Muſicæ in medicina influxus atque utilitas* Leid. 1773. 4.* Alternæ vices contractionis cordis a ſtimulo ſanguinis ſunt, non a nervorum preſſione. 2. Bilem in folliculum felleum deponi, in eo non ſecerni. 3. Contra cerebelli prærogativas. 4. Exiguam eſſe communicationem, & per vaſa non rubra, matrem inter & fetum. Cantharides putredinem ſanguinis promovent, dum modo calor acceſſerit.

Ladislas CHERNAK *de reſpiratione volucrum* Groning. 1773. 4. Aeris in oſſa avium communicatio hic dicitur.

G. G. *de* GOUDSMIT *de vita & ſanitate muſculorum* Utrecht 1773. 4.

Jac. BALTZ *de theoria corporis* Heidelberg 1773. 4.

Georg. Mathias GATTENHOF *de inflammatione* Heidelberg 1773. 4.*

Philip. Jac. BEYCKERT *de hernia ſcrotali* Argent. 1773. 4.* Partes adfectæ deſcriptæ.

Lud. Petr. ESSERTEAU *de* HANTE *tentamen phyſicum de vita* Monſp. 1773. 4.*

Joſeph Amand Ambroſius BOUNETIERE *Des* ROCHETTES *de lacte* ib. 1773. 4.*

M. S. JOIRE & P. A. BACHER *E. functionis cujuslibet cauſa multiplex* Pariſ. 1773. 4.*

Thibaud NOZON & olim *Ant. de* JUSSIEU *E. fetui ſanguis maternus alimentum* Pariſ. 1773. 4.*

J. Franc. de VILLIERS & *J. M. du* FRASNE *E. ex primis viis mediante celluloſo textu materies lactis ad mammas defertur* Pariſ. 1773. 4.*

§. MCCLXXIX. *Diaria a.* 1774.

Philoſophical Tranſactions Vol. LXIV. ad a. 1774. 1775.

Faſti emortuales Londinenſes. Pueri tamen paulo magis vitales ſunt, quam Vindobonæ. Ceſtriæ vita longa, ut quintus quisque ad 70. annum vivat.

SIMON de cochleis a morte reviviſcentibus, etiam extra aquam.

J. PURCELL, idem duplex uterus qui in *Medical Commentaries.*

De trocta Gillar, cui ventriculus muſculoſus ſit.

DARWIG negat jugularem venam, aut veſiculam fellis, in ſpatio inani turgere, aut venam nudam ſanguine plenam. Quare animalia aëris externi raritatem facile ferunt.

K. Swenſka Wet. Handling. Vol. XXXV.

Andr. J. HAGSTRÖM iris ovalis.

In *Journ. de Medec.* 1774. T. XLI.

POMA pro pulſu inteſtinali.

de la BROUSSE porro de ſexu fetus ex pulſu dignoſcendo. In eo matris latere, quod fetus occupat, pulſum debiliorem eſſe.

LAUGIER placenta in cellula uteri latens. Fetus tubarius vivus eductus, negant alii.

T. XLII. FOURNIER de cauſa micationis arteriarum. Sinum venoſum ſitum cordis non mutare. Motus cordis liber eſt, & in dilatatione & in contractione. Inpulſus in venam liquor pulſum facit. Pulſatio venarum cruralium, venarum brachii & colli. Quare venæ ſaliunt, ſi motus iis alternus impertiatur. Nunc perpetuus eſt, modo a corde, modo ab arteriis.

Suffocatis ſanguis in pulmones effuſus eſt.

Der Naturforſcher Hall. 1774. 8.* dirigente *J. Ern. Imanuele* WALCHIO. Pertinet potiſſimum ad inſecta & petrificata.

GÖTZE vermiculos aceti vivos parere, pullos viventes ſe in utero materno vidiſſe.

IDEM T. III. vermiculos aquaticos diſſectos vidit.

Frid. Chriſtian GUNTHER de avibus per ſenium albis, & in T. II. de avibus præter naturam nigris.

EJ. GUNTHERI *Sammlung von Neſtern und Eyern nach ihren Verſchiedenheiten* Nürnberg 1774. fol.* laborioſa collectio.

In Tomo IV. editor Cl. WALCH contra reparationem amiſſarum artuum ſcribit, quæ fiat per germina præſtructa.

Contra GUNTHERI hypotheſin, album colorem non ſemper ſignum eſſe debilitatis.

In T. VII. C. G. v. MURR diſſ. de libris Sinenſium, & inter eos antiquiſſimo libro Nuyking, in quo de anatome agitur, & de libro ſimili Japonenſi. FRISCH contra BUFFONII genealogiam canum, pro qua alia hic ſubſtituitur, ad quatuor familias reducta.

Mem. de Chirurgie T. V. Paris 1774. 4.* SIMON pulſum in ſinu falciformi nullum reperit.

Carnem non reparari. Ut oſſa conferveſcant. Oſſa capitis emollita.

BRASD'OR contra ſenſum tendinum.

Geſchichte und Verſuche einer chirurgiſchen Privatgeſellſchaft zu Koppenhagen ibid. 1774. 8.*

MUHT in adulta femina foramen ovale clauſum, ſed ductus arterioſus apertus.

Berliner Sammlungen T. VI. Berlin 1774. 8.* de lucentibus in oſtreis vermiculis. Nævus, ut putatur, ſimiæ ſimilis, ex terrore natus Cl. SCHOENWALD.

Societatis medicæ Hafnienſis collectanea Vol. I. Hafn. 1774. 4.*

J. CALLISEN duplex vagina cum duplici utero & cornu ſimplici.

SCHOENHEIDER ſanguinem cruſta inflammatoria tectum ſponte evanuiſſe.

In *Memoires preſentés à l'Acad. des Scienc.* T. VI. Paris 1774. 4.* ex lapſu in puteum abſtinentia 19. dierum. Duo in uno latere ureteres.

Verhandelingen der Bataaſſche genootſchap der proefondervindenden Roterdam 1774. 4.* Reparata a natura magna pars tibiæ.

Verhandelingen van de Hollandze maatſchappy tot Haarlem T. XV. Haarlem 1774. 8.*

Oſſa longa regenerata.

A. CAR-

A. CARRARD de viſu perfecto.

Ceperat prodire a. 1772. Berolini *Journal literaire dedié au Roi* 12.* In n. XIV. anno 1774. de aëre vitioſo dicit Cl. ACHARD, qui animalia occidit. In T. XVII. de ſciuro meris nimis mollibus cibis nutrito. Ei dentes adeo increverunt, ut os diducere non poſſet, & inferiores dentes in ſuperiorem maxillam ſubirent, & viciſſim, atque animal demum per inflammationem periret.

In *medical commentaries* T. II. Exempla vaginæ clauſæ, & a chirurgo apertæ J. HILL de infante, cui fæces alvi per penem decedunt, & Cl. FOTHERGILL de flatibus per penem erumpentibus.

In *Journal Encyclopedique* homo ſemiſtultus, qui nudo pede, ſana cute, ſuper prunas ignitas incedit.

BECOEUR de conſervatione animalium, in ſpiritibus, contra D. MAUDUYT.

In *hedendaagze Letter œffeningen* J. WILDRIK de femore militis ſenſim in adipem & cartilaginem degenerante, deletis muſculis.

In *Preuſſiſchen Sammlungen*, quæ Regiom. 1774. 8.* & ib. T. II. 1775. 8.* prodierunt. Ex certa vena ſcarabæi Majalis pulcher color fuſcus.

In *medical magazine*, cujus n. 29. coram eſt, mirum eſt inſtitutum compilatoris. Diarium fit variis fragmentis diverſorum auctorum non cohærentibus. Ita oſteologia ex ignoto mihi ſcriptore ſumta eſt. Ita verſio meorum elementorum per folia in eo diario recuditur, tum dictionarium medicum.

J. BLUMENBACH, qui magna cum induſtria in hiſtoria naturali laborat, polypos criſtæ caſtrenſi ſimiles deſcripſit in *Götting. gel. Anzeig.* 1774. M. Oct. Adnotavit etiam, hunc polypum indurari in ſuperficie, eam potiſſimum cum ſuccis acidis fervere.

IDEM M. Dec. de tænia. Seriem ſibi videri animalium ſe comprehendentium. Quam partem caput vocant, eam in quovis articulo reperiri. Articulos ſæpe debiliſſime cohærere.

EJ. egregia diſp. *de generis humani varietate natura* Gotting. 1775. 4. & 8.* Ab hoc Cl. viro nunc Gott. Prof. plurima utilia licet exſpectare. Hic oſtendit, varietates generis humani multas quidem eſſe, a climate, aliisve cauſis ortas, omnino vero unicam ſpeciem. Eas varietates per ſingula perſequitur. Hybrides catulos ex cane & vulpe omnino naſci, etiam fecundos. De alio ex cane & ſimia, certe probabile exemplum. De venere quadrupeda inter & aves, merito dubitat. Jumaros veros eſſe aſinos. Differentia hominem inter & animalia. His inſtinctus: homini nullus: huic ratio. Omnino homo bipes eſt, & nulla ſimia niſi quadrupes, ex fabrica. Ita in ſimia mandril vertebræ colli non ut in homine parallelæ & horizontales, ad caput ſuſtinendum factæ ſunt, ſed oblique imbricatæ. Homini nullum os intermaxillare, ſed huic ſimiæ utique. In cerebro ejusdem (nam viro Cl. occaſio fuit incidendi) nulla pontis VAROLII a medulla ſpinali diſtinctio, nulla corpora pyramidalia & olivaria. Dentes canini ſimiæ, etiam anthropomorphæ, longiores, molares multis apicibus aſperi. Menſes & hymen homini proprii.

Nullum hominum ligamentum cervicale, nullus bulboſus oculi muſculus. Varietates faciei in diverſis gentibus, inque earum craniis, & in ſtatura: Nigredo a climate potiſſimum nata, per gradus obrepit, in frigidis ragionibus etiam in æthiope diminuitur. Facies peculiaris gentis Eſkimorum, gentis Mollicolo in mari auſtrali, hæc ſimiis propior. Circumciſæ puellæ icon: nullæ nymphæ, neque præputium clitoridis. Americani neque imberbes ſunt, neque abſque pilis. De albis æthiopibus fuſe, deque eorum varietatibus: non omnes nyctalopes ſunt, rubris pupillis: mens eorum nihil patitur.

Petrus ORTESCHI in *giornale de letter* T. XII. 1774. Analyſis comparata canis bubulæ, & piſcium. Bovem minus dediſſe extracti, quam cyprinum, & lucium, & ranam. Sed olei plus eſſe in extracto bovis quam in animalium frigidorum extracto: plus etiam olei, excepta rana, a qua ſuperatur. Ovilla caro plus dat extracti, quam piſces, ranæ & cancri; ovillæ fibræ plus quam piſces. Vitulina caro plus dedit extracti quam piſces, minus quam rana, ſpiritus & ſalis volatilis plus iisdem, minus quam rana.

J. Maria ROSSI in membrana interna veſicæ manifeſtos villos vidit, cum per morbum deceſſiſſet.

N. B. M. F. Tarviſanus, appendices venoſas, ASTRUCIANARUM non diſſimiles, ſe vidiſſe putat. Fetus vixit 15′ cum matris cadaver jam apertum eſſet.

§. MCCLXXX. *Galli.*

La génération, ou expoſition des phénomenes relatifs à cette fonction naturelle tirée de M. de HALLER, *avec des notes* Paris 1774. 8. 2. Vol.* Traductorem audio eſſe Cl. *de* LEURYE: De meis nihil addo, niſi anatomen male truncatam eſſe. In notis ſæpe a me diſſentit; ſæpe in verbis ſagax, ut in origine vaſorum epigaſtricorum, quæ non ex crurali, ſed ex iliaca externa naſcantur. Sed etiam SMELLIANAS menſuras pelvis improbat. In Gallia feminas gravidas ſæpe menſes pati. Infantes acephalos in ſua origine hydrocephalos fuiſſe. Quando placenta in utero eſt, ex funiculo reſecto ſanguinem non manare. Contra ſuperfetationem: non bene ponit, placentam toti utero adhærere.

EJ. traductoris *diſſ. de aquis amnii.* Uterum prægnantem tenuiorem fieri, præter eam partem, cui placenta adhæret. Ex fetu in amnion vaſa lymphatica ire, generare aquam amnii; in partu eadem ſanguine repleri.

Felix VICQDAZYR in *folio patente* edidit *table pour ſervir à l'hiſtoire anatomique & naturelle des corps vivans* Paris 1774. fol.* Animalia in claſſes diviſa ex cordis fabrica. Mammalia diſpoſita ſecundum cor, ventriculum, dentes, claviculas. Aves. Capita de nutritione, generatione, irritabilitate, reſpiratione, ſenſu, ſecundum claſſes.

LASSUS *diſſ. ſur la lymphe* Paris 1774. 8.* Multa propria. Fibræ ſeri in fervida mucoſæ. Ut cum ſuccis & ſalibus ſerum cogatur, & viciſſim ſolvatur. Analyſis per ignem facta. Sal alcalinus volatilis, ſal lixivus. Albumen. Serum ſanguinis

guinis putridum alcalinum fit, amittit vim coeundi. Aqua tota abducta corneum quid relinquit. Gelatinæ phænomena. Liquor amnii viſcidus, ab aëre coagulabilis, non ita quando vetuſtus eſt. Vapor aquoſus pleuræ, peritonæi, ventriculi, cerebri, cogitur, etiam ſponte. Synoviæ phænomena; cogitur ab acido, ſolvitur a ſale alcali volatili. Lympha vaſorum fluidior eſt, quam lympha ſanguinis, cætera ſimilis. Mucus gummi ſimilis, ab aëre ſolvitur, cogitur a ſpiritu vini.

MINVILLE *tr. de medecine therapeutique & pratique extrait des ouvrages de* BORDEU Paris 1774. 12. ex ipſo B. excerptus & ex adſeclis. Syſtema epigaſtricum. Corporis diviſio in duas partes æquales. Actionem partium corporis humani periodicam eſſe.

DUJARDIN *hiſtoire de la chirurgie* T. I. Paris 1774. 4.* Aliqua occaſione antiquæ chirurgiæ intercedunt, huc facientia.

AUBLET in *plantes de la Guyane* Tom. II. Paris 1774. 4.* De hominibus ex albis & Aethiopibus miſtis. Tertia generatio alba eſt.

DU VERGER *Memoire ſur les moyens de reconnoitre les contrecoups* Tours 1774. 8.* Per decuſſationem fibrarum, quæ ſit in principio medulla ſpinalis, exponit paralyſes lateris alterni.

§. MCCLXXXI. *Germani.*

J. Georg SULZER *Verſuch einer Naturgeſchichte des Hamſters* Göttingen und Gotha 1774. 8.* Accurata anatome animalis Gothæ vulgatiſſimi. Pro lubitu animal teſtes ſurſum revellit. Clitoris fere peni æqualis. Cæcum inteſtinum duobus ventriculis æquale. Irato animali pulſus 180. Claviculas habet. Hibernaculum & ſomnus hibernus; eo tempore neque pulſus, neque reſpiratio, neque ſenſatio percipitur: quando vero pectus aperitur, tum cor pulſat, quindecies in minuto primo. In eo ſopore inteſtina non ſunt irritabilia.

Lebensbeſchreibungen merkwürdiger Perſonen dieſes und des vorigen Jahrhunderts Breslau 1774. 8.* Elogia B. S. ALBINI & Comitis MARSIGLI.

M. E. BLOCHS *mediciniſche Bemerkungen* Berlin 1774. 8.* Iris oblonga, vix mobilis. Teſtimonium de fetu per matris arterias MEKELII arte repleto. Pulſus intermittens. Duo ordines dentium. Dens erumpens ætatis anno 75. Bilis bubula pro medicamento pota blande alvum ducit, ciborum coctionem adjuvat.

EGGERT OLAFSEN & BIÖRNE POVELSEN *Reiſe durch Island* T. I. Koppenhag. 1774. 4.* T. II. 1775. 4.* Inter varia hiſtoriam naturalem ſpectantia etiam aliqua phyſiologica. Avis *ſeehäſt* (procellaria) edulem adipem evomit. Pro monſtro habita enormis ſepia. In piſcium ſpecie mas ova fovet. Lupi ob ſeveriorem hiemem famelici terram devorant. Raja clavata habet duos conſpicuos penes, & teſtes. Ad balænæ anatomen.

J. G. Daniel SCHREBER *der Saugthiere erſte Abtheilung* Erlangen 1774. 4.* Animalium pictæ icones, & paſſim anatomica & phyſiologica. Aethiops albus

 homo

homo eſt, non ſimia. Nani & gigantes. Hominis nutrimentum, tempora partus, ſenii. Hominis a ſimia diſcrimen. Veſpertiliones hieme ſopiuntur & ſuſcitati facile pereunt. In pulchro opere pergitur.

Die Kunſt, das menſchliche Geſchlecht fruchtbar zu machen Langenſalza 1774. 8.* Vana varia ex veteribus ſumta.

Anmerkungen und Zweifel über die gewöhnlichen Lehrſätze vom Weſen der menſchlichen und thieriſchen Seele Riga 1774. 8. Nullum dari ens, quod anima dici poſſit.

J. Chriſtian Anton THEDEN *Unterricht für die Unter-Wundärzte bey Armeen* Berlin 1774. 8.* Brevis anatome, & phyſiologia.

J. Michael NEIDHART *vollſtändiger Anzeig zur beſten allgemeinen Bienenzucht* Nürnberg 1774. 8.* SCHIRACHIANAM reginæ generationem ſæpe fruſtra tentari, neque ſibi feliciter eveniſſe, neque bene ſuccedere, niſi caſu una ovum regium reſecueris. Præfert quod Franci *Magazin* vocat. De generatione apum. Reginæ fabricam totam diverſam eſſe a fabrica apis operariæ. Dari ad 20 reginas.

J. STEIDELE *Unterricht für die Hebammen* Wien 1774. 8.* Anatome partium genitalium. In juniori femina poſſe oſſa pubis paulum diſcedere. Menſuræ. Palpatio oris uteri. Graviditas. Situs fetus, utique cernuus, non tamen ſemper a dato aliquo tempore. Aquæ ſpuriæ. Partus.

Sammlungen auserleſener Abhandlungen. Quartus tomus prodiit Lipſiæ 1774. 8.* Clinici fere argumenti collectio. Hic tamen anonymus putat ſe oſtendere, infantem non deglutire; lac enim ſe in aſpera arteria reperiſſe, non in ventriculo.

J. Rotiger Salomon HOLDEFREUND *merkwürdige Krankengeſchichte* Braunſchweig 1774. 8.* Menſes anno 70. redeuntes, abſque malo. Femina ſepties peperit, antequam menſes manarent. Menſes per nares, vomitum, & cicatricem a venæ ſectione ſuperſtitem manantes. Terrore excitato clyſteres expediti, poſtquam ad tredecim dies alvus nihil dimiſerat.

Frid. HEROLD *wahrſcheinliche Muthmaſſungen von der Beſtimmung und Entſtehungsart der Drachen* Nürnberg 1774. 8.

Chriſtoph Frid. WEBER *kurzer Begriff von der Knochenlehre des Pferds* Dreſd. 1774. 8.* Medicus veterinarius Dreſdenſis. Anatome perbrevis. Unicus digitus &c.

Oſteologiſcher Catechiſmus für Anfänger in der Wundarzneykunſt Augſpurg 1774. 8. inanis.

J. JANSCHA *Abhandlung vom ſchwärmen der Bienen* Wien 1774. 8.* Bonus ſenex cum apibus conſueverat. Ad earum mores, ad generationem reginarum, fucorum, & imperfectorum etiam fucorum, paſſim ſuas adnotationes addit.

§. MCCLXXXII.

§. MCCLXXXII. *Angli.*

James LIND *on fevers and infection* Lond. 1774. 8.* Serum in febre flava Americana ſaturate flavet. Quo plus in ſanguine cruſtæ eſt coriaceæ, eo grumus eſt mollior. Sub eo corio placenta eſt ſanguinea. Corium fit a lympha, qua ſeceſſit, & a ſanguine. Serum abit in membranam elaſticam & tenacem. Infectio percipitur ab ingrato odore, qui in ventriculum deſcendit. Gluten, quod in febribus frequenter cor, pericardium, pleuram & pulmonem obducit.

Thomas KIRKLAND *two diſſ. the one on the brain and nerves the other on the ſympathy of nerves and of different kinds of irritability* London 1774. 8.* Nullas dari fibras medullæ cerebri: eam mere gelatinoſam eſſe. Cerebrum ſolum in animalibus irritabile eſſe. Contra ſpiritus animales. Sympathiam in omnes partes corporis animalis per cerebrum abſolvi; cæcitas a mamma inflammata. Irritabilitatis inflammata, ſpaſmodica.

Lord KAIMES *ſkelet of the hiſtory of man* London 1774. 4. 2.Vol. Multa facientia ad inſtinctum animalium. Sed non legi.

John LEAKE *lecture introducting to the theory and practice of midwifry* Lond. puto 1774. 4.* De fetu, ejus nutritione, prima reſpiratione, nævis.

John PHIPPS *a voyage towards the north pole* Lond. 1774. 4.* Synoiciam deſcribit, animal ex ſex aut pluribus animalibus compoſitum: uno communi inteſtino, ſemimultiplex.

§. MCCLXXXIII. *Itali &c.*

Giovanni BRUGNONE *la maſcallia dedutta da ſui veri principii* Turin 1774. 8.* Multa anatomica habet, etiam phyſiologica. VEGETIUM nihil de punctis lacrumalibus reliquiſſe. Dentes equi per totam vitam creſcunt, eorumque longitudo ſenium prodit. Dari equos teſtibus in abdomine latentibus. Etiam equa ampliorem pelvim habet quam equus. Equabus in venerem furentibus vulvam tumere, rubere, alternatim propelli & contrahi, odoris etiam peculiaris humorem effluere.

Bonaventura CORTI *oſſervazioni microſcopiche ſulla tremella, ſulla chara &c.* Modena 1774. 8.* Multa & ſubtilia intercedunt microſcopiorum ope conſpicua. Anguillas infuſorias & vivos fetus edere & ova. Animalcula minima varia. Quod in quatuor animalcula ſe dividit, unico ſacculo membranaceo contenta, nunc ſecedentia. Aliud, cui de cute paulatim fetus erumpunt. Vermis, qui inciſus aut diſſectus caudam reparat & caput, ſed caput facilius. Alius vermiculus microſcopicus, in quo inteſtinum & arteria a capite ad caudam producuntur; dividitur idem ad duas tertias ſuæ longitudinis partes, & educit animal, quod deinde, & cum eo ramus inteſtini & arteriæ, ſecedit, inque novum fit animal. Aliud animal quaſi cornutum per partem poſticam fetus edens, aliaque ſimilia. Animal rotiferum. Sed & pluſcula alia animalcula reviviſcunt; putat autem noſter non vere mortua fuiſſe, etſi omni motu carere videntur. Cor ani-

malculi

animalculi rotiferi tamdiu oſcillat, quamdiu rota agitatur, ut videatur cor ipſum arbitrario motu agitari.

Jac. PAVONI *anima delle beſtie impugnata* Udino 1774. 8.

§. MCCLXXXIV. *Belgæ. Sueci.*

Chriſtoph. Caſt. Wilberg SCHUZE *tänker om planternes dyriske lyghet* Koppenhagen 1774. 8. Luſus ingenii.

Petrus FORSKÅHL in *hiſtoria animalium Arabiæ* habet varia animalia nova, potiſſimum marina, habet etiam ſemi compoſita, parte ſui ſimplicia, parte alia coaleſcentia. Icones exſtant inter nuperas Hafn. 1775. 4.* editas.

Waarſchouwing om alle Chriſtenen tegen gevaarlyke ſtellen in de beſchouwing der natur van Bonnet 1774. 8.

Phyſiology of naturlyke ontleeding van het menſchen ligham Amſterdam 1774.

Schets der geheele verloſſing geſchikt na derſelven grondbeginzelen volkomnen te leeren Haag 1775 8.* Anatome partium genitalium. Menſuræ diverſæ pelvis & fetus. Aquæ amnii ſub finem graviditatis pintam reperiri: in principio glutinoſam magis eſſe. Graviditas, partus.

Verzamlingen van naauwkurlyke lyſten betreffende de ſterften geboorten huwelyken ouderdom en ziektens in's Gravenhage 1755 -- 1773. Haag 1774. 8.

§. MCCLXXXV. *Diſputationes.*

Georg Rudolf BENTSCHNEIDER *de ruminatione humana* Gotting. 1774. 4.* Fabrica ventriculorum animalium ruminantium & ruminatio. Ejus actionis a vomitu diſcrimen.

Georg Chriſtian UTENDÖRFER *Experimenta nonnulla & obſervationes de bile* Argent. 1774. 4.* In cineribus ſubeſt ſal marinus, ſal lixivus foſſilis, ſal lixivus volatilis. Dum exhalat, dat ſalem alcalinum volatilem, cum vitrioli acido ſelenitem, cum nitroſo nitrum cubicum. In putrida bile alcali erodens eſt, & fervet cum acore minerali, non ita recens. Terra calcaria eſt. Ferri nihil. Nullum in bile ſaccharum lactis repent. Non eſt ſapo. Experimenta SPIELMANNI.

Joſeph Wenceslaus TICHY *de arenulis in lotio apparentibus, ut infallibili ſalutaris morborum eventus ſigno prognoſtico* Prag. 1774. 8.* In ſano homine anguloſas arenulas ad matulæ latera adhærere, urinæ etiam innatare, denique ſubſidere, & ſedimento admiſceri. In febribus boni eventus apparere, in gravioribus reſtitui, quando coctio parata eſt. Nempe in ſano homine ſal volatilis urinæ cum acore in cryſtallos abit: eo acore deſtructo nullæ nunc generantur arenulæ: acido reſtituto easdem arenulas redivivas apparere.

Matth. GABLER *de tubulis capillaribus* Ingolſtad. 1774. 4.* Humores in vaſculis capillaribus non poſſe per adtractionem promoveri, ſed utique vi cordis.

. . GAUM *de hermaphrodita* Tubing. 1774. 4.*

J. ABADIE *de corpore cribroſo* HIPPOCRATIS *ſ. de textu mucoſo* BORDEVII, *diſſ.*

diſſ. Monſp. 1774. 4.* Mireris quanto conſenſu Galli nuperi *Theophilo de* BORDEU detectam dignitatem telæ cellularis tribuant, quæ viginti ante ipſum annis prius quam quidquam edidiſſet, aut gradum doctoris meruiſſet, Gottingæ deſcripta, deque ea publice & diputatum & ſcriptum fuerit. Sed etiam id adfectationem voces, quod hanc totam rem nitantur HIPPOCRATI tribuere. Hic ABADIE fere hypotheſes producit, ſumtas a ſelectu certarum particularum. Ut naſcatur membrana ex *ductis* repetitis humoris ſaccharati. Membranæ mucoſæ a gelatinoſa diſtinctio. Iterum homo bipartitus. Plura ita obſcura, ut ego quidem eorum nihil intelligam. Inflatione in cellulosam telam animal perire. Nutritio ut fiat; origo ductus thoracici male pro re nova data.

Dominici VILLAVERTE *Theſes de circulatione ſanguinis* Monſp. 1774. *

J. Mar. PELARDY *de* MONTDOR *de temperamentis* Monſpel. 1774. 4.*

J. Lud. GALATIN *de viſu* Monſpel. 1774. 4.*

L. J. B. LAVIENNE *de graviditate* Monſpel. 1774. 4.

Deodati JEANROI & B. J. F. A. *de* LALOUETTE *E. tela celluloſa nutritionis organum* Pariſ. 1774. 4.

J. Henri BACHIENE *de adipe humano* Utrecht 1774. 4.*

Joſ. Martin SEIDLER *de butyro medicato* Utrecht 1774. 4.* Analyſis butyri: butyrum medicatum, quod ad ignem paratur, admiſta farina amylacea & ovis, quæ præſtantior butyri ſpecies ſit.

Carl Joſeph WIRTENSOHN Hardervic. 1775. 4.* Peculiaris hypotheſis. Opium vere vitæ vires debilitat, ſed tamen eas augere videtur, quod magis reſiſtentiam vaſorum minorum debilitet, quam cordis poteſtatem. In viri experimentis omnino pulſuum numerum auget, etiam ad 13 in uno minuto primo.

J. E. G. REDLICH *de ſubmerſorum reſuſcitatione* Lipſiæ 1774. 4.*

H. NUDOW *epiſtola de natura embryonis humani* Lipſiæ 1774. 4.

EJ. *de ſomno* ib. 1775. 8.*

Sigm. de WOGAU *de ſomno morbo & præter naturam aucto* Jen. 1774. 4.

Nic. WEISSER *de ſanguinis in pulmonibus condenſatione haud defendenda* Hall. 1774. 4.

Georgii PEARSON *de putredine animalibus poſt mortem ſuperveniente* Edinb. 1774. 8.* In progreſſu putredinis nullum acidum generari, phlogiſticon avolare ante quam putrefactio plena ſit. In vaſis apertis non naſci alcali: juniora animalia citius putreſcere.

§. MCCLXXXVI. *Diaria* ad a. 1775.

In *Journal de Medecine* T. XLIII.

HAVET pro novis pulſibus criticis.

Le Clerc graviditas 18. annorum.

Duchanoy tendo Achillis abſque dolore ruptus. Sic Montballon.

In ejusdem diarii T. XLIV. de dura mater inſenſili, cum acicula compungeretur, erat autem ſaniſſima.

Allouel oculi figuram non poſſe a preſſione aliqua mutari, ut ſe ad remotiora, aut ad propiora, objecta accommodet; minimam enim preſſionem viſionem facere duplicem.

Extrait des Journaux 1774. Febr. Lingua reſecta, ut parum de ea ſupereſſet, loquela tamen poſt 18 menſes rediit, & facultas deglutiendi.

Bufo vivus intra durum lapidem incluſus. Alii bufones in gypſum incluſi duobus menſibus vixerunt.

In *Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft* Berlin 1775. 8.* Animal microſcopicum quod finditur, & ex cauda ſe multiplicat. In animalculo aquatico arteria magna duobus tribusve tubulis fit. Vaſa quæ tracheæ videntur. In equo ſæpe ſanguis piceus & niger de vena inciſa fluit.

In *Berlin. Sammlung.* T. VII. Femina prope Rothwyl & cibis abſtinens, & potu, & denique motu.

In *Med. Comm.* T. III. G. Hewson de globulis ſanguineis, fere ut in *Tranſactionibus.* Dentes qui ſexagenario eruperunt, qui nunc centenario proximus ſupereſt.

In *Journ. des Sav.* 1775. Maj. repetitur Rofredi diſſ. de anguillis microſcopicis.

In *Phil. Tranſ.* LXV. P. I. J. Haygarth de ſalubritate aeris Ceſtrienſis, in quo, in quadam parochia, non ſupra $\frac{1}{51}$ civium exſtincta ſit, & $\frac{1}{15}$ civium ad 50 annum ſuperſtes vivat.

In *Miſcell. Taurin.* T. V. Comes Mouroux in pulcherrima diſſ. de coloribus vegetabilium de ſanguine etiam agit, cujus rubor a ferro ſit, ut calx ſanguinis etiam vitrum rubro colore tingat.

Societ. Medicæ Havnienſis Collectanea Volum. II. Hafn. 1775. 8.* Ad anatomen hæc faciunt. Capſula lentis cryſtallinæ anterius pellucida, poſterius opaca & particulis oſſeis adſperſa. Tode de pupilla deformi. Animalia, quæ ictus electricus capiti inflictus proſtravit, ea alio ictu ſterno percuſſo ad ſe redeunt. Calli oſſium regeneratio ex ſucco oſſeo, & filis de ipſo oſſe efflorescentibus. Nimium callum noſter metuit: ejusmodi callus fit, quando fines oſſis fracti longiore hiatu ſeparantur. Sceletos capitis oſſei fetus, cuii galea calvariæ deeſt. Fons pulſatilis nullus, & nimius.

§. MCCLXXXVII. *Itali.*

J. Dominici Santorini *ſeptemdecim tabulæ, quas nunc primum edit atque explicat, iisque alias addit de ſtructura mammarum & de tunica teſtis vaginali Michael*

EJ. *de corde ejusque affectu graviſſimo ſyncope* diſp. R. J. G. SCHMIDT Tubing. 1658. 4. HE.

p. 399 §. GALENI l. 2 poſt LIND. adde ad l. GALENI & BOTALLI *placita*.

Titulus plenior eſt *De nupero Botallianorum invento, quo viam ſanguinis a dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum adſerunt*, Cl. GALENI *ſententia abhinc* 1500 *annis monumentis literarum publicata* Patav. 1640. 4. TR.

ſupra §. 377. adde ad FOLIUM.

APOLLINIS *ſententia de facili repertæ via ſanguinis confluentis a dextra in ſiniſtram cordis regionem* Venet. 1640. 4. TR.

p. 400 ſupra l. 1 adde

Henricus WELMAN *de humoribus & ſpiritibus* Groning. 1640. 4.*

EJ. *de uſu partium* ib. 1640. 4.*

EJ. *de cerebro* ib. 1641. 4.*

EJ. *de oſſibus corporis humani* 1642. 4.*

EJ. *de ventriculo humano* 1643. 4.*

ad §. Inſtitutiones l. 2 poſt HEIST. add. cum titulo adhuc CASPARI.

p. 403 ad hiſtorias BARTHOL. adde

In *Cent.* II. Cum ductus choledochus obſtructus eſſet, alius ductus ab hepate in duodenum duxit.

p. 406 l. 16, 17, 20, 23 fin. adde 4.*

l. 22. adde 4.

ſub l. 22. adde

Ej. *Diſp. de veſica urinaria.* Urachum in homine patentem vidit; fetumque, qui urinam per ſpongioſam carnem reddebat. Fæces per os redditæ.

ſub l. 9 ſupra infimam adde

Ej. *de communibus corporis tegumentis* diſp. I. II. Hafn. 1656. 4.*

p. 408 §. 379. ſub l. 8 adde ad *Sim.* Pauli.

Ej. *theatrum anatomicum* Hafn. 1644. 8. Tr.

ib. l. ult. fin. ad eumdem S. Pauli add.

Bildnuß und Geſtalt einer erſchröcklichen unnatürlichen und ungewöhnlichen Geburt eines Kinds Roſtock 1548. 8. ſic Trew. ſed eſt 1648.

p. 410 ad l. 6 adde

In editione, quam curavit, epitomes Vesalianæ aliqua ſua adſperſit.

§. 383. ſub l. 2 adde

Facundinus Angelinus *de venæ ſectione eligenda* Patav. 1642. 4.* Sanguinem in febre maligna totum diſſolutum vidit, tum mirificam emaciationem a gonorrhœa, & a puris in femore generatione, abſque phthiſi.

p. 411 §. 384 l. 8 fin. adde

Cornu ex calcaneo natum.

ſub l. ult. add.

Jacob Giraud *des* Bergeries in *manuali Vademecum* M.S. 1642. 12. quod apud me eſt, medicinæ dedit compendium.

p. 414 ſub l. 2 adde ad Schookii opera

Ej. *de ſanguine parte corporis principe* Witteb. 1679. 4.*

ad diſſ. *de eorum pullo* add. uſus ovi medicos & œconomicos.

ad l. 4 ſupra infimam adde Schookii *operibus*

Ej. *De anima belluarum undecim diſputationibus propoſit.* Groning. 1658. 4. Pl.

ad L. Ursinum add.

Ej. *de rana in homine genita* R. Koch Francof. ad Viad. 1651. 4. He.

p. 415 ſub l. 2. add.

Jac. Becker *de reſpiratione* Argentor. 1643. 4. Carr.

p. 416 l. 2 adde

Non pro convivio, ſed pro publica commemoratione inventi ductus pancreatici, legatum exſtat M. Hofmanni *v.* Murr.

l. 3 ſupra imam ad diſp. Hofmanni adde

Apotimema quod pro anatomicis exercitiis ſolvunt 1662. 4. Tr.

p. 417 l. 4 poſt 8°. adde 1667. 8. Tr.

l. 6 poſt 1660, adde 8°.

ſub l. 16 adde ad Hofmannum.

Ej. *Theatrum anatomicum Altdorfinum.*

p. 421 ad l. 5 ſupra inf. adde Ammanni diſputationibus.

Id. *de aqua articulorum* Lipſ. 1672. 4. Pl.

p. 423 ſub l. 1 ad diſp. G. Moebii add.

Ej. *de mola uterina.* Poſt verum infantem edita mola ventriculo ovillo ſimilis, quæ ſe contraheret & dilataret.

§. Ej. *fundamenta* l. 4 poſt * add.

Lipſ. 1678. 4. Tr. tertia editio, cum præfatione Wedelii.

p. 424 ſub l. 3 inf. add.

Zachariæ Andre *de dentibus* Argent. 1644. 4. Car.

l. ult.

l. ult. poſt 12°. ad DURELLE adde *, tum Monachus, dat aliqua oſteologiæ & reliquæ anatomes elementa.

lege nomen DURELLE & dele voces *habet etiam oſteologica.*

ad imam l. adde

Chriſt. THOMÆ *theatrum anatomicum* Hafniæ 1644. 4. TR.

p. 425 ſub l. 4 ad *Chr.* SCHELHAMM. adde

ID. *hominem animal pulcherrimum commendans* Jen. 1645. 8.

J. Jac. BRUNN & *J. J.* WEPFER *de chylificatione* Baſil. 1644. *.

p. 426 l. 5 poſt *ſemine*, adde ad FRANZOSIUM

pro ARISTOTELE *adverſus* GALENUM.

& ad eum l. adde

Nunc legi. Non ex ſemine femineo fieri fetum, ſed ex menſtruo ſanguine ſolo, cum maris ſemine. Mera cæterum ratiocinia, nullo experimento.

§. 395 l. 2 poſt *., ad LEICHNER *de motu &c.* add. 1665. 16.

l. 7. lege

EJ. *de indiviſibili & totali animæ in toto ſuo corpore & ſingulis ejus partibus exſiſtentia* ibid. 1650. 12.

ſub. l. 10. adde

EJ. *Quinque diſputationes phyſiologicas de generatione*, quas habet TREW. Erford. 1645. 4.

EJ. *Diſput. phyſicæ* TR.

p. 427 ſub l. 6 ſupra inf. add.

Joſ. SCHMIDT *Spiegel der Anatomie* Augſpurg 1646. 12.

l. 3 inf. poſt *natura*, ad HEYSTIUM add. *num vere ſint corporis partes.*

p. 428 §. 396. l. 1 poſt fol. adde ad editt. BROWNII 1669. 4.

p. 433 l. 4 poſt PL. ad edit. *prodromi* adde 1675. 12.

§. EJ. ad eum *prodromum* l. 2. poſt LIND. adde

Idem prodiit in collectione cum NEEDHAMIO, C. DRELINCOURTIO *de partu octimeſtri* TH. ALDES *de utero vaccarum* Amſterdam.

ib. poſt 1672. 4.*, adde editionem 1675. 12.*

p. 434 ſub §. 402. ad HORNIUM add. *Orationem de ejus natalitiis, vitæ inſtituto & e vita exceſſu* DRELINCOURTIUS dixit 1670. 4. Leid. B. BUN.

p. 437 poſt l. 6 ſupra infimam adde

J. GERHARD *brevis & ſuccincta partium corporis humani ſimilarium recollectio ac enumeratio anatomica* Tubing. 1649. 8. TR.

p. 438 ſub l. 1 adde ad ZEISOLD.

EJ. *Anthropologia phyſica* Jen. 1666. 4.

§. 405. ad l. primam adde

Cl. BLUMENBACH ex peculiaribus traditionibus teſtis eſt, POSNERUM publice de generatione ex ovo prælegiſſe, & evolutionem pulli oſtendiſſe.

p. 439 l. 6 ſupra inf. fin. adde edit. CHARLETONI 1695. 12.

p. 440 ad CHARLETONI *orationem* add. 1680. 4. HANSEN.

ad l. 4 ſupra infimam adde

Joſeph. Anton. GONZALEZ *de duplici viventium terra paradoxum, magni operis epitome* Leid. 1650. 4.*

p. 441 §. 407 ſub l. ult. add.

Circa hæc tempora vixit *Joſephus* GALEANUS, qui citat ſuas *corporum, quæ morbis exſtincta ſunt, inciſiones.*

p. 443 l. 1 poſt * ad edit. PECQUETI add. Harderwic. 1651. 12. TR. Amſterdam 1661. 12. 1700. 12.

p. 445 §. 412 l. 1 poſt edidit adde ad GUIFFARTUM

& *diſſ. medica utrum chylus vel ſanguis ſit proxima lactis materies* Rouen 1652. 4. TR.

ſub linea ultima adde

Arcana microcoſmi or the ſecrets of mans body diſcovered Lond. 1652. 8.

p. 446. l. 1. poſt Patavinus, ad DOMIN. *de* MARCHETT. add.

qui a. 1640. anatomen docuit TOMASIN.

p. 452 l. 11 inf. poſt 12.*, adde Leid. 1691. 12.

p. 453 ſub l. 6 add.

EJUSD. *Opera medica* Leid. 1691. 12. 3.Vol. TR.

p. 456 ſub l. 7. add.

Julii MILLI *naturæ motus decernentis arcanum opus* Venet. 1654. 4.* Duæ ſectiones ſunt phyſiologici argumenti. De motu muſculari, cerebro, viſceribus, etiam ſingulatim. De cordis motu in HARVEUM.

CYRI SPONTONI *la metopoſcopia overo commenſurazione delle linee della fronte, aggiuntavi una breve e nuova phyſiognomia* Venet. 1654. 12. TR.

EJ. *Harmonia macrocoſmi cum microcoſmo* Francof. 1654. 8. Germanice verſum opuſc. idem eſſe puto.

p. 457 ſub l. 2. add.

EJ. *progr. ad anatomen invitans* 1654. 4.

p. 459 §. Inde l. 8 poſt GUNZ. add. Leid. 1660. 4.

p. 463 ſub l. 6 inf. adde

EJ. *diſp. de tuſſi* Helmſt. 1667. 4. PL.

l. penult. ante BOSSE adde A.

poſt *meſures* adde

priſes ſur les antiques qui ſont à Rome.

In *Benedicti* SYLVATICI *conſiliis* Patav. 1656. fol.* de partus legitimis ætatibus agitur, & pro quinquemeſtri vitali dicitur.

p. 464 ſub §. *J. Chriſtiani*,

W. COLES *perſpicillum microcoſmologicum, or a perſpective for the diſcovery of the leſſer world* Lond. 1656. 12.

Simon LEONARD *de naturali & præternaturali riſu* Meſſan. 1656. 4. niſi nomen corruptum eſt.

p. 467. §. 436. init.

Franciſci Antonii CATTI *Iſagoge anatomica* Neapoli 1657. MOSCA. Liber perrarus.

§. *Hieronymi* OCCHI ad finem add. *. inane ſcriptum. De ſanguine, bile flava & atra, pituita &c. ad ſaporem veterum.

p. 468 ſub l. 6 ſupra infimam add.

De chiromantia & phyſiognomia par le S. de PERUCHIO Pariſ. 1657. 4. CARLS. 1663. 4. Videtur ADAMANTIUM eſſe.

§. EJ. *Caſus* poſt 4. adde *

p. 470 l. 3 fin.

Ductus in bove hepatocyſtici.

p. 474 ſub §. EJ. *Tractatus* add.

Chr. KORTHOLT *diſſ. H.* CARDANI *opinionem hominem non eſſe animal diſcutiens* Jen. 1658. 4. RIV.

p. 475 §. *Samuel* HAFENREFFER fin. add. IDEM omnino

p. 480 l. ult. fin., adde B. Tig.

p. 481 ſub l. 5 inf.

EJ. *de admiranda pulmonis ſtructura* 1662. 4.*

p. 482 §. 446. l. ult. fin. add. recuſ. 1773.

p. 483

p. 483 l. 5 ſupra infimam poſt *plantam* adde

& facultatum membrorum, colli, brachiorum, articulorum, nervorum.

p. 484 ſub §. In G. adde

J. V. G. (GRUYWAART) *de uyterlyke deelen van het menſchelyck lichaem* Roterd. 1660. fol. maj. TR.

Antonii TERILLI *problema de termino magnitudinis ac virium in animalibus* Parm. 1660. 8.* Non eſt quod ſperabam; ſpeculationes ſunt geometricæ, quæ nihil vere phyſiologici aut experimentalis habent, ingenii ſatis.

p. 485 ſupra §. EJ. *Monſtrum*,

Aliter lego. *Cauſæ corporum cruentat.* 1673. 4.* De lacrumis ſanguineis.

§. *Cæſonis*, poſt *monſtris* adde præſide ZWINGERO.

ſub l. 3 infimam. adde

Jac. STELZLIN *theſes ex univerſis inſtitutionibus medicis* Ingolſt. 1660. 4. TR.

p. 486 l. 4 inf. fin. adde

Vitam habet FABRONI *Decad.* II. Idem denuo Meſſinam vocatus, Bononiæ eſſe maluit, & BORELLI diſcipulus eum æmulum expertus eſt.

l. 3 inf. poſt fol. add.

TR. prima & altera,

p. 488 ſub l. 11 inf. adde

Opuſcula anatomica Bonon. 1680. 12.

p. 489 ad §. Inde ſequuntur add.

Cauſa litis cum LIPARO exſtat apud FEBRONIUM II.

p. 490 §. 451. ſub l. ult. add.

Vitam vid. apud NICERON IV.

§. 452. l. 6 fin. add.

Vitam viri habet FABRONIUS, ſinceram & candidam.

l. 9 fin.

Poſterioribus annis idem BORELLUS contra MALPIGHIUM ſcripſit.

p. 493 l. 3 inf. ad anat. cerebri STENONII adde, poſt Leid. 1671. PL. etiam Germanice 1671. 12.

p. 495 §. 453. ſub l. ult. adde

Non videntur huc facere EJ. *epiſtolæ adverſariæ & medicæ* STENONII & J. BRUNSMANNI . . 1680. 8.

p. 506 l. 9 poſt &c.

Hiſtoria reviviſcentium. Mariti qui ex cadavere uxoris ſepultæ revulſo feretro eripuit infantem, qui interim natus erat, eumque conſervavit.

§. 460. ſub l. ult. add.

Benedicti BLOTTESANDÆI, DEUSINGIUS *heautotimorumenos*, *ſ. epiſtolæ ſelectæ eruditorum, quæ immaturis* DEUSINGII *ſcriptis larvam detrahunt*, & G. CHARLETON, T. BARTHOLINUM, F. J. BURRHUM, J. PECQUETUM, C. SCHOTTUM *a cenſura ejus luculente vindicant* Hamburg 1661. 4. Celebre ſcriptum SYLVIANI aut BARTHOLINIANI alicujus adſeclæ, quod BORRICHIO cum tribueretur, ab eo tamen rejectum eſt.

p. 507 ſub §. *Henrich* add.

J. BREWER *de vita hominis* Witteb. 1661. 4.

EJ. *de arthritide* ib. 1663. 4.

EJ. *de ictero flavo* ib. 1664. 4. WESZPR.

§. 462. l. 3 ſupra finem adde ad BELLINUM.

& ſui laudator, ſingularis homo, qui uxorem cum duxiſſet, nunquam cum ea voluit mariti jure uti. Vitam dedit FABRONIUS, candide ſcriptam.

l. 4

l. 4 poſt *ſtructura*, adde & *uſu*

l. 5 poſt 1666. 8., adde SMITH.

ſub l. 7. adde

Poſthumos reliquit libros M.S. *de uſu partium*, *de reſpiratione*, *de motu liquidi per nervos*, *de nutritione & augmento*, *de generatione &c.*

p. 514 l. 4 inf. poſt imbuitur add. Ovaria canina & ova.

p. 516 §. 466 l. 3 poſt 12., adde *

p. 518 ſub l. 10. adde

C. T. RANGONIS *de capillamentis l. ſingularis* Magdeburg 1663. 12. ſi huc facit, TR.

Dele GRUYWAART & PERUCCHIO.

p. 519 l. 2 fin.

Mauritii HOFMANNI *prudentiam medicam* & viri vitam dedit.

§. 469 ſub l. 10 fin. add.

Apud TREWIUM legas, *Fr.* LEPNER *compendioſa in medicinam introductio*, *continens doctrinam de partibus præcipuis C. H. regimen earum*, *morbos & curationem* Regiom. 1669. 4.

l. 19 fin., adde RIV.

ſub l. 21. adde

Joſephi S. GERY *de* MAGNA opus eſſe & agere, *de motu cordis*, *de motu cerebri*, *de finibus corporis & ſpiritus* Pariſiis 1663. 4. HO.

p. 521 §. 470. ſub l. ult. ult.

Vitam habet Cl. MOEHSEN, cum effigie in nummo expreſſa.

p. 522 l. ult. fin. adde

Sed legi. Mirus homo, chemicus, linguarum gnarus. Multi ſunt in hac collectione libelli. Huc faciunt *oratio de generatione hominis* Ultraject. 1662. dicta. *De pneumatoſi*, *ſ. quarta corporis coctione* Leid. 1664. 8. Magna pars phyſiologiæ ſemichemica. *Chyloſis*, *hæmatoſis*, *pneumatoſis*, *ſ. quinque coctiones.* Multus eſt in ſpiritibus, qui & in vaſis, & in cerebri ventriculis elaborentur. REGIUM in limace ſpiritus vidiſſe, qui a cauda ad caput perpetuo propellantur. Humor ventriculorum cerebri eſt ipſe ſpiritus ad officia nervorum deſtinatus. De ſpiritibus integer L. III. *Collectanea phyſiologica*, ut calor animalis fermentationem faciat. Evolutio embryonis. In *pneumatoſi* refert, cum fetus proditurus exſpectaretur, crepitum erupiſſe.

p. 524 §. 472 ſub l. ult. add.

EJ. *Alle de werken*, *ſo in de ontleedkunde als andere deelen der medicyne* Amſterd. 1686. 8. TR.

p. 525 l. 5 fin. add.

titulus eſt *de tempore fetus animationis & nutritionis* Lion 1664. 4.

l. 14 poſt BIMET, adde Chirurgus Lugdunenſis.

l. 15 poſt 8., adde ad BIMETUM RAST. Non abſurdus adeo liber, ſi difficultatis memineris, quæ eſt in oſſibus verſu hexametro deſcribendis.

Franc. SIMONIS *macrocoſmus didacticus* Hamb. 1664. 8. ſi huc facit.

p. 527 l. 4 fin. add.

ut albumen, non ita hydatidum liquorem. Glandulas ſ. corpora lutea a conceptu demum naſci aliquos autumare, contra quos LOSSIUS dicit. Videtur hydatides habere pro perpetuis corporis animalis partibus.

p. 530 l. 6 poſt 1687. 12. add. 1720. 4.

p. 531 lege Primam & ſecundam epiſtolam prodiiſſe non 1695. ſed a. 1696. TR.

ad l. ultimam adde 1731. 4.

p. 532 l. 4 & 5 ad *Ep.* VII. & VIII. adde 1724.

l. 8 ad *Ep.* IX. adde 1718. 4.

l. 12 ad *Epiſt.* X. adde 1720. 4.

l. 15 ad *Epiſt.* XI. adde 1721. 4.

l. 18 poſt * ad *Ep.* XII. add. 1721. 4.

l. 26 fin. ad *Ep.* XIII. adde 1720. 4.

l. 30 poſt * ad *Ep.* XV. adde 1714. 1722. 4.

p. 533 l. 7 poſt Amſterd. lege 1702. 4. Tr.; & dele 1703.

l. 24 fin.

In chorio ſuis placentulas vix arenulis majores.

p. 535 l. 13 inf. fin.

Hæc eadem hiſtoria feminæ gravidæ inciſæ, reperitur etiam in diſp. Henningii *de hominis generatione.* Uterus lympha plenus; in eo paucorum dierum embryo, chorio & amnio diſtinctis. Uterus duplo major, ſic tubæ, & oſtium venæ ſpermaticæ dilatatum; tuba intorta, in teſte oſtiolum, de quo ovum prodierat.

p. 537 §. *Phil.* l. 4 poſt *Finger* adde Haag 1667. 8. 1669. 8. Tr.

ad editt. P. Mai adde poſt Lehmann 1669. 8. 1712. 8. 1736. 8. 1739. 8. Tr.

p. 543 l. 7 ſupra infim. adde Vaſcula glutinifera apum, & gluten, quo ſua ova adglutinant.

p. 544 l. 9 ad Barra Hipp. pro 1662. lege 1666. Rast.

ſub l. 15. adde

Sebaſtianus Bartolus Ej. eſt *artis medicæ dogmatum communiter receptorum examen in* X. *exercitationes paradoxicas diſtinctum* Venet. 1666. 4.* Major pars operis phyſiologica eſt, reliqua paradoxa, noſter enim Helmontianus eſt, & archæum ſtatuit. Vita eſt lumen ſimplex ſeminum fomite propagatum, ſe movens ſecundum ideales objectorum complacentias vel diſplicentias. Vitales functiones calore non indigent, quas vita propria vi peragat. Reſpirationis uſus; præſtare vacuum ad motum viſcerum & ſanguinis neceſſarium. Vitæ ſenſitivæ domicilium, in corporis centro, & in albis membranis. Vita non regeneratur potu, cibo, vel aëre. Partes neceſſariæ omnes ex ſeminali materia efformantur, ſemperque eædem ſunt, a principio animalis ad diſſolutionem: neque animal vere nutritur. Sanguis ſpermaticus eſt, & ante viſcera exſiſtit, primus in generatione conſtitutus, neque ab ullius viſceris actione producitur. Nullus lacteus cremor a cibis generatur, neque chylus eſt, quod Asellius & Bartholinus vidit.

l. 5 ſupra infimam * poſt 4., adde 1672. 12.

p. 545 ſub l. 6 inf.

Mich. Siricii *de lachrymis Jeſu Chriſti* Gieſſ. 1666. 4. ſi huc facit.

p. 547 ſub §. Porro, adde

Deſcription anatomique de divers animaux diſſequés dans l'Acad. R. des Sciences Paris 1682. 4. *avec une decouverte touchant la vue.*

p. 549 §. 490. l ult. fin.

Nunc coram eſt, In titulo utique dicitur *Obſs. collegii privati Amſtelodamenſis* T. II. in quibus præcipue de piſcium pancreate ejusque ſucco agitur. Amici nunc ſunt paulum mutati, Sladus, Quina, Friesem, Swammerdam, Godtke & Abr. a Stamhorst. Pulmonis fabrica, arteria quam vena major, anulorum

lorum in diviſione & in pulmone figura. Arteria bronchialis, aliter quam apud Ruyschium. Tunc utique piſces cum ſuis appendicibus, & viſcere quod pancreas vocant, ejusque ſucco amaro, non acido. Acipenſeris innumeri cæci ductus. Valvula ſpiralis inteſtini. Piſces, in quibus ventriculus ab inteſtino vere differt.

§. 491. l. 4. poſt *, 1668. 12. cum aliis.

p. 551 l. 4 fin. adde

Sectio pectoris in ſtruthio-camelo. Veſicæ pectoris laterales. Veſicæ abdominales.

p. 552 ſub §. *Ejusd. de renibus* add.

Ej. *Compendioſa naturalis hominis hiſtoria* Baſil. 1692. 4.* certe ejusdem nominis viri.

§. *J. Henrici* fin., adde *

ſub l. 8 ſupra inf. adde

Alfonſ. de Donnolis *de iis, qui ſemel cibum capiunt* Florent. 1674. 12.* integram deſcribit ciborum digeſtionem cum organis.

p. 553 §. *Abrahami* Mylii fin. adde Germanice Salzburg 1670. 12.

p. 554 l. 7 inf. fin.

Idem ut puto *Ludovicus* Gaiant, cujus diſſ. *E. ſpiritus animalis in cerebri ſubſtantia procreatur* Pariſ. 1671. a Böhmero dicta.

p. 555 ſub §. Aliud

Alius titulus, *Lettre à M. de* Montmor *touchant une nouvelle maniere de guérir pluſieurs maladies par la transfuſion du ſang* Paris 1667. 4. Richt.

p. 556 §. Ejusd. l. 2 ante 1679, adde ad Lamy

1681. 12. Bur.

p. 563 §. *Andr.* Ottonis fin., add. Tr.

p. 566 §. DXIII. l. 1 poſt *(f)* ad Molinettum adde

ab a. 1649. anatomen docuit.

Sedem cataractæ non ignoravit eſſe in lente cryſtallina.

p. 567 ſub l. 4. adde

Inter libros Trewii eſt A. Molinetti *diſſ. corporis humani* Patav. 1653 4.

p. 568 ſub l. 4.

Catalogus van de rariteyten op de Academie Kammer tot Leyden Leid. 1664. 4. 1685. 8. Tr.

ſub §. *Theodor.* Kirchmayer add.

Ej. *de hominibus apparenter mortuis* Witteberg. 167 . 4.

p. 570 l. 4 fin. adde

Edinburg 1711. fol. Anglice Venetiis 1758. 8. 2. Vol.

p. 571 ad finem notæ *(u)* *polyhiſt.* add. *& in opere de metallorum transmutation* Hamb. 1653. 8.

p. 573 ſub §. Prima, adde

Experimenta anatomica de chylo & lacte Tigur. 1671. 4. *ſubjecta anatome viperæ.*

Ej. *diſp. anatomica de lympha & ſaliva* ib. 1672. 4. *cum anatome ſecundinarum.*

Ej. *ep. anat. de bile* ib. 1673. 4. *acc. de glandula pineali & nervorum ortu.*

p. 575 poſt *Adrian* Goles l. 1. add.

Bourdelot *obſ. ſur les vipéres* Paris 1670. 12.

ſub §. Ej. *Phyſiologiæ*

Aug. Quir. Rivini *diſſ. de nutritione* Lipſ. 1670. 4.* huc totus Rivinus a p. 649. & 650.

p. 579 ad tabulas Rivæ.

Conf. p. 340.

p. 584

p. 584 l. 2 poſt Bur.
lego etiam 1670. fol. Tr.

ſub §. *Novæ* adde
J. Guil. Parent in *dialoge de peſte* p. 55. arteriarum duos fines eſſe vidit, quorum alter ſit in vas lymphaticum.

§. 531. l. 2 poſt Schneider, lege *Trichologia* ſ. de pilis.

ſub. l. 5 adde
Frid. Ferd. Ilmer *adenographia de eſſentia & natura glandularum in genere & in ſpecie* Wien 1671. 4.* Huc refer ex pag. 754 lineas 2 ultimas, & l. primam pag. 755. quæ ſint ejusdem Auctoris.

p. 600 ſub l. 7 adde ad Diemerbroeckium.
In eum *oratio funebris J. G.* Grævii Utrecht 1685. 4. B.B.

§. *Ignatii* l. 1 poſt 12., adde edit. 1678. 12. Bur.

p. 602 §. 545 ſub l. 6 adde
Dan. Stepner *de capillis Romanorum veterum* Witteberg 1672. 4. ſi huc facit.

ad l. 4 ſupra infimam adde
Martin Hurte *de ſecundinarum poſt partum excernendarum retentione* Altdorf. 1672. 4. Pl.

p. 611 l. 6 fin. ad *ondervindingen* add.
& cum eodem titulo atque iconibus *waarin gehandelt word van de eyerſtok* Leid. 1684. 4.

Ontleeding en ontdeking van de onſigtbare verborgenheden Leid. 1685. 4. Tr. 1691. 4.

Ontleedingen & ontdekkingen van levenden dierkens in de teel deelen van verſcheyden dieren, vogeln en viſchen: van het hout met deſſelven menigvaldigen natur Leiden 1686. 4. Tr.

p. 612 l. 5 ante 1715. adde editt. *Continuationis* 1708. 4. Tr.

l. 9 ante Leid. adde editionem arcanorum detectorum Leid. 1696. 4. Tr.

p. 615 ad Gervasium adde conjunctæ nempe cum quaque parte deſcriptiones, etiam muſculorum & ligamentorum, ſed fere ex Laurentio & Bartholino ſumtæ.

§. ad edit. Wirdigii adde 1688. 8. Uff.

ſub eadem §. adde
J. A. J. H. (*J. Abrah. Jac.* Hoeping) *inſtitutiones chiromanticæ, oder Unterweiſung, wie man ein gründlich Judicium aus den Linien der Hände erſehen kann* Jen. 1674. 8.

& Ej. *Chiromantia harmonica, die Uebereinſtimmung der Chiromantie mit der Phyſiognomie* Jen. 167 . 8. Tr.

ad §. 552. adde
Claudii Martelli *epiſtola ad Janum* Leonicenum *de nupera metamorphoſi* Leid. 1673. 8. Tr. Satyra.

p. 618 §. 557. l. 2 poſt *, adde ad Munnirs *de urinis* 1683. 8. Tr.

l. 5 ſupra finem adde
Cepaeam in M. Muydenberg cepiſſe copioſe provenire, quod equi Gallorum ibi fuiſſent ſepulti.

l. 10 poſt *, ad l. *de ea anatomica* add. Lion 1699. 8. Tr.

p. 621 ſupra §. *Andreæ* adde
J. Henric. Koefferlin *de ſpiritibus* Bad. 1674. 12. Tr.

p. 624 ad §. Barnes corrige & ſcribe.

Joſhua Barnes *Gerania or a new diſcovery of a little ſort of people called pygmies* Lond. 1675. 8.

l. 7 inf. fin. adde ad CHAILLOU poſt voces *chylum* eſſe

nec ex ſanguine parari, anaſtomoſes non eſſe perpetuas.

EJ. *tr. du mouvement des humeurs dans les plus ordinaires emotions des hommes* Paris 1680. 8. TR.

p. 625 §. 566. adde

Joh. Wilh. ANDREÆ *de generatione* Erford. 1675. 4. CARR.

p. 632 ſub l. penult. adde ad STURMII *opuſcula.*

EJ. *de brutorum actionibus* Altdorf. 1700. 4.

p. 634 ſub l. 9 adde

Chr. Gottfr. SCHULZ *Einleitung in die ſpeculativiſche Philoſophie oder Metaphyſik* Hall. 1676. 8. Anatome, pſychologia, corporis origo.

§. adde ad titulum DILLY libelli I. poſt *bêtes*,

où l'on explique la ſpiritualité de l'ame de l'homme.

ib. poſt Lyon 1676. 8., dele 8. & ſcribe 12. TR.

Poſt §. DILLY adde ed. 1680. 12. &

Exercitationes philoſophicæ miſc. de natura hominis, & ſpeciatim de connexione mentis cum corpore Amſt. 1676. 12. TR.

p. 635 MERBIZ lege

J. Valentini MERBIZ *de varietate faciei humanæ diſcurſus* Witteb. 1676. 4.* Brevis diſcurſus cum amplioribus notis. Tres partes æquales faciei earumque ab æqualitate receſſiones. Facies procurva, recurva, pomans, declinans &c. Calculi combinationum.

p. 635 ſub l. 8 ſupra infimam adde ad DOEBEL.

EJ. *de fame naturali R. Kiliano* STOBÆO Lund. 1710. 4. Si idem eſt Lundenſis Profeſſor & medicus Roſtochienſis.

p. 637 §. 575. l. 8 poſt EJ., ad J. M. HOFMAN. add.

progr. ad demonſtrandum ſtructuram &c.

ſub l. 14 ad eund. add:

EJ. *progr. ad anatomen corporis feminini* 1685. 8.

ſub l. 16 ad eund. adde

EJ. *progr. ad anatomen corporis maſculini* 1685. 4.

ſub l. 20 adde

EJ. *progr. ad anatomen corporis feminini* Altdorf. 1688. 4. TR.

p. 638 l. 3 fin., adde 4.

ſub l. 11. adde

Progr. ad anatomen corporis feminini 1700. fol.

ſub l. 12 adde

Progr. ad anatomen corporis feminini 1706. fol.

ſub l. 13 adde

ad dem. cadaveris maſculi progr. 1709.

p. 647 ſub l. 2 ad SCHELHAMMERUM.

EJ. *progr. ad anatomen duorum cadaverum* Jen. 1692. 4. aliud 1693. fol. aliud 1695. 4.

p. 651 adde ante *du* TERTRE.

Nic. MALEBRANCHE *de la recherche de la verité, où l'on traité de la nature de l'eſprit de l'homme & de l'uſage qu'on en doit faire pour eviter l'erreur dans les ſciences* Strasbourg 1677. 12. 2. Vol. troiſ. edit. Paris 1678. 4. 12. 1712. 8. Latine Genev. 1691. 4. &c.

p. 652. §. 585. l. 3. fin. add.

cum hiſtoria feminæ gravidæ a RUYSCHIO *inciſæ.*

p. 655 ſub §. add. ad LEIBNIZIUM.

T. II. continet diſſ. de naturis plaſticis,

cis, de harmonia præſtabilita, de via-ctiva corporum, de anima, de anima brutorum. Epiſtolam ad BOURGUETUM — pro evolutione ſcriptam & pro præexiſtentia corporum organicorum, proque vermiculis LEEUWENHOECKIANIS. De ſecretione animali ad MICHELOTTUM, quam explicat per poros minores, qui majores particulas excludant. Deinde fluidum elaſticum inter fluida non elaſtica compreſſum, exitum inveniens & erumpens proponit, cum fluidum validius exeat per tangentem, debilius maneat in parte concava. Glutinoſum parietibus vaſorum adhæret, medium tenet, quod retardationi minus obnoxium eſt. Demum huc facere putat adtractionem particularum ſimilium. Capreolus prolixis capillis. Canis loquens.

p. 656 §. 591 l. 6 fin. de LORENZINI libello adde

Non eſſe REDI, cui ob elegantiam aliqui tribuerint. FABRONI III, 251.

p. 660 l. 2 fin., adde 8. BUR.

ſub §. poſt SPONIUM adde

Franceſco MORILLO, Barcinonenſis, *medicinale patrocinium in ſanguinis circulutionem* Neapoli 1678. C. d. V.

ſub §. *Gazophylacium* dele MALEBRANCHE & adde

J. HENNING *trichologia ſ. de capillis veterum collectanea hiſtorico-philologica* Lipſ. 1678. 12. TR.

p. 661 l. penult. fin. adde

Calculorum exempla.

p. 666 ſub l. 8 ſupra infimam adde.

J. GUILLEMINOT *diſſertationes de principis intrinſecis rerum corporearum & de cognitione brutorum* Pariſ. 1679. 12. BUR.

p. 667 l. 4 inf. fin. add. ad SCHMUCKEN

Continuatio III. TR. 1682. 4.

ſub l. 10 adde

Sim. DOURY *pro laurea Apollinis E antiquis ſanguinis circulatio cognita* Monſpel. 1679. 4.*

l. 7 ſup. infimam ad KLEINIUM add. 12. Leid. TR.

ſub l. 5 ſupra infimam adde

Guilielmi NUSSLER *de anima brutorum* Witteberg 1680. 4.

p. 672 l. 1 fin. ad JENS.

Pro poris veſicæ reſorbentibus. In officina lapicidæ veſicam bene clauſam tamen ſabulo repleri.

EJ. *tyrocinium medicum ad phyſiologiam & pathologiam* Haag. 1697. 12.* Syſtema SYLVII.

p. 673 adde

Oeconomia animalis BONTEKOI Germanice verſa prodiit, Brem. 1692. 8. HANSEN.

p. 677 ſub l. ult. §phi 616. ad opera L. TOZZII adde

Prima phyſiologica eſt. Brevis hiſtoria evolutionis primarum horarum fetus.

In *commentariis ad aphoriſmos* aliqua & de iis, qui potu abſtinent. Marem, & feminam promiſcue in dextro & in ſiniſtro latere geſtari.

In GALENI *artem parvam* adnotat, materiam morbificam ſæpe per ductum pancreaticum & bilarium deponi. Adde ea opera excuſa eſſe etiam Venetiis 1728. 4.*

p. 678 ſub l. 8 inf. adde

In Ejus *mortem programma Petri* HOLMII in B. Bern.

p. 679 l. 4 ſup. infimam lege ad J. S. bondige &c. 1711. 8. Tr.

p. 680 dele Belliere totum.

ib. Art. Ortlob add. poſt *de guſtu & olfactu.*

Ej. *de motubus automaticis & commercio mentis in corpore* 1695. 4.

ib. §. 620 ſub l. 9 ad diſp. Ortlob add.

De brutorum præſagiis naturalibus 1702. 4. Riv.

J. David Rein περι της γυναικογονιας Argent. 1681. 4.

p. 685 l. 1 poſt (*p*) add. ad Nuckium

adipe aliquo argentum vivum coegiſſe Vieussens *malad. int.* p. 399.

p. 688 §. 632. ſub l. ult. adde ad Novarinum.

Ej. *de ſecretione animali* Wien 1702. 8. Tr.

Deinde *La chiromantie univerſelle* Paris 1682. 4. Tr.

p. 689 l. 12 inf. poſt *bills of mortality* lege Lond. 1686. 8. 1687. 8. & adde

Ej. *Obſs. on the multiplication of markets* 1686. 8.

l. 10 infimam poſt London adde 1686. 8.

l. 7 inf. poſt *arithmetiks* ib. adde

Lond. 1678. 8. Glaſgow 1751. 8.

adde ad ſcripta *Guilielmi* Petty.

Ej. *Diſcourſe concerning the value of lands people buildings husbandry manufactures commerce* London 1699.

p. 690 ad *tr. de la circulation.*

Nomen eſt Noel Philibert Jamet.

p. 691 ſub §. *J. Andreas* Schmidt add.

Ej. Anaxagoras *ejusque philoſophia* Jen. 1688. 4.*

Ej. *Chryſippea brutorum logica* Jenæ 1689. 4. Riv.

p. 692 §. 637 l. 4 poſt *illuſtratam,* add.

Belgice 1690. fol. B. *de Boiſſy.*

p. 694 l. 6 ante Mullero, adde nomen eſt *Wilh. Henr.*

p. 696 ſub l. 9. infimam adde ad M. B. Valent.

Vindiciæ adverſus diſſ. de partus naturali & vero termino Gieſſ. 1708. 4.

p. 698 §. Ej. ad *Epiſtolam de motu tonico* adde editionem

Jen. 1692. 4. Hall. 1722. 4.

p. 699 l. 4 ad editt. diſſ. de V. Port. adde 1752. 4.

p. 705 add. ad Zypæum

edit. Bruxellenſem 1731. 8.

p. 705 §. adde *obſervationes* in fine

Harum obſs. tredecim a. 1682. 8.* prodierunt cum l. *nieuw ligt der apotekers.*

p. 706 poſt *chirurgiam* Purmanni add.

J. Franciſci Loew *anatomia protomedici ab anatomico medico exantlata* Pariſ. 1684. 4. Tr. & huc refer *J. Franc.* Loeuw a pag. 722.

poſt *Phalænologiam* Sibbaldi adde

J. Lange *exercitium anatomicum, oder gründliche Anweiſung, welchergeſtalt der menſchliche Körper zierlich zu zerlegen* Hamburg 1684. 8. Tr.

p. 707 §. pro J. Buking lege Buring, & adde ad titulum *Diſputationes* poſt *animæ, de cauſis & curatione methodica ſtuporis ac paralyſeos.*

p. 708 dele Ej. totum §. *de motu*, & ejus loco lege hanc recenſionem libelli Chiraci.

Ej. Prof. Reg. *de motu cordis adverſaria analytica* Monſpel. 1698. 16.* Rast. Mirificus libellus. Quærit de cauſa motus cordis. Primum removet de cauſarum numero, quas nunquam putaveris inter cauſas ejus motus numeratas fuiſſe. Contractionem qualis ſit funium, omnino debere etiam in fibris cordis locum habere. Sed eam contractionem non poſſe ortum habere a membrana externa cordis, neque a pericardio, neque omnino cauſam ullam dari, quæ forinſecus cor compreſſerit: nec vaporem adluentem, nec fluidorum inteſtinum motum per poros & interſtitia fibrarum cordis advenientium. Neque a nervis motum cordis eſſe, etſi ſit in aliis corporis humani partibus; nervis enim omnibus reſectis, intercoſtalibus octavisque & recurrentibus, motum cordis in cane multis horis ſupereſſe. Neque eum motum reliquiis ſpirituum poſſe tribui, qui in truncis reſectorum nervorum cordis hæreant, cum fluidi nervei influentis maſſa perexigua ſit, ſi comparaveris cum ſanguinis de corde expulſi modo. Neque rarefactionem fluidi nervoſi poſſe admitti. Canes ab inciſis nervis mori, peripneumonia exſtinctos. Deinde negat, inanitis ventriculis cordis per vinculum venis injectum, motum cordis intercipi (neque enim ideo inanes erunt). Quare motus cordis non erit a ſanguine in ventriculos effuſo. Neque ab influxu ſanguinis in arterias coronarias, neque enim iis ligatis motum cordis deſinere, per experimentum, cor enim evulſum porro micare, & præterea eum arteriarum coronariarum ſanguinem fere totum in cordis auriculam per venas reddi. Ut poſſit aqua funes in contractionem urgere. Quieſcentia corpora a quam minima potentia poſſe emoveri. Denique redeundum eſſe ad rarefactionem ipſius ſanguinis. Ineſſe utique ſanguini particulas ad rarefactionem aptas. De aere ſanguinis aliqua, de quo jam a. 1687. cogitaverit, & de ſuis Vieussenio oppoſitis objectionibus. Comparari poſſe rarefactionem ſanguinis detonationi nitri cum ſulfure. Fluidum motorium hærere in loculis fibrarum, & alternas vices motus ejus muſculi facere, dum alternis vicibus & ipſum effluit & retinetur; ut id fiat hypotheſin offert. Dilatationem cordis tribuendam eſſe vinculis tendinoſis elaſtico niſu ſe retrahentibus; & ſpiritus has fibras in contractionem agere. Anatome fibrarum cordis non accurata. Fibras rectas transverſarum antagoniſtas eſſe, una cum transverſis ligamentis: præpollerent enim ſolæ majori ſuo robore ſpirales fibræ. Antagoniſmus ergo eſt inter has cauſas relaxantes, & fermentationem nitroſo ſulfuream in loculis fibrarum ſe expandentem. Fluidum motorium non poſſe ſubire loculos fibrarum muſculoſarum, niſi abſoluta contractione, & toto corde relaxato & dilatato; ſic alternas fieri contractiones & relaxationes. Cur auriculæ alterne cum corde contrahantur. Duæ auriculæ ſimul agunt, & ſimul duo ventriculi quia connexi. Alterne vero fluidum motorium in fibras auricularum influere cordisque. Hypotheſis, ut auriculæ dum contrahuntur, ventriculus relaxetur. In contractione ventriculi aliquid tamen ſanguinis per intervalla cuſpidum effluere, quibus val-

valvulæ ad parietes cordis adhæreſcunt. Ventriculum non poſſe contractæ auriculæ reſiſtere, atque adeo dilatari. Aliqua de cordis & auricularum motu in pullo incubato. Non moveri cor, niſi ſanguis ruber ſit. Primæ contrahuntur in pullo auriculæ, dilatant ventriculum: ille, vi auricularum exhauſta, viciſſim ſe contrahit, ſic alterna fit cordis & aurium contractio & dilatatio. Locum bene grandem VIEUSSENII *de remotis & proximis principiis* hic recuſum dat, ut adpareat, nihil ſe a VIEUSSENIO habere.

§. EJUSD. *An paſſioni* fin. adde Pro motu antiperiſtaltico.

ſub §pho adverſarium adde

EJ. *Vitioſæ humani corporis mechanicæ ſpecimen* M.S. a *J. Gabriele de la* VILLE a. 1697. ſcriptum, eſt apud Cl. RASTIUM. Pulſuum cohærentes ſatis hypotheſes.

p. 715 ſub l. 2 adde ad opera VIEUSSENII.

In *tr. des maladies internes* Toulouze 1774. 4.* multa redeunt experimenta anatomica, injectiones, macerationes, analyſes chemicæ, quæ in prioribus, per vitam viri editis, perinde occurrunt.

p. 716 ſub §. *Iſaac*

LAMY *diſcours anatomiques* Bruxelles 1685 12. HO.

p. 720 §. *Ejuſd. Eſſays* l. 3 poſt 1690. 12., add. TREW.

p. 721 l. 12 infimam poſt SAVIOLI, adde Patavinus,

p. 724 l. penult. poſt 12., ad edit. *allem. de l'am.* add. 1685. 12. TR.

p. 726 poſt §. ID. *Eph. Nat. Cur.* add.

Eman. ZÆSLIN *de olfactu & ejus læſione* Baſil. 1687. 4.*

J. Georg BARTHEL *de bile ſana & ægra* Baſil. 1687. 4.*

p. 727 ad l. *de balſamatione* adde Neapoli 176 . 12.

p. 729 §. 678. ante DU RONDEL.

J. Paul STABE *de* CASSINO, *diſſ. qua ratio inveſtigatur, ob quam gallinæ incubent* Mutin 1688. 8.

ſub l. 8 ſupra infimam ad *diſſertationes* SCHAPERI adde

EJ. *de glandulis liquidum ſecernentibus* Roſtock 1698. 4.

p. 730 l. 11 ſupra infimam ad fin. adde *

tum ad l. 8 ſupra infimam.

p. 731 l. penult. ad edit. inſtitt. VESTI adde 1731. 8.

p. 732 l. 7. diſſ. *de pulli natura* eſt 1695. 4. RIV.

p. 733 ad edit. HOFM. add. 1695. 8. 1703. 8.

ad edit. *medicinæ rationalis* adde 1729. 4. Venet. 1730. 4. TR.

l. 11 infimam finem.

Redit in *operibus omnibus* Genev. 1749. fol. excuſis, cum ſupplemento a. 1749., & altero a. 1755. fol.

p. 741 ad TAUVRY anat. 1690. 12. add.

* Hæc editio eadem eſt, quæ 1698., paginis fere 5. brevior, quæ vero differentia mihi a diſcrimine typi oriri videtur.

p. 744 l. 3 fin. add. ad MARTINEZ. Pertinebant.

Ad proportionem C. H. & anatomiam. Recuderunt Francof. & Lipſ. 1692. 8. TREW.

ad diſp. M. E. ETTMULLERI adde

EJ. *de ventriculo* Lipſ. 1725. 4.

p. 748 §. 703 ſub l. 5.

Joſ. ANTONIUS *de duplici viventium terra diſſ. paradoxa* Francof. 1691. 12. TREW.

ſub l. ult. adde

Eliæ CAMERARII P. E. *diſſ. tres*; 1. *exhibens ſpirituum animalium ſtatum naturalem & p. n. occaſione experimenti Bellino Bohmani &c.* Tubing. 1694. 8.* In præfat. aliqua de mercurio ope vacui ſpatii in vaſa impellendo. Tum experimentum BELLINI, ab ORTLOBIO in præfat. ad TAUVRYUM deſcriptum. Nervus phrenicus comprimitur, quoad diaphragmatis motus ſupprimatur: tunc digitis aliquoties deorſum verſus diaphragma idem nervus ſtringitur, ſic motus diaphragmati redit. Sed compreſſione continuata idem motus denuo evaneſcit, & perinde remota preſſione diaphragma iterum contrahitur. Ex eo experimento ſequi putant, fluidum aliquod palpabile in nervo eſſe, quod digito deorſum ſtricto in diaphragma determinetur. Spiritus eſſe elaſticos, aëreos, circulum obire, & per vaſa lymphatica ad cor redire. Muſcularem motum facere expanſos, ut veſiculas muſculoſas diſtendant, breviores reddant.

p. 752 §. 707 l. 4 poſt *, add.

Surdus loquens prodiit Amſt. 1692. 8. & Gallice verſus eſt.

Recuſ. in C. THOMASII *hiſt. ſapientiæ & ſtultitiæ* P. III. Hall. 1693. 8.

p. 754 dele numerum C. MARTINEZ & ILMERI diſſ. refer ad 584.

p. 756 ad editt. anatomes VERHEYENII add. Germ. Lipſ. 1704. 8. 1705. 8. 1714. 8.

§. 712 ſub l. ult. poſt ejus *reſponſionem* ad W. H. MULLER adde L. B.

Anatomia defenſionis quam pro ſuo experimento de thymo contra reſponſionem Philippi VERHEYEN BIDLOUS edidit Lovan. 1707. 4. TR. adverſus eamdem MULLERI diſputationem. Adde J. G. KERKHERDERE *qua puerilitas & barbaries libelli* BIDLOIANI PHILIPPO VERHEYEN *ſuam in literis ruditatem demonſtrare laborantis demonſtratur* . . . . 4. TREW.

p. 757 l. 7 inf. poſt 8., ad edit. inſtitt. BOERHAAVII adde Edinburg 1752. 8.

p. 762 §. 714. ad editt. *elementorum* PITCARNII add. Haag 1718. 4.

l. penult. ad opera omnia add. Anglice 1727. 8.

p. 763 ſub l. 8 infimam adde

J. GRUWEL *Brandenburgiſche bewährte Bienenkunſt aus langer Erfahrung* Berlin 1748. ſed ſcriptum eſt opus a. 1693. Ut deſiderata regina apibus reddatur, excidere jubet favum, & bene ſucceſſurum promittit experimentum, ſi cellula regia in favo fuerit, ſecus ſi nulla: hic ni fallor, SCHIRACHIO prudentior. Eſſe qui voluit, apes operarias poſſe reginam ſibi curare. Nullam eſſe generationem æquivocam. Reginam feminam eſſe; fuiſſe qui ova parientem viderit.

p. 768 l. ult. fin. ad ed. WILDVOGELII adde Helmſtatt 1747. 4.

deinde

Samuel REYHER *de natura auditus & soni* Kiel. 1693. 4.*

p. 772 ſub l. 7. adde

ALEMAND *Science de la tranſpiration* Lion 1694. 12. CARR.

p. 774 ſub §. *Nic. de* BLAKENDAAL add.

Henr. SPOOR *de homine* Utrecht 1694. 4°. *

p. 778 ſupra §. 730. adde
Saggi d'anatomia Napoli 1695. 12. an BEDDEVOLI?

p. 784 §. 735. l. 10 poſt VAUGUYON *Chirurgie* adde
Anglice 1736.

p. 786 ſub §. EJ. *de impraegnatione* add.
EJ. *Conſideratio animæ medicæ & BEHRENS contra ſenſum vitalem partium: de erroribus animæ &c.*

p. 789 ſub l. ult. add.
Pancrat. WOLF *cogitationes medico legales de cogitatione* Cizae 1697. HAENEL.
Erhard NORRE *chirurgiſcher Wegweiſer, ſechs Theile* Schneeberg 1697. 12. Nürnberg 1697. 12. 1710. 8. 1714. 8. 1746. 8.* 1750. 8 cum anatome.

p. 790 ſub l. 6 ad diſp. SLEGELII add.
EJ. *de tuſſi* Witteb. 1708. 8. PL.

p. 796 ad editt. l. *anatomy* KEILII add. 1708. 8. TR.

p. 799 lege
emendatum titulum M. A. MADERI *apologia pro ſanguinis circulatione noviter ſufflaminata ab* HOMOBONO PISONE *.
& adde lectam inanem eſſe
Tum ad finem §. add. *Carl* DAVENANT *eſſay upon the probable methods of making a people gainers in the balance of trade* Lond. 1699. 4.
EJ. *a diſcourſe on the trade of England* ib. 1698. 2. Vol.

p. 807 ſub l. 10 ad *Mauritium* TRILLER adde
Diſputaverat *de conſenſu partium* Jen. 1680. præſide WEDELIO.

p. 808 dele *Quæſt. de temperamentis* & ſupple
EJ. *E. non dantur ſpiritus animales* Monſpel. 1718. 4.*
EJ. & VENEL *E. motus muſculorum ſine ſpiritibus animalibus* ib. 1718. 4.*
EJ. *Temperamenta integrantibus corporis humani partibus unice debentur* Monſpel. 1726. 4.*

p. 809 §. 756. l. 2 fin. adde
FABRONI I. p. 60. monet LANCISIUM revocaſſe errorem ſuum, in l. *de noxiis palud. effluviis* commiſſum, & adgnoviſſe, bufones in aquam, non in terram, ova ponere.

l. 8 editam, *lege* habitam,

l. 8 ſupra finem adde
hanc proluſionem prodiiſſe Genevæ 1718. 4.

ſub l. 8.
Cum *Metallotheca* MERCATI *epiſtola ad* VIEUSSENIUM Rom. 1717. fol.*

& ad fin. pag. adde
De molis & de ſeminis vermiculis apud VALISNERIUM.

p. 811 l. 1 poſt Leidæ, add. ib. 1740. 4.

ſub §. In *append.* ad opera LANCISI add.
Optima editio eſt 1745. Rom. 4. 4. Vol.
Inedita ſunt *miſcellanea anatomica.*
Præfationes ad oſtenſiones anatomicas.
Apologia MALPIGHII.
Proluſio de laudibus anatomes.
Ad prælectiones anatomicas.
De univerſalibus tegumentis.

§. Vitam l. 3 fin. adde
dedit FABRONI *Dec.* I.

p. 812 ſub l. 3 add. ad PASCOLUM.
EJ. *Opere filoſofiche mediche ed anatomiche* Venez. 1741. 4. SMITH.

adde ad ANDRY *orthopedie.*
Et manum & pedem dextri lateris robore excellere.

p. 813 ſub l. 9 adde
In GAVETI *tr. de la peſte* Lyon 1722. 12.* aliqua huc faciunt, ut experimentum cum capillis factum, quorum infuſo,

inſuſo, grate aromatico, noſter ſibi vomitum movit.

l. 24 poſt RATTA, adde *breve*

poſt l. 7 ſupra infimam

Bernard de BOUT, Chirurgi Delphenſis, *Nieuw examen der Chirurgie* Amſterdam 1700. 8* Primus liber eſt compendium anatomicum ſatis plenum; alter habet partem phyſiologiæ, & theoriam fermentorum.

Idem fuerit ejus chirurgi *anatomiſche Fragen über die Theile des menſchlichen Körpers* Nürnberg 1701. 8. TR.

Hic adde: Non novi annum primæ editionis PURCELLI *of the colik*, qui l. ſæpe recuſus eſt, & nuper tum Gallice, tum Germanice. Continet anatomen & phyſiologiam. Canibus lienem excidit, ſed ex eo experimento nihil didicit. Homini humores erant acerrimi, cum nulla eſſet veſicula fellea.

Ad Tomum II.

p. 6 ſub l. 4. add. ad J. W. PAULI.

EJ. *progr. de natura mechanica & de iis, quæ ſiphonis & antliæ uſu illuſtrantur* Lipſ. 1703. 4. TR.

ad BESSE *letre a l'auteur &c.* adde

CARRERE habet *letre ſur le l. de l'æconomie animale* Paris 1725. 8. CARR.

p. 7 ad BRENDELII *obſ. anat.* adde

Prima 1716. ſecunda & tertia prodiit a. 1718. TR.

ad MEADII l. *de venenis* add. editionem Neapolit. 1739. 8.

p. 12 ſupra l. 1. adde

EJ. *Introductio de motu muſculorum* ad COWPERI opus.

ib. l. 3 fin.

Gallice *Recueil des œuvres phyſiques & medicinales publiées en Anglois & en latin par M. Rich.* MEAD; *traduction ... enrichie des decouvertes poſterieures à celles de l'Auteur, augmentée de pluſieurs Diſcours préliminaires & de notes interreſſantes ſur la phyſique, l'hiſt. naturelle, la théorie & la pratique de la médecine &c. &c. avec 8. planches en taille-douce: par M.* COSTE *medecin de l'hôpital royal & milit. de Nancy* Bouillon 1774. 8°. maj. 2. Vol.*

p. 19 ſub l. 3 infimam.

Jacobi SALA, Prof. Barcinonenſis, *medica & legalis contentio in nobiles corporis partes* Barcinon. 1702. SEG.

p. 14 l. 5 init., lege F. A. GARSAULT.

l. 7 poſt Paris edit. priorem adde 1732. 4.

§. 774. ſub l. 2 ad WOLFG. CHRISTIAN adde

Lego etiam *de natura humorum, inclinationibus & diſpoſitionibus hereditariis* Baſil. 1701. vel 1705. 4.

p. 16 FREINDII *Emmenologiam* non Lond. 1720. 8. ſed Leidæ prodiiſſe.

p. 18 ſub l. 9 infimam.

Mart. HERR *Introductio in Archæum Archæi vitale & fermentale* J. B. v. HELMONT Lauben 1703. 4. TR. ſed pertinere ad 1680.

p. 19 ſub l. 1 ad diſp. GAKENHOLZII adde

EJUSD. *phyſiologia revelationi ancillans* 1705. 4. TR.

EJ. *de immunditie ex contrectatione cadaverum per legem Moſaicam* 1708. 4.

EJ. *homo omnium menſura* 1710. 4.

EJ. *de non imitanda per artem humana machina* 1710. 4.

ſub l. 2 infimam.

Geo Conr. FROMMANN *de ideis brutorum inſitis* Lipſ. 1703. 4. RIV.

p. 20 ſupra l. 1.

PAZZII *de voce humana* Baſil. 1703. 4.

§. 781 l. 1 poſt inciſor, adde ad VALSALVAM.

MALPIGHII diſcipulus (FABRONI *Dec.* I.)

p. 21 §. 782. referatur ad a. 1676. quo *obſs.* prius prodierunt.

p. 22 ſub §. *J. Gottlob* DIETERICH add.

J. Gerh. MEUSCHEN *diſſ. philoſophica de ritu ſalutandi ſternutantes* Kiel 1704. 4. B. BUN.

p. 23 §. 785. l. 1 poſt 1704. nomen SARAZINO eſt MICHAEL.

p. 25 ſub l. 6.

Poſthumas tabulas 17. ſpatio excluſus & tempore, recenſeo ad annum 1775.

§. 788 l. 4 poſt aliqua ad *ſuccum articulorum* adde

a lue corruptum in aquam abiiſſe.

p. 27 poſt PERPESSAC adde

Chriſt. Frid. RICHTER *kurzer Unterricht von dem Leibe und natürlichen Leben des Menſchen* Hall. 1705. 8.

& dele GERARDI l. ult.

p. 31 §. EJUSD. l. 2 fin. ad editt. *myographiæ* DOUGL. adde

& nuper Edinburg 1775. 8.* adjectis alienis, tum ſynonymis muſculorum.

p. 33 ſub l. EJ. *Utrum* ad GOELICKIUM adde

Epiſtolam ad RUYSCHIUM diximus, recuſam Amſt. 1744. 4.

p. 34 ad §. 797. init. edit. ad MORGAGNUM adde

Vitam habet FABRONI II. Profeſſor Patavinus fuit ab anno 1711.

Omnia ſtudia adtigit, etiam botanica, literas elegantiores; poëſin.

p. 35 §. *Adverſ. anat. ſexta* l. add. MANGETUS ei ſatisfecit FABRONI II.

& MORGAGNIUS multa aſperiora delevit.

ad l. 7 ſup. ultim. add. *Adverſaria* conjuncta recuſa eſſe Venet. 1762. fol.

ſub l. 6. adde

EJ. *de lacrymalibus ductibus epiſtola cum* DOM. ANELII *ſuite de la nouv. methode* Turin 1714. 4.

EJ. *de glandulis epiſtola ad P. A.* MICHELOTTUM 1721.

p. 36 ad *Epiſtolas* VALSALVÆ additas, add. recuſas eſſe Venet. 1762. fol.

p. 37 l. 9 fin. ad l. *de cauſ. ſignis morbor.*

Cor ruptum in exſtincto in venere, arteriæ oſſeæ &c.

p. 38 l. 2 inf. fin. ad KIRCHHEIM. Polonice Warſav. 1722. 8.

p. 40 poſt HECQUET adde

VAUBAN *projet d'une dixme royale* 1707. ob numeros viventium, morientium, conſumtionem panis &c.

p. 48 ad *Philoſophiſche Gedanken* fin. adde 4. TR.

& ad

& ad §. Ej. *Mediciniſ. Gedanken* fin. adde 4. Tr.

p. 56 l. 4 inf. poſt Ej., ad Fizes & Sabourin diſp. *de hominis liene* adde & forma 12. prodiiſſe.

p. 57 l. 4 fin. adde ad duodecim quæſtiones

*. In paſſione iliaca inteſtinum ſurſum & deorſum intuſſuſcipi, inde oriri inverſum motum antiperiſtalticum.

p. 58 §. 811. titulo Gohlii *de motu tonico* add. *diſſ. Epiſtolica.*

p. 59 §. 812. poſt diſp. Hay add.

Alb. Cinq *de cauſis & effectibus aucti motus in arteriis* Utrecht 1708. 4.*

p. 63 §. 816. dele Terraneus.

p. 66 ad §. *Henr.* fin. add. 1747. 8. Tr.

ſub l. 6 ſupra infimam adde ad Furstenau.

Ej. *de initiis typographiæ phyſiologicis* Rinteln 1716. 4.

p. 67 ſub §. *J. Gerard* adde ad diſpp.

Hanhart *de nutritione fetus in utero* Baſil. 1709.

p. 68 §. 821. adde ad de Bon.

Idem in *Recueil des mem. de Montpel.* de miro æſtu ſolis Monſpelienſis, qui fuerit idem, qui aquæ ebullientis. Lego quidem id fieri non poſſe. Caloris enim gradus eodem tempore Pariſiis non ſuperaſſe 28. Th. R. Verum hi 28°. in umbra numerati fuerint, & nuper in ſole gradus 140. Chalmerus numeravit, & ego.

p. 71 ſupra l. 1 ad Astrucii opera add.

Ej. *reponſe &c. ad animadverſiones Franc.* Vieussens *de motus fermentatorii cauſa* Montp. 1702. 4.

Ej. *tr. de motus fermentatorii cauſa* ib. 1702. 12. forte huc non revocaveris.

a §. Ejusd. *Epiſtolæ &c.* fin.

Arteria renali ligata nullam urinam ſecerni.

p. 73 ſub §. 824. adde

J. B. Vulpini, Aſtenſis, *ſpaſmologia ſ. clinica contracta* Aſtæ 1710. 4.* Multa phyſiologica admiſta ſunt. Arteriis, pariter ut venis, valvulas tribuit. Contra revulſiones & derivationes. De conceptu, catameniis &c.

p. 74 ſub §. Wildvogel adde Ejus diſp.

De jure embryonis.

p. 80. ad J. B. Bianchi *opera* ad finem adde

Legere me, Cl. Virum jam anno 1757. tabulas 54. cum 270. figuris anatomicis edidiſſe.

p. 83 pro *Jacob* Battier lege *Samuel.*

p. 86 dele §. *Chr. Frid.* Richter.

p. 89 adde ad diſp.

Eglinger *de ſenſuum externorum infallibilitate* Baſil. 1712.

p. 94 §. *Pauli* Dons referatur ad p. 82. cum a. 1711. diſputationem ediderat.

p. 98 l. 15 pro Ej. lege Idem Dupuy.

p. 100 §. 845. l. ult. fin.

& *Programma in Viri Ill. obitum* prodiit Erlang. 1769.

p. 105 lege *de* Gouey.

p. 106 §. 852. ſub l. ult. ad Marcot add.

Idem in *Mem. de Montpel.* 1716. lymphatica uteri vaſa dixit.

pag. 108 §. 856. l. 5 lege Morel *diſcours anatomiques prononcés dans l'amphitheatre de chirurgie.* Dum chirurgus demonſtrabat, partesque inciſas oſtendebat, noſter ad quamque lectionem præfabatur, ſermone aliquando rei compendium, ſæpe varia collectanea conti-

 ti-

tinente. Nulla uſquam adnotatio, neque peregrina, neque nupera in Gallia facta. Panniculum carnoſum inter involucra corporis humani retinet. Duas laminas duræ membranæ cerebri facile ſeparari.

p. 109 l. 8 infra fin. adde ad ARLEBOUT

& RUYSCHII *opera* Belgice reddidit.

p. 110 ſub l. 15 ſupra infimam

Lego de eo Chirurgo S. ANDRE', hominem, quem ſepelire properabant, ab eo pro vivo adgnitum fuiſſe, cum neque pulſus ſupereſſet, neque reſpiratio.

p. 117 ſub l. 15 ad *Salv. Fr.* MORAND adde

A morte viri prodierunt duo tomi *opuſcules de chirurgie* T. I. Paris 1768. 4.* Vitas ibi habet inciſorum VERDIER & GARENGEOT, diſſertationem de vita, ſcriptis & inventis HABICOTI. In T. II. Paris 1772. 4.* Feminam dicit, cui nulla vagina, & alia circa partes genitales male formata.

p. 123 poſt OLDFIELD adde

J. CAMPBELL *ſpecimen expoſitionis mechanicæ actionum corporis humani* Utrecht 1718. 4.

p. 131 titulum §. 876. lege H. F. TEICHMEYER.

p. 132 ſupra *Ant.* MAGNOL add.

Henrici BAGET *anatomie complete* Paris 1719. 12.

EJ. *defenſe des parties naturelles* Paris 1750. 12. *Etat de Medic.* Si error in nomine eſt, pertinebit ad 1731. adque J. BAGET, cujus eſt oſteologia.

p. 133 ſupra §. 878. adde

Hans Friedr. v. FLEMMING *vollkommner deutſcher Jäger* Leipzig 1719. fol. Anatome aliqua animalium partim collecta, partim & propria. Inciſio cervæ gravidæ, apri junioris, vulpis, melis. Aves; anatome gallinæ. Ut falco cicuretur. Somno ablato deleri memoriam & imaginationem.

Theoph. Frider. SCHACHT *Philoſophia corporis humani* Herborn 1719. 12. Theſes.

p. 136 ſub l. ult. adde

Laurentius BLUMENTROST *de ſecretione animali* Leid. 1719. 4.*

Cornel. v. BLEISWYK *medicina automatica* Leid. 1719. 4.* Phyſiologia & pathologia.

p. 137 l. 18 adde

Hujus poſthuma phyſiologia dicetur ad 1774.

p. 139 l. 14 adde

IDEM SCHULZIUS in diſputatione R. SCHAFNER in panno libera vaſcula vidit, & nuſquam albugineæ innata.

p. 146 ſub l. antepenult. adde

Gerard Anton. v. SONSBEK *de reſpiratione* Leid. 1721. 4.*

p. 147 l. 14 ſupra imam ad diſp. CHATELAIN *de reſpir.* adde

Non ob muſculorum actionem, ſed potiſſimum ob aëris pondus & elaterem hunc ſubire in pectus, & id dilatare. Expelli vero ob vim contractilem pulmonis. Aëris partes ſubtiliores ſanguinem ſubire.

ſub l. 15 ſupra imam adde

Andr. MILLOT *de reſpiratione, pro baccalaureatu* Monſpel. 1721. HOUSS.

p. 150 ſub l. 11 adde ad PAITONUM.

IDEM ſex exempla ſola diſſ. CÆCILII FOLII *de aure interna* recudi fecit Venet. 1745. GIRARD ad SANTORIN.

Mich.

Mich. Angeli TILLII experimenta huc refero, quæ *poſthuma* apud FABRONIUM prodierunt *Dec.* V. De ovorum exhalatione, de humoribus animalibus in ſpatio inani bullientibus. Lactis aliqua phænomena, & diverſitas per animalium diſcrimen.

Friderici NUZZI *diſcorſo intorno alla populazione della campagna di Roma* Rom. 1723.

p. 156 l. 3 poſt Jen., adde 1705.

§. 897. l. 13 lege *J. Chriſt.* HAENEL.

p. 159 l. 3 ſupra infimam adde

SENACI opus *du cœur* video apud Gallos vulgo nunc BERTINO tribu, SENACI amico. IDEM lego a PORTALIO recuſum fuiſſe: *Etat de la medecine en france.*

p. 169 l. *de* GORTER *de ſecret. hum.* recuſus eſt Leid. 1761. 4.

p. 170 l. 15 ad chir. GORTERI adde

Totum corpus conſtare ſtamine firmo, etiam nervos & vaſa eo formari. Ex eo ſtamine excreſcit epidermis, epithelium, ungues, pili.

p. 174 adde ad PLAZII diſpp.

EJ. *de brutorum imaginatione* Lipſiæ 1749. 4.

EJ. *de ſenſibus morborum cauſis* Lipſiæ 1771. 4.

EJ. *de ureteribus obſs. anatomicæ* ibid. 1772. 4.*

EJ. *de ſenſibus internis morborum cauſis* ibid. 1772. 4.*

p. 182 VOLPINUM refer ad a. 1710. & ad S. I. BIANCHI.

Primum opus J. BIANCHI nuper mortui eſſe *lettera intorno alla catarratta* Rimini 1720. 4. cum titulo *P. Pauli* LAPI.

p. 183 l. 7 ſupra imam poſt 1726, adde 8.*

l. 5 ſupra imam ad fin.

